DOMINICI MARII NIGRI VENETI GEOGRAPHIAE COMMENTARIORUM LIBRI 11, NUNC...

Domenico Mario Negri,
Hieronymus Gemusaeus, ...

Digitized by Google

6
16 B
1

6
14 N
7

6-16.B.1.

Digitized by Google

41 y 28

DOMINICI
Marii Nigri Veneti
GEOGRAPHIAE
Commentariorum libri XI, nunc primùm

IN LVCEM MAGNO STVDIO EDITI, QVIbus non ſolum orbis totius habitabilis loca, regiones, prouinciæ, urbes, montes, inſulæ, maria, flumina, & cætera, ut noſtro tempore ſunt ſita & denominata, uerum etiam omnium ferè populorum & uariarum gentium mores, leges ac ritus tam ſacri quàm prophani exactè deſcribuntur, ita ut uel ipſo Strabone utilior noſtris temporibus, autor hic doctorum quorundam iudicio meritò habeatur.

VNA CVM
LAVRENTII CORVINI NOuoforenſis Geographia.

ET
STRABONIS EPITOME PER D. HIERONYMVM GEMVSAEVM translata, quam adiecimus ut quo cum Marium hunc noſtrum Lector conſerat, habeat.

Adiecto rerum & uerborum memorabilium Indice locupletiſsimo.



Cum gratia & priuilegio Imperatoriæ Maieſt. & Chriſtianiſs. Galliarum Regis, cuius exemplum ſubiecimus.

BASILEAE.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Exemplum Priuilegii Chriſtianiſs.

FRANCORVM REGIS HENRICI II.

HENRY par la grace de Dieu Roy de France, au Preuoſt de Paris, Bailly de Rouen, Seneſchaulx de Lyon, Thouloufe, & Poictou, & à totus noz autres iuſticiers, officiers, ou leurs lieutenans Salut. Iehan Oporin & Henry Pierre marchans, libraires & bourgoys de Baſle l'un des Cantons de noz alliez, confederez & bons comperes les Suiſſes, nous ont faict dire & remonſtrer, qu'ilz ont recouuert entre autres liures, Les oeuures de Ioannis Zonaræ Monachi, qui olim Bizantij magnus, &c. compendium hiſtoriarum, in tres Tomos diſtinctum, Græcolatinum: & ung autre intitulè Dominici Mary Nigri Veneti. Pour leſquelz liures recouurer & imprimer, leur ha conuenu & conuiendra faire de grandz fraiz & deſpens, & doubient, que les libraires & imprimeurs de noſtre royaulme ne facent, ſi toſt que leſdictz ſupplians auront publier leſdictz liures, iceulx imprimer, qui ſeroyt leur oſter tout moyen de ſe pouoyr rembourſer de leurs deniers, & recenoir quelque fruict de leur labeur. A ceſte cauſe nous ont humblement ſuppliez & requis leur uouloyr ſurce pouruoyr de remede conuenable. Pource eſt il, que nous deſirans bien et fauorablement traicter leſdictz ſuppliantz, leur auons permis & permettons de grace ſpeciale, plaine puiſſance & auctorité royalle, de mettre & expoſer en uente en noſtre royaulme, pais, terres, & ſeigneuries a nous obeiſſantes, leſdictz liures, ſans ce que nul libraire ou imprimeur de noſdictz royaulme, pais, terres, & ſeigneuries, puiſſent leſdictz liures imprimer ſans le congè & permiſſion deſdictz ſupplians, iuſques au temps & eſpace de ſix ans, a cõpter du iour & date que leſdictz liures ſeront parachevez d' imprimer en la premiere edition: & ce ſur peine de confiſcation deſdictz liures, & d' amende arbitriare, a nous appliquè. Si uous mandons, & a ung chaſchun de uous ſurace requis, & ſi comme a luy appartient, que de la preſente conceſſion & priuilege ſaictes & permettez, & ſouffrez leſdictz ſupplians iouyr & uſer plainement & paiſiblement, ſans leur mettre ou donner ne ſouffrir eſtre mis ou donnè auchun detourbier ou empeſchement au contraire: lequel ſi faict, mis, ou donnè leur eſt, uous faciez incontinent & ſans delay mettre à plaine & entiere deliurance, & au premier eſtat & deu. Car tel eſt noſtre plaiſir, nonobſtant quelques lettres à ce contraires. Donnè a ſainct Germain en Laye, le dernier iour de Ianuier, l'an de grace mil cinq cens cinquante & ſix, & de noſtre regne le dixieme.

Par le Roy en ſon conſeil.

Deuabres

VERE NOBILI ET doсto uiro. D. Gaſparo à Nydbruck. Iuriſ-conſulto, Inuictiſsimi CAROLI V Rom. Imp. Et Sacratiſs. FERDINANDI Rom. regis, Sereniſsimi'que Bohemiæ regis MAXIMILIANI Conſiliario, Vuolfgangus Vuiſſenburgius Baſilienſ. S. D.

QVANQVAM Strabo ille Amaſæus, ut Stoicæ Philoſophiæ ſtudioſiſsimus, ita ipſius Geographiæ diligẽtiſsimus ſectator, uerè dixit: ad Philoſophũ artis huius Geographicæ, quæ de Orbis ſitu eiusq́ partibus eſt, conſiderationem, non poſtremo loco pertinere: ego tamen multo uerius dici iudico, non tantum ad philoſophos (niſi philoſophi nomine, hominem quemuis intelligere uelimus, cui res diuinæ & humanæ curæ ſunt, id q̃d ueteribus non raro in uſu fuiſſe uideo) uerùm ad omne omnium hominũ genus, cognitionem hanc utiliſsimam, & ſummè mortalibus neceſſariam, ſpectare. Niſi eos libeat eximere (quos item non paucos inuenies) qui ſuis tantum rebus ſtudere, ſibiq́ ſolis uiuere in tota uita inſtituunt. Qui, quid à brutis cæteris'ue terræ ponderibus differant, non uideo, quibus item natura dedit, ut quod ſuum eſt tantum ſequantur, niſi ſolertia, & humana quadam induſtria, à natiuo ſuo genio, loris & flagris abarceantur: Longè autem aliter hominum res eſſe debere compoſitas, in confeſſo eſt. Nã cum hi cætera animantia, & ſenſu cõmuni & ratione antecellant, natura & inſtitutione tam diuina quàm humana, ita cõparatos eſſe oportet, ut nõ tantum commertium quoddã, ueluti illa, inter ſeſe habeant, ſed communionem quandam arctiſsimã, qua, non aliter quàm unius corporis membra, charitatis glutino iuncti, cohærant, quid mirũ ſi inertiſsimos hos uentres, ceu fucos quoſdam ſub humana ſpecie, excludamus, cum ſimiæ potius quàm homines dici mereant̃. Nam quid dulcius, quid iucundius, quid utilius, immo magis neceſſariũ homini, quàm eius rei noticia, & ſi non plena ac perfecta, tanta tamen quæ homine digna uideatur, in qua uerſari, immorari, immo commorari, omnibus neceſſe eſt, qualis eſt uniuerſi totius, infimus hic terræ & aquæ globus, terræ autem maximè. Quæ, cum ſit hominũ, uelut cœlum Dei, naſcentes nos recipit (ut prudenter ſcripſit Plinius) natos alit, ſemelq́ editos ſuſtinet ſemper, dum nos, reliqua natura planè abdicatos, uelut pia mater, ſuo nos excipit gremio, unde rectè maternę uenerationis nomen illi inditum eſt. Quanquam ſummi patris æterna illa ſapientia, nobis eam non priuatim, aut his, aut alijs, ſed cõiunctim, & in uniuerſum, quaſi publico quodam nomine, omnibus inhabitandam dedit, quàm diu hac frui aura datur. Nam cum cœlum homini ſuſpiciendũ quidem, & erecto conſiderandum uultu, dediſſet, terrę & aquę machinam, omni ornatu excultiſsimã, non tantum inſpiciendam & admirandam tradidit, ſed incolendam, fruendam, manibus exercendam & tractandam, pedibus calcandã, remis ac uelis ſulcandam, & quod omniũ maximum eſt, tanquam genuino patrifamilias poſsidendã, & dominandam, cum omni ſuo ornatu, propriam fecit. Nota enim uox eſt conditoris benigniſsimi, qua hominem, nuperrime è terræ gleba productum, & quaſi limoſo adhuc madentem utero, dominum, & terræ, & aquæ, & quadrupedũ, & piſcium, & auium, & omnium reptantium, immo & herbarum & arborũ omnium, inferioris & gratiſsimi huius domicilij, conſtituit heredẽ. Dixit enim, Fructificate, augeſcite, & implete terram, atq́ ſubijcite eam, & dominamini in piſces maris, & uolucres cœli, & omne genus animantum ſuper terram. Et quod ſubditur, Ecce dedi uobis omnẽ herbam, & quę

ſequuntur ibidem reliqua. Quod ſanè imperiũ, & ſumma in hæc omnia poteſtas, ſancta & exquiſita illa fuiſſe imago Dei mihi uidetur, ad cuius ſimilitudinem, ſapientiſsimus ille rerum omniũ parens, hominem condere uoluit, ut quemadmodum ille dominus eſſet dominantium, rex regum, & imperator æternus, tam cœleſtium quàm inferorum, ita hic in terram, & omnia ad eam pertinentia, dominio potiret̃. Cum ergo, uel ueterũ ſententia, nihil ſit inhumanius, nihil magis indignũ homine, quàm ſeipſum non noſcere, non minus turpe eſt, & ab hominis dignitate alienum, ea ignorare, quæ circa ſe ſunt, quibusq; adeò cõiunctum eſſe oportet, ut ſine illis uiuere non poſsis, quales ſunt terrenæ huius aulę ſplendidiſsimę partes ferè ſingulæ, quarum ſitus ipſa Geographia certis rationibus dimetitur, nunc per paſſus aut ſtadia, nunc per gradus & miliaria, aliásue mẽſuras pro loci cuiuſuis more receptas: nonnunquam uero per certa dierum itinera, quæ uel à mediocriter expeditis, ſiue terra ſiue mari confici poſſunt. Quæ cardinum mundi reſpectus tam certa facit, ut omni prorſus dubitatione expulſa, certiſsimam loci aut regionis, non modo ſedem, uerùm etiam inclinationem, declinationem, naturam, fertilitatem, ſterilitatẽ, copiam, & inopiam rerum, aliaq; innumera, paucis horis, breuiq; diſpendio magna admiratione ſis percepturus, ſi animum ad lectionẽ & diſciplinæ huius pulcherrimę cognitionẽ applicueris. Quòd ſi ſenſus quoq; externos, hoc ſtudio amœnitate quadã gratiſsima, oblectare placuerit, Deus bone, quantam iucunditatem, quantam certitudinẽ, quantamq; rerum lucem aſſequêre, ſi pictam terræ aut regionis cuiuſdam priuatę tabellam, cum lectione cõiunxeris, qua quod iam legendo didiciſti, certa quadam oculorũ fide, in pictura ad eam rationem, docto lineamentorum ductu elaboratam, cognoſces (ſolet enim hæc, hac præſertim in arte, rerum ueritatem, quantum natura patitur, quaſi ad uiuum emulari) tum demum uidebere tibi, quaſi è tenebris & obſcuro quodam hiatu in lucem prodijſſe, aut uelut de Affricani cuiuſdam ſomnio expergefactus, omnia coram & pręſens cernere, Nam cùm ita humanum comparatum ſit ingenium, ut in rerum fidem, quæ remotiores à nobis abſunt, uix aut nunquam poſsit pertrahi nuda uerborũ perſuaſione quantumuis firma, niſi oculis ita ſe habere omnia circumſpiciat & intueatur, aut eius ſi negetur copia, aſsimulata quadã ſpecie rei, ad credendum inducatur, rectè mihi feciſſe uidentur, qui hanc, quam dixi uiam, ediſcendæ Geographiæ, uelut optimam & certiſsimam quandam methodum conſtituerunt. Hic enim quaſi ob oculos poſitum uidebis, non tantum terræ aut nationis alicuius ſitum uniuerſalem, uerùm etiam ſingularum partium eius expreſſas effigies, modo Chartę id poſsit ferre anguſtia, quales ſunt amnium delapſus, montium ſedes, mirabilesq; illorum excurſus, rurſusq; inter ſeſe coitus, cacuminum perpetua niue canities, Videbis item, uno quaſi oculi intuitu lacus, cãpos, fontes, nemora, ſaltus, urbes & oppida, ſolitudines, arenoſa & ſicca loca, arundineta limo inſuperabilia, marium flexus, portus commodos aut incommodos, ſinuum anfractus, promontoriorũ frontes exporrectas, fluuiorum oſtia, Iſthmos, Cherſoneſos, charybdes, ſyrtes. uadoſa breuia, uarias inſularum formas, ac alia eiuſmodi multa. Quorum ſitum, ſi ex cardinũ mundi diuerſitate, ex cœli tellurisq; temperie, aëris qualitate, & uictus ratione dijudicaueris, nõ mirabere, quæ de tanta gentium atq; regionum, eorumq; quæ illic naſcuntur uarietate authores tradiderunt, in ingenij truculentia aut humanitate, in corporis robore aut mollicie, in legibus, in ritibus, atque alijs affectibus, quæ ad excolendam ciuilem ſocietatem pertinent. Porrò ſi quæris, utri hominum generi magis conueniat, magis'que ſit neceſſaria Geographię peritia, idiotis ne an literatis, Hic certe quid reſpondeã planè ſum incertus, tam humanę naturę propriam, & omni hominum ſtatui affinem Geographię ſcientiam uideo. Nam & ſi non ignorem in Muſarũ alumnis, omnium diſciplinarum atque artium peritiam, pluſquam in cæteris requiri, tamen non minus neceſſariam alijs quoq; hominibus, & ijs præſertim, qui alijs præſunt, ſiue domi ſiue foris, ſiue terra ſiue mari, iudicat Strabo Geographiæ utilitatis æquiſsimus cenſor,

Cuius

Cuius uerba ex ſuæ Geographiæ libro primo hæc ſunt, Egregiè (inquit) ſermo ille ad præſens inſtitutum mihi uidetur adduci, quod ſitus orbis deſcriptio, eſt ad ciuiles uſus maiori ex parte cōducens, Rerum nanq; gerendarum campum mare explicat, præſtat & terra quam incolimus, exiguarum quidem exigua, magnarum uerò magna, maximarū autem uniuerſa, quam habitabilem uocamus, aut orbem, ut ampliſsimarum quidem actionum hic ipſe ſit locus. Et paulo poſt, Haud igitur dubitandum eſt, terræ deſcriptionis notitiā (quam Geographiā dicimus) omnes ad Imperatorias actiones adducere, in terra continenti cuncta digerentem, atque maritimis, & quæ intra orbem, & quæ exterius exiſtunt. Item intra paulo eodem libro, de ſuo loquens uolumine, ait: Simpliciter hoc uolumen publicum, ciuile ac paſsim utile putamus, ſicut & hiſtoriæ deſcriptionem. Illum enim ciuilem hominem dicimus, non quidem prorſus indoctum, ſed qui circularis diſciplinæ, ac homini libero, ac ſtudioſo conſuetæ partem attingit. Hæc ille: Adde quod inciuiles uocat & ad publica munera inutiles, qui Geographiæ planè ſunt ignari. Adijcerem & his, eiuſdem authoris uerba, quibus & comparatione, & exemplis pluribus comprobat, quantum huius artis notitia profuerit, bellorum ducibus, quantumq; nocuerit ignorantia, niſi nulli non facile foret exiſtimare, quàm infeliciter peregrinas peragrat terras, itinerum & locorum ignarus: quæ certè in belli duce tanto eſt peior quanto eſt periculoſior, non enim hic unius aut priuati cuiuſdam hominis alea iacitur, ſed in uno multorum capita periclitantur, cum in totius reipub. pernitiem tendat. Nam hic cum ſit locorum ignarus & inexpertus, non tantum non facile inueniet, qui illi uias commodas apperiat, loca caſtra metationibus apta, alia'ue quæ militari expeditioni ſunt neceſſaria, demonſtret, quid fugiendum, quidq; ſequendum in ſingulis ſit locis, quò hoſtiles inſidias & cauere & ipſe inferre poſsit, edoceat. Quin potius cum eorum locorū expertiſsimos hoſtes habeat, talesq; quibus potiſsimum curæ eſt, ut aduerſantē ſibi per auia & deuia, per itinera, aut aquis, aut nemoribus, aut paludibus, alijs'ue remoris intercepta, abducant, circumueniant, ac opprimant, omnia certè habere ſuſpecta, ac undique contremiſcere neceſſe eſt, Quæ profectò cauſa mihi non eſſe poſtrema uidetur, cur hactenus non paucis annis, cum ſeuiſsimo Chriſtiani nominis hoſte, toties infeliciter ſit pugnatum. det Deus meliora. Idem ſuo tempore Romanis contigiſſe, queritur Strabo. Primum in expeditione contra Parthos, inde contra Germanos & Gallos, cum intra paludes (ut illius uerbis utar) & difficiles acceſſu ſyluas, & loca deſerta, barbaries illa belligeraſſet. Eſt & aliud eius rei exemplum ſatis memorabile. Darius ille potentiſsimus Perſarum rex, qui uniuerſi continentis dominū ſeſe profitebatur, cum expeditionem ingentem in Scythas moliretur, ulturus quam aliquando Medis intuliſſent iniuriā, ab Artabano fratre, nō minus ſapiēter quàm ſalubriter, ſi recepiſſet ille, admonitus eſt, ne Scythis bellum inferret, nulla ſanè ratione alia, niſi quod eam regionem, ex ſitu, aſperam & inclementiſsimam iudicabat, unde Scytharum inopiam, & rerum omnium illic penuriam colligebat, multo'que eſſe tenuiorem argumentabatur, quàm quæ tantum exercitum quantum conſcribi uidebat, alere poſſet. Quem ſi audiuiſſet Darius, non tanta iactura, & nominis, & militum, & rerum, intempeſta nocte, req; plane infecta, ſeſe Scythis ſubducere, & ante illos, nullis repulſus armis, fugere coactus fuiſſet. Sed hæc hactenus. Nunc idem fortaſsis in altero genere, doctorum ſcilicet, & qui ſeſe perfectiori utriuſque Philoſophiæ ſtudio, diuinæ inquam & humanæ conſecrarunt, demonſtrandum fuerat, niſi palàm & meridiana luce manifeſtius foret: ingenuam hanc cognoſcendæ terræ doctrinam, alijs diſciplinis omnibus, non tantum multum ornamenti adferre, uerum etiam ita eas illuſtrare, ut omnis labor & induſtria, quæ ſine hac alijs impenduntur ſtudijs, manca ſint & imperfecta. Quod ut in artibus quas minores aut initiales uocamus, quales ſunt Hiſtoria & Poeſis, tàm uera quàm fabuloſa, ipſa re, quaſi natiuo quodam teſtimonio, declaratur, ita in maioribus (ut uocant) facultatibus, facile probari poteſt. Id, ut breuitati ſtudeamus,

uel in una illa, & ſumma ſcientiarum omnium principe Theologia, paucis oſtendemus, Atque id ipſum ob hanc potiſsimum cauſam, quod in hac & ab huius magiſtris pleriſque, utiliſsimum hoc & planè neceſſarium terrenæ deſcriptionis ſtudium & negligi & contemni uideamus, quaſi uerò uni Theologiæ nihil lucis & utilitatis conferre poſsit, quæ alijs omnibus tantum præſtat & opitulatur, dum grata quadam ſuauitate, obſcuriſsima quæq; illuſtrat & interpretatur. Quod ut Scholaſticæ Theologiæ, qua aliquando uſi ſumus, eſt condonandum, ita ſatis admirari non poſſum, cur eodem hæreant luto, qui ſpinoſis (ut uocant) ſenticetis præteritis, puriori ſeſe conſecraſſe Theoſophiæ gloriantur, quā cum in Sacrarum literarum uera & genuina interpretatione primum, in ueterum deinde dictis ac factis prçclaris collocent, uelim mihi dicerent, quem diuinarum ſcripturarū librum, ſiue legalem, ſiue propheticū (libet enim eam ſequi diſtinctionē, quæ apud illos ut peruulgata ita quoq; recepta eſt) rectè uelint explicare, aut cum fructu ſuo legere, excluſa Geographia. Immo fere dixiſſem, quam libri partem aut capitulum, ubi tanta locorū occurrit copia, uelut inſularum, regionum, fluuiorū, montiū, marium, populorum & oppidorū, ut ſingularum promiſſç terrç partiū nōmenclaturam intermittā. Quod ut uel in uno ſaltē teſtatum faciam libro, Inſpiciant quçſo diligentius, quā ſolent pleriq;, Geneſim, quē tamen librū & ordine & inſtitutione, primo loco habēt, Deus bone, quanta hic locorū partiumq; terreni globi, nominū occurrit ſylua, nō modo priuatorū, & quæ ſunt rebus, de quibus illic agit, propria (qualia ſunt Bethel, Gilead, Mahenaim, Beerſçba, Eſeck, & alia eius generis, quæ fortaſsis propria, citra ius Geographicū, poſſunt ſibi facere, quod ab euentibus, & ijs quç illic cōtigerunt, ſpecialia nomina acceperint, unde ex ipſius potius hiſtoriç, & rerum formis, quàm Geographorū placitis locorum deducenda ſit interprçtatio) uerum etiam cōmunium, quæ ſine expoſitione Geographica, nec intelligi nec tradi ritè poſſunt, ut ſunt Babylonia, Sinchar, Armenia in cuius montibus Noe arca quieuit poſt diluuiū: Aſſur, Charan, Caphdorim ſiue Chaldça, Aegyptus Hebrçis Mizraim dicta, Syria triplex, Meſopotamia, Arabia, Aethiopia, atq; alia penè infinita, quæ illic Lectori occurrunt, ut interim montiū, fluuiorum, populorū & oppidorum uocabula taceam, quorū certè magnū recitare numerū poſſem niſi tempori & morç parcendū eſſet, quib. præteritis, tam nequit uera ſpiritus mens, & loquendi ratio teneri, q̃ nequit cæcus de coloribus, quos nunquā uidit iudicare. Sed ne de ijs quç tanto interim tempore, tamq; temere neglecta ſunt, quiſquam me ſupra fidem loqui ſuſpicet, idipſum uno aut altero exemplo breuiſsimè demonſtrabo. Nota ſane eſt, ut puto, diuturna illa & pertinax diſſenſio, qua, çtate ferè omni tàm ueteri quàm media ac recentiori, Patres ſcripturarū interprçtes, inter ſeſe conflictati ſunt, de Paradiſo, & eius ſitu, quid namq; ſit, & ubi locorū conſiſtat. Diuinā quidem eſſe amœnitatē quandam, & delitijs omnibus affluentē, omnes conſentiunt: quidam tamen ſpiritualem illam facientes, aut in cœlo aut in piorum mentibus fide pacificatis collocarunt, Qui uerò corporalem eſſe uoluerūt, locum quendam terreſtrem, omni deliciarum genere abundantem opinati ſunt, quem quidem adhuc manere, atq; alicubi extare contenderunt, ſed cuſtodia quadā & diuino opere ita præmunitum, ut nemini ullus eô pateat aditus, ne immundis quidem & aëreis ſpiritibus, per omnia alioqui penetrabilibus. Vbi uerò is ſit locus, quaúe terræ aut cœli parte conſiſtat, ualde eſt diſceptatum, ijs in extrema quadam orientis regione conſtituentibus, inacceſſa tamen (ut dictum eſt) nec ulli hominum cognita, propter Cherubim & Romphæam illam flammeam, quibus illum eſſe ſeptum Moſes dicit. Quòd ſi uerum eſſet uel noſtra patefeciſſent tempora, non rationum & argumentorum perſuaſionibus, quibus fortaſsis prior ætas noſtra inferior non fuit, ſed ipſa rerum magiſtra experientia qua nobis hodie totius orbis terreni moles & ambitus, crebris iſtis nauigationibus ac reciprocis, ad omnes ferè mundi cardines, ita Maximorum Impp. CAROLI V. & FERDINANDI ſemper Auguſt. clementia & beneficio, aperta ſunt, ut iam ferè nulla totius terræ ſit natio,

quæ non

quæ non explorata aut incognita maneat, Quanto ergo magis locus tam uaſtus, tantæq; amplitudinis, quantę illum faciunt, tanto præſertim fulgentem miraculo, ut fieri non poſsit, quin remotiſsimè etiam aſpicientibus, admirationis aliquid, ac ſpectaculi præbeat, quibus inſatiabilis iſta hominum καινοπραγια, & uiſendarum regionum nouarum cupiditas prouocata, uel acceſſum tentaſſent ipſi, uel tanti ſpectaculi cauſam ab alijs didiciſſent, cuius tamen rei, nec fama nec ſcriptis, ullam factam mentionem hactenus ſcio. Alij uerò intra Zonam, (ut uocant) torridam collocarunt, quam cum cæteris alioqui creſcentibus, ob nimium æſtum, uelint infenſiſsimam, ſoli Paradiſo aptam, & propitiam fecerunt. Sunt alij qui locum illum beatum, à reliqua terra exemptum, ſupra mediam aëris regionem, ad Lunarem ferè ambitum ſuſpendunt, timentes fortè, ne diluuio aliquo, cæteris'ue aëreis affectibus, aut periret totus, aut ſuæ felicitatis damnum aliquod pateretur. Sed uelim ut hi dicerent, Num eo loci à ſummo omnium opifice principio ſit conditus, an aliquando illuc translatus? Translatum dicere non puto, quod diuinarum literarum teſtimonio luculenter comprobatum ſit, hominem è Paradiſo eiectum, non Paradiſum ab homine ſublatum. Sin uerò ſic eſt creatus, non fruſtra certè mirabimur, per quas fiſtulas, aut meatus aëris ocultos, flumina hæc quatuor maxima, deſcenderint, ut hic totam terram circuiret Hauilah, ille Aegyptum & Aethiopiam, Tertius in oriente Aſyriam inundaret, ut interim fluminis celeberrimi Euphratis decurſum taceam cum ſcripturis. Sed quē diſceptationis huius fontem credemus alium, quàm Geographicarum demonſtrationum imperitiam? Quæ enim fuiſſet ignauia, tot comminiſci fabulas, quas nec communis benè ferre potuit ſenſus, nec recepiſſet unquam, niſi tanta fide, tantiſq; credendi legibus, ita ſuis fuiſſet aſtrictus magiſtris, ut ne latum quidem pilum, à præſcripta licuiſſet diſcedere ſententia. Si etenim, uel à limine terrenarū partium ſcientiā ſalutaſſent, uidiſſent profecto non tantū quatuor clariſsimos hos fluuios, uerum etiā omniū amnium fontes, è terrarum continente uniuerſali, & quę etiamdum omniū uiuentium mater eſt, prorumpere, & nō ex elementari aut ſphęrica quadam altitudine, ubi nouam quandam terram à noſtra ſeperatam, fingere oportuit, fortaſsis ne nouus error, quem ratione non poſſe dilui ſperabant, hominū induſtria, ſagaciq; terrarum perluſtratione nō antea conuinceretur, quàm Dedalico quodam artificio, ingens hoc Chaos aëreum, quod interiecerunt, alarum remigio ſuperaretur. Hoc autem cum homini negatum eſſe non ignorarent, immortalem ſanè pertinaciam ſuam futuram non diffidebant. His demum ſi ex Geographorū doctrina, quatuor fluuiorum circuitus atq; fluxus coniunxiſſent, per quos à ſuis incedētes fontibus ſuam quiſq; regionē irrigant, uidiſſent ſanè uniuerſæ ferè noſtræ terrę habitabilis faciem hoſce occupare fluuios (id quod Geographorū diligentia, multis iam ſeculis comprobata, & obſeruatū & deſcriptum eſt) & non orientis aut meridiei, occidentis'ue angulum quendam ſeparatum, Septentrionalem namq; inclementiam, tanta dignam amœnitate nō iudicarunt. Notæ quidē ſunt regiones ampliſsimæ, Aegyptus Aethiopia'que, per quas Nilus longo ac ſinuoſo decurſu labitur, quod Moſes alijs quidem uerbis, ſed eadem ſententia dixit, Gihon ſecundum flumen (quem uetuſtas omnis ferè Nilum interpretat̄) totam terram Aethiopię circuire. Eſt & Armenia nota, quæ Tigrim & Euphratem fundit, ac per Syriam, Meſopotamiam & Aſſyriam ſeiunctis proprijſq; alueis mittit, iunctis deinde aquis per Arabas Oreos Perſaſq;, longum decurrentes ſpaciū, mari Perſico mixtas reddunt. Hoc Moſes de fluuio quem ipſe quidē Hidækel uocat, uetuſtiſsimo tamen interpretum conſenſu, nunc Tigris dicitur, affirmat, uno Aſſyriæ uocabulo, nominatas regiones omnes complexus. Sic India omnium regionum maxima & ditiſsima, Gangetico nota eſt curſu, qui auri ramenta deferens, eam mediā ſecat. Hunc Phiſontem nominans, totam circuire terram Hauilah Moſes ait, ubi aurum ſit cæteris terris precioſius, fluuiatile nimirum intelligens, ac præſertim Indicum, quod ſua præſtantia omne aliud uincere, rerum naturalium ſcriptores tradiderunt. Qui-

bus argumentis clarè demonſtratum opinor humani generis domicilium, quod tanta uoluptate exornatū, illi inhabitandum tradidit dominus, Eden cognominatum, longè fuiſſe amplius & ſpacioſius, quàm horum fert opinio. Quid ergo prohibet, quo minus, certiſsimis hiſce ducti argumētis, cōcludamus, uniuerſam hanc terram habitabilem, à clementiſsimo rerum omniū opifice, cum tanta delitiarum omnium abundantia, & amœnitate fuiſſe procreatam (pro ſua tamē cuiusuis loci commoditate) hocqꝫ theſauro incomparabili, non ſolum primum hominem ab ipſo conditum, uerum etiam totam poſteritatē eius, uoluiſſe honorare, illisqꝫ omnibus quaſi iure quodā hęreditario, in omnes ętates, ad cuſtodiendā & elaborandam tradere, non ad fatigationē aut moleſtiam aliquam, ſed ad mentis laſſæ inſtaurationē (quæ tum item uarietate quadam uidebatur delectari) ſi in præſcriptæ legis obedientia permanſiſſet. Totum itaque hunc terræ globum, Paradiſum fuiſſe uero ſimillimum eſt, qui ſic quoqꝫ manſiſſet, in omnium hominum poſteritatem, ſi non per contumaciam & rebellionem, homo ſua culpa, ſonticam mulctam pro felicitate, tribulos & ſpinas, pro fœcunditate ſuapte natura prompta, ac deniqꝫ pro delicijs ſudorē & dolorem illi intuliſſet, ut uel ſic hominis in Deum contumacia, iuſta talione, per terræ & omnium in ea uiuentium (quæ prius illi ad nutum erant ſubiecta) contumaciam puniretur. Quam infelicem & calamitoſam commutationem, illam è Paradiſo uoluptatis eiectionem fuiſſe exiſtimo, ſtatu enim non loco, pulſum eſſe Adamum intelligendum eſt. Nec me mouet quod cauſantur plerique, Omnia Noachi temporibus, uniuerſali iſta inundatione, fuiſſe corrupta & confuſa: itaque & amnium iſtorum fontes & alueos, cum alijs rebus innumeris, fuiſſe mutatos, in'que alias terras, locaqꝫ alia delata eſſe. Eſto ut concedam multa fuiſſe mutata, in'que nouas rerum abijſſe facies: ita uerò eſſe mutata & confuſa, ut cœlum terra miſceretur, adduci non poſſum ut credam. Nam & ſi ſacris teſtatum ſit oraculis, Diluuij undas ita inualuiſſe, ut montium omnium apices, quindecim ſuperarint cubitis, nondum tamen aëreum iſtud uiciſſe interſtitium credendum eſt, quod intra noſtrum habitaculum, & mediam aëris regionem conſtitutum eſt, ſupra quam Paradiſum collocant, quouſque certè diluuium aſcendiſſe oportuit, ſi fluminum Paradiſi fontes, in terras alienas, & loca alia deturbauit. Hæc exempli uice hîc referre libuit, non quod mei nunc eſſe inſtituti ducam aut officij, de Paradiſo & eius ſitu diſputare, ſed ut ex hoc uno diſceremus exemplo, quàm neceſſarium, & amplum locum in diſciplinis omnibus habeat Geographia: quantum'que lucis & commoditatis ferat, in ijs etiam ſcripturis, ubi nihil loci habere putatur. Nam de Paradiſo non eſt ut cum quoquam contendam, cum eam diſputationem ex eorum eſſe numero exiſtimem, in quibus Paulus unumquemque ſuo abundare ſenſu permittit. Alterum exemplum quod adferre decreueram, non paucioribus fortaſsis argumentis fuerat declarandum, niſi præfandi modum excederet oratio: uideo enim, longiorem factam quam uolebam ipſe. Idipſum autem eſt Abrahami obedientia, quam indefeſſo animo & fide inconcuſſa, magna alacritate Domino Deo ſuo, in omnibus præſtitit. Hæc autem cum tantæ ſit dignitatis ut uniuerſæ Chriſti eccleſiæ ceu paridigma quoddam, & imitabile exemplum ſit pręſcripta, nemo ſanè ſatis dignè eius naturam explicabit, niſi quàm diligentiſsimè per circumſtantias omnes eius facti hiſtoriam examinauerit, quas & ſi uerbis, ſpiritus non exprimat, intacta tamen non præterit, quò & nobis reſtaret, occaſio pijs meditationibus in ſuo exercendi uerbo. De ea itaque Moſis uerba hæc ſunt, de primo ex Chaldęa egreſſu loquens: Tulit Tęrah Abram filium ſuum & Loth filium Haran, filium filij ſui, Sarai quoqꝫ nurum ſuam, uxorem Abrami filij ſui, & egreſsi ſunt ſimul de Vr Chaldęorum, ut irent in terram Chenaan: ueneruntqꝫ uſque Charan, & habitauerunt ibi. Hæc breuibus Moſes. Sed quanta diligentia, quamqꝫ profundis cogitationibus Ioſue in totius Iſraelis cōcilio, Achior poſtea dux filiorū Ammon coram Holoferne, & Stephanus in Actib. Apoſtolorum, Dei erga Iudaicā gentem bonitatē, rurſusqꝫ Abrami erga Deum obſeruantiā

commen-

commendaturi, eam̄ repetiuere? Quanquā & ibidem multa ſtyli breuitate intercepta crediderim, quæ Lectori pio, intentiori mente meditāda reliquit ſpiritus. Porrò quanto id fiat cum fructu, ducibus Geographicis documentis, ſtatim experietur, qui tot eius labores totq; difficultates ęquiori perpenderit animo, quot homini peregrino per incognitas migranti terras, undiq; tolerandæ erant, quas certè ex natura & proprietatibus conficiendi itineris, æſtimare oportet. in quibus declarandis omnis Geographorum diligentia uerſatur. Illorum enim eſt oſtendere, quo quæq; ſint ſita loco, quibus finibus clauſa, quæ aëris temperies, quibus fluminibus iter interciſum, quales traiectus, qui montes ſuperandi, quæ uallium profunditates ſubeundæ, per quas fauces egrediendum, quantæ ſolitudines intermediæ uaſta'que loca, & quamdiu in illis hærendum, quę oppida, qui populi, quibus moribus prędíti & alia infinita, quorū ignorantia pertranſeuntibus, non parum incōmodat, ac pericula & moleſtias adauget. Viden igit̃ in quàm longam hiſtoriam, compendioſum hoc thema poſsit diduci: ſi Geographorum induſtria, & tabularum picturis fuerit illuſtrata, qua demum obedientiæ illius, ueram aſſequere explicationem. Nam quod ad primam Abrami pertinet profectionem, Ex Vr Chaldæorum ait egreſſum, quam Aſſyrię fuiſſe partem dubiū non eſt, eamq; maxime ſeptentrionalem, cuius hîc meminit, gentem omniū ſuperſtitioſiſsimam, incantationibus, & auguriorum omnium generibus deditiſsimam. Inde proficiſcenti Meſopotamiam, Tigris flumen maximum occurrit, tantę pernicitatis, ut nomen ex ea acceperit, paucisq; locis traiectum admittat. Hinc abiens, iuſtam emenſus Meſopotamiæ portionem, Carras uenit, quæ ſacris literis Charan: & græca aſſumpta forma Charran dicitur: (nam quod uulgata legit editio Aran & Haran, ſcriptorum errore ſactum puto) uetuſta quidem urbs, & M. Craſsi interitu celebris, ut notat Plinius, uerum idolatriæ deditiſsima, quam item ad Iuliani apoſtatæ (uti uocarunt) tempora uſq;, ſpurciſsimè ſequuta eſt. nam & is in Iouis tēplo, horrendo quodam ſpectaculo ſuam impietatem illic exercuit, paulo antequam à Perſis occiſus eſt, ut ſcribit Socrates. Qua certè migratione, iter non minus LX miliariorum noſtratium paruo tempore, & magnis difficultatibus, Abramus cum tanta emenſus eſt familia. Carris cum aliquandiu conſediſſet, nouam rerum domeſticarum colligens ſuppellectilem & familiam, ad ſecundam profectionem (qua primam iſtam, quæ ex Chaldęa facta fuerat perfici oportuit) uocatur: atq; uix dum cęptas, relinquere cogitur ſedes. De qua ſic ait Moſes: Egreſsi ſunt, ut uenirent in terram Chenaan, & peruenerunt in terram Chenaan. Et quid Tautologia hac, ad ſententiam certè nihil pertinentem, uoluit ſpiritus, niſi ut meditandi occaſionem pio pręberet Lectori, quàm multis moleſtijs, atque uarijs caſibus, longiſsimam ac periculoſam hanc profectionem conſumauerit. hac enim orationis formula, res arduas & difficiles, confectas & ſuperatas eſſe ſignificare ſolemus. Eius enim Syriæ quæ citra Euphratem, àc propriè ſic dicitur, Paleſtinam uerſus inclinata, ampla & uaſta, non minor centum miliariorum noſtratium, latitudo eſt, per multos populos, oppida & pagos diffuſa. In qua profecto gentium & locorum uarietate, multa illum deuorare aduerſa neceſſe fuit, quibus Abraamus ceu ualido concuſſus ariete, nō ſemel ab inita cecidiſſet obedientia, niſi fide promiſsionum Dei uelut ſcuto ſelectiſsimo, ignita hæc iacula omnia eluſiſſet. Similibus demonſtrari poteſt argumentis, nō mitiora illum tertia profectione perpeſſum, qua uix dum inter Hai & Bethel paruo erecto tuguriolo, fame pulſus, per uaſtā illam, & omni humano cōmertio deſtitutam, Arabię Petrę ſolitudinē, in Aegyptum deſcendit, quæ, morę parcentes, hîc enumerare nolumus. At dicet aliquis: Aliam tum forte fuiſſe terrarum & regionum faciem, cum hęc fierent quàm ea ętate dum à Geographis deſcripta ſunt. Idipſum ſanè & ego lubens recipio: ſed cultiores aut manſuetiores fuiſſe, ueriſimile non eſt, aucta uero locorum feritate fuiſſe pericula, dubium non eſt, tam abeſt ut hac diuerſitate quicquam ex his ſit imminutum. Hanc meam incomptam prolixitatem & ſi tuæ Præſtantiæ multis ex cauſis pertæſam

non du-

non dubitarim futuram, breuius tamen dicere non potui, quòd paucis de terrarum ac regionum notitia dici non poſsit, etiam ſi quid quàm breuiſsimè dixerimus. Iam uerò in ſacra illa Iuris profeſsione multa eſſe locorum & regionum nomina, quæ citra iacturam ueri ſenſus ſacratiſsimarũ legum, non ignorantur, perſuaſum habeo. uerum cum extra meam ſint ſortem, tibi Viro eius profeſsionis peritiſsimo, tibiq́ ſimilibus uiris doctiſsimis, percenſenda & diiudicanda cõmitto. De arte Medica quid dicam, quorũ Theoria & Praxis, in exoticis, & peregrinarũ regionum aduentitijs rebus, ac Pharmacis, tota uerſantur, quibus cum altera hominis pars præcipua, ipſa uita & corporis ualetudo demandata ſit, optanda, ſanè fuerat pleriſq́ maior earum nationum cognitio, quarum fructibus in re tanti momenti crebrò utuntur, uti ex cœli & terrę temperie, medicamentorum uires penitius cognoſcerent, cumq́ tẽperamento & natura affecti corporis diligentius conferrent, minori fortaſsis multorum periculo, maiori autem cum laude, ſuo fungerentur officio. De ipſo uerò authore (quod quęrunt pleriq́, quib. pluris eſt quis dixerit, quàm quid dixerit) non habeo quæ dicam multa, niſi quod ex hoc ſcripto facile iudicare licet, hominem fuiſſe non minus diligentem quàm doctum, & ad excolendam hanc artem laudatiſsimã natum & factum. Ita enim aſsiduę lectioni ueterum ſcriptorum, indefeſſa multorum locorum experimenta coniunxit, ut iucunda quadã breuitate, & noua non paucarũ rerum expolitione, omnes alios quos ante ſe habuit, ſi nõ uiciſſe, ſaltem æquaſſe uideatur. Quanquam & ipſe (ut uerum fatear) ſuos nęuos alicubi habeat, ut nihil eſt ex omni parte beatum, quorũ aliquos nos ſuſtulimus, aliquos autem ſtudioſe prçteriuimus, ut uel tanti uiri induſtria admoneamur, nullam diligentiam ſatis magnam eſſe, ad obtinendam huius diſciplinæ apicem: diſcatq́ poſteritas non temerè in hac uerſandũ, neq́ quicquam audacius, de locis extra noſtram notitiam poſitis, ſtatuendum eſſe. Id uerò authori maximè in Germania contigit, uel quod in hac deſcribenda, ueterum ſit deſtitutus diligentia, qui illam, uelut horridam ac planè barbaram aſpernati, frigidius ſemper tractauere: uel quod barbara locorum denominatione (ſic enim uoces Germanicas ſolent appellare) territus, in ueritatis diligentiori inueſtigatione languidius egerit, quam certè cauſam & ipſe author alicubi prætendit. Fit autem hoc extra fraudem & iacturam æqui boniq́ lectoris. Nam cum noſtro æuo à non paucis uiris doctiſsimis Germania ad uiuum, & eam præſertim faciem quam hodie habet, & ſcriptis & tabulis ita ſit adumbrata, ut qui hîc ſunt errores (ſi modo hoc nomine cenſendi ſunt) uel facillima animaduerſione tolli & corrigi poſſunt. Cæterùm quot, quibúſue mendis, nos commentaria hæc purgauerimus, aut quas lacunas ſuſtulerimus, dicant qui uiderunt, de me enim ipſo nihil prædicabo, non enim ſolum à ſitu & tineis corroſum fuit exemplar (è quibus Arnoldus Arlenius, uir, ut ſolertiſsimus, ita bonis literis iuuandis ſtudioſiſsimus, illud, felici ut ſperamus omine eruit nobisq́ communicauit) uerùm etiam à Sciolo quodã, in cuius manus ſatis infeliciter uenerat, ita immutatum & deprauatum fuit, ut ipſius quoque authoris integritatem & eruditionem ſæpius mihi feciſſet ſuſpectam, ſi non ueterum lectione repetita, non abſque magno labore, authoris mentem & genuinum ſenſum cognouiſſem, ſuisq́ reſtituiſſem locis. Subiunximus præterea huic operi cõpendia ſeu epitomas duas. Vnã, LAVRENTII CORVINI, ante annos aliquot typis, à neſcio quo cacographo, deprauatiſsimè excuſam. Alteram: quæ in Strabonem eſt, ſine ullo authoris nomine, à D. Hieronymo Gemuſęo, medico peritiſs. ante annos XVIII. è Græco latinam factam, ſolo hoc conſilio, ut qui alijs curis diſtenti, occupatiores forent quàm ut longiorib. ſcriptis, iuſtum poſſent impendere tempus, habeant aliquid, quo huius artis utiliſsimę, uel paucis guſtum aliquem delibarent, atque in eius amplexum inuitarentur. Hos ergo noſtros conatus qualeſcunq́, atq́ in primis ipſius authoris uigilias, Vir Præſtantiſsime, ſub tuo nomine edere, tuæq́ magnificentiæ inſcribere libuit, non tam quò tuæ præſtantiæ, uenerando patrocinio atque tutela commendarentur (quanquam nec

illud

Præfatio.

Illud contemnendum,ſed ſummopere,noſtro maximè tempore,ſit exoptandum, quo talia hominum ſunt ingenia,ut nemo qnantumuis præclarè aliquid aut dixerit aut fecerit,quorundam liuorem,calumniandiq́ licentiam ſubterfugere poſsit) uerum etiam quòd in hoc ſtudiorum genere,te multum docteq́ uerſatum non ignorem, non ſolum ueterum authorum lectione frequenti, uerum etiam, multis peregrinationibus tam publicis quàm priuatis,quibus permultas ipſe uidiſti regiones & loca,noſtræ præſertim Europæ. Italia enim & Gallia tanquam pijs ſtudiorum tuorum alumnis, uſus es: Angliam perluſtraſti: Maximorum deinde Imperatorum legationibus functus honeſtiſsimis, innumera Germaniæ loca, non ſine diligenti ueterum monumentorum diſquiſione, & nouarum ſedium natura & arte munitarũ admiratione, doctè obſeruaſti. Quod ſi hæc aliquando per tuam Præſtantiam, in gratiam huius diſciplinæ ſtudioſorum, in publicum ederentur, Deus bone,quantam facem ad noſtrę patrię illuſtrationem,tu tuiq́ ſimiles,nobis exhiberetis? Hanc itaque animi mei,erga te obſeruantiſsimi,ſignificationem (muneris enim nomine dignum non cenſeo) pro tua qua ſemper erga me fuiſti humanitate,placido ac fauenti ſuſcipies animo. Nec me huius exhibitione quicquam quęrere aliud tua credat Magnificentia,quàm ut me in tuorum amicorum numero eſſe ſinas uel minimum, ac me ut ſemper amare pergas.

Vale & uiue ſemper felix in Domino. Baſileæ,
Anno M. D. LVII.

RERVM ET VERBO-
rum memorabilium præſertim regionum Vrbium, Fluminum ac Montium Index copioſiſsimus, in Dominici Marij Nigri Veneti Geographiam.

A

ABa 315
abacæna oppidum 534.233
abana ciuitas 483
abbatia 123
abbytęum oppidum 369
abantis 315
abarbina oppidum 553
abaris amnis 434
abarne uícus 522
abdera colonía 437
abdara urbs 28.366.437
abea poſtea Thuria 329
aberbeſola ciuitas 27
abgora opp. 272
abida oppidum 505
abidus opp. 268
abidos ínſula 642
abilys mons 352
abij populi 562
abina ciuitas 536
abiſſaga ciuitas 546
abiſama ciuitas 545
ablata oppidum 460
abliana urbs 484
abnobi montes 73
abella urbs 196
abellinum urbs eod.
abellinum opp. 199
abonus uir 453
aboni oppidum 453
aborigines populi 694
aboras fluuius 755
abatos palus 396
abrachos regio 375
abraham ubi cõditus 516
abrauanum flumen 17
abrincatui pop. 52
abroſtoda urbs 449
à Brythomago uſque ad Agrippinã præter Cõfluentia olim, neq; ciuitas neque caſtellum ullum uiſebatur 59
abſarcum flumen 482
abſortium 96
abſortus eod.
abſyrtides inſulæ 711
abudiacum 85
abula 40
abuilla 54
abus mons 488.486
abuſei populi 546
abydus urbs 423
abydus urbs 760
abydus urbs Aegypti. 392
abyra regio 579
abyron urbs 499
abyſtrum opp. 211
aca oppidum 418
acabe mons rubrica plenus 383
acabena regio 521
acabis urbs 370
acabium 131
acada oppidum 532
acadira urbs 578
acamas 492
acanne emporium 408
acanthus urbs 392.717
acanthus opp. 278
acantharum Aegyptiarũ Lucus Apollini ſacer. 392
acardæus fluuius 473
acar amnis 64
acarnania 289
acarnania 715.295
acarnanes populi 725
acatræ gentes 589
acbatana ciuitas 533.531
accetani pop. 42
accitania 40
accon urbs 499
acedum 121
acinacæ populi 555
acermos 147
aceſines amnis 576
aceſines populi 578
achabe fons 366
achadamon fluuius 418
achaia regio 716.325
Achaiæ inſulæ adiacentes 316
achaiæ regionis ſitus 298
achaichata caſtellum 521
acharaca uicus 447
achardęus amnis 476
achaia regio 562
achantina inſula 406
achęa uicus 477
achęi populi 712
achęmones populi 361
achates ubi inueniatur. fol. 640.430.342
achazanes amnis 489
achęi populi 475
achelous fluuius 725.636
achemæ 403
achemenia regio 526
achemenides 551
achemenidæ populi 537
acheruſia palus 390
acheruſia ſpecus 419
acheron amnis unde oriatur 334
acheron fluuius 698
achiandana flumen 551
achilleum oppidum 424
achillis ſepulchrũ ubi ſit. fol. 741
achillis templum 476
achilleus pagus 476
achitæ gentes 548
achor oppidum 511
acheron amnis 291
acheruſia opp. 293
achrona uicus 547
acidon fluuius 339
acidonis oſtium 327
acidulus fons 194
acileſina regio 463
acinippo 24
acis inſula 321

a acmza

Index

acmæa 30
acmonia pagus 449
acmonia opp. 254
aconę portus 419
aconitũ ubi naſcatur. 419
acoraba urbs 302
acoræ ciuitas 195
acoris urbs alio nomine Auaris dicta 294
acra ciuitas 244
acra, uel acria 330
acra promontorium 354
acrathum oppidum 352
acraba oppidum 524
acreæ urbs 235
acræphium opp. 308
acritas promontoriũ 721
acrite promontoriũ nunc caput Galli 328
acriotiri caſtellum 447
acrocorinthos 342
acroliſſus 104
acrotothias promontorium 378
acrum promõtorium 325
acruſion colonia 68
acſaph ciuitas 508
acta oppidum 330
actęonaracynthus mons. fol. 309
actica 311. 322
actium opp. 294
acuenſij populi 353
aculanum opp. 200
acumulum opp. 151
acuſagores ſcopuli 345
acyphantis opp. 301
adacha urbs 505
adada urbs eod.
adada oppidum 458
adam ubi conditus 515
adamãtis copia apud Agathyrſos 240
adamos urbs 497
adana oppidum 470
adari oppidum 547
adatha urbs 466
addæa caſtellum 521
adedum uicus 544
adei populi 396
aden 396
adherbat 356
adeſſus oppidum 448
adiaba uicus 484
adiabena regio 528
adiabeni populi 529
adiabene 754
adima caſtellum 354
adiſaga ciuitas 587
adiſamus ciuitas 584
adiſdara urbs 579
adonis fluuius 497
adopiſſus urbs 464
adoreus mons 418
adra urbs arabiæ 506
adra ciuitas 519 505 99. & 233
adrabon opp. 51
adrama urbs 506
adramottium urbs 428
adramyttium urbs 435
adraſtia urbs 740
adrapſa oppidum 553
adraſtia urbs 422
adraſtus rex Argiuorum expeditionẽ cõtra Thebanos mouit 335
adraſtus rex primus Nemeſi fanum dicauit 422
adria urbs 692 126
adriaticum pelagus 325. & 95. 606
adrius 100
adrius mons 712
adriuſa regio 528
adros 15
adros pagus 519
adrumentum colonia 363
adrumentumq; iugum 366
adua 128
aduætium 88
adulia oppidum 407
adulia urbs 410
adymos inſula 384
adirmachidę 375
ælia urbs 514
æapolis urbs 480
æaris Rodaniq; mixtio. fol. 65
æas fluuius 274
ægilę 376
ædonus mons 270
ædetanus 41
æga 279
æga mons 430
ægaẽ opp. 318
ægan Iouis nutrix fuit 335
ægas opp. 285
ægę inſulę 431
ægeę oppidum 435
ægei populi 546
ægęſius amnis 438
ægeum pelagus. 684. 415. & 430
ægeria 176
ægeſta opp. 227
ægeũ mare unde dictum, deq; diuerſis illius nominib. 275
ægeum mare 607
ægle ciuitas 416
ægialea ciuitas 323
ægialei unde dicti 325
ægiateus mons 327
ægialum oppidum 453
ægida 111
ægylę populi 374
ægina inſula ab Aegina nympha ex phliunte orta, dicta 333
ægina Aſcpi regis Boëtiæ à Ioue in ſpecie ignis grauida 333
æginę nymphæ à quo nata 331
æginę inſulę 642
æginenſes miſerũt ad Cydoniam colonos 333
ægiala inſula 397
ægion urbs 325
ægitharſus promontoriũ fol. 227
æglia inſula nunc Ciciriġum 330
ægyptius portus 498
ægyetius 756
ægyptius rex 370
ægyptus ſub imperio Romanorum redacta 759
ægyptus Nelei filius Prienem urbẽ condidit. 448
ægyptus à fluminibus maximis dicta 370
ægyptus amnis 384
ægyptus olim mare fuit. fol. 679
ægyptus 617
ægypti deſcriptio 370
ægypti omnes urbes præter

ter Cayrum, & Alexandriã carēt muris. 393
ægyptij primi diſciplinas inuenerunt 617
ægyptij ſacerdotes quomodo induantur 372
ægyptij cũ Scythis de antiquitate contendunt. fol. 373
ægyptij olim hanc uitam parui faciebant ſed futuram plurimi 373
ægyptij inuentores medicinæ 272
ægyptij animantium Cultores 373
ægyptiorum mores 372
ægyptiorũ quòd genera hominũ habuerint 373
ægyra ubi ſita 325
ægyra 430
æleus opp. 272
ælim uicus 519
ælu pelagus 544
æmiliana 38
æmiliæ regiōnis ſitus 137
æmonia 111
æmonia regio 724
æmus mons 635.711
æna fons 515
ænei populi 513
æneſiphira urbs 376
æneſiphira portus eod.
æneti populi 453
æni inſulæ 543
æniſippa inſula 376
æno inſula nũc Sydra. 332
ænonum 95
ænos ciuitas 262
ænum ædificium 383
æolia regio 654.738
æolides inſulę 636
ęolus uentorũ cuſtos. 704
æolis regis 429
æpea urbs 329
æpy 328
aēr in Italia inter frigus ęſtumq́ꝫ temperatus 106
æria regio primo Chã, & deinde ab Aegypto rege Aegyptus dicta. 370
æretica regio 405
æſaroneſij pop. 218
æſarus flumen 155
æſis 147
æſis urbs 148
æſculapius ubi natus ſit. fol. 748
æſitæ populi 524
æſium urbs 148
æſtiua 76
æthiopia quę et Aſgiſimba 397
æthiopiæ regionis ſitus. fol. 404
æthiopiæ deſcriptio 413
æthiopes populi 614
æthuſa 266
ætna urbs 134
ætna mons 637.232 & 703
ætna inſula 445
ætna mons 703
ætolia regio 636
ætoli populi 714.720.203
ætolorum gens 299
ætulana regio 465
æx opp. 186
æzari populi 375
africa ſimplicem formam habet 683
africa unde dicta 604
africum pelagus 684
africus unde ſpiret 678
agatha inſula 63
aganna caſtellum 521
aganagora ciuitas 586
aganippe fons 633
agrippa 53
agrippę initim, extenſio & finis 53
agar urbs 366
agaram oppidum 521
agarandaca 534
agarũ promontoriũ 244
agaſa inſula 323
agathoclei inſulę 545
agatharchides 369
agathirſi populi 627
agathus inſula 444
agathonis inſula 384
agathos dęmon 386
agathocles Syracuſanorum tyrannus 357
agathyrum opp. 225
agathyrſi populi 239
agaunij populi 561.149
agauzana oppidum 533
agde 63
agdenitis regio 550
agedecum firmũ oppidũ fol. 52
agella urbs 164
agelloa 296
agellina urbs 164
agidus ciuitas 467
aginna urbs 482
aginnum ciuitas 49
aginni circumcidebant olim pueros ſumpto more ab Aegyptijs 341
agios 266
agipſus 383
agiſimba Aethiopia 413
agmanipha pagus 545
agmętha ciuitas 587
agoritę populi 474
aggradus 63
agragas urbs 236
agrenſes populi 660
agrigentum oppidum. fol. 703
agrigentum Ionicum. fol. 236
agrippiada urbs 508
agrippei populi 241
agrippinenſis 57
agris ciuitas 551
agrizama urbs 455
agnani balneus 192
agyllęi populi 561
ahaulitidis ager 504
aiacis tumulus 424
aiagi 519
aeac 383
aila urbs 517
aina uicus 547
aire 55
alanorſi populi 561
alaba inſula 583
alabanda urbs 448
alabandenſes populi. eodem
alabaſtrus lapis 394
alabaſtris ubi naſcatur. fol. 441
alabaſtrorum urbs 394
alabes 387
alabrus amnis 456

alabus fluuius 230
alactus fluuius 457
alæa urbs 457
alama 26
alamus uicus 484
alamatha uicus 506
alambatorum promontorium 551
alani montes 561
alani populi 627
alani populi 248
alannius 40
alalcomenæ opp. 507
alata ciuitas 547
alata ciuitas 524
alatrium urbs 186
alaunius 20
alauni 86
alauni pop. 248
alazonius fluuius 484
alazonius fluuius 730
alba 26.136
alba urbs 694
alba amnis 44
alba Marſorum 186
alba regio 518
alba regalis 92
alba urbs 177.630
alba Stegla 36
albæ ualles 376
albana pagus 549
albania regio 728
albaniæ contermini 104
albani agri uites præſtantiores 177
albani populi 650.284
albanenſium 104
albauguſta 68
alber amnis 12
albeſtatium 76
albingaunum oppidum. fol. 152
albis fluuius 707.72
albicamini urbs 376
albiana opp. 215
albion 15
albion urbs 155
albintimilium urbs 152
albius mons 94
albora inſula 354
albocenſij pop. 254
albunis urbs 478
albus uicus 519
albus portus 385
albula 157
albucella 36
album litus 376
album caput promontorium 433
albuncithi 408
alcana 37
alcibiades 430
alcimunis 87
alcon amnis 435
aldera ciuitas 260
aldeſtus fluuius 627
alduaſduli ortus eiuſdemq; extenſio 60
alduaſdulus fluuius eod.
alea ab Aleo cõditore nũcupata eſt 339
alemannia & Germania apud ueteres non eadẽ regio 69
alendi 225
aleon oppidum 437
alepus ciuitas 600
aleria opp. 216
aleſa opp. 225
aleſſia opp. 225
aleſium opp. 337
aleſus fluuius 437
aleſſus 104
aleſynga emporium 573
aletinum opp. 205
aletercoſa 37
alete opp. 233
alex flumen 699
alexandria urbs 552 557. & 567
alexandria urbs ab Alexandro Macedonũ rege nominata,& condita 377
alexandria oppidum 565
alexandria Troas 741
alexandria oppidum 495
alexandriæ laus 378
alexandria urbs 759
alexander Magnus quas ſubiugauerit regiones. fol. 635
alexander condidit urbẽ Ammoniam, alio nomine Parætoniũ eam uocant 376
alexander condidit & nominauit Alexandriam fol. 377
aliacmon fluuius 279
aliam amnis 168
aliartus urbs 342
aliardi populi 357
alicadra ciuitas 533
alicodra urbs 556
alimna urbs 458
alimũdous caſtellum 26
alinda oppidum 448
alinium opp. 286
alinza urbs in mõte ſita. fol. 533
alinza oppidum 532
alizonium oppidum 426
alis 114
aliſdaca oppidum 533
aliſum 74
aliſta ciuitas 216
aliſtus 76
alizones 735
allapeni populi 547
alleſia 55
alleſiæ conditor 55
alliſſe opp. 184
alliphanus opp. 205
allium urbs 157
allobroge 67
allophili gentes 507
allyba oppidum 429
almeria 28
almia oppidum 478
almiſſa 101
almopores pop. 284
alo urbs 376
aloſa 787
alemannia uocabulũ Germanico antiquius 60
alemanni unde dicti 69
alena fluuius 39
alontium opp. 225
alopece inſula 433
alopetia inſula 245
alorus oppidum 716
alous fluuius 478
alpenum 138
alphabucellis opp. 186
alphæus 719
alpheus fluuius 326 327. & 632
alpheus unde dictus 327

alpheus defluit in arethuſam 326
alpes 108
alpis mons 713
alpes quinto die aſcendi homine expedito uix poſſe 109
alpes Italiam inacceſſibili muro claudere 109
alſadamus mons 506
alſa 103
alſium urbs 157
alſenarum reſtaurationis epigramma 215
alſyrtides inſulæ 95
altathoë 310
altacaſtra 18
altenburga 76
alterma 37
altemura opp. 203
altha pagus 526
altinum 121
altorf opp. 59
altus locus 438
altus mons 214
aluanis oppidum 524
aluara uicus 548
aluca opp. 216
aluerniæ terræ finis 49
alueſtre 13
aluia 36
aluiſtidia 13
alumeotæ populi 549
aluona 36.94
aluerniæ mons 53
alyatis tumulus 436
alybbaca urbs 370
alyzea opp. 294
aman riuulus 50
amadocæ pop. 245
amagira 131
amazon mons 460
amazones 647.474
amazonũ uaria eſt hiſtoria 460
amalechites regio 519
amana ciuitas 532
amanus mons 471.455
amanus 466
amanus portus 35
amanum urbs 500
amanus mons 755
amanides portæ 470
amara pagus 549
amarna oppidum 553
amarica prouincia 531
amarinthus fluuius 338
amarynthus 317
amaſia urbs 459
amaſia ciuitas 74
amaſis rex 389
amaſis fluuius 72
amaſieni agri 460
amaſenus amnis 230
amaſtris urbs 419
amaſtris uxor Dionyſij Heracliæ tyrrani 419
amaſtris regio 734
amathon 329
amathus ciuitas 493
amathus fluuius 718
amathum caſtellum 494
amatrix opp. 151
amaxitæ gentes 742
amaxobij opp. 248
amazonum regio ubi ſita ſit 730
amba ciuitas 544
ambautæ populi 56
ambaſtus amnis 589
ambeſontij 86
ambiani pop. 55
ambidrani 86
ambilici eod.
ambiſna 36
amblada uicus 456
ambracia opp. 293
ambracia urbs 714
ambraciæ inſulæ 641
ambrodax urbs 565.540
ambrum 68
ameria urbs 166
ameriola 179
ameſes populi 557
amethiſtus lapis ubi reperiatur 374.464
amichæ ciuitas 343
amici portus 419
amida urbs 522
aminei populi 548
aminei populi 547
amiri populi 531
amiritæ populi 374
amiſus 735
amiſus ciuitas 454
amnis fluuius 736
aminachæ populi 587
amiternum urbs 108
ammonis ciuitas 366
ammoniaca regio 375. & 377
ammonia urbs alio nomine Parætoniũ à quibuſdam uocata eſt 376
ammonium promontorium 408
ammonis oraculum 760
ammonium emporium. fol. 545
ammea urbs 523
ammea oppidum. 524
ammedara urbs 359
ammias fluuius 455
ammirium urbs 449
amniſum emporium 347
amo oppidum 561
amon 145
amon urbs 550
amonitæ gentes 517
amorei populi. 505.511.515
amorio regio 738
amorgus inſula 443
ampeluſia inſula 351.
ampelus emporium 438
amphaxitidum litus 277.
amphipolis urbs 500
amphilochi 725
amphygenia urbs 342
amphiala promont. 312
amphilochium opp. 296
amphiſſa opp. 301
ampelae promontorium. fol. 347
ampſarum ciuitas 355
amphilochij pop. 396
ampſaga flu. 353.356.354
ampſalis ciuitas 478
amphimalis ſinus nũc Suda dictus 347
ampuris 44
amuncla urbs 366
amurina inſula 284
amurium opp. 254
amyſon caſtellum 448
amyſſus urbs 346
amydon opp. 281
anabis 42
anachiſæ 375
anthropophagi Iberni. 14

anactorium opp. 294
anazarbeus mõs, & urbs eiuſdem nominis 470
anagnia urbs 178
anagombri populi 375
anagyraſij populi 313
analites ſinus 410
analibta urbs 465
analitarum gens 407
anatilorum gens 65
anaphiæ inſula 323
anapus opp. 295
anaphyſtus opp. 315
anarzi populi 561
anarus urbs 455
anares gentes 555
anarium urbs 489
anartophracti pop. 246
anas fluuius 23
anaſo opp. 103
anaſus fluuius 86
anatolia regio 415
anauium 129
anaurus amnis 280
anauum 83
anaxarbeum urbs 507
anarpi 74
anaxes promontoriũ 376
anaximander primus tabulam geographicam edidit 676
ancala uicus 547
anciſa 136
anchiate urbs 712
anchiala locus 470
anchis ciuitas 478.263
anchora caſtellum 328
anchrina opp. 236
anchyra oppidum 449
ancon ciuitas 148
ancia urbs 163
ancon uallis 503
ancon urbs 695
anconbaritis regio 521
ancris amnis 554
ancyron ciuitas 394
andanis fluuius 552
andrapana urbs 580.455
andania urbs 342
andera urbs 743
andanis flumen 551
andariſtus opp. 284
anderedum ciuitas 49
andonis inſula 376
andicani pop. 52
andræmon uir 437
andraca oppidum 463
andriaca opp. 263
andriaca uicus 451
andriaca oppidum 534
andriclus mons 467
androgynæ ubi degant. fol. 375
androclus Codri filius. fol. 438
androlicia urbs 447
andropordus uir 437
andros inſula 318
andros inſula 428
androſia urbs 455
andron urbs 388
andus mons 358
andum promontorium. fol. 354
anemurium promontorium 467
anga pagus 545
anga amnis 351
angala oppidum 355
angali populi 557
angæa opp. 278
angeta urbs 490
anglarium opp. 160
anglia 16
anglia unde dicta eod.
anglona opp. 199
angolus opp. 180
angri 74
anguillariæ lacus 163
aninborum gens 563
aniana urbs 521
aniger fluuius 327
anigriades nymphæ 327
anigriadum nimpharum antrum 338
animalia in fluminibus Indiæ inueniũtur, quæ hominib. ſint ſimilia 591
aninacha urbs 579
anio flumen 175
aniritæ ubi habitent 376
anitha oppidum 519
anphidus 202
anſa 72.355.203
anſum urbs aliàs antachæ fol. 413
antadis oppidum 523
antandron 319
antaradus 501
anterade ciuitas 496
antei urbs 394
anteus 70. cubitus lõgus. fol. 552
anteus 552
antenor 419
anthemuſia regio 521
anthedon urbs 723
anthemuſa urbs 438
anthedon ciuitas alio nomine Lariſsia hodie dicta 382
anthela 304
anthedon opp. 305
anthemus urbs 747
anthedon urbs 508
anthemis 262
anthropophagi Iberni. 14
anticœtus amnis 476
antigonia 285
antigonia opp. 292
antigonia urbs 339
antigonus Philippi filius Nicæam urbem condidit 420
antibura urbs 456
antiochenus campus 500
antipodes 771
antipodes 596
antinoẽ urbs 394
antiuarrus 105
antiphelos inſula 451
antiſſa inſula 430
antilibanus mons 755
antilibanus 495
antipatria opp. 285
antipatris urbs 513
antitaurus mons 485
antitaurus mons 731
antinoites fluuius 394
anticyra opp. 303
antiparium inſula 322
antinous puer amaſius fuit Hadriani imperatoris ab eo in numerum deorum poſt mortẽ relatus 394
anticimolus oppidũ 453
antiuari 67
antipyrgos 376

anti-

anthiochia urbs 755
antiopa 420
antiphra uicus 376
antirhinum promontorium 301
antiphili portus 407
antium opp. 170
antizola fluuius 212
antona 20
antoniopolis urbs 522
antos inſulæ ſitus 48
anton uallis 510
anton oppidum 327
antocrene mons 439
antræa 36
antragerium 135.
antrigonum gens 35
antron opp. 283
antrocipia opp. 54
anthropophagi 414 563. tuatium 67 (476.652
antuacitum opp. 56
anubis ubi colatur 392
anuchtha oppidum 536
anuerſa 54
anuerſa 56
anurogranum ciuitas 584
anxa opp. 205
anxanum opp. 183
anxanus amnis 183
anxur 171
anzo 51
anzitola flum. 212
anmani populi 561
aonia 304
aons fluuius 274
aorſi populi 561
aoari urbs 359
aparitæ populi 561
apamia oppidum 523
apamia regio 738
apamia ciuitas 502 450. & 526
apamia urbs 753
apamena regiuncula 502
apamia regio 592
apamia ſoror Seleuci regis 450
apamæa 657
apamiam lacus 447
apamenſis ager 497
apei populi 327
apenninus mons 698.628
apeneſte opp. 201
apennium promontorium 406
apelbuſa 457
apetna urbs 685
aphadana oppidum 524
aphadana urbs 521
apheca caſtellum 505
apheſanta mons 470
apheſantus mons in Argia 335
aphetæ opp. 282
aphrica 397
aphrica unde dicta 4
aphrica uaſta, nõ frequẽs, cultoribus uacua 4
aphricæ deſcriptio 359
aphricerones 403
aphricum ſupercilium. fol. 390
aphrodiſia promontorium 467
aphrodiſium promontorium 493
aphrodiſia 25
aphroditæ urbs 392
aphroditæ inſulæ 384
aphrodites ſtagnum 384
aphrodiſium colonia. 357
aphrodiſium oppidum. fol. 428
aphroditopolitæ populi. fol. 394
aphytis urbs 716
apia 323
apia regio 328
apianum 129
apiræ colonia 451
apiri populi 406
apis argiuorum rex 390
apollonia 712 367 260. & 257
apollonia urbs 429 530. & 448.368
apollonia opp. 278
apollonia opp. in Thracia 263
apollonia inſula 418
apoley 266
apollo Comeus 522
apollinis Clarij oraculũ. fol. 457
apollo è mõte Peleo Theſſaliæ rapuit Syrenem Penei regis Arcadiæ filiam. 367
apolloniaticus lacus 738
apollo Maleoticus 330
apollo Sminthius 425
apollinis inſulæ 431
apollinis ciuitas in Lydia fol. 435.395
apollinis fanum 430
apollinatum opp. 294
apollinis templum extruxit Maletus rex 330
apollinis templum in Delphinio oppido 434
apollinis lucus ubi 430
apollinis promontorium fol. 358
apollinis promontorium ubi 354
apollinis ſacrum 358
apollinis ſacer in Tænario 333
appollinis Cillei templũ. fol. 435
apollinis didymei ſacrum fol. 417
apollo Clarius 437
aporideſcomen uicus 452
aporidos pagus 449
apotomitæ populi 374
appa pagus 549
appaturgus uicus 476
appha urbs 541
apphana inſula 547
appiola 179
apponus 122
appulornm dannorũ terræ ſitus 200
aproſitus portus 399
apſaga fluuius 354
apſa 147
apſalus opp. 284
apſurus 49
apſus amnis 274
aptuchi ſacrum 368
apulum opp. 254
apuli pop. 704
apuleius 438
apyri populi 650
aqua riuus 168
aquæcalidæ 42.359.355
aquæ mortæ 64

aquæ auguſtæ 49
aquæ opp. 254
aquapendens opp. 162
aquæſtatiellæ 136
aqui 136
aquitania 47
aquitaniæ iuxta Ptol. terminatio 47
aquitaniæ litora circa Pyreneos colles & oceanum cùm frequentiori populo, tum etiam hominibus humaniorib. quam reliquæ inhabitantur. 47
aquitaniæ litora ad Pyreneos colles et oceanum tendentia, placida 47
aquitaniæ faucib. Hiſpania Galliæ iungitur. fol. 47
aquitaniæ qua ad Pyreneos colles ſpectat & Oceanũ, amplitudine ciuitatum culta eſt 47
aquila amnis 384
aquilæ inſulæ 38
aquileia 114
aquiloma opp. 199
aquincunt 51
aquinum ciuitas 177
aquitania Gallia aurifodinas habet præſtantiſsimas 689
aquitani populi 625
aquitaria locus 362
aquiſgranis 54
aquum 103
ar urbs 518
aracoſiæ regionis ſitus. fol. 567
aramij populi 559
ara regia 549
ara ſcopulus 544
aracoti populi 553
ara uicus 547
arabeſægyptij 375
aræ flauianæ 87
aræ populi 550
arabanitæ populi 549
arabia felix 524 412 757
arabia deſerta 524
arabiæ Petreæ ſitus 516
arabiæ felicis deſcriptio. fol. 542
arabiæ regionis ſitus 524
arabicus ſinus 394.370
arabæ fons 366
arabes latrones 517
arabes Attei 383
arabicum mare 658
arabum ritus 660
arabin mons 515
arabicæ nemus 393
arabis urbs 568
arabis amnis eod.
arabiti populi 567
arabriga 30
araca oppidum 500
arachnis opp. 281
arachne opp. 289
aracoſtrena palus 567
aracotus ciuitas eod.
aradius inſula 496
aradipha oppidum 534
aradus inſula 755
aradus inſula 642
aradus inſula 757
araduca 32
aramaba uicus 547
aramei populi 495
aranium 139
arana ciuitas 465
arana oppidum 566
aranceles 369
arandis 31
aranena regio 465
aranus ſcopulus 346
arapene amnis 565
ararena terra 519
araria 537
ararat mons 488
aras 55
araſaza urbs 465
arath ciuitas 512
ararath regio 488
aratha urbs 554
arachthus opp. 300
aratthus amnis 292
arathos inſula 546
arauris 63
arauzonatum 99
araxa urbs 452
araxus nunc Torneſe. fol. 326
araxes fluuius 538.485
araxis fluuius 651
arba 96
arbaca oppidum 567
arabeæ urbs 516
arbela ciuitas 505
arbela uicus 530
arbelitis regio 529
arbenga opp. 152
arbes 68
arbeti montes 568
arbis urbs 409
arbua ciuitas 538
arcac filius Iouis 338
arcadia 327
arcadia prius Apia 338
arcadiæ natura 325
arcadiæ regionis deſcriptio 338
arcades populi 632
arce 139
arcenthus amnis 495. & 500
arceſina inſula 437
archalla urbs 464
archelais colonia 463
arcadus fluuius 461
archia inſula 446
archemorus fons dictus eſt ab archemoro Licurgi filio cum antea Langia appellaretur 340
archidemis fons 230
archilla oppidum 370
archinara ciuitas 587
archippe opp. 186
archis oppidulum 497
archoneſus inſula 442
archous amnis 523
archum 124
archum caſtellum 183
arcilacis 40
arema opp. 254
arcobadara 253
arcobriga 31
arconeſus inſula 437
arcos 24
archeſon 49
arcti promontorium. fol. 218
ardania oppidum 540
ardanis promontorium à quibuſdam anaxes dictum 376

ardæa

ardæa urbs 694
ardea urbs 177
ardia urbs 538
ardiſtama urbs 455
ardotium 99
arduena ſylua millib. am-
plius quingentis longi
tudine patens 56
arduenę ſyluę deſcriptio.
fol. 55
are caſtellum 218
areca urbs 502
areconij 62
arelatum colonia 68
aregelia 77
arena 137
arena urbs 328
areopolis urbs 519
aretæ terra 519
arethuſa fons 230
arethas oppidum 504
arethuſa opp. 277
arethuſa fons 638.635.230
arga pagus 544
argadena urbs 554
argantanius mons 737
argæi populi 524.
argænomeſcum Vadinia.
fol. 35
argæus mons 734.464
argeæ opp. 286
argenum promontoriũ.
fol. 433
argentoratum ciuitas 59
argenteus amnis 66
argentea regio 587
argenum promontorium
à quibuſdam Sirgiũ ap-
pellatum 431
argentea urbs 688
argentina 59
argentanum opp. 215
argẽtar promontoriũ. 218
argenuſæ inſulæ 431
argentoria 56
argeſtus unde flat 678
argiæ inſulæ 444
argidana opp. 254
argilla 147
argili 14
argithea 286
argilum opp. 277
arginuſæ mons 430
argirocaſtrum 292
argiruntum 94
argiſſa opp. 289
argirum 235
argita 14
argiua inſula 684
argiui populi 632.727.631
argiui inuaſerunt Myce-
nem urbem, eamq́ʒ radi
citus euerterunt 341
argoda 251
argos urbs 721
argos ciuitas 631
argos ciuitas cognomi-
ne Hippium 341
argous portus 156
argous portus 156
argoſamphilochium op-
pidum 296
argua 136
arguda urbs 566
argus à Mercurio interfe
ctus 388
argyra inſula 572
argyrippa 202
argyrohippium eod.
ari 126
aria inſula 461
aria ciuitas 565
aria lacus 565
ariæ regionis deſcriptio.
fol. 564
ariaca ciuitas 554
ariacæ populi 562
ariadus amnis 532
arian opp. 185
ariana regio 729
arianum opp. 185
ariaſea oppidum 566
ariaſſus urbs 457
aricada urbs 566.455
aricandus amnis 451
arichi populi 473
arij populi 530
arimana regio 480
arimantis urbs 370
arimaſpi pop. 248
arimæi populi 758
armenia regio 729
arumictum 92
ariminum 145
arina ciuitas 355
arion delphino aduectus.
fol. 329
arionis phanum 329
aripa ciuitas 355
arisbæ populi 430
ariſeria urbs 500
ariſtera inſula 332
ariſtophyli gentes 566
ariſtotelis error 78
ariſtoteles Theophraſto
ſcholam, et bibliothecã
reliquit 742
arius amnis 565
aritium 30
arlon 58
armatica urbs 482
armauria regio 489
armedon inſula 347
armena urbs 483.455
armenia regio 728
armenia minor 415.736
armeniæ minoris deſcri-
ptio 464
armeniæ maioris deſcri-
ptio 484
armenus mons 649
armenius mons 661
armeni populi 652
armenocalybes 482
armine uicus 483
armozica urbs 482
armuza urbs 551
armuza promontoriũ. 551
arna urbs 680
arna opp. 289
arnalitis mons 400
arnon amnis 518
arnon urbs 518
arnon torrens 518
arnonas conuallis 518
arnontæ 52
aroẽ quomodo antea 325
aroẽr oppidum 518
aroge inſula 452
arotebri pop. 33
arotria 317
aroma urbs 447
aromata promõtoriũ 412
aromenſe uinum 447
aroſica opp. 270
arona 131 (ctus. 452
arpalus Cyri regis præfe-
arpiaſa 135
arpinum opp. 185

arpiſpolis opp. 158
arrada urbs 524
arrapa urbs 529
arrapachites populi 528
arretium urbs 161
arribantium opp. 256
arnus fluuius 155
arrolus op. 285
arſenaria colonia 354
arſamoſata urbs 490
arſæ populi 543
arſi populi 41
arſia 94
arſietæ pop. 246
arſinoē urbs 492.613.457.367
arſinoē ciuitas 382
arſinoē uicus 467
arſinoē opp. 300
arſicua 83
arſinium eod.
arſiſaca urbs 532
arſiſſa lacus 487
arſiti regio 552
arſellum 211
artaca mons 418
artacauna urbs 565
artace portus 418
artabra lacus in Hiſpania eſt 683
artabri populi 35
artabrum eod.
artachana oppidum 541
artagigarta urbs 490
artamis uicus 369
artames amnis 556
artaniſſa urbs 482
artaueni populi 565
artaxiata regio 489
archelais urbs 514
arthemiſia inſula 156
arthemiſium oppidū 724
artemiſium lucus 176
arthemiſium primum 39
arthemiſium 318
arthemiſius mōs Arcadię ab arthemiſia herba dictus 335
arthemita 296
arthemita urbs 490 530.524
arthemium promontoriū fol. 436
artena op. 178
artinia ſtagnum 418
artigis 26
artoarta ciuitas 566
artoatra urbs 580
artois regio 55
artuacuti 56
aruandæ urbs 441
arubij 51
aruci 24
aruccia 99
aruiſius mons 434
arunda 24
aruppium 98
arxama urbs 513
arxarata regio 489
arzenta 145
arzentara 321
arzicham oppidum 465
arzilla ciuitas 353
arzos op. 270
aſabi homines 546
aſamæ portus 351
aſangi populi 581
aſapeni populi 547
aſaphidama urbs 502
asbamæus fons 464
asbeſtus lapis ubi naſcatur 339
asbicurgius mons 77
asbytæ 369
asbitæ populi 612
aſcalonitæ populi 508
aſcalon urbs 507
aſcalingium 77
aſcania regio 736
aſcania palus 417
aſcanius portus 432
aſcanius lacus 420.736
aſcanitis amnis alio nomine aſcanius 417
aſcatancas mons 558
aſcatanceæ populi 561
aſcaucalis 77
aſcana 131
aſcitæ populi 549
aſchoras fluuius 521
aſcra opp. 305
aſcua 26
aſculum urbs 202.151
aſcriuium 102
aſcaniæ duæ inſulæ 426
aſcura urbs 489
aſcyburgum ab Vlyxe cōſtitutū nominatumq́ꝫ 71
aſemona 519
aſerris 42
aſia duplex 415
aſia urbs 567
aſia reliquis duabus Europa & Africa beatior uberiorq́ꝫ 4
aſia tertia mundi pars, unde dicta 604
aſia palus 437
aſia pagus 326
aſia ab Africa arabico ſinu diuiditur 679
aſia minor quibus finibus circumſcribatur 421
aſia minor 415
aſiaticum pelagus 684
aſiæ minoris ſitus 421
aſię minoris regiunculæ. eodem
aſia unde dicta 4
aſiæ deſcriptio 415
aſię regionis ſitus 646
aſiba oppidum 462
aſigramma urbs 580
aſininæa regio 564
aſminæi montes 564
aſmurna oppidum 553
aſina oppidum 721
aſinæus ſinus 328
aſine urbs cognomento Hermionica, & nunc Vulcanos dicta 342
aſine oppidum 328
aſinoē urbs 369
aſinus torrens 148
aſiphus mons 376
aſiongaber urbs 512
aſiotæ populi 561
aſiſia urbs 165
aſon flumen 451.149
aſopia regio 325
aſopus amnis 447
aſopus fluuius 724
aſopus caſtellum 330
aſpa urbs 541
aſpa caræ populi 564
aſpadana oppidum 538
aſpabotis ciuitas 561
aſpacara urbs 564
aſpendus urbs 478

aſpeſij montes 561
aſper mons 134
aſpela 147
aſphaltis lacus 510
aſpindum 24
aſpicus amnis 148
aſpis locus 365
aſpis ciuitas 363
aſpis turris 376
aſpis inſula 437
aſpis inſula 451
aſpis mons 377
aſpitara amnis 589
aſpledona opp. 308.211
aſpordenus mons 744
aſportus caſtellum 461
aſpri 159
aſpucra urbs 359
aſula 24
aſſarath fluuij oſtium 354
aſſerus ciuitas 233
aſſo 40
aſſor regio 504
aſſor regnum 517
aſſorus 285
aſſum urbs memorabilis.
fol. 426
aſſur oppidum 513
aſſurus urbs 359
aſſus 758
aſſur condidit Niniuem ut quibuſdam placuerit
fol. 529
aſſyria regio 653
aſſyriæ prouinciæ ſitus.
fol. 528
aſſyrij populi 661
aſtacilis ciuitas 355
aſta 24.136
aſta urbs 566
aſtacana urbs 556.489
aſtacures populi 361
aſtaboras fluuius 758
aſtaces fluuius 417
aſtacenus ſinus 737
aſtacenus ſinus 726
Curetes eod.
aſtacus urbs 416
aſtada 24
aſtanda urbs 565
aſtaphos opp. 269
aſtapora flumen 410
aſtapora fluuius eod.
aſtapon 385
aſtapun fluuius 381
aſtaroth ciuitas 506
aſtaſama urbs 565
aſtaueni populi 552
aſtazenus ſinus 416
aſtea inſula 508
aſteria 319
aſteria inſula 445
aſteria inſula 297
aſteriæ mater Herculis quarti 361
aſteriom fluuius labitur per Nemæam ſyluam.
fol. 340
aſteris inſula 680
aſtigis colonia 26
aſtina urbs 635
aſtipulæa inſula 444
aſtoa pagus 545
aſtragale inſula 444
aſtriadi populi 552
aſtrologia à Chaldęis plātata 372
aſtrum oppidum 331
aſtubia 133.35.23
aſturia regio 34
aſturicani populi 473
aſturum 35
aſtypalæa urbs 443
atabiria inſula 445
atabyrius Iupiter 445
atabyris mons 749.445
atania 78
athalcei 403
atarnea locus 433
atarnitæ gentes 744
athalanta 312
athalanta inſula 311
athamas 437
athamania regiuncula.
fol. 286
athanatis inſula 19
athax amnis 61
athenæ opp. 314
atheneum promontoriū.
fol. 196
athenienſes tredecim colonias uno tempore in aſiam deduxere 433
athenienſis populus pugnauit contra Perſas pugna nauali in ſalamine 333
athenienſium portus 332
atheſis 118.129
athis urbs 502
athax uel Atrax 282
athina urbs 185
athribis urbs 399
atho mons 717
atheſinus mons 129
athonis promontoriū 717
atlas minor 351
atlas mons 351
atlas rex Libyæ 351
atlas Heſperis frater 351
atlas mons 605.510
atlas mons 761
atlantis inſula 680
atlantis inſula 680
atlanticus oceanus 351
atlanticum mare unde dictum 351
atoē ciuitas 355
ateruus ciuitas 181
atrax fluuius 275
atria 126
atritæ populi 547
atropana regio 531
atropania regio 489
atropatena regio 732
atta 311
atta uicus 546
attalus rex 433
attalus Philomator 421
attali 429
attica regio 632
atticæ regionis ſitus 311
attila 218
attiſanes Aethiopum rex
fol. 381
attium promontoriū 216
atthidis 311
attrebatij pop. 55
atturia regio 529
atturia urbs 754
auantium promontor. 33
auara pagus 517
auarena 130
auarini populi 246
auaticoli 403
auaris urbs alio nomine Acoris dicta 294
auarici populi 546
auaricum opp. 49

auarum

auarum promontorium; fol. 32
auaſes 404
auchanitis regio 525
audatta caſtellum 524
auelburgum 76
auellinum urbs 196
auenas opp. 51
auentinus fluuius 183
auenio 145
auernole 127
auernus lacus 190
aueſa 146
auerſa urbs 196
auernus ſpecus 440
auffida opp. 151
aufidena urbs 184
aufens amnis 171
augara urbs 565
augires 51
augubeni populi 524
augubidum opp. 165
augurina 26
augſpurg 85
auguſta 24.85
auguſta ciuitas 470
auguſta opp. 230
auguſta gemella 26
auguſta Taurica 134
auguſta Treuerorum 58
auguſta Veſſonum eod.
auguſtobona 52
auguſtobriga 31.36
auguſtodunum 53 (49
auguſtonemetum ciuitas.
auantus 137
auianum 115
auidus urbs 366
auila 31.40
auiniõ pons marmoreus, inter cætera galliæ opera inſignis 68
auinion eod.
auitta urbs 356
auium promontoriũ 498
aulis opp. 305
auliorci pop. 52
aulircij diablitæ 51
aulici Eburaici 52
aulon opp. 275
auloma urbs 210
auphidus amnis 185
auradis oppidum 535
aurana 99
aurana ciuitas 524
aurea regio 587
aurea Cherſoneſus 382
aurelon caput 35
aureolum 146
auretina urbs 370
aurria oppidum 506
auſa 42.113
auſciorum pop, ſitus 49
auſara urbs 547
auſara ciuitas 545
auſoba 15
auſelani 42
auſona opp. 194
auſtra caſtellum 170
auſtria 87
auſtriad regio 552
auſteriana 78
auſt orlich 97
autarij 97
autichera 24
autolatæ 398
aucomata ſinus 367
autona fretum 467
autre 55
auxida uicus 368
auximis 355
auxumum opp. 149
auxuma ciuitas 409
auxumitæ populi 410
auzacia ciuitas 562
auzacitis regio eod.
auzigia ciuitas 355
axabitis uicus 476
axamia habitatio 467
axenon 263
axiaces amnis 259
axima ciuitas 538
axis urbs 165
axius 724
axius fluuius 279.716
axium 79
axium opp. 258
axonij pop. 313
ayſur urbs 499
aza ciuitas 513
aza oppidum 462
azabara oppidum 478
azach fluuius 242
azac urbs 478
azaga ciuitas 532
azagarium 246
azali pop. 88
azama urbs 359
azamij populi 535
azania regio 412
azanitis collis 418
azanium fretum 552
azamium mare 535
azaniũ mare in quo Spinges naſcuntur 412
azani uicus 449
azanus amnis 583
azara ciuitas 476
azara urbs 536
azara templũ Dianę 535
azariæ populi 499
azaritius fons 416
azenenſes pop. 313
azicis urbs 376
azilis uicus alio nomine Azyriſtum dictus 375
aziris oppidum 465
azius urbs 366
azola oppidum 567
azora urbs 489
azorium opp. 281
azota urbs 489
azotus emporium 507

B

BAſæi populi 473
baſciſij montes 374
baſi 42
baſignana 135
baſilea 59
baſilea aliquãdo terrę motum concidit 59
baſiliſena regio 489
baſilius fluuius 528
baſilicus ſinus 433
baſis oppidum 454
baſium promontoriũ. 384
baſellege 113
baſtarnæ pop. 246
baſtetani populi 38
baſtogna 58
batan cæſarea urbs 578
batanea terra 506
bata pagus 477
bata urbs 582
batena oppidum 533
bathanij in bello periti & ſtrenui 55
bathena pagus 489
bathina inſula 433

bathy-

bathynia fluuius 267
batiæ opp. 296
bathne municipium 521
batus Lacedæmonius. 370
bathracharta oppidum. fol. 526
batrachus portus 376
bathrachæ urbs 478
batraſa oppidum 549
baba ciuitas alio nomine Iulia campeſtris dicta eſt 353
babana urbs 521
babanxi populi 564
babarſana urbs 565
babila ciuitas 398
baborana urbs 566
babotus amnis 403
babra flumen 365
babylemij 406
babylon urbs 526. 661
babylō urbs in Aegypto à Babylonijs condita. fol. 393
babylon caſtellum 393
babyloniæ prouinciæ ſitus 525
babylonij populi 760
babylonium mare 525
babyrſa caſtellum 489
bacalytæ populi 413
bacatæ 375
bacaſis 42
baccia urbs 484
bachaxi populi 524
bachare portus 544
bachion 118
bacchis lacus 388
bacchus Bryſeus 343
baconis 75
bactri populi 651
bactriana regio beatiſsima 681
bacuatæ 351
badacum 87
badais urbs 547
badaioſa 31
badatium 251
badara ciuitas 568
badara uicus 551
badea municipium 355
bætana regia 582
bætæ pop. 564
bætius amnis 544
bætij pop. 566
bætogabara opp. 514
bætulon opp. 44
bæthyca 21
bæthys 24
bagadiana regio 681
bagarda urbs 566
bagantianus 138
bagazata 585
bagaza ciuitas 398
bagia promontorium. 551
bagnacaualum 145
bagnara caſtellum 213
bagnolum 139
bagnorezum opp. 162
bagrada fluuius 356
bagrada amnis 358
bagrandana regio 490
bagnaſcum 135
baiona 32. 35
balbianum 137
baldum 123
baleares inſulæ 636
baleares cur dicti 43
baleares inſulæ 443
baleares pop. 43 (res. 43
baleares optimi fundito-
balearium infantium exercitatio 43
baleon promontoriū. 572
balexum opp. 204
balirea 68
balisbiga urbs 489
baliſſus riuus 523
ballatoni opp. 316
ballathori lacus 92
balſa opp. 29
balthea Vergion 10
bambyca urbs 523
bana uicus 545
banacha ciuitas 524
banaga urbs 580
banatia opp. 18
baniubæ populi 351
baniuri populi 353
bannonia inſula 240
banturari populi 353
barcæi pop. 369
barbitace oppidum 526
barzalo urbs 465
barletum opp. 203
baraca inſula 572
baranaua 41
barattha urbs 464
barathena caſtellum 524
barathra campus 370
barathrum oppidum 365
baraces 246
barbarus urbs 366
barbaricum pelagus 405
barbaniſſa oppidum 460
barbareſcum 136
barbaria 356
barbarium promontorium 29
barbariſſus urbs 502
barca regina 369
barcha regio 367
baretra opp. 180
barce oppidum 369
barcitæ populi 369
barcmon colonia 44
bardaxima inſula 572
bardetes pop. 26
barditus mons 414
bardolinum 124
barduali pop. 36
bardugna oppidum 344
baretum oppidum 706
bargaſſa inſula 442
bargonum 138
bargiacis 56
bargoſa uicus 448
bargylia 441
bariana oppidum 524
baris oppidum 457
barius amnis 15
barium opp. 203
barne 519
barnichius fluuius 337
barameda caſtellum 24
barius flumen 573
barſampſa urbs 521
baruca urbs 484
barzaura urbs 566
barzelona 44
barzeuolenſes ibid.
baſacum opp. 58
baſſanum 121
baſciſitæ populi 374
baucidas inſula 332
bauaria 86
bauboſta opp. 205
bautia opp. 203
bauron opp. 313

bauroia opp. 315
bautiſcus amnis 563
bauſitus amnis 564
bayrena palus 381
bazala oppidum 523
beamont 56
bebrices populi 655
bebrix rex 419
bebryacus 127
bebrytia regio 415
bechuni 129
bechirij populi 652
becula 42
bedeo oppidum 544
bedeſum 142
bedrij pop. 33
bedora urbs 516
bedulum 132
belaguer 42
belcania urbs 490
belai 99
belciana urbs 519
belgas 20
belia 41
belgradum 114
belias palus 523
bellila inſula 51
bellerophon expulit Solymos 452
bellouaci pop. 55
belliaca opp. 275
belizi opp. 255
bellogradum opp. 255
bellion 32
bellona dea 460
bellouaci uirtute & autoritate, hominũq; numero præualent 55
belmont 37
belenzona 130
belueder 212
belus fluuius 499
belus rex 525
belize 247
belzoiſum 132
bena urbs 500
benda opp. 203
bendena urbs 359
benzonum 124
bendos oppidum 457
beni 135
beniuentum 36
benta ciuitas 353
beoceps promontoriũ. 20
bepirus mõs excelſus 566
beranda uicus 528
bera urbs 525
berbetomagus opp. 59
berbis 91
bertina 57
berechintus mons 449
berecyntium caſtellũ 449
bernice mater Philadelphi 384 (ſos. 407
berenice quæ & panchry
berenice urbs 384
berethis urbs 409
berga 35
bergidium 41
bergis oppidum 12
bergula 40
berguſia 41
berta opp. 285
berlinum 76
berna 28
bernico urbs 368
berobe ciuitas 586
beronice urbs 613
berrea urbs 716
berroria urbs 500
berytus colonia 497
berytus urbs 361
berzamma oppidum 516
berſabeæ oppidum 515
berſima urbs 521
beſa fons 337
beſamis oppidum 519
beſanſon 60
beſippo 24
besbicus inſula 418
beſeda 42
beſens ciuitas 62
beſide opp. 215
beiſara urbs 529
beſynga fluuius 586
beſtie opp. 201
beſtirize opp. 254
beſtize opp. 201
bethana ciuitas 528
bethara ciuitas 509
betauna caſtellum 521
bethel ciuitas 513
bethleem ciuitas 515
bethphagor urbs 511
bethſaida urbs 509
bethſſay urbs 505
bethura oppidum 508
betica regio 685
betire 61
betis flumen 685
betona opp. 166
betonnaba uicus 513
betoum urbs 522
betulia 509
beturia regio 24
biabanna uicus 548
biandyna nũc Prignicos. 330
biaſsi pop. 246
biaues 55
bibacum 87
bibalis 91
bibiena 159
bibis flumen 420
bibla oppidum 526
bibla inſula 568
bibliaphorium 376
biblon urbs 657
biblus arbor 381
bibona opp. 212
bibracte 53
biduna amnis 15
bida colonia 355
bida urbs 500
bigera 40
bigis oppidum 566
bilbana ciuitas 547
bibao 35
bilbilis 37
bilbis eod.
biliani populi 351
bilis fluuius 453
billa urbs 376
bimatra oppidum 524
binaſcum 132
binda fluuius 572
binger 58
bingia eod.
biniana 26
binſutta ciuitas 355
biracellum 158
birbone opp. 254
birra 61
birtha urbs 522
birtha oppidum 524
biſalitæ pop. 284
biſcargis ciuitas 41
biſelum opp. 203
biſerti amnis 358
biſon 131

biſon

biſontes populi 620
biſtonia 259
biſtonis opp. 260
biſula amnis 472
bithaba uicus 529
bithia oppidum 533
bithias urbs 521
bithiga urbs 513
bithynia urbs 420
bithyni populi 708
bithyni iuxta Olympum habitant 738
bithynius rex 416
bithynia regio 653
bithyniæ extrema locus ſic dictus 418
bithynida inſula 418
bitaxa urbs 565
bityla urbs 344
bizacina urbs 366
bizaica 35
bizantium inſula 573
bizeni populi 455
blaena regio 736
blaglaium 104
blanda opp. 199
blanda 44
blanona 99
blanes 43.44
blanis aqua ad ferri temperamenta apta 44
blena regio 455
bleandrus oppidum 449
bleda opp. 163
blemina urbs 344
blemies populi 614
blemyes populi 411
bleta opp. 163
bles 52
blida opp. 258
bliulæi populi 549
bliteria opp. 247
blitera 62
bocana ciuitas 581
bocham 91
bochi regnum 350
bochyris 376
bodicomagum 134
boëotia regio 718
bœnacus 124
bœnaſa urbs 459
boërebiſta 359
bœotia regio 632
boëtiorum terra 304
bœula urbs 447
bohemia 81
bohemię deſcriptio. eod.
bohemiam rigantia flumina in Albim exonerantur eod.
boiteſtan 120
boia urbs 330
boioaria 86
bolanum 129
bolbiticum oſtium 380
bolentium 98
bolitæ gentes 566
bolonia 54
boleslauu opp. 81
bolſena urbs 162
bolzanum 129
bombis urbs 500
bomite oppidum 469
bona ciuitas 56
bonaſa colonia, poſtea ualentia cognominata 353
bondenum 140
bondelia urbs 158
bonditium caſtellum 294
bonifacium opp. 216
bononia 144.88
bononienſe 145
bonus portus uicus 139
borama caſtellum 504
boræta ciuitas 586
bordelanum 127
bordeus 48
bordeus Aquitanię ornamentum 48
borelum caſtellum 212
boreũ promontoriũ 368
borgi populi 565
borium 114
borion promontoriũ. 365
boriſtenes fluuius 627
bormanum opp. 252
boreũ promontorium 14
boruſci pop. 241
boryſtenis 246
boryſtenes fluuius. 476. & 708
boſæ opp. 219
boſchetum 138
boſgodanza urbs 462
boſenaſcum 237
boſphorus mare 251
boſphorani populi 475
boſſori longitudo quanta ſit 729
boſphoron mare 607
boſphoros urbs 475
boſra regio 516
boſſa opp. 218
boſtra Arabiæ 510
boſtra caſtellum 504
boſtra urbs 519
boſtrenus flumen 657
boſtrenus amnis 498
botris oppidum 497
boya regio 625
bozaz 91
boziata uicus 484
bozna regio 90
boznæ agri ſimulq; eiuſdẽ gentis deſcriptio 50
bozium 131
brabaſtenes mons 334
brabantij pop. 56
brabantia eod.
brabantiorum ortus. eod.
braccata 61
bracodis promõtoriũ 363
brachma urbs 581
brachmanes eod.
brachodis ciuitas 364
braga 32
bragada amnis 400
bragana urbs 564
bragmanes philoſophi. (669
bragodurum 85
bragraſſa 132
bramma amnis 589
branchydarum oraculum oppidum 441
brandeburgenſes 75
brandeburgẽſes in duas Marchias diuidunt 76
brandeburgium eod.
brandizum opp. 203
brannogenium 18
braſouia opp. 254
bratiaſſa 101
bratiaſſa maior eod.
bratislauia 246
bratuſpantium 55
bratoleum 31
brauum 36
brebus 136
bremus 128

breeſt opp. 240
bregentz 85
bregna 99
breiſſach opp. 80
bremium 152
brendule 123
brenta 117
brentella foſſa 121
brephi pop. 254
brepium oppidum 327
brenta uetus 118.
breſniza 98
breſt ſinus 51
bretenorum 146
bretina 129
breucomagus 59
breuert fluuius 51
breuni 85
brexigella 145
brezniza 83
briazon 416
bricaram 134
brichices gentes 470
brigantæ pop. 85
brigantes 15
brigantinum 134.85
brigætium 35
brileſſus mons 723
briſca 63
briſcaugia 80
briſoana amnis 538
briſsia 130
briſtol 19
britannia 16.690 (15
britãnia unde appellata.
britannia inter ſeptẽtrionales maris inſulas nobiliſsima 9 (15
britãniæ inſulæ deſcriptio.
britanni humanis carnib. ueſcuntur 14
britanni populi 619
brintum 146
britanni populi quali ſint ſtatura 690
britannorum inſulæ 644
britannorũ urbes nemora ſunt 690
brittolagæ pop. 258
britomartis ſacra ædes dicata Dianæ 347
briueſca 35
brixellum 138
brixia 127
brixigum 131
brixina 129
briaticum opp. 212
brizaca urbs 489
brodentia 87
brombin opp. 240
brondufium opp. 203
brondulus 118
broſſus urbs 489
bruges 54
brugnera 120
brunna 82
brunduſium oppidũ 695
brumberg opp. 239
brunduſium quam procul ſit à Roma 706
bruſinum 131
bruſuica 76
bruttiæ terræ ſitus 212
bruttianus ſylua 210
brutus Xanthum urbem deleuit 452
brutij populi 630
bruttorus amnis 210
bryges qui ſint 736
bryges populi 449
bryoy litus 368
bryſea oppidum 343
brythomagus 59
buba urbs 500
bubaſtus urbs 759.393
buca opp. 183
bucanum eod.
bucconium opp. 253
bucephalus portus 332
buchianicum opp. 183
buchetion opp. 256
bucna 247
buda 91
budes 60
budigenæ colonia 82
budorgis 83
budorgium 83
budorus fluuius 724
budroæ inſulæ 348
budua 102
buduitium 82
bufera 29
buge 111
bugitium ciuitas 77
buianum opp 184
bulenſij pop. 256
bulgaria 256
bulia opp. 304
bulleum ciuitas 19
bullum opp. 18
bulua 102
bumelus amnis 530
bunobra ciuitas 355
bura urbs 335
bura inſula 680
bura filia Ionis filij Xuthi 335
buranus 116
burca urbs 355
burca flumen 478
burcauia 78
burcæ oppidum 478
buredacenſij pop. 254.
burdua 30
burdigalla 48
burga urbs 366
burgiones pop. 246
burgofortis 126
burgo uicus 130
burgus 135.35.136
burgus 35
burgum 131.123
burgum nouum 214
burgum opp. 165
burges 49
burmia 136
burnum 99
burſa urbs 420
burſeda 38
burſella 56
buſactori parui 73
buſala 136
buſara mons 358
buſiris urbs 390
buſiris ciuitas in medio Deltæ poſita rebellis fuit Romanis 390
buſyris rex 390
buſiritides 389
buſs eres urbs 519
buſti 132
butatodurum opp. 56
butta urbs 366
bullamenſa eod.
buticus lacus 380
butifrenum 139
butintro opp. 291
butrium 144
buto ſcopulus 346

buto

buto urbs 380
butos urbs 389
butuanum 102
butuntum opp. 203
buxentum opp. 199.205
buzes populi 375
buzia regia 354
buzia urbs 356
buzia regio olim Numidice 356
buzichigles 97
byblus urbs 497
byceres populi 652
byrin mons 355.354
byris mons 355
byrſa arx 361
bytinia 415
byzanta 268
byzantina regio 360
byzares populi 452
byzantium opp. 265
byzantium urbs 416
byzon opp. 257

C

CAbalienſes populi. 453
cabadena regio 550
caballenſes populi 746
caballionen colonia 68
cabaſſus caſtellum 466
cabyla opp. 270
caberaſa uicus 534
cabubathra mons 544
cabura urbs 566
cabyllonum 53
cabyratæ 446
cacabus inſula 451
cacelnia 416
cachagræ populi 562
cachuina 103
cacyrum opp. 236
cadacha uicus 484
cades 25
cadesbarne deſertus 502
cades urbs 512
cadmea 304
cadmus mons 447.433
cadi oppidum 448
cadorbius 120
cadurci pop. 48
caduſiorum uallum 532
caduſīj populi 531.650
cæa inſula 3[illegible]
cæſarea Paniæ ciuitas. 502
cæcias ab ortu æſtiuo fluit 678
cęnes incolę omnibus inuiſi 329
cæne urbs nunc Camares. (329
cænica 270
cæpiana 30
cæreta urbs 164
cæriana 24
cæcilia gemellina 30
cæcilia urbs 26
cæſarea Auguſta 41
cæſiæ litus 216
cæſarea Paleſtinæ urbs. 507.470
cæſarodunum ciuitas 53
cæſaromagum opp. 55
cætere urbs 164
cæſirotæ populi 565
cætobrix urbs 29
caffa opp. 150
cai opp. 148
caicus campus 439
caicus fluuius 744.746
cairus Aegypti ciuitas 591
cairus ciuitas olim Babylon dicebatur 393.386
caiſtrinus campus 431
calabryæ terræ ſitus 203
calaceni populi 529
calafactum opp. 254
calagorina 36
calagurra eod.
calatia urbs 196
calamata 329
calamos inſula 442
calapis amnis 88.98
calapis colonia 419
calætorum natio 51
calarina ciuitas 524
calaurum 36
calbiana iuga 437
calchas uates 747
calecis fluuius 418
calenum opp. 194
calepodis Ruffanus fluuius 29
cales opp 54.437
calicula 26.24
calidrus amnis 467
calindoea 285
calindora urbs 582
calandadrua inſula 584
calinicus urbs 500
calathua pagus 525
calipolis 322.272
caliſtanum 138
calis 83
calium promontoriū 376
callaici populi in duas partes diuiſi 32
callaicus pop. eod.
callamelum 145
callapis opp. 257
callatis opp. eod.
callateria opp. 194
calledonia 16
calledonia ſylua 17
calledoniæ deſcriptio 16
callidromus mons 298
calliphanes uir 375
callipolis opp. 268
callirhoë ciuitas 512
calliſtratia oppidum 453
callium opp. 148
calogeros fluuius 346
calocrus 319
caloimo inſula 418
calorius 120
calpe mons 27.682
calpurniana 26
caltanuceto opp. 234
caltioriſſa caſtellum 465
calucones 85.24
caluſum 133
caluiris 218
calybes populi 454
calybitæ pop. 269
calycadmus amnis 469
calydium opp. 194
calydna inſula 444
calybs 32
calydnæ inſulæ 742
calydon opp. 300
calypſus inſula 209
calzomene urbs 438
camara ciuitas uel Thalaſſa dicta 347
cama urbs 348
camars urbs 160
camarina urbs 235
camatinum urbs 150
cambata locus 484
cambodunum 85
cambelech urbs 554

cambruſſa promontorium 345
cambyſena regio 489
cambyſes Aegyptum occupauit 758
cambiſes amnis 483
cambiſes perſarũ rex incendit urbem Heliopolim 394
cambiſes rex perſarũ Aegyptum uaſtauit 393
cambyſis exercitus 383
cãbyſis exercitus ubi obrutus uento 396
cambyſis feraria 408
cambyſis fluuius 532
cameleon ubi naſcatur. 570
camelidæ inſulæ 441
camelitæ 528
camelobofci populi 550
cameria uicus 462.179
camenizuich 103
camertes urbs 150
cameſena regio 539
camiros urbs 445
caminum 77.135
camiſeniza 247
campania regio 692
camulodunum 18
campania regio felix admodum 696
campaniæ regionis ſitus. 186
campanus ager 629
campium 139
campſarus flumen 365
campuſgaianus 139
campus Marinus 200
camenes ciuitas 572
camuca urbs 465
camureſarbũ oppidũ. 462
canaba 24
cana urbs 429
cana emporium 545
cana promontorium. 744
canachium 136
canagora urbs 579
cananæa regio 506
canatha oppidum 505
candanum opp. 252
candaria promontorium. 443
candauia 104
candebera palus 499
candelabrorũ ſuperficies ubi primo elaborata. 333
candia 153
candia inſula unde dicta. 347
candia urbs Venetorũ eſt colonia 347
candianum 142
candidũ promontorium Apollini ſacrum 358
candis urbs 532
candota ciuitas 586
canedum 127
canetus fluuius 59
canna opp. 203
canna uicus 464
cannana deſerta 546
cantu 132
cannatha oppidum 534
canobos inſula 380
canodipſæ populi 561
canopſei urbs 359
canopicum oſtium 380
canopicum Nili oſtiũ. 377
canorſi 137
canoſa 209
cãtabricus Oceanus 686
cantabri inſula 33
cantabrorũ regionis deſcriptio 55
cantalupum opp. 181
cantharis ciuitas 551
cantharũ promontoriũ. 439
cantazes populi 567
canthenna regio 550
canthicolpus ſinus 568
cantiria inſula 433
canubi 403
canuceis caſtellum 354
canniaſiucus opp. 202
cappadoces populi 661
cappadocia 415
capadocia regio 733
capara 31
caparcotia urbs 509
capparorſa oppidum 516
capaſa 30
caper amnis 447
capes emporium 364
capharnaum fons 509
capitanata 200
capharnaum oppidũ 509
capharſala campus 513
caphas mons 400
capitium caſtellum 253
capitolia oppidum 509
capotana urbs 565
capra opp. 186
capraria inſula 155
capraſia 141
caprea 44
capræ bis in anno in Aegypto pariunt 371
capriæ inſula 699
capria lacus 457
caprus amnis 530
caphareus promontoriũ. 517
caprus lacus 717
capſa urbs 366
capſina ciuitas 546
capua urbs 696
caputa urbs 490
caputmontis opp. 162
caput bonum 362
caput bonæ ſpei promontorium 414
caput columnæ 209
caput crucis 44
caput agnæ caſtellum 166
caput aquæ frigidæ 44
caput de columnis 313
caput circolli 66
caput Iſtriæ 111
caputurſi urbs 197
caput ſpartinentum 210
cara rex 440
cara promontorium 15
caracena regio 534
caraga urbs 366
carambis promõtorium 710.453
carambum promontoriũ 608
caradrus munitio 467
caraca caſtellum 331
caraca ciuitas 546
carambis promtonorium 476
carapa caſtellum 465
caranus portus 496
caradræ populi 550
caracenorũ terrę ſitus. 184
carados ciuitas 218

carada ciuitaa 546
caraſchum 135
caragoza 41
caramam regio 456
caradron ciuitas iuxta mõ tem Neritem 336
caraciana urbs 540
carauazum 128
caralis ciuitas 218
carbalia regio 457
carbauia 99
carbon 326
carbonaria 118.141
carbunculus ubi reperiatur 342
carca 40
carcathio certa regia 489
carcaſo 62
carcoma oppidum 354
carcheritis inſula 461
carchedon ciuitas alio nomine Carthago 361
carchedon Tyrius 361
carchanum 132
carcinitum ciuitas 245
carcinites ſinus 243
carcus iuſula 584
cardamonius 409.544
cardamyla urbs 342
cardia urbs 718
carduení montes 488
cardulchi 490
cardiaſpolis opp 272
cares populi 433.436.713
careſus ciuitas 426
careſus fluuius 742
carenda habitatio 451
careotæ pop. 241
carenæ caput 368
carenæ oppidum 354
carepula oppidum eod.
carceſcos 27
caria portus 257
caruna 138
carima urbs 455
carith torrens 510
caricinia 27
carienus fluuius 475
carinulla opp. 194
caripraca urbs 540
cariſti pop. 35
carina 105
cariſtum opp. 35
carianda inſula 444
cariata urbs 555
carina ciuitas 533
cariſius 138
cariſſa urbs 455
carcines fluuius 207
cariones pop 248
carmalis urbs 465
carmelus mons 499
carman oppidum 549
carmani populi 664
carmelus mons 511
carmyleſus locus 452
carmala uicus 465
carmon urbs 685
carmelus urbs 516
carmanícum opp. 181
carmignola 136
carmana urbs 551
carmanna inſula eod.
carmaniæ prouinciæ ſitus 549
carmaniæ portus 549
carmaniæ deſertæ ſitus. 541
carmarica 35
carmales fluuius 463
carna ciuitas 548
carnain ciuitas 505
carnus opp. 88
carnũ promontorium 66
carnutæ 52
carodunum 85
carore caſtrum 203
caronium 33
carodunum 88
carpaſiæ inſulæ 492
carpetania regio 37
carpella promontorium: 551
carpenites ſinus 243
carpis oppidum 418
carpathos inſula 444
carpatos inſula 641
carpetani pop. 37
carpia caſtellum 212
carpiani pop. 247
caryſtus opp. 317
carpentoras 68
carpatium mare 444
carpulacum opp. 270
carp gnum 147
carpenea 139
carpi 139
carrha amnis 523
carrhæ oppidum 523
carraca 129
carraca 37
carrodunum 246
carru 135
carſidana opp. 253
carſum opp. 258
carſi 112
carſeolus 169
carthagenia 58
carthara urbs 522
carthaginenſes potentiſſimi fuere 765
carthago 41
carthago uicta 356
carthago ciuitas à Phœnicibus condita 361
carthago ab Auguſto reſtaurata 361
carthago urbs 499
carthaginenſes 356
cartenus fluuius 354
cartinus amnis 355
caruanis oppidum 460
carnicæ regionis ſitus. 112
carura uicus 436
caruſa flumen 477
carpis 91
caryanda lacus 441
caryandenſes populi ib.
caſal 15
caſalſanuas 135
caſalus ſinus 216
caſamata 120
caſapa oppidum 553
caſperia quę & capraria. 399
caſcãdrus inſula. 551
caſia regio 562
caſius mons 520
caſius mons 755
caſium uallum 381
caſilinum opp. 195
caſiotidis terra 381
caſicgliani 42
caſmara urbs 355
caſpiæ portæ 531.664
caſpius mons 485
caſpiria regio 575
caſpíj populi 531
caſpiũ mare 531.649.478
caſſanum 136

caſſanitorum regio 544
caſſæ oppidum 458
caſſanitæ homines 544
caſſandrea 279
caſsiotis regio 500
caſsiopenſes pop. 293
caſsida ciuitas 587
caſsia opp. 166
caſsinum ciuitas 177
caſouia 92
caſſouia ciuitas 252
caſos inſula 444
caſtellatia 147
caſtallia urbs 463.470
caſtalius fons 322
caſtellion 212
caſtellum 53
caſtellum S. Viti 115
caſtellamar caſtellum 196
caſtelle 30
caſtelle locus 419
caſtellanus fluuius 151
caſtellana ciuitas 163
caſtellar 136
caſtletenſes pop. 52
caſtelletum 131
caſtellani 42
caſtellum ruzum 451
caſtabalia urbs 453
caſtellum Veneris 111
caſtellumnouum 199.98
caſtegnola 136
caſtellionum 128
caſtellutium opp. 195
caſtenum 132
caſtiglionum 135.161
caſtonis opp. 23
caſtores ubi 11
caſtoria opp. 285
caſtellæ 38
caſton eod.
caſtra conſtantia 51
caſtro 55
caſtropolo 33
caſtulon 38
caſtrumuetus 215
caſtrum ciuitas 162
caſtrumuille caſtellũ 211
caſtrum carrum 146
caſuarij 74
caſyſtes portus 437
catabeda amnis 585
catabathy 376
catabathynes urbs 376
catabeda amnis 587
cattabanẽſes populi. 547
catada amnis 362
catamana urbs 500
catallaſtri pop. 45
catana urbs 230
cataonia regio 466
catara uicus 548
cataracta uallis 376
cataracte fluuius nũc A-
napodare dictus 346
cattaratus fluuius 457
cateoniũ promõtoriũ. 376
catellani pop. 45
cathalon eod.
cathadræ montes 411
cathycher 44
catiſſa urbs 566
catizira oppidum 454
cotochi 295
cato uticenſis 357
catellonia 45
catracharta oppidum 530
cathrapus flumen 551
catraleucos 39
caturgidi 139
caturatonium 18
catycaduus amnis 467
caua opp. 240
caua urbs 197
cauari 63
cauarorum amnis 65
cauaris ciuitas 556
cauarizere 123
cauca 36
caucaſus mons 574.557
caucaſi montes 731
cauchabeni populi 524
cauco uel lariſſus uel bu-
phargus dictus 385
cauconia 325
caudei populi 410
caudriacis fluuius 551
cauliope urbs 540
caulonia 700
caulonia urbs 219
caunus oppidum 446
cauni populi 351
cauena 129
cauphiaca urbs 538
caura 319
caurana ciuitas 562
cauranæi populi 562
caurea urbs 328
caurium 30
cayphas caſtellum 499
cayſter amnis 654
cayſter fluuius 458
cayſtrus oppidum 469
cebrenij populi 742
cebyratæ populi 746
cecropia 311
cechemeth opp. 252
cecinna fluuius 160
cedar regio 517
cedron torrens 512
cedaumana urbs 455.515
cedar regiuncula 512
cedema regio 517
cedrus fluuius 218
ceglienizagrad 99
celamantia 28
cellanum 186
celandria oppidum 451
celetrum opp. 285
celtæ populi 625
celenderis urbs 467
celenus Neptuni filius. 450
celia opp. 203.87
cellis 30
celtica 30.50
celticæ ſitus 50
celticum 54
celino 180
celtiberes pop. 37
celium opp. 203
celida urbs 370
celiobriga 32
celyſſa mons 325
celſitani pop. 218
celtos pagus 544
celydra ciuitas 586
cemnia 67
cemenelum 134
cemmenus mons 688.53
cenabum 52
cencreæ nauale Corin-
thiorum 332
ceneſtum opp. 216
ceneus magnus 359
cenega qui & calanus am-
nis 398
cenerium opp. 332
cenion amnis 20

ceno-

cenomam 52
cenomanę gẽtis regio. 123
cenomanorum barra 128
cenobij inſulæ 546
cenopolis 370
centinum opp. 166
centurinum ciuitas 216
centhrius amnis 438
centricis fluuius 488
centumcellæ ciuitas 157
cepe oppidulum 477
cephallenia 296.438
cephaleniæ inſulæ 641
cephalas promõtoriũ. 365
cephalonia inſula 297
cephalones 243
cephaloneſus 243
cephena regio 536
cephia inſula 493
cephiſus fluuius 723
cephiſus fluuius 301
ceperi pop. 33
ceperanum 178
cepus à Babylonijs colebatur 393
ceraunia 647
cereeſura urbs 394
ceraunia oppidum 493
ceraunicus ſinus 441
ceraunij pop. 99
ceraunij montes 706
ceraſſus urbs 461
ceramus inſula 442
cerami 376
ceramicus ſinus 442
cererij populi 648
ceraſtum ubi copia 369
cerberus ductus ab inferis ab Hercule 329
cerbalus fluuius 200
cerceteus mons 439
cercetides populi 475
cerchaſi populi 477
certiſſa 91
cercopia urbs 449
cerchuſum caſtellum 521
cercinna inſula 363
cercyra 336
cerdonia urbs 202
ceres ab Argis Libyſſa uocata eſt 341
cereris lucus ſuper campum Piliacum 334
cereus amnis 715
ceretanus amnis 157
cerea 132
cereſſus 42
ceretum opp. 166
ceruonia oppidum 428
ceruaria 38.61
ceruaria fluuius 200
cerugnola urbs 202
ceruignanus 113
ceruetere urbs 154
ceruia 143
ceruulum 138
ceſama oppidum 506
ceſanus 147
ceſſalis 127
ceſſeopolis urbs 433
ceſtrus amnis 458.457
cetiæ inſulæ 332
cetiphalos inſula 332
cetium ciuitas alio nomine Cichion 493
cetirizis promõtoriũ. 263
cetoëſſa regio, & urbs. 343
cetrana urbs 178
ceteus fluuiolus 430
ceua 135
chaan urbs 338
chabes ciuitas 366
chabilonis regio 502
chaboras fluuius 521
chabora urbs 521
chabriæ uallum 381
chabriæ uicus 389
chabylonitida regio 505
chadana uicus 465
chædini populi 11
chænides populi 473
chæronia opp. 308
chæruſi 74
chalaurita caſtellum 337
chalcedon colonia 416
chalcedones populi 653
chalcedonij populi 418
chalcedonium phanum 416
chalcia inſula 444
chalcida inſula 316
chalcidica regio 505
chalcidica regio 502
chalcis 296
chalcis metropolis 316
chalcis opp. 300
chalcis pagus 327
chalcis urbs 502
chalonitæ gentes 662
chalcorycij populi 353
chaldæa regio 526
chaldæi gentes 661
chaldæi populi 653
chaldæi prius Chalybes dicti 735
chaleos opp. 301
chalia opp. 300
chaline inſula 585
chaltapitis regio 534
chalybes populi 653
chalyboy urbs 502
cham regio 370
chamannea regio 463
chaminiza in qua fuit Eſculapij templum 325
chanes fluuius 404.730
chanes fluuius 484
chaonia urbs 500
charagar urbs 457
charas urbs 518
characharta ciuitas 556
charcini populi 459
chanranda urbs 385
charas urbs 539
charax caſtellum 465.541
charax oppidum 535
charaxa uicus 365
chartha oppidum 361
chardus amnis ſaxa natantia euoluens 334
chargnam 134
charena hodie quæ 397
chargatha pagus 549
charia urbs 341
charinda amnis 532
chariuiſtus amnis 480
charmotas portus 543
charthaginenſes populi. 612
charybdis 496
chasbia oppidum 464
chaſira urbs 489
chataium regio 562
chatæ populi eod.
chatramonitę populi. 549. & 375
chatei populi 540
chatramonitæ populi. 547

charricha urbs 565
chaurina urbs eod.
chaulaſij populi 660
chebreus rex 391
chegia urbs 489
cheius opp. 254
chelidonia inſula 451
chelidoniæ inſulæ 642
chelin opp. 247
chelin ciuitas 239
chelmenis 247 (719
chelonetis promontoriũ.
chelonophagi populi 550
chenelophagi 406
chenephris rex Aegyptiorum 409
chenoboſcia urbs 394
cheopus rex 391
chereda urbs 369
cheriborg ciuitas 51
chermona ciuitas 24
cheroneſus parua 377
cherſo 96
cherſoneſus 433
cherotobalus 88
cherſa 111
cherſoneſus magna 415
cherſoneſus inſula 573
cherſoneſus pagus nunc palea caſtrum 347
cherſoneſus ꝑmontoriũ.
cherſoneſus 72 (300
cherſoneſi circũſcriptio.
cheſius amnis 438 (72
chetonatas promontoriũ.
chettça inſula 376 (316
chetæ opp. 279
chia urbs 434
chiauarum opp. 153
chimera 290
chientus 148
chimeræ montes 452
chimæra mons Lyciæ regionis 459
chinalaph amnis 353
china pagus 377
chinalaph amnis 354
chios inſula 643
chios inſula 434
chiriſonda urbs 461
chirogylon inſula 452
chitarus 387
chituæ populi 354
chius inſula 430
chius locus 417
chius urbs 746
chius quid ſignificet 434
choana ciuitas 534
choana urbs 556
choara terra 540
choaſpes fluuius 664
choaſtra oppidum 533
choatra mons alio nomine Coſæus 529
chodda urbs 505
cholbiſina urbs 558
cholima oppidum 490
cholua ciuitas 489
cholua urbs 489
choluata oppidum 489
cholla urbs 505
choma amnis 452
choma ciuitas 452
chomani populi 555
chomaria urbs 556
chomi populi 555
chonca urbs 579
chonaem opp. 211
chorabinij populi 652
choraſmia regio 556
choraſmij populi 557
chorina regio 539.540
chorodna uicus 538
chorſa urbs 489
chorſeus torrens 499
chorufia oppidum 478
chorus fluuius 664
chorzena regio 489
chozabet opp. 250
chreglia 99
chrepſatum 96
chrindi populi 552
chriſas amnis 233
chryſa urbs 744
chryſa inſula 572
chryſia inſula 645
chryſocola lapis 575
chryſoroa fluuius 432
chryſoroa amnis 416
chryſopolis eod.
chryſoroas fluuius 503
chuduca oppidum 528
chumana oppidum 528
chuni pop. 245 (398
chuſaris qui & Coſenus.
chus urbs 536
chus locus 396
chus regio 534
chuſis urbs 366
chylmath flumen 354
chymera mons 655
chyrtus ciuitas 494
chytrium præcipitiũ 433
ciaginſi pop. 254
ciæua urbs 455
cia 58
ciacis uicus 465
cibira urbs 462
ciboſci pop. 247
cibotus urbs 450
ciceromana uilla 192
cicouum 100
cidamuſij populi 354
cidonia inſula 431
cidonia locus eod.
cigbena oppidum 534
cilla urbs 744.435
cilleus amnis 435
cilleus mons 435
cilleus uicus 431
cilices deuaſtarũt cretam inſulam 345
cilices populi 656
cilicia 415
cilicia Trachea 458
cilicia regio 755
ciliciæ prouinciæ deſcriptio 466
cilices populi 742
cilices populi duplices ſunt 739.744
cilini pop. 33
cillus pelopis auriga 435
ciniata caſtellum 455
cimbri populi 707
cimbricus uicus 476
cimmerij populi 729
cimeriſſos urbs 428
cimmeriusboſphorus 475
cimmerium promontorium 476
cimolus oppidum 453
cindarus ciuitas 500
cinyphe regio 364
cinyphus amnis eod.
cinyphus fluuius 360
cinamomifera regio 412
cincchar 59
cinna 42

cinna

Index

cinna urbs 530.538
cinnaba mons 353
cinnaba planities 355
cinædocolpitarum regio. (543
cindia urbs 579
cineri amnis 331
cinneus Appollo 431
cingila 58
cingullum opp. 150
cinyphus amnis 366
cinyps fluuius 400
cinthij populi 360
cio urbs 418
ciparifsia urbs 327
cipipa urbs 359
cirafius fluuius 216
circeius mons 695
circæũ promontoriũ 170
circelli caput 170
circes caſtellum eod.
circidius fluuius 216
cirigo inſula 330
ciripha urbs 528
cirigia 40
cirna mons 358
cirradia regio 586
cirrodees populi 557
cirſa oppidum 358
cirteſij populi 557
cirtin 23
ciſarga 33
ciſamopolis 348
ciſamõ ſiue coſomoy promontorium 348
ciſcena regio 455
ciſeruſa inſula 446
ciſmon 121
ciſoy torrens 509
ciſſa caſtellum 354
ciſſa amnis 462
ciſſapularia 111
ciſsia regio 534
ciſsi populi 662
ciſſuntis portus 437
ciſtenna urbs 433
ciſternæ opp. 365
ciſthene inſula 452
citadela 121
citarodrigo 30
citerior inſula 31
citamum ciuitas 489
citma ubrs 366
citheron 392
cithæron mons 509
cithin inſula 493
cithis inſula 407
cithebanitæ populi 549
cithonius Neptuni filius. 446
citrarum 212
ciuaſium 133
ciuitas de Tiete 181
ciuitas noua 111
ciuitates ad latus occidentale ſitę 404
ciuitates olim potentes, & pulcherrimis legib. inſtructæ quæ fuerint. (738
ciuitella 43
ciuitelle opp. 202
cinolus inſula 323
cius fluuius 271
cius ſocius Herculis fuit. (737
cizara caſtellũ. 465
clana caſtellum 489
clanis fluuius 189
clanis amnis 173
clana palus 160
clanicus amnis 173
clarus mons 49.326
claros inſula 442
clarus mons 214
clarenſa 326
claſtidium 137
claterue 145
claudia oppidum 465
claudiopolis 455
claudiopolis 466
claudiopolis urbs 420
claudionerium ciuitas. 34
claudius Cæſar 420
clauſtrezum 137
clauſa 24
clans 134
clazomena urbs 746
cleartis palus 375
cleana palus 160
clendos inſula 346
cleone opp. 277
cleomene oppidum 341
clepidana 246
cletharo oppidum 519
cliceuaz 99
clima quid, quot, ubi. S. Dies ubi breuiores, ubi longiores 6
climax mons 497.451
climax urbs 377
climax oppidũ Galatiæ. 453
cliſſa 103.100
clitæ urbs 420
cliternum opp. 169
clitor oppidum nunc ciar dichi uocatur 359
cliuz 103
clodia 110
clodianus fluuius 44
clodus fluuius 158
cluaca oppidum 534
clugia 100
clupea urbs 362
cluſa 124
cluſemborch opp. 254
cluſinus 134
cluſium urbs 160
cluſium opp. 185. eod.
clunia 37
cluuiana urbs 185
clunium ciuitas 216
cmuſa 323
cnidyadis dianę tẽplũ. 442
cnidus promontorium. 442
cnidij populi 749
cnidos urbs 442
cniema emporium 244
cnigilia opp. 180
cnoſſus ciuitas 349
coa urbs 443
coa uel cous inſula 443
coa amnis 574.578
coara ciuitas 514
coara oppidum 502
coaſpa urbs 567
coaſpes fluuius 531.487
coaſpis fluuius 468
cobandi 73
cobath municipium 354
cobe emporium 408
cobij oppidum 377
cobus torrens 475
cobota uicus 484
cobulatus fluuius 457
cocogi uicus 460
cocconati inſulæ 545
cocconagarra ciuitas 588
cocha ciuitas 524
cochinace uicus 560

cochium

cochium 132
codana ciuitas 489
codana inſula 568
coder 67
codroipum 114
codrana urbs 580
coëloſyria regio unde di-
cta 495 503
cœlia 87
cœnognum 76
cœſius amnis 483
cogamus fluuius 436
cogni pop. 83
coi populi 749
colacia oppidum 462
colchinium 104
colchi populi 648
colchis regio ubi ſita ſit. 729
coldamara urbs 500
colęmene 247
colenſij pop. 254
colimbria 50
colla 135
collaria ciuitas 169
collentum 96
collis Pandion 446
collis floridus caſtellū. 166
collo fluuius 554. 353
collops tumulus 357
colmenar 31
colmen opp. 239
colmeſe opp. 239
colobraſſus oppidū 458
colocia opp. 252
colona opp. 160
colona urbs 410
colona palus 410
colone nunc Griſum 328
colonia 57
colonia urbs 30
colonia unde dicta 57 37
colonia equeſtris 60
colonis inſula 332
colornum 30
colophon ciuitas. 746. 437
colophonij populi 747. 433. 453
coloſus 102
coloſſa inſula 445
colpiadica 270
colpus Samali 51
colſa urbs 490
columba 137
colubraria 39
columbarium 218
comata 46
comagena regio 499. 656
commagena regio 755
commarum uicus 458
cominium opp. 185.
comana urbs. 437. 466. 460
comba urbs 452
combana ciuitas 551
combrus mons 271
combria inſula 445
combuſta inſula 544
comedi populi 557
comidana opp. 254
comopolis urbs 529
compluteria urbs 184
comorbinia inſula 414
complutum 37
complutica 32
compoſtella 34
conni opp. 283
conapſeni populi 474
concha 145
conennos 19
conſienza 132
conguſtus urbs 455
coniſſa opp. 166
conica urbs 455
conopa opp. 301
conpagnaticum 160
conbrus mons 260
concaua 35
concha 37
concordia 30. 115
condabora 38
condatæ 52
condelanum 131
condeuincum 52
condignola 145
conduth 55
confluēnta 58
condyba urbs 452
confloentia ciuitas 37
conna uicus 449
conſa opp. 156
conſentia urbs 698
conſberch opp. 12
conſilicis 145
conſiſcula 168
conſtantia 60
conſtātiana urbs 493. 358
conſtantina Cyrta 357
conſtantinopolis 266
conta ciuitas 578
conteſtani pop. 40
contum 417
conuerſanum opp. 203
coos 320
copa 137
copais lacus 724
copar uicus 544
cope opp. 307
cope inſula 452
copellos inſula 428
cophanta portus 552
cophanta urbs 552
cophiticū promontoriū. 362
copia caſtellum 37
copratas amnis 532
copriuiniza 92
coptum 392
coptus urbs 374
coptus ciuitas communis tam Aegyptijs, quā Arabibus 395
coraiatha urbs 519
coracenſij pop. 217
corretani pop. 42
coraceſium caſtellum. 457
coracodes portus 218
coralis lacus 464
corallium ubi inueniatur. 640
coraliū ubi carpatur 357
coralius amnis 418
coralus urbs 236
corallū laudatiſſimū circa Orhcadas 10
coramanis ciuitas 547
coranus mons 732
coraſsiæ inſulæ 439. 443
coraſsam urbs 562
coratij populi 410
coracinus 387
corax mons 725. 301. 478. 433
corap opp. 178
coraxi populi 562
corbaſa oppidum 457
corbe 55
corbiuntus urbs 455
corcha ciuitas 15
corchura oppidum 529

corcia-

corcianum ciuitas 162
corcobara ciuitas 583
corconti pop. 83
corcoras 98
corcyra inſula.641.715.291
cordilus inſula 446
cordouanum 115
cordol 120
cordona 26
corduba ciuitas 518
corduba 26
cordula urbs 462
corduci populi 531
corduba urbs 685
cordugni populi 531
cordygna urbs 490
cordyba oppidum 461
corella opp. 212
corenſij pop. 218
cores mons 517
corfinum opp. 182
corfu 291
cori inſula 582
cori inſulæ ubertas 583
coribantes 344
coricenſij pop. 254
corineum oppidum 493
coriagaliſtro 30
corinon oppidum 436
corinthus opp. 318
corinthus urbs à quo condita 336
corigaza ciuitas 586
corinium opp. 95
coriphaſsium oppidũ.332
coripheus mons 495
corinthus urbs 722.631
corinthus lumen Græciæ 336
corinthi populi 722
corinthiũ æs precioſius cæteris 337
corinthiacus ſinus 325
coriolos urbs 178
corius amnis 551
corlio 179
cormaſa urbs 457
cormon 113
corna oppidum 465.464
cornacati populi 586
cornacum 91
cornelia caſtellum 155
corneualia 20
cornus opp. 218
corocondamis uicus 477
corona locus 434
corodamum promontorium 545
coronea 312.283
coroneus ſinus 328
corone urbs ubi ſita ib.
coronia opp. 306
coromithrena regio 531
corpitenſij pop. 218
corra urbs 490
corra uicus 538
corrigium 36
corſabia caſtellum 465
corſeus fluuius 567
corſignanum opp. 160
corſij pop. 217
corſunum opp. 216
cortæa urbs 490
cortana urbs 161
cortica 235
cortoi opp. 54
cortrai 55
cortyra 101
cortyna ciuitas 349
coruati 103
corus fluuius 729
coruum promõtoriũ 154
corycæi prædones 747
corycium 724
corycium ſpecus 467
corycis promontoriũ.345
corycus mons 437
corycus litus 452
corycus urbs 655
corycũ promontoriũ.467
corydalla urbs 452
corydallus mons 725.312
coryne, uel corena, ſiue corone nunc Anticodum 338
coryphaſium 328
cos inſula 439
coſamba oppidum 578
coſſum ciuitas 49
coſamba pagus 568
coſſa 115
coſta Malphi 196
coſſæ opp. 156
coſæus amnis 534
coſæi populi ib.
coſcura urbs 447
coſentia 214
coſeuda ciuitas 546
coſi ciuitas 446
coſicæ inſulæ 345
coſsitani pop. 42
coſsigranum opp. 150
coſmena caſtellum 328
coſmos oppidum 516
coſomon, uel ciſamon promontorium 348
coſsium urbs 49
coſuantæ 85
coſyra inſula 362
coſyra caſtellum nunc à nautis Gozo dictũ 364
cotij nominis finis 134
cotaca urbs 565
cotina caſtellum 36
cotoba uicus 478
coteuni montes 50
cotæna urbs 465
cotullum caſtellum 150
cotylla urbs 158
coupa 98
cragus mons 452.655
cragus urbs 452
cratos mons 232
crambuſa inſula 456
cranaos oppidum 447
cranica uicus 465
cranon opp. 286
crapanica opp. 163
crapina 89
cratorida urbs 508
crebes 13
crebinthos inſula 418
crebron urbs 516
crema 128
cremaſtis opp. 282
cremna colonia 458
cremera amnis 163
cremin emporium 244
cremona 127
crenida opp. 276
creonis mons 430
creophagi 407
creophagi populi 411
creſa opp. 305
creſphon 329
creſton ciuitas 285
creta inſula 641
creuſa opp. 305
creuſa urbs 366

creta inſula 100. urbes habuit quondam 728
creta nympha 344
cretę inſulę deſcriptio 344
cretēſes à Cilicibus deuaſtati, & à Romanis debellati 345
creticum mare 325
cretes Dianam religioſiſſimè colunt 347
cretis rex curetum 344
criana 105
crimiſſa opp. 211
crimiſſa urbs 698
criopa uir 442
criopon promõtoriũ 442
criſſa opp. 303
criſſæ 207
criſſæus ſinus 722
critona opp. 160
critopolis urbs 457
criumetopon promõtoriũ nũc S. Iani dictũ. 345
crobyzi pop. 256
crocodilus 387
crocodilus promontoriũ. 469
crocodilus in Tentyra urbe odio habetur 761
crocodili ubi inueniũt 575
crocodilorum ciuitas 392
crocodilorum urbs 760
crotone oppidum 630
crotoniatæ populi 700
croto urbs 208
cromia urbs 419
cromniorum promontorium 494
cronius amnis 472
cromyum promõtorium 467
cronius mons uulgò Grecuenos 334
croſona opp. 258
crœſus rex 455
crœſus contra Cyrum pugnauit 454
cruciatonem 51
crugna 33
crunea promontoriũ. 477
cruone fons 327
cruſſa inſula 442
cruſsiæ inſulæ 443
cruſtullus 138
cruſtumia 146
cruſtumeria ciuitas 169
cruſtumerij pop. eod.
cryptos portus 546
cryſa ſcopulus 346
cteſiphon ciuitas 529
ctimene opp. 286
cua uicus 545
cubalum caſtellum 456
cubi 49
cubina urbs 489
cuchagna 114
cucunda urbs 478
cuina colonia 366
cuiza colonia 354
culam 115
culuri 312
cuma à quo ſic denominata 745
cumæ urbs 630.696
cumæ opp. 188
cumania regio 252
cumania caſtellum 474
cumanus ager 738
cuma urbs 432
cuni ciuitas 568
cunigliera 40
cunium 145
cupra opp. 149
curaporina urbs 579
curcum 99
curduſa ciuitas 574
curres urbs 168
curetes 344
curetes dæmonum genus. 727
curfeltniũ opp. 182
curgia 24
curia rhetiorum 130
curicta 96
curie promontorium. 493
curulli opp. 257
curius mons 727
curium urbs 493
curlans nemus 240
curloenites lacus 240
curzola 101
curna oppidum 533
curobis uicus 363
curiula urbs 158
curta 51
curtæ eod.
curuta ciuitas 572
cuſæ fluminis oſtium ubi. 351
cutiua opp. 180
cutius fons 407
cuuium 135
cuzonum 132
cuzulares 296
cyanæ inſulæ 264
cyaneæ inſulæ 713
cyaneus amnis 480
cyaxaris rex Medorũ 389
cybelia uicus 437
cybira urbs 458.450
cybiſtra caſtellum 466
cybros urbs 500
cychirus opp. 296
cychria 312 714.684
cyclades inſulæ 310 642.
cyclades inſulę quot ſint. 728
cyclops inſula 446
cycnum oppidum 477
cydiſſes populi 449
cydiſſus oppidum 512
cydna urbs 452
cydnus fluuius 468
cydnus fluuius 656
cydonea inſula 431
cydonia urbs Cretæ 333
cydon rex Cretæ nomen cydon urbs 348
cydones 345
cydones Iardani fluuij accolæ 348
cydrelus Codri filius ſpurius condidit urbẽ Myrum 440
cygæus lacus prius colus dictus 436
cyiza portus 551
cyllene mons 722
cyllene mons maximus à Cyllene nympha denominatus 334
cyllene nauale 326
cylindrina regio 576
cymbri 73
cymbrorũ originẽ ſcriptores diuerſe tradere 73
cymerij populi 648
cyminia ſylua 162
cymœtha urbs 355
cyndes fluuius 488
cynedopolis urbs 442

cynethum

cynethum 519
cynocephali 385
cynopolis urbs 760
cynos ciuitas ubi Anubis colebatur, & etiam canes ibi uenerabãtur ac etiam paſcebantur 392
cynos fluuius 546
cynoſema locus 445
cynoſtephala 276
cynoſura 339
cynoſura promõtoriũ 313
cynthia 320
cynthos inſula 319
cynthus mons 643
cyon fluuius 499
cypariſſa urbs 438
cypariſſus ſinus 327
cypera opp. 289
cyphanis portus 331
cyphus mons 724
cypra urbs 150
cypricum opp. 250
cypron inſula 451
cyprum caſtellum 514
cyprus inſula 642
cypri inſulæ deſcriptio (491
cypſaria portus. 354
cyramus inſula 442
cyrcij populi 537
cyrenaica regio 612
cyrenaicæ regionis deſcriptio 367
cyrectica inſula 711
cyrene Penei Arcadiæ regis filia 367
cyrene urbs nomẽ regioni dedit 367
cyrenenſium terra 365
cyreneum oppidum 436
cyreſchata urbs 558
cyres caſtellum 26
cyria oppidum 451
cyriſtica regio 733
cyriſtra oppidum 464
cyrnus rex 370
cyrnus inſula 636.693
cyrnus inſula alio nomine Corſica dicta eſt. 606
cyropolis à Cyro rege cõdita 532
cyrus fluuius 482.532
cytorus 419
cytapſia oppidum 454
cytaria portus 226
cytij pop. 88
cytæon urbs nunc Candia dicta 347
cythera ciuitas 642
cythera inſula. 330.641.684
cytherium flumen 337
cytheron mons 722
cytheron ſaltus 633
cytorum oppidum 419
cytorus urbs 419.734
cytorius mons 420
cytæum 251
cytæum urbs 481
cyziceni populi 418
czana opp. 254
czechenouo 247
czurgati 251

D

DAbana ciuitas 561
dabauſa oppidũ 524
dabia urbs 359
dabrona amnis 15
dacaſya urbs 455
dacaremæzæ 548
dacæ populi 554
daces populi 617
dacia 13
daci populi 12.708
daclis oppidum 448
dadara ciuitas 524
dadex urbs 493
dædalus ciuitas 417
dædalum ibid.
dædala urbs 451
dęmoneſos inſula 417
dæmonum inſula 144
dagona urbs 465
daguſa urbs eod.
dai populi 537
daix fluuius 560
dalaſsitidi gentes 469
dalerus opp. 294
daliſandus urbs 466
dalmatæ populi 713
dalmatia 92
dalmatia unde dicta 103
dalmatiæ litoris deſcriptio 100
dalmatiæ terminus & Albaniæ inchoatio ætate noſtra 102
dalminium 103
damaces pop. 35
damaſcus urbs 504
damala urbs ſacra Neptuno 332
damea urbs 450
damenſij populi 361
damiata urbs olim Heliopolis 394
damna ciuitas 564
dampetia opp. 215
dan fluuius 505
dan urbs 502
danaba urbs 505
danai populi 722
danania 41
danaus Arginorum urbẽ condidit 341
dandaca opp. 249
daneon portus 383
dania 72
danicũ promontoriũ 12
dani populi 708.12
danubius 57
danubius fluuius 691.78
danubij uaria nomina 79
danſeche emporium 77
dantheletæ pop. 169
dapha uicus 524
daphna habitatio 103
daphnes amnis 469
daphnes locus 501
daphnina inſula 406
daphnita 403
daphnuſa inſula 437
daphnus 310
daphnus oppidum 435
daphnus portus 408
dapnæ populi 563
darachora urbs 578
daradlydis amnis 398
dara flumen 551
daraudæ populi 566
daraniſſa urbs 489
darius Longimanus Perſarum rex 754
darcama urbs 565
dardanes populi 668
dardanis ciuitas 368
dardani populi 742
dardani pop. 255
dardani Troiani 740
daremma oppidum 524

dargamanis fluuius 558
dargidus amnis eod.
darianta oppidum 533
dariorigũ promõtoriũ. 50
daritis regio 538
darius Perſarum rex 383
darna oppidum 529
daron oppidum 409
daron præſidium 508
darrę populi 543
darſa urbs 457
dartha uicus 529
daſcuta caſtellum 465
daſcilyticus lacus 740
daſtira mons 462
daſtira urbs 469
daſcyliticus lacus 417
daſcylium urbs eod.
datorum pop. ſitus 49
dauana oppidum 523
daudyana urbs 490
dauchis mons 414
daulia opp. 284
daulis opp. 303
daulium opp. 207
dauſdanatum opp. 258
daxata urbs 564
de climatibus 601
de fluxu & refluxu maris. (508
de parallelis 597
de diuiſione terræ in ſuas partes 604
de uentis & eorum diſcordi conditione 601
de meridianis 601
deba urbs 522
debæ populi 544
decapolitana regio 503
decelia 312
decerbij populi 651
deceliacum 312
deciates pop. 67
dedacana urbs 420
dedalus fugit è Creta. 439
dedalus Dianæ phanum condidit in monte Dictymo 348
defenzanum 124
degana urbs 484
degia oppidum 519
degurtum 102
dela uicus 545
delfinatus 67
delon inſula 641
delos inſula 319
delphinus portus 313
delphinus crocodilo potentior eſt 762
delphinus àmauit puerũ 357
delphi ciuitas 634
delphi urbs 724
delphini in Stagnone cũ hominibus ſocietate piſcantur 53
delphi opp. 303
delphinium oppidũ 434
delta inſula 386.758
deltæ buſiri fuit templum Iſidis 390
demetria urbs 530
demetrias urbs 754
demus amnis 557
demoneſus inſula 363
dencetrias opp. 282
dendros inſula 332
deobriga 35.31
dera campus 534
deræ populi 667
deræ promontorium 544
derana pagus 551
derba uicus 464
dera urbs 536
derceta ſtagnum 508
deres 66
derbica gens 402
derbitæ populi 553
derbices populi 651
derrima urbs 502
derris promontoriũ 717
derris promontoriũ 376
dertona 136
dertoſa colonia 41
deruſiæi populi 537
deticę gentes 578
detiana 45
detiones 99
deua uicus 545
deua opp. 254
deucalion 430
deueuelcus colonia 263
deuelconium ſtagnũ 263
deuriopes pop. 293
deuſalethæ pop. 269
dia 322
dia inſula modo Standia
dicitur 347
dia inſula 543
diaroča portus 368
diammos regio 375
diacyra ciuitas 524
diadæ 306
diamuna 377
diana Britomarte à Cretenſibus dicta 347
dianæ daphniæ templum 337
dianę colonę templũ. 436
dianæ Elaphię templũ. 337
dianæ phanum in monte Dictymo 348
dianæ ſacrum 437.416
dianæ templũ in promontorio Tauropolio 439
dianium inſula 156
dianum caſtellum 152
dianius amnis 199
diatauium 60
diboma opp. 284
dicæa urbs 718
dicherſis præſidium 368
dicta mons 728
dicta mons ſiue dictæus à Dicte nympha denominatus 348
dictis urbs 455
dictynnus mons in Sydonia plaga 348
didacæ populi 411
didigua oppidum 526
dido 561
dido ex Phœnica Syria in Libyam uenit 560
diduri populi 475.482
didyme 224
didyme inſula 451.704.25
didymi montes 546
dierus mons 352
dierna opp. 154
dieuizum 82
dieſenhoffen 60
digentia riuus 168
digima uicus 547
dignanum 112
dilichnus 387
dilingen 85
diluron opp. 44
diluniũ fuit ſub deucalione 430

dima 224
dimicæum uicus 449
dindyma mons 453
dindymene dei mater 432
dindymus mons 449
dinæ urbs eod.
dinia 68
dinocrates architectus 377
diocęſarea urbs 463.450
dioclia urbs 449
diocæſarea urbs alio nomine Claudiopolis dicta 469
diogenis ꝓmontoriū.405
diogetia opp. 258
diolcos oſtium 380
diomedea inſula 640
diomedeæ inſulæ 201
diomedes regnauit in Amyſſo urbe 346
diomedis 100
dion opp. 277
dion oppidum alio nomine Matium dictum 347
dion phœnicus 499
dion urbs 716
dionyſia 296
dionyſia uicus 388
dionyſa inſula 342
dionyſia habitatio 451
dionyſius Alexandrinus. 360
dionyſius Heraclię tyrānus 149
dionyſiopolis opp. 257
diopolites populi 392
dioſcoron inſula 209
dioſcurias urbs 475.480
dioſpolis 44
dioſpolis urbs 462.399.418.447.501.759
dirce fons 633
dirin mons 351
diſta urbs 365
ditamnum urbs 348
ditanus herba ueneno cōtraria creſcit in Ida monte Græcæ 345
ditis Cretenſis 380
diuana 18
diudarij 99
diuæ annę caput promontorium 414
diui Clemētis caput promontorium 414
diui Petri caſtellum 441
dium oppidum 724.505
diuodurum 59
diuonum opp. 258
diuris fluuius 351
diuus fluuius uel Amulus dictus eod.
dixirates 486
dizaca urbs 489
doana ingens flumen.586
docaſtelli 112
docimia urbs 449
docirana opp. 252
doclea 105
docleatæ 103
dodecaſchoenus locus.
dodona opp. 293 (396
doduti 74
dolicha opp. 281
dolicha inſula 296
dolichiſtæ inſulæ 452
dolichia urbs 500
doliche inſula 439
doliones populi 738
dellus 139
dolopes 403
dolopes populi 362.203
domana urbs 465
domanetica regio 455
domana uicus 549
domitiopolis urbs 469
dora urbs 499
dobeta ciuitas 522
dordomana oppidū 541
doreni populi 548
doria 134
doris ciuitas 342
doriſcus opp. 201
dorienſes populi 724
dorlans 55
dorticum opp. 255
doroacha oppidum 568
dorylæum uicus 449
dorylæum urbs 432
doryon oppidum 436
doſa pagus 519
dotha oppidum 534
dotham oppidum 509
draco mons 433
dracontius inſula 358
dracuina 85
draga oppidum 549
dragona 135
dragonara 44
dragonara opp. 202
draſtoca urbs 566
dragianæ regionis ſitus. eod.
drangius amnis eod.
dratæ oppidum 464
drauaniza amnis 238
draucæ populi 557
drauus amnis 97
drazium opp. 274
drepane 291
drepanum 325
drepanum promontoriū. 368.383.443
drepanum oppidum 439
drepanū promōtoriū.492
drepſiani populi 557
drepanum ciuitas 227
dreſem opp. 76
dreſpa oppidum 558
drilo fluuius 712
drimago opp. 258
drimiſa inſula 453
drinus fluuius 90
driopes 287
driopes condiderunt Hermionem urbem 332
driopes proprio ſolo ab Hercule expuſi 332
driopes ædificarunt Hermionem urbem 342
driopes condiderunt Aſinem urbem ib.
driopum domicilium ib.
druſa urbs 438
drobem 147
droda urbs 516
drodanenſij 57
dromos inſula 281
dron oppidum 12
droſacha urbs 564
druentia amnis 689
druentię decurſus 65
druentius 134
druphegis opp. 254
druſias oppidum 513
druſipara 570
druzum oppidum 449
drybactæ populi 557
drybites populi 531

drylo 104
drynax 105
dubis 60
dubrounich 91
ducatus Holſaltiæ 73
ducatum Spoletanũ 164
ducona opp. 49
dudrus fluuius 449
duduſa urbs 455
duina inſula 17
duinum 111
dulcignum 104
dulgumi 74
duma 517
dumetha urbs 524
dumnius ciuitas 20
duna 241
duneborch 242
dunga oppidum 572
dunge 130
dunum 15
duria flumen 30
dura campus 526
duraba urbs eod.
durdus mons 354
duria flumen 28
duricotora 58
duris 15
durochabuſa opp. 249.258
durus mons 353
duræ pop. 11
dyaron oppidum 409
dyardenes fluuius 575
dydimia inſula 638
dyma carens portu 326
dyma opp. 271
dymaſtos inſula 446
dyme, uel, cauconia 325
dyndima mons 421
dyriodoris amnis 474
dyrrhachium opp. 274
dyrzela oppidum 458
eantion oppidum à Rhodijs conditum 425
eaſo ciuitas 35
eaſum promontorium. 45
ebagena caſtellum 464
eblana 15
eboda oppidum 517
ebora 26.18.35
ebora opp. 30
ebriapa oppidum 478
ebrides inſulæ 545
ebro amnis 41
ebron uallis 516
ebudæ orchades 10
eburni regia 556
eburodanum 130
eburum 83
ebuſciſi pop. 49
ebuſus 40
ebuſſis inſula 636
ecbatana urbs 732.522
echila inſula 641
echinades inſulæ 680
echinus opp. 283
echinus urbs 370
echinus mons 488
ecregma 381
ectodurum 85
edeta 41
edepſus opp. 316
edeſſa opp. 285
edeſſa ciuitas 523
edipſa caſtellum 499
edom 516
edui pop. 53
edubia 179
edulius mons 31
edylia opp. 307
egeæ oppidum 469
egea urbs 355
egiros opp. 258
egiſanum 36
egna 129
egnatia opp. 203
egnatia uia 714
egoſthenia opp. 304
egoſa 42
egra 81
egyrus uicus 431
eion opp. 276
eionem urbem Driopes condiderũt. 342
eizana caſtellum 460
elaccon emporium 573
elæi pop. 720
elais urbs 657
elam regio 535.517
elamytæ populi 517 535. & 543
elana pagus 517
elaniticus ſinus 543. & 738
elaphites inſula 437
elathea ciuitas 634
elata amnis 418
elatea urbs 724
elatia opp. 304
elbingen ciuitas 239
elceb ciuitas 59
elcetium opp. 236
elda 74
eldana 36
elea 325
elea inſula 418
elea opp. 255
elea promontorium 493
elea urbs 744
eleæ portus 292
eleapolis urbs 429
electride 95
electra flumen 349
electra amnis aliâs Potereus dictus 346
electridæ cur dictæ 95
electrus mons 318
elei populi 632.323
eleiticæ habitatio 389
elephantina urbs eod.
elephantophagi pop. 411
elephas mons 408
elera fluuius 18
elera urbs 506
eleſara regiuncula 544
eleticus fluuius 429
eleum 326
eleuſa inſula. 467.445.433. 493
eleuſis opp. 311
eleuteræ ciuitas 349
eleuther opp. 309
eleutherus fluuius 498
eleutherus amnis 496
elice urbs terra motu abſorta 335
elice nympha Oleni Vulcani filij gnata, nutrix Iouis fuit 335
elidis tractus 326
elidis terra prius epie 337
elis regio 719
eliſſus fluuius 337
eliſſos colonia 352
eliumberum ciuitas 49
elogoſme planities 487
elona opp. 282
elorus ciuitas 235
elotus urbs 349

elſa 159
eluſa ciuitas 516
elymæ populi 535
elymæi populi 732
elyndniotori pop. 275
elyſia inſula 451
emath urbs 501
emathia regio 285
emathij campi 274
emaus urbs 513
embolæ oppidum 484
embolum uicus 545
embolyma urbs 580
emerthes 430
emerita 30
emichara caſtellum 233
emigurus 362
eminatium 105
emiſa ciuitas 502
emmaunta opp. 514
emodi montes 564
empelathra urbs 579
emporię 44
emporicus ſinus 351
emyndus inſula 442
enabaſi populi 353
enagora inſula 452
enaria inſula 190
enderum 105
enelæus amnis 535
enelæus fluuius 531
eneti populi 419
engadda oppidum 515
engadi mons 512
engadi uicus 515
engaricenna 14
engium opp. 233
eningia 78
eniochi populi 477.475
eniochorum litus 477
enipeus fluuius 720
enipeus fluuius 337
enna opp. 234
enna urbs 703
enopia 333
entella fluuius 153
entelia urbs 466
entena urbs 490
eoa oppidum 364
eordaij pop. 284
epaminūdas ſuperauit Lacedæmonios 339
epæi populi 720.725
ephestia ciuitas 452
epheſia urbs Vulcano dicata 655
epheſtius mons 452
epheſus ciuitas 438
epheſus urbs 654
ephialtium promontorium 444
ephorus opp. 207
ephrain mons 510
ephrata regiuncula 515
ephyra opp. 274
ephyra urbs 719
ephyris opp. 296
epiacum urbs 18
epicaria 105
epicæros oppidum 516
epicteti populi 738
epidaurus oppidum 330
epidaurus cur dicta domitrix 332
epidaurus urbs primò epitaurias nūc Pigiada. 332
epiganes 351
epina urbs 338
epiphania urbs 470
epiphania Syrię urbs. 501. 635
epiropia inſula 332
epirus 706
epitalium 328
epla inſula 330
eporedia 133
epyri prouinciæ ſitus. 289
equas, ad uēti auſteritatē concipere 30
equilium 116
eraga urbs 369
erala uicus 549
eraſinus fluuius 722
eraſinus fluuius labitur p ſyluam Nemæam 340
eraſinus fluuius naſcitur à Stymphalo monte 333
eraſinus fluuius in quo litore labatur 336
eraxiſtratus maximus medicus 431
erebidæ populi 361
erembi populi 410
erembi populi 543
erembi populi 661
erembi apud Homerum ſunt illi, qui apud alios Troglodytæ, & Arabes uocantur 676
eresburgium 74
eretria urbs 725
eretria opp. 317
eretriæ opp. 283
ergadium urbs 449
ergauica 38
ergauia 36
eribœa opp. 284
ericinum opp. 219
ericodes inſula 225
eribœa urbs 426
ericuſia inſula 704
eridanum 141
eridanus 142
erigon fluuius 716
erimanthus amnis 567
erimāton locus iuxta Parthenios 335
erineum opp. 283
erineus portus 325
erintal 56
eriſitori 320
eriſtha ciuitas 545
eritæ populi 567
eritia urbs 458
erineus opp. 301
erij promontorij ſitus.
erizeli 440
ernatinum 68
eropæi populi 361
eripis oppidum 352
errabantium promontorium 217
erraga 41
erupa ciuitas 524
eruſij gens infida 58
erymanthus mons 632
erymanthus fluuius 631
erythea colonia 437
erythei populi 437
erytheū promontorium. 347
erythrea inſula 644
erythrea inſula 352
erythræ urbs 746
erythra rex 590
erythini ſcopuli 419
erythria 25
erythrini ſcopuli 734
erythron locus 368

eſau habitauit in monte Seyr 518
eſbuta urbs 519
eſclum 55
eſcua 26
eſculapiĳ templum 332
eſebon mons 511
eſebon oppidum ib.
eſernia opp. 184
eſiſum mons 165
eſor opp. 409
eſor urbs ib.
eſſedones populi 564
eſſedones qui 648
eſſei populi 506
eſſeni populi 656
eſſeſia 99
eſsia urbs 512
eſsina emporium 408
eſtobara oppidum 556
eſtrerĳ pop. 284
eteocretes 345
etomia urbs 460
etymais regiuncula 531
etymandri populi 565
ethalaſia 430
ethicuſa inſula 444
ethimandis amnis 586
ethruſci populi 629
ethuſa inſula 441
ethyrſus opp. 277
euagræ pop. 11
euangelus portus 406
euauria urbs 447
euanthia opp. 301
eubiſci 48
euboēa regio 724
eucarpia urbs 449
eucartho fons 438
eucratida urbs 556
eudera 411
eudielum opp. 308
eudiphus oppidum 460
eudones amnis 447
eudixata caſtellum 465
eudrapa caſtellum 521
euea urbs 497
euenum opp. 278
euganea 115
euilath ſolitudo 512
eulica urbs 359
eumania 738
eumenia ciuitas ab Eumene regis Attali fratre condita 449
euonymos inſula 704
euonomite pop. 422
euoēnus amnis 435
euoninus inſula 224
eupatoria ciuitas 249
eupatoria urbs 455.461
euphranta urbs 365
euphrates 486
euphrates amnis 661
euphrates fluuius 730
euphratis & Tigridis fontes quantum diſtent inter ſe 731
euporia opp. 285
eura 29
eurianaſſa inſula 437
eurimedon flumen 457
europa regio unde dicta. 604
europa bonitate inferior Aſię, Aphricę ſuperior 4. fortitudine hominũ reliquis præſtat 4
europa unde dicta ib.
europa regio multiplicem formam habet 683
europæ ſitus 619
europus oppidũ. 283. itẽ 284.500
europus ciuitas 534
eurotas fluuius 326
eurota amnis 329
eurotas flumẽ nũc ab incolis Iris uocatus 343
eurotas 719
eurotas fluuius 342
eurus ab ortu hyberno flat 678
Euryti urbs poſtea Oechalia nuncupata 340
euſebia regio 463
euſena urbs 455
euſimara uicus 465
eutella urbs 233
euthypia urbs 447
euxdoxi ſpecula 394
euxinũm mare 242.263
euxinus pontus 415.708
euxinus pontus unde dictus 459
exapolis urbs 478
exidium 14
exilliſſa ciuitas 352
eximile iſthmus uulgò 325
exobigitæ pop. 249
exoriens fluuius 55
exorientis nominis mutatio ibid.
exuſta regio 436

F

Fabariæ inſulæ 239
fabaris fluuius 168
fabrianum opp. 148
fabrorum oppidum 147
fagana 124
fagana 114
fagor mons 504
falconaria 323
falẽmna uicus 20
falernum 164
falex caſtellum 58
falſtria 78
falzel 42
famagoſta urbs 495
famar 259
fanum 147
fana 115
fanari ciuitas 332
fananum 139
farfar riuus 501
farnaſia inſula 418
farra opp. 183
fauentia — 145 — 44
feligna 139
felinum 178
feltria 120
ferentia 163
ferentinum opp. 178
fermenia inſula 328
feronia fons 171
ferraria 41
ferratus mons 355
ferreus mons 510
ferrum inſula 399
feſſulę opp. 159
feſulina 144
feugarum opp. 76
fiagnanum 145
fiaſtra torrens 150
ficulnea uetus 179
fidenæ 175
fidenæ urbs 167
fidentia 137
fidenzola eod.

figera 317
figuena 26
filicudi inſula 225
filius 437
fimbria tribunus Ro. 427
fimbria uir 741
finis terræ opp. 33
finica caſtellum 451
finale 140
finus fluuius 181
fioranum 139
firnium urbs 150
flagona 115
flandria 54
flauia colonia 507
flauionouia urbs 34
flauiopolis 469.420.271
flaminiæ regiõis ſitus.140
flaminium opp. 163
fliſſza 102
florinum 33
florentia 159
florentina opp. 202
florentinum opp. 178
fluentia ciuitas 159
flumexellus 143
flumeſinus 147
flumenalbum 139
focaria 147
foia urbs 432
fold 74
folginum opp. 165
folia 146
fons Amimane à filia Da
nai dictus 344
fontes omnia immiſſa in
lapides conuertentes 11
fonzanum 135
forcia oppidum 478
forlinium 146
forlimpopuli eod.
formicę auriferæ ubi ſint.
formigo 139.179 (667
forte paſſum 135
fornoum 138
fortorius amnis 200
fornaces 141
forum Appij 178
forum britannorum 146
forum fuluij 135
forum Iulium 26.112.66
forumlimicum 32
forum Lucij 146
forum Pomphilij ibid.
forum Sempronij 147
forumſuguſiantum 53
forulum 247
forulum caſtellum 185
forus amnis 182
foſſatum 135
foſsio 118
foſſæ Papyrianæ 138
frachbin 91
francofordia 76
francofordia emporiũ.80
francum caſtellum 528
francia 50
francia unde dicta ib.
francauilla opp. 182
franconia regio 80
frata opp. 165
fratuolum opp. 200
frauenſtat 83
francum 139
fraxanorum eod.
fratentium 205
fraur 66
frento amnis 200
freſilia opp. 186
fregena urbs 157
frentanorũ terræ ſitus.183
fretũ prope colũnas Her-
culis quantam habeat
latitudinem 683
friburg opp. 80
frigidolfo 127
frigidum 212
friſolonum opp. 178
frixium 141
fruſinum opp. 178
fucaſcani populi 482
fucinus lacus 186
fundanus lacus 179
fundi urbs eod.
furca opp. 183
furconum opp. 180
furni mons 439

G

GAaram oppidum.536
gabala caſtellum.496
gabadania regio 463
gabaon uicus 512
gabara ciuitas 524
gabala urbs 502
gabala ciutias 532
gabalẽſium pop. ſitus 50
gabæi populi 537
gabe urbs 538
gabena oppidum 533
gabellus 139
gabij urbs 175
gabra uicus 538
gabrita ſylua 81
gabris oppidum 533.532
gadani pop. 255
gadara urbs 505
gadaſena uicus 463
gades urbs 499
gades 508
gades quantum diſtent à
Beti 687
gadilonetica regio 735
gadira 25
gadira inſula 25
gadirtha oppidum 524
gaditana urbs 685
gadora oppidum 505
galaad mons 504.518
galactophagi 561
galapha urbs 355
galatæ gallorum coloni.
689 (ptio.50
galliæ Lugdunẽſis deſcri
galatia regio 415
galatiæ deſcriptio 453
galatha inſula 357
galatæ populi Aſiæ Celtã
rum coloni 737
galægia 77
galilæa regio 508
galepſum opp. 278
galibi montes 583
galigne inſula 446
galindæ pop. 246
galeſus amnis 207
galinaria ſylua 189
gallatum opp. 204
galla pagus 533
galleſius mons 437
gallia Lugdunenſis unde
dicta. 50
gallia Lugdunenſis 688
gallia Lugdunenſis 50
gallia Aquitania cæteris
occidentalior 47
gallia Aquitania unde di-
gallia frigida ib. (cta.47
gallia omnis fluminibus
permeatur 688

gallia uniuerſalis 47
gallia belgica diuerſis nominibus appellata 53
gallia noxijs animalibus caret 47
gallia unde dicta 46
gallia argento caret 47
gallia qua, inter ligerim & Geraunam iacet gallorũ gẽtibus quatuordecim habitatur eod.
gallia hominũ & rerũ ferax 688
gallia regio 625
gallia belgica cur dicta. 53
gallia cur galatia uocaretur 46 (54
galliæ belgicę deſcriptio.
galliæ terra fluuijs ſpargitur 47
galliæ Aquitanię ſitus. ib.
galliæ decurſus fluuiorũ, per cãpos harenoſam arenam iactare ibid.
galliæ flumina gelu peruia curribus ibid.
galliæ pars uitibus reliquiſq; arboribus conſita eſt ibid.
galliæ diuiſio 46
galliæ Narbonenſis ſitus 61
galliæ belgicæ ſitus 53
galliam circundantiũ munimentorũ narratio. 46
galliam Græci prius galatiam appellauere eod.
galliam ſtudio naturę munimẽta circundãt eod.
galliam, aëris intemperie neq; uinum neque oleũ producere 47
gallica uicus 420
gallica fluuia 41
gallicanus mons 187
gallicum mare 606
gallinaria inſula 152
gallingus pop, 32
gallicus duplex ſinus 63
gallicus maior ſinus ib.
gallitia 32
galli ab improbis morib. abhorrent 689
galli duce Breno multas prouincias uaſtarũt. 453
galli & Germani, tũ forma tum moribus ſimiles 69
galli inſubres 129
galli magnum Romanis equitatum ſuppeditant. 689
galli miniſtri matris deorum unde dicti ſint 418
galli omnes non eadẽ lingua utuntur 688
galli potũ ex hordeo conparant 47
gallorum Semnonũ conternimi 147
gallogrætia 453
galleranum 132
galliopolis opp. 205
gallus amnis 418
galyba urbs 366
gammaica urbs 567
gamala ciuitas 509
gamala urbs 513
gammauſa uicus 449
gamelara inſula 363
gandarij populi 562
gandauum 55
gangani 14
gangaridæ gentes 581
ganginæ 403
gange regia 581
gãges fluuius. 646. 750. 668
gangis fluuij deſcriptio. 577
gannaria promontorium
ganth 55 (398
ganzir caput 495
gaoris amnis 572
gapachi populi 412
garamæi populi 530. 529
garamantica gens 402
garamantes populi 613
garamum oppidum 530
garas mons 354. 355
garapha portus 364
garaphis urbs 355
garaphi montes 353
garũnæ fluuij deſcriptio. 48
garbata mons 410
gardæ 124
gardola 131
gardelenum 76
gardona 120
garganus mons 201
garganũ promõtoriũ. 706
gargaphius fons 308
gargaridæ populi 669
gargaris urbs 743
gargarenſes 475
garia 133
gariana regio 531
gariudi populi 547
garinę populi 565
garizin mons 510
garna oppidum 465
garra ciuitas 355
garrei populi 600
garzena regio 482
gaſmara oppidum 355
gaſlaria regio 560
gaſarus opp. 276
gatara caſtellum 212
gatinara 137
gaudos inſula nunc Limoſa nuncupatur 363
gauium 136
gaulopes populi 546
gaulon uicus 506
gaulon ciuitas 509
gauna oppidum 534
gauræna oppidum 463
gaurianus amnis 173
gauionarium 80
gaurus 405
gaurus mons 187
gauſapina urbs 359
gauſomela uicus 529
gauzanitis regio 521
gauzania regia 532
gaza urbs 566. 513. 657
gazaria 249
gazara caſtellum 508
gazacupada urbs 319
gazena oppidum 450
gazelenæ oppidum 460
gazenon portus 508
gazorus urbs 516
gea inſula 364
gea ciuitas 547
gebena 53
gebal mons 510
gebalenſa regio 518. 664
gedira inſula 636

gedro-

gedroſia regio 562
gedroſiæ regionis ſitus. 567
gedroſij pop. 664
gedua urbs 359
gelaca urbs 455
gelboē mons 505
gelbus uicus eod.
geldria 54
geli populi 531.732
gelida ciuitas 483
gelonus urbs 240
geloni pop. 246.627
gelſum 138
gemmaruris uicus 516
gemona 114
gen fluuius 402
gendo 416
geneſara lacus 658
geneſar lacus 504
geneua 67
genoſa opp. 203
gentet opp. 13
genua urbs 153.691
genuenſis regio 151
genuſus fluuius 275
geographia ad prudentiā & actiones ciuiles conducit 676
geographiæ deſcriptio. 593
geometria ab Aegyptijs inuēta 618
geon fluuius 384
gephara urbs 376
gephei populi 361
gephyra urbs 500
gerara ciuitas 512
geraſitidis campus 509
geræa 30
geras amnis qui & gir ſiue gis 400
geraſſa ciuitas 505
gerbo urbs 499
gergetha uicus 430
gergithia ciuitas 423
gergetius mons 438
gerenia urbs modo Paſaua 344
gerenis 328
gereſa oppidum 534
gereſtus portus 317
gerion opp. 202
geriza urbs 366
germa colonia 455
germania diuiditur in ſuperiorē & inferiorē, uel primam & ſecundā 70
germania inter totius Europę puincias maxima.
germania inferior. 57 (ib.
germania optimum ſuccinum habet 78
germanes philoſophi Indiæ moralem tractant philoſophiam 753
germiana urbs 355
germaniæ generalis deſcriptio 70
geraunnæ origo 62
germaniæ urbes maritimæ, ciuitates ſtagnales uocantur 75
germanię circūſcriptio 71
germania, uocabulum recens 69
germani qui dicti 69
germaniæ termini 77
germani parū à gallis differunt 705
germani populi 620.689
germani unde dicti 621
germani unde ſic dicti ſint 707
germani unde dicti 69
germia uicus 431
germanicia urbs 500
germanico uocabulo nūc omnis regio appellat. 70
germanicum uocabulum apud ſcriptores uſitatius 70
germanicarū inſularum quæ in mediterraneo ſunt uſq; in Danubium deſcriptio 78
germanopolis 455
geruaſium 133
gerunda 42
geruſa urbs 476
gerra urbs 757
gerra oppidum 506.546
gerranicus ſinus 546
gerraſus fluuius 244
gerazi opp. 310
gerre oppidulum 437
gorgonia ciuitas 49
gerræi populi 546
gerreſticus portus 437
gerreus mons 381
gerri populi 475
gerrus fluuius 483
geſa uicus 547
geſara ciuitas 518
geſoria 54
geſoriacum opp. eod.
getæ populi 707.627
geth ciuitas 501
getulia 353.360
getuli 350
getuli populi 401.613
gibelter 27
gibelnoē mons 448
gibratie 23
gidde portus 542
gigures pop. 55
gileſta 134
gimerca ciuitas 216
ginſaletius 20
giorgim opp. 254
giorgim opp. 254
giouenatium opp. 203
gipſaria oppidum 518
girapolis urbs 362
giratha uicus 548
girgia regio 552
girgis inſula 545
girona 42
gironda habitatio 451
giſira urbs. 366
gizama urbs 523
glacialis ſinus 475
glandomirum 33
glanon opp. 68
glaucus fluuius 730
glauconis inſula 364
glaucū promontoriū 376
glaumellum 132
gleſſaria 78
glinou 147
glogouia 83
gneſa eod.
gnopoli 68
gnoſus Codri filius 437
goathræ populi 529
goaria oppidum 506
godaſa caſtellum 465
godana urbs 565
gogna 132
goitum 126
golleta palus 362

golge ciuitas 493
gomara oppidum 530
gomorum oppidum 658
gomeniza ſinus 291
gomera inſula 399
gomphi opp. 286
gongalæ 403
goniatæ populi 375
gontiana ciuitas 353
gonus oppidum. 446. 282
gonzaga 139
gordiæi montes 731
gordius Midæ pater fuit. 449
gorda pagus 548
gordyæi montes 488
gorgages inſulæ 413
gorbatha oppidum 524
gorda uicus 549
gorditanū pmōtoriū 218
gordiu come 435
gordium urbs 449
gordynia opp. 285
gorgus amnis 529
gorgarena regio 489
gorgona 155
gorgonis domus 413
gorgopij populi 475
gorgozolla 132
gorlitum 83
gortynios rex euertit phęſtum urbem 349
gorthina inſula 640
gorum 141
goryæa regio 578
gorzoni opp. 250
goslaria 76
gothia 249
gothland inſula 12
gothihalani 45
gothu 11
gotlieb caſtellum 60
gouernum 126
gozi ciuitas 345
goziura urbs 461
gracchouan 103
grachoua 99
gracchuris urbs 36
gradara 147
gradanum 99
gradus caſtellum 113
graiacum 53
graiæ 134
grānatis gēma circa Thebas naſci aiunt 395
grambis inſula 452
grannicus fluuius qui & Laſſara 422
granada 26
grana 135
granata 22
granea fluuius 279
graneſſa 51
grangiæ inſulæ 332
granianū promōtoriū. 216
granicus fluuius 740
gratia urbs 420
grauernit 54
grauidone 130
grauina opp. 203
græa opp. 313
græa caſtellum 305
græcia. 298
græcia magna 705
greaſgoni portus 376
grepoli caſtellum 213
greshalt opp. 13
grezium 82
grimaldum opp. 214
grinanij populi 537
gripoli 198
gripſoldia opp. 75
griptæ opp. 185
griſignana 111
grius mons 441
grudent opp. 239
grui Tundas 32
grumentum 199
gryneum nemus 433
gryneum Smyrneorū oppidum 430
gryneus Apollo 431
guadalcabir 23
guadiſte 26
gualdum opp. 165
guardia 212
guardaſonum 138
guaſcogna 47
gubba oppidum 518
guilliniacum opp. 184
gulus amnis 355
gunonum 136
guntium 91
guphna ciuitas 514
gurelli populi 462
gurena 136
guriauna uicus 534
gyarus inſula 319
gyges Lydorum rex 423
gymneſiæ inſulæ 636
gymnoſophiſtæ 577
gymnoſophiſtæ in India. 571
gynidarus urbs 500
gyphanta portus 531
gypſella opp. 271
gyrthon urbs 716
gythium emporium 329
gythio caſtellum 329

H

Habitabilis noſtrę deſcriptio 2
habnyræ oppidum 377
hadrianopolis 271
hadrianus imperator Antinoum habuit amaſiū à quo denominata eſt urbs Antinoë 394
hadrianus imperator. 378
hadriani portus 157
hagees regio 542
hagra regia 543
hailath litus 512
halale uicus 490
haleſcum 162
halic 279
halicarnaſus urbs 441
halicarnaſſæi 749
halienſes pop 313
halimuſij pop. eod.
haliſarna locus 443
halis amnis 653
haliuntis opp. 301
haloneſus inſula 437
halope 310
halope opp. 301
halys fluuius 734. 454
halyſius campus 426
hamaxāpeus fluuius. 242
haminodes promontorium 468
hananonia 83
hannibalis ſcalæ 44
hanſcha 82
haraphi montes 355
harpe opp. 202
harmiana urbs 541
harpadium opp. 185
harpaſa ciuitas 448

harpaſus urbs 448
harpi opp. 202
halempot opp. 240
haſsia flumen 73
haſſiæ eod.
haſsia 80
haſta opp. 204
haſpel opp. 241
hebręi Acorim urbem antequã Aegypto exirent muniuerunt 394
hebræi populi 518
hebrus fluuius 261
hecatęus primus codicẽ geographícum edidit. 676
hecatonneſi inſulæ 744
hecatompilos 342
hecatonpylos urbs 540
hecatoneſi inſulæ 431
hecatos is Apollo eſt. 431
hectoris lucus 428
hectoris ſepulchrum ubi ſit 741
hedaphtha ciuitas 364
hegitimatia 83
helades inſulæ 483
hela urbs 697
hela uicus 549
helandia 13
helandia inſula 12
helbos inſula 451
heleon opp. 308
helena inſula 314
helgas oppidum quod & Germanopolis ſiue Boſcæte 421
helia Ricina 150
heliades populi 445
helicon 302
helicon lucus 633
helulij pop. 353
helicon mons 722.725
helius pertinax condidit heliopolim Aegypti urbem 394
heliogabalus 460
heliopolis 382
heliopolis ab Helio pertinace condita 393
heliopolis ciuitas 504
heliopolis urbs 759.405
heliſeus uates 511
hellas regio 714.631
hellopia inſula 316
helleſpontus 714
helleſpontus cur ſit dictus 272
hellanes 287
helos oppidum 436
helos uicus à Helio Perſei filio nomẽ habet 330
helſinborg 13
heluetij pop. 59
heluetij natura undiq; muniti 60
heluia urbs 455
hemeroſcopium 39
hemonium 438
heniochi pop. 648
hephęſtia metropolis. 278
heptadelphi mons 352
heptanomi 390
heraclea 28.428
heraclea inſula cognomẽto Pontica 418
heraclea ciuitas 534
heraclea oppidũ. 267.440.448.284.532
heraclia uicus 742
heraclea urbs. 714.496.337.500.701
heraclea turis 368
heracleum opp. 251
heracleopolis urbs 392
heracleoticum oſtiũ 380
heractum 246
heraclium Gnoſij emporium nunc Setiam uocant 347
herapotes lacus 378
herbaium opp. 214
herbeſſus opp. 233
herbita urbs 234
herbipolis 80
hercabum opp. 246
hercinia ſylua 707
herculaneum urbs 158
hercineus ſaltus 620
hercules aprum uaſtantẽ agros cepit 335
hercules aues ſtymphalidas ſagittis, & tympanis fugauit 333
hercules cõdidit Capſam urbem 366
hercules Nemæum Leonem interfecit 340
hercules expulit Driopes proprio ſolo 332
hercules expulit Driopes, illorum'que regem interemit 342
hercules in Tyrinthi urbe genitus 331
hercules per ſpecum Acheruſium Cerberũ ex infernis extraxit 419
hercules tumulauit magnifice Pholum centaurum 334
hercules ubi Hylam perdiderit 417
hercules interfecit centauros 334
herculis ciuitas 392
herculis promõtoriũ 459
herculis urbs 760
herdonia urbs 202
herduch 92
heræandum promontorium 418
heræus Lycaonis filius. 339
herapilus opp. 234
herenus Chalcidos 502
hereum opp. 219
herfordia 75
herimantus mons à quo Herimantus fluuius oritur 335
hermea ciuitas 362
herohum ciuitas 393
herous ſinus 394
hermatunte promontorium 432
hermea promontorium. 345.362
hermea promõtoriũ Aegypti 376
hermethach opp. 254
hermenicum promontorium 721
hermeſia oppidum 435
hermias eunuchus 743
hermione urbs 351
hermonactis uicus 258
hermonaſa ciuitas 477
hermonaſſa ſtatio 460

hermonaſſa urbs 729.644
hermon mons 503.504
hermonſus fluuius 460
hermonthis urbs, in qua Iupiter & Apollo colebantur 392
hermopolitanæ cuſtodię.
hermopolitani 760 (392
hermopolis emporiũ Arabiæ 517
hermopolis ciuitas, in qua habitatores Cynocephalo ſacrificant 392
hermus amnis 436
hermus fluuius 432
herpa oppidum 463
herpeditani 14
herpeditani populi 351
heruberg opp. 240
herymmici populi 561
heſperditani populi 353
heſperia 21
heſperidum horti 353
heſperidum inſulæ 644
heſperidum locus 368
heſperus 21
hetra oppidum 524
hetriculum opp. 215
hetruriæ natio 692
heulyppia urbs 447
heuriſteus hoſtis Herculis 342
hiamas portus 305
hibiſcus 409
hidræ pop. 241
hiera inſula 637
hieroſolyma 756
hiera inſula 224
hieracum inſula 544
hieracum pagus 549
hierapolis urbs 500
hieraſycaminon opp. 396
hierax oppidum 377
hierocepia urbs 494
hierocęſarea urbs 435
hieriæ inſulæ 493
hieronis fluuius 505
hieroſolyma urbs 514. 757.658
hieroſolyma urbs ſæpe capta 515
hillis 100
hilogium opp. 282
himos inſula 446
hineus amnis 94
hipachei populi 466
hippa urbs 355
hippæa ciuitas 435
hippo 214
hippargeta uel Diarrichũ
hippici montes 473 (357
hippi promõtoriũ. 357.365
hippin oppidum 440
hippocoum uinum 443
hippocura ciuitas 572
hippopodes populi 627
hippodion fluuius 505
hippophagi pop. 537.562
hippophagi 472
hippomolgi populi 627
hipponeſos inſula 442
hipponetes paludes 358
hippon urbs nunc bona dicta 357
hipponium 214
hipponiata 209
hippus amnis 480.
hippus fluuius 730
hippus oppidum 509
hippus oppidum 509
hippon Diarrichus 358
hippos mons 543
hippotami 403
hira ſiue hęra uel hereum opp. 339
hirci cũ mulierib. coëunt buſiri 350
hiſci inſula 439
hiſmahelitæ 517
hiſmarus mons 628
hiſpalis urbs 23.24.695
hiſperus fluuius 537
hiſpania 21.619
hiſpaniæ bæthycæ deſcriptio 22
hiſpania bæthyca unde dicta 22
hiſpania Luſitania unde appellata 28
hiſpanię longitudo quanta ſit 685
hiſpaniæ generalis deſcriptio 21
hiſpaniæ Luſitaniæ deſcriptio 28
hiſpanię Taraconẽſis ſitus 31
hiſpaniæ Luſitaniæ ſitus 28
hiſpanus 21
hiſpratitæ populi 531
hiſter fluuius 626
hiſtorijs recentioribus attendendum 3
hodoca ciuitas 583
hodomanti pop. 269
hollãdię diuiſio, eiuſdẽq; circumſcriptio 78
holmus ciuitas 467
holrelant inſula 12
holoſſon opp. 282
homatrinus flumen 149
homerus auſus eſt primus geographiam tractare 675
homerus circẽ uocat Aeæam 677
homyle opp. 289
homborch 89
homeritorum regio 545
honſfert 83
honeflor 51
horamua uicus 20
horcycinium nemus 79
horicum opp. 250
hormanus fluuius 545
horia 38
hormiæ urbs 172
hormina ſiue Hyrmina promontorium 326
horontes colles 501
horontes flumen 495
hoſtia nauale 692
hoſtia urbs 695
hoſtienſis portus 157
hunagum 111
huni pop. 248
hyampolis opp. 307
hyaſpis gemma ubi inueniatur 460
hyarotis fluuius 576
hybernia inſula 645
hyberni pop. quales ſint. 690
hybla opp. 235
hycaniæ prouinciæ ſitus. 552
hydaſpis amnis 575.658
hydiſſa urbs 370.448

hydra urbs 462
hydra oppidum pagina. 300.204
hydra ab Hercule interfecta 343
hydra inſula 357
hydre promontorium pagina 432
hydrias locus 544
hydrus mons 204
hydruſa 319
hycla opp. 198
hyla amnis 417
hylana urbs 384.588
hylas lacus 653
hyleum lucus 243
hyllus fluuius pagina 736. 746
hyllus fluuius alio nomine Prygius dictus pagina 432
hymettus mons 723
hymettius 312
hypania urbs 338
hypanis fluuius. 242.476. 576.669.708
hypaniſum ciuitas pagina 245
hypaſis fluuius 576
hypata pop. 289
hyphalœormus locus pagina 368
hyperborei Sarmatæ pagina 472
hyppius fluuius pagina. 421.418
hippi inſulæ 437
hypochalcis oppidum. 300
hypocothon 433
hyppocrene fons 633
hypodromus locus 413
hypſelites populi 392
hypſebe oppidum 392
hyrcana urbs metropolis 553
hyrcania regio 730.& 681. 650
hyrcanus campus 435 & 511
hyrcanum mare 478
hyrcani populi 650
hyrcinia ſylua 79
hyrciniæ ſyluæ amplitudo 81
hyrmina ſiue hormina pagina 326
hyrgis fluuius 243
hyrpmorum terræ ſitus. 199
hyrpinum opp. 185
hyſias opp. 309
hyſie urbs, ſiue Lyſie, nūc Crepa 339
hyſilgila uicus 354
hyſpiratis regio 484
hyſſi portus 461
hyſsica regio 607

I

IAboc fluuius 305
iabruda urbs 502
iaca 36
iacob ubi conditus pagina 516
iader 97
iadra eod.
iaghathum oppidum pagina 352
iamba urbs 518
iamna 43
iamnia urbs 513
ianuti inſula 156
iapygium promōtorium. 204
iapygum regio 705
iapyx opp. 203
iardanus fluuius 327.348
iaſi templum 418
iaſonium promontorium. 460
iaſpis 40
iaſſa inſula 712
iaſſaih oppidum 354
iaſsicus ſinus 441
iaſſij pop. 88
iaſſus uicus 465
iaſtæ gentes 562
iaſtus amnis 561
iatij populi 557
iaxamatæ gentes 473
iaxartæ populi 561
iaxartis amnis 557
iazer urbs 511
iaziges pop. 245
iazyges populi 709
iazigum terræ ſitus pagina 252
ibagor opp. 13
ibari uicus 348
ibercaones 41
ibetes fluuius 438.483
iberes populi 649
iberi & Celtæ cur Celtiberes dicti 37
iberia 21
iberia ciuitas 41
iberia regio 728
iberiæ prouinciæ deſcriptio 481
iberius 41
ibericum mare quomodo terminatur 350.684
iberlingen 85
ibernia 14
iberniæ deſcriptio 13
iberus 21
iberus amnis 31
ibiriha oppidum 548
ibithingæ populi 587
icariæ inſulæ 443
icarium pelagus pagina. 684.435
icarium pelagus 436
icarus Dedali filius pagina 439
ichara inſula 439.547.643
ichneumon animal habitus eſt pro Deo in ciuitate Herculis 392
ichoſicum promontorium 493
ichthicuſa inſula 439
ichthin promontorium. 334
ichthis 326
iconium urbs 464
icophagi populi 411
icoſium colonia 354
icthiophagi populi 546. & 664
ida 430
ida mons ab Ida Coribantis filia dictus eſt 348
ida mons qualem habeat formam 727.738.739
ida multi fons cur 426

Idæidactyli inhabitarunt Cretam inſulam 344
idæus mons 641
idalium nemus 493
ideeſſa urbs 482
idemus urbs 448
ider. 126
idex 145
idicara oppidum 524
idicara urbs 526
idomena opp. 285
idurnum 87
idumæa regio, 516.656.518
iebus ciuitas 514
iebuſei populi 514
iectaël urbs 518
ielyſos urbs 445
iemarianus mons 22.23
ienecop urbs 13
iericho ciuitas 515
iericho fons 511
iericuns ciuitas 510
ierna 13
iernus 15
ieſulum 116
ieſſen locus 394
ieſsius 42
ieſzraël fons 510
ieuiza 40
iferſantus 202
igneonum gens 78
igordena regio 450
ila fluuius 18
ilacuris 37
ilarſath oppidum pagina 354
ilerda ciuitas 42
ilergetes pop. 41
illex caſtellum 216
illiberis 26.62
ilion ciuitas 654
ilipa 24
ilipa urbs 24.685
ilipa mons 22
iliſſus amnis 313
ilithoſpolis urbs 346
illitebris fluuius unde 61
ilitheus fluuius 346
ilua inſula 155
ilus poſt diluuiũ primus auſus eſt in planitie urbẽ condere 741
ilurbida 37
illunum 40
illuratum 251
illuſtris uallis 511
illyria 92
illyria unde dicta 93
illyriam in tres partes iuniores diuidere 92
illyriæ campi deſcriptio. 93
illyriæ circumſcriptio pagina 92
illyriæ ſitus eod.
illyrica pecora bis in anno parere 93
illyrij agreſtes 93
illyrici montes 710
illyrios aurum in metallis eruere 93
illyrij qui propriè dicti. 100
imaus mons 571.558
imbraſus flumen pagina 725.438
imbria 78
imbrus inſula 272
imelia fluuius 167.168
imma urbs 500
imoſchium 103
ina opp. 235
inachus fluuius 702
inachus in flumen decidit 331
inaflauia 33
inapha uicus 548
in bordeo ferrariæ officinæ permultæ 48
india regio 665.729
india regio qualẽ habeat figuram 759
india in ſeptem genera diuiditur 666
indiæ extra Gangen flumen ſitus 588
indiæ intra Gangem ſitus 569
indus amnis 446
indus fluuius 750
indus fluuius unde oriatur 665
indus mons 656
indi nõ bibunt uinum niſi in ſacrificijs 751
indi uxores cũ maritis defunctis comburunt 751
indi ſimplices 752
indorum mores 668
indorum multitudo in ſeptem genera diuiſa pagina 751
indicum pelagus 571
indici pelagi deſcriptio. 590
indicetorum gens 44
indicetorum urbes pagina 45
indigena 23
ingena 52
ingena regio 52
ingelterra 16
inſulæ Corſicæ ſitus pagina 215
intempeſtas urbs 156
inter alpes, tumulos & ualles habitabiles extare 109
interamnia urbs 180
interamnis urbs 178
interamnis regio 520
intercatia 35
interocrea pagus 168
intimelium 152
inutrium 85
ioba oppidum 549
iobaritæ populi 547
iobula urbs 484
iol ciuitas 354
iolas 217
iolchos ciuitas 281
iola urbs 763
iolenſes pop. 217
iomnium municipium pagina 354
ion caſtellum 458
iones populi 654.284
ionia regio 778.713
ionica ciuitas 537
ionia 311
ionium mare 606
ionium mare unde dictũ pagina 96
ionium duplex ib.
iontij populi 357
ionus Xanti filius pagina

na 433
ioppe oppidum 507
ioppe urbs 371.654.502
iordanis fluuius pagina 668.503
iordanis paruus 509
ioſci 48
ioſephat uallis 514
iotapa caſtellum 466
iouegnum 137
iouis mons 44
iouis Ammonis templũ ubi 377
iouis Lycæi templum pagina 335
iouis phanum oppidum pagina 436
ipotamos fluuius 346
iraſegar promontorium. 26
irath ciuitas 355
iria 137
irinopolis urbs 470
iris ubi naſcatur 105
iris fluuius.459.& 460.633. 735
irlanda Ibernia 13
irlandi inconditi 14
iroſicus promontorium. 495
iſaac ubi conditus 516
iſaca fluuius 20
iſatium 112
iſaura uicus 456
iſaura urbs 737
iſauria urbs 455
isburus amnis 218
iſcha 20
iſcletus fluuius 185
iſcina urbs 366
iſium 127
iſidis inſulę 407
iſira inſula 434
iſis alio nomine Ceres uocatur 390
iſius mons 405
islandia dicitur Thyle.pagina 10
iſmaël ubi habitauerit pagina 512
iſmanium oppidum pagina 15
iſmarus 261
iſmenus amnis 633.305
iſoana oppidum 530
iſola 136
iſola 111
iſondæ populi 475
iſos opp. 305
iſpa caſtellum 465
iſporis uicus 365
iſpellum oppidum pagina 165
iſpinum 37
iſſaris decurſus 65
iſſatis urbs 540
iſſedorum Scythica ciuitas 562
iſſera 91
iſsicus ſinus 495
iſſus oppidum 469
iſter 79
iſter amnis 256
iſthopolis 450
iſthopolis urbs 461
iſtiæa 318
iſter fluuius 680
iſtonium 38
iſtonium emporium pagina 183
iſtria unde nomen ſortita ſit 711.680
iſtriana ciuitas 547
iſtriæ agri deſcriptio pagina ib.
iſtriæ regionis ſitus pagina 100
iſtropolis oppidum pagina 257
iſtros opp. eod.
iſtula fluuius 77
iſurium 18
iſuuium opp. 165
italia regio 628
italia, quæ olim fuerit pagina 24.691
italię partes 108
italiæ in ſumma, deſcriptio 106
italiæ terra optima bonorumq́ omnium affluentiſsima 108
italiæ circumſcriptio pagina 106
itali cæteris nationib. bonarum artium diſciplina, reiq́ militaris præſtantiores 108
italorum probitas ab omnibus laudata 108
italica urbs 685
itamos portus 547
itanoſpolis ciuitas pagina 347
ithaca 438
ithaca inſula 296
ithar ciuitas 547
itho arx 328
ithome urbs 721
ithome oppidũ nunc Grębegni dictum 342
ithomes oppidum pagina 286
itius promontorium pagina 54
itoana urbs 447
ituriſſa 36
iturum opp. 165
iturea regio 506
iturei populi 504
iuanium 113
iuba Ptolomæi pater pagina 354
iuba rex aggreſſus eſt inquirere diligentem originem Nili 385
iubæ regnum ubi pagina 350
iubeda mons 31
iuchara opp. 524
iudæa propria 513
iudęa Syria 506
iudæa regio 756
iudicum terra 81
iufidum opp. 165
iul Zulium 114
iulia 24.29.36
iulia ciuitas 42
iulia Conſtantia 26
iulia bona 51
iulia Auguſtana 25
iulia noua oppidum pagina 149
iulia Cæſarea inſula pagina 354
iuliopolis urbs 465

iuliada oppidum 504
iuliani 56
iulias ciuitas 509
iulitani 42
iuliani pop. 54
iulius Cæſar miſit milites ut inquirerent originem Nili 385
iulio 28
iuliola colonia 217
iuliopolis urbs 435
iulienſium lex 321
iuliobriga 35
iuliobona 88
iuliomagus 52
iuliopolis urbs 449
iulium 24
iulium Carnicum pagina 114
iuna urbs 484
iuncaria 45
iunonis 25
iunonis phanum 439
iuollum 91
iuonima inſula 638
iupiter epaphus 397
iupiter cum Europa ubi concubuerit 349
iupiter natus in Dicta mõte 348
iupiter olympius 337
iupiter Cæli frater genuit curetes 344
iupiter laſius 416
iupiter Caſius 656
iupiter in taurum conuerſus 604
iupiter metu patris in Ida mõte occultatus & nutritus occultẽ fuit pagina 348
iura mons 60
ius mons 414
ius inſula 323
iuſtinopolis 111
iuuania 87
iuuerna 13
ixia locus 445
izeutha urbs 355

L

LAba pagus 547
labaca ciuitas 578
labanus amnis 448
labacus 98
laberis uicus 349
laberos 15
labina 127
labinius 139
labota amnis 500
labyrinthi locus 349
labyrinthus quid 349
labyrinthus Cretæ à quo fabricatus 349
laccobriga 56.30
laccuris 38
lacedęmonię regionis deſcriptio quæ, Oebalia dicta aliquando eſt pagina 342
lacedæmon tota terrę motu corruit 343
lacedæmonij 720
lacedæmonij decem annis obſiderunt urbem Meſſeniorum 343
lacei palus 375
lacetæ promontorium pagina 413
lachanides gentes pagina 470
lachera turris 549
lacharna urbs 566
lacibis 26
lacinium 209
lacinium promontorium. 705
lacologna 32
lacones populi 632
laconiæ oræ 329
laconicus ſinus 329
laconimurgi 31
lacippo 26
lacriſſus urbs 466
lactantius grammaticus. 335
lactiphagi populi pagina 562
lacuſa inſula 451
lacus Marci 186
lacuſniger 214
lada inſula 441
ladeneris urbs 465
ladeſe 118
ladon fluuius 339
ladonis fluuius 501
læaniti populi 546
læceni populi 547
laërtum caſtellum pagina 458
laſidæi fluuius 300
laganici populi 369
lagyra oppidum pagina 250
laganicorum ſpecus pagina 369
lagarda 301
lagaria caſtellum pagina 207
lagia 319
lagnutum oppidum pagina 354
laguſa inſula 323
laliza urbs 496
lalaſis fluuius 467
lala pagus 498
lali fluuius 454
lama 31
lambana urbs 522
lamericus ſinus 207
lambæſa urbs 359
lambatis regio 578
lamber 131
lambia uicus 549
lamia opp. 283
lamida urbs 355
lamotides gentes pagina 470
lampa ciuitas unde dicta 339
lampadoſa 211
lampyræi populi pagina 313
lampſacus Pariorum colonia 423
lampſa inſula 442
lampſacum oppidum pagina 268
lampſacus urbs à Xerxe Themiſtocli in uinum data eſt 440
lamptera 432
lamus urbs 470
landeſcorne 13
lanares 38
lanea flumen 368
langaucani populi 35

langia fons 336
lāgia fons à nympha Langia dictus, in ſylua Nemææ eſt 340
lango inſula 443
laniza amnis 257
languedoch 61
laozon 51
lanigara ciuitas 355
lantſperg 85
lanuinum oppidum 38
lanuinium 37
lanubium urbs 178
laodene 63
laodicæa 738
laodicea urbs 539
laodicæa regio 502
laodice urbs 657
laodicia urbs 455.446. & 496
laodicæa urbs 755
laodomantinum opp. 376
lapathos fluuius 494
lapirius caſtellum 150
lapidicinæ Pergamenæ ubi 429
lapides atri 38
lapideus 65
lapræda 136
lar flumen 546
laranda oppidum 464
laraſa oppidum 533
laratum opp. 203
lariagara ciuitas 587
larica inſula 572
larianum oppidum 428
larinum opp. 202
laris amnis 549
larilla 447
lariſſa ciuitas 501
large ciuitas 218
larilla oppidum 420 & 313.282
lariſſa urbs 431.742
lariſſea arx. 341
lariſſeus apex eod.
lariſſus 325
larius 128
larmiro opp. 282
laraccia ciuitas 351
larechia 313
laroda 38
lartacus fluuius 418
las opp. nunc Vathi 329
laſcoria urbs 455
laſica urbs 366
laſitania regio 686
laſſen 42
laſsia 319
latania urbs 420
late inſula 441
latha pagus 549
lathatha pagus ib.
lathone amnis 368
lathoringi 75
latij regionis ſitus 169
latia 31
latini populi 629
latinus fluuius 457
latinus uicus 470
latini populi 692
latitudo unde commenſuratur 3
latmicus ſinus 440
latmus mons eod.
latmus urbs eod.
latobici pop. 88
laterna lacus 63
laton ciuitas 393
latonæ oraculum 389
latone ciuitas 388
latopolitani 760
latrippa uicus 548
latus piſcis 387.388
latymus mons 440
lauandia 78
lauaria urbs 30
lauerdon 52
laudis 130
laudepompeta ib.
lauretum opp. 180
laudoſia urbs 455
lauianſena urbs 465
lauineſiæ inſulæ 363
lauis 129
laudia urbs 355
lautaſa uicus 465
lauth opp. 352
laurion opp. 66
laus amnis 199
laxeta 38
laxia regio 480
lea Veneris inſula 368
leæ urbs 366
leandei caſus ubi euenerit 740
leandis caſtellum 466
leætani 441
lebedus urbs 746
lebedus ciuitas 437
lebena emporium 346
lebeniza 89
lebinthus inſula 442
lebote portus 331
lecæ ciuitas 512
lechæus amnis 315.435
lecher 47
lechum 129
lecra amnis 216
lectum promontoriū. 742
lectuſmortuus 148
leeder 14
lees uicus 545
legerda urbs 490
leida 42
leinum opp. 246
lelantus campus 316
leleges pop. 742.713.433
lemans ciuitas 51
lemani pop. 33
lēmani à Plinio Alemanni appellantur 69
lemanonius 17
lemerich 14
lemnos inſula 642.717
lemolus 362
lemon 110
lemnos inſula 178
lemnus inſula 430
lengus amnis 349
lendenaria 123
lendroſa 14
lentudum 88
lentus fluuius 181
lenza 138
leodium 56
leon promontorium 317
leon amnis 497
leon promontorium 346
leonis caſtellum 161
leontes oppidum pagina 497
leonton urbs, cuius incolæ Leonem colunt 390
leopolis ciuitas 248
lepaduſa inſula 363

lepetis mons 430
lepethymnus mons pagina 430
lephcoſia ciuitas pagina 494
lepidoton urbs 394
lepidotus 387
lepontij pop. 57
lepreum urbs 719
lepriũ ciuitas ad mare poſitum 338
lepſia inſula 444
lepta promontorium pagina 384
lepus urbs 499
lerna fluuius 341
leronis inſula 67
lerna lacus 631
lerna palus 345
lerna regiuncula à Lerno rege cognominata pagina 343
lernæus fluuius ibid.
lerus inſula 442
lerto inſula ibid.
lerus inſula 439
leſa opp. 219
lesboa inſula 451
lesbos inſula 430 & 431. 643.738
lesbus Laphithi filius, pagina 430
lesbus puella ibid.
leſen urbs 520
leſina caſtellum pagina 200
leſinæ fluuius ibid.
leſtorum regio 587
lethea flumina quatuor. 748
lethes amnis 368
letheus amnis 447
letoa inſula 297
leucogium promontorium 376
leuca oppidum 282
leuca inſula 252 & 644. 708
leucæ inſulæ 348.431
leucadia 199
leucadia inſula 294
leucanis palus 813
leuantum caſtellum pagina 153
leucariſtus 83
leucas promontorium pagina 432
leucata inſula 294
leucaſpis portus 376
leuctrum urbs nunc Maina dicta 329
leuci 59
leuci montes 348
leucoẽ urbs 376
leucola inſula 451
leucoſia inſula 647.699
leucoſyria regio pagina 458
leucothea fons 438
leucothea inſula pagina 198
leucotetiã 52
leucopetra regio pagina 699
leucopetra promontorium 214
leuine templum 346
leuni 85
leuoni pop. 11
leuphana 76
leugeſa uicus 465
leuomagium ciuitas pagina 57
leuono 248
lexen 130
lexima 101
lexubiorum natio pagina 51
leytha amnis 88
leze opp. 205
libanica regio 502
libanophoros 549
libanus 495
libanus mons 755.656
liberalitas Iulia 29
liberi ſacer in Tænario promontorio 333
liberi expeditio pagina 375
libiæ deſcriptio 397
libiæ litus 376
libophœnices populi pagina 359
libora 37
libunca 35
liburnia 94.92
liburnicæ 96
libyæ figura trigona pagina 762
liburniæ gentis origo pagina 94
liburnus 26
liburnium 155
libus 82
libya regio unde dicta, pagina 604
libyæ ſitus 509
libyarchæ populi pagina 374
libyarchæ quã regionem inhabitent 376
liby ægyptij populi pagina 375
libyca 42
libycum pelagus 367
libyſoca 38
lica 99
licabettus 723
lichata opp. 228
licopibia 13
liciniana 30
lieuegum 125
liger amnis 47
ligeri eod.
ligeris flumen 689
lignagum 124
lignanum 132
ligniforum ib.
lignitum 83
ligorna caſtellum pagina 155
ligos 265
ligra 14
ligures non ſunt Galli. 684
liguria regio 606
liguſticum mare eod.
lyndeſnes 12
lila 55
lilæa opp. 302
lilæa ciuitas poſtea quã diruta eſt uocata eſt Megalopolis 340
lilybæum promõtorium. 227.639
limaæ 32

limborch 74
limenia ciuitas 494
limera inſula 330
limera oppidum 330
limene 121.113
limeris amnis 32
limet flumen 59
limet fluminis deſcriptio. ibid.
limioſaleum 77
limnius 15
limnos ibid.
limnothalaſſa 40
limnothalaſſas palus pagina 368
limnici pop. 48
limyrus fluuius 451
linares opp. 26
lincon opp. 285
lincus mons 286
lindum 85
lingaſij 60
lingones pop. 60
lion 53
lion deſcriptio 53
lion combuſtio ib.
lion conditor ib.
lipa 98
lipara inſula 637.704
lipniza 347
liquentia 116
lira 40
liris amnis 173
liris decurſus 179
lirimiris 76
lirium flumen 459
liſia inſula 332
liſinia pagus 457
liſonmons 520
liſontius 112
liſſiceæ inſulæ 97
liſſus 104
liſſus oppidum 349
liſta metropolis 158
liſta 99
liſtiza ibid.
liſtra urbs 456
liſuo 59
lithinopyrgus oppidum. 558
litoa inſula olim nūc Chriſtiana dicta 347
litomalſe ciuitas 81
liternum opp. 188
lituania terra 240
lituaniæ terræ deſcriptio. ibid.
lituanius fluuius 240
liuadia oppidum pagina 305
liuentia 116
liuiopolis 461
liuizanum 139
liuonia regio 241
liuornium 133
lix colonia 553
lix fluuius 551
lizignanum oppidum pagina 203
loaus fluuius 698
lobacchi populi 375
lobetani pop. 38
lobetum ib.
lobou opp. 239
locri populi 699. & 718. 630.301
locris ciuitas 210
locus ſcripturæ ſacræ explicatus 588
locuſtæ in India longitudine quatuor cubitorū inueniuntur 591
loſemborg 59
logineri 85
loligines 351
lombardia 123
lōbardię circumſcriptio. 124
lomanta 135
lomira urbs 450
lona 132
londar fluuius 417
londinum 19
londobris inſula 30
lonemborch 76
longitudo unde commenſuratur 3
longobardia 123
longobardi 12.73
longoſarda 217
longnem 56
longula urbs 178
loniza 246
lopſici ueſtigia 94
lorena 58
loreta 214
loryma urbs 446
lorymus fluuius 451
loſa 42
loſana unde dicta, pagina 60
loſanum caſtellum pagina 204
lotharingia 58
lothe 32
lothoa inſula 296
lotronius amnis 188
loton arbor ubi creſcat 374
lothophagi 611.560
lothophagi populi pagina 761
lotophagites inſula pagina 363
louanium 56
louemborch 77
loure 127
loxa amnis 18
luanci Mernam 32
lubaizoro 247
lubeni Cambetum 32
lubiana 98
lubium pagus 482
lubonda 245
lubucena 76
lubuſchi 104
lucani populi 630.697
luca colonia 158
lucanię regionis ſitus, pagina 198
lucemborg oppidum pagina 58.55
lucenſes pop. 53
lucera 139
lucianum oppidum pagina 160
lucijburgij 83
lucij Omanij 77
lucopibia oppidum pagina 17
lucrinus lacus 190
lucumopp. 181
lucus 35
lucus Auguſti 35
lucus feroniæ 158
luczcho opp. 246

ludo/

ludocia 13
luentinum opp. 19
lufurdum 76
lugana uicus 547
luganum 131
luganus eod.
lugdunum colonia 50.53
lugdunum, prouinciæ orñamentum 53
lugdunum urbs 688
lugi 77
lugienum 91
lugnanus 113
lugnidonenſij 217
lugum 33.135
luguriæ regionis ſitus pagina 151
luma uicus 524
luna mons 30
luna oppidum 693
lunenſis promontorium. 153
luna ſylua 83
lunarium promontorium pagina 44
lunæ montes 414
lunæ portus 153
lundis ciuitas 13
lundra 19
lunemborch 76
lunziza 83
luparella opp. 183
lupeni populi 482
lupi frigore luminib. priuati 13
lupparia 38
lurinum opp. 216
luris 36
luſacij 75
luſinitio grana auri ineſſe 81
luſinitius amnis 82
luſitania 21
luſitanorū mediterraneæ urbes 30
luſpiæ opp. 204
luſſonium 91
lutetia 52
lutetia bonarum artiū magiſtra 52
lutetiæ Iulien. Cæſ. conditor 52
lutidunum 83
lybia regio 370
lybias urbs 516
lybiſſa oppidum 420
lycaones populi 655 & 449
lycaonia regio 734
lycaſtum oppidum 459
lycatij 85
lycæus mons 632.622
lycæus mons Arcadię pagina 334
lycus fluuius 754
lycęi Iouis templum ubi 335
lychintis pagus 489
lycia 415
lycia regio unde dicta ſit. 738
lyciæ regionis deſcriptio. 450
lycij populi 740
lycomedes palus 388
lycon ciuitas à Lyco dicta eo quod ibi lupus colebatur 392
lycon Pādionis filius nomen dedit Lyciæ 450
lycorea opp. 303
lycorma fluuius 300
lycoſtomum opp. 258
lyctus lacedæmoniorū colonia 349
lycus amnis. 86. 244. 497. 493.530
lycus fluuius 447. & 418. 449
lyda oppidum 501
lydda urbs 513
lydia ciuitas 333
lydia oppidum 519
lydia regio 434
lydi populi 707.418
lydi rebellarunt à Cyro 435
lydus uir 434
lymira urbs 450.452
lymirica regio 573
lyndus ciuitas 445
lyncęſtidis regio 284
lippe 74
lyprobij pop. 269
lyrba oppidum 458
lyrba urbs 655
lyrcius collis 341
lyrneſſur ciuitas 435
lyrneſſus urbs 742.656
lyrſenus pagus 457
lyſa oppidum 518
lyſander à Thebanis occiſus 342
lyſias uicus 449
lyſie urbs nunc eam Crepam uocant 339
lyſimachia oppidū 300. & 271
lyſimachia urbs 718
lyſimachus Alexādri ſucceſſor 745
lyſimacus Nicęā urbē ab uxoris nomine, cū prius Antigona diceretur, uocauit 420
lyſis urbs 457
lixbona 29

M

Maaſaris fluuius 521
mabatræ populi pagina 357
mabogę 56
mabſar uicus 519
macarea inſula unde dicta ſit 430
macara 243
macaria locus 493
macaria inſula 445
macaria ora & eius interpretatio 328
macareus Cirnaci Iouis filius 430
maccala uicus 545
macaturæ gentes 369
macæ populi 546
macęi populi cognominati Syrtitæ 361
macedonia regio 634
macedones Argeatæ dicti 284
macedones populi 724. & 714
macenæ populi 353
maceni populi 524
macerata 147
machellinia 56

mache-

Index

machera fluuius 362
machera urbs 362
macherones populi 482
macherunta ciuitas 515
macarica 101
machæregi populi 562
machini populi 360
machinæ 361
machri colonia 451
machryes populi 361
machuſij populi 353
macna uicus 547 (364
macomada municipium.
macocoſmos urbs 549
macomacha uicus 365
macopiſſa opp. 219
macyberna opp. 278
macra 314
macra fluuius 154
macra planities 504
macris Dianę inſula 437
macris inſula 451
macris inſula 315
macris regio 724
macritæ populi 548
macrobij populi 412
macrones populi 652
macrones populi 462
macroneſos inſula 446
macronixum 314
macumtiacum opp. 58
macuræ populi 353
macyſtus mons 430
mada uicus 545
madaſara uicus 549
madduppi populi 412
madera Iunoniana 399
madernum 124
madethubadus mons. 355
madia uicus 481
madiana uicus 547
madian urbs 519
madiam regio 517
madianea regio 519
madocaciuitas 545
madocha 246
madrita 37
mædi pop. 269
mæander fluuius 439
mæander fluuius curſum flexuoſum habet 738
mæandropolis urbs 447
mægiberna opp. 278
mænalus mons 632
mænoba urbs 28
mætores pop. 537
mæonia regio 654
mæotæ gentes 647.476
mæotæ pop. 245
mæotis palus 473
mæpa oppidum 490
męlonium 246
mæſuuium 77
mæſamones populi 547
mæſolius amnis 573
mæthath pagus 545
mętona uicus 538
magabari populi 614
magalæ inſulæ 433
magaua mons 456
magara metropolis 549
magarſi populi 531
magea fons 230
magdalum caſtellum. 509
magi bragmanes populi. 537
magidis oppidum 457
magmana 89
magna 24
magnæ Grecię ſitus 205
magnes ubi reperitur 425
magneſia lapis ubi inueniatur 345
magneſia ꝓmontoriũ. 281
magneſia urbs. 435. 748. 447
magnetes populi 456
magnidapa urbs 546
magnum 33
magnum litus 406
magnus campus regiuncula 511
magnus ducatus 240
magnus fluuius 463
magnus portus 354
mago 78.43
magog urbs 500
magog populi 559
magoras amnis 457
magra 131
magnauacca 141
magreda 139
maguda urbs 521
maguſa urbs 519
magunta 58
maia ubi enixa 334
maiam 338
maiacharia nemus 523
maida 211
maidala urbs 588
maiella mons 181
maiorica 43
maionia caſtellum 508
maiorb 116
maiorea inſula cũ ciuitate eiuſdem nominis 431
maioricæ inſulę ampla, tũ morum incolarum deſcriptio 43
maius opp. 197
malaca urbs 28
malacum promõtoriũ 28
malada ciuitas 547
malaneis 317
malas emporium 407
malatia caſtellum 199
malatia urbs 465
malaugitæ populi 518
malborgetus 161
malea promontoriũ. 721. 310
maleacus ſinus 330
maleficaui lacus 410
maleos 14
maleuentum colonia 184
maletus rex 330
maletum 129
maliacus ſinus 717.292
maliana urbs 567
malianda urbs 419
maliatha oppidum 517
maliarpha emporium 573
malichæ 547
malichi inſulæ 544
malina 114
maline 56
mallianum opp. 168
mallus 134
mallus urbs 469
mallus urbs 469
malphera opp. 203
malſeſinum 124
maltha ſtagnum 500
malmogis opp. 12
malus urbs 656
mamala uicus 544
mamacæi populi 555
mambuta urbs 523
mamechia uicus 484

mamer/

mamertium opp. 210
mammida urbs 538
mamuga urbs 501
man 15
manarolla caſtellum 153
manapia urbs 15
manchana urbs 522
manchramana 245
mandagera inſula 573
mandagarſis urbs. 532. 533
mandela uicus 168
mandellum 129
mandubij pop. 53
mandula 211
manduria eod.
mandrus fluuius 400
manerbium 124
manethus 394
manferdoma 201
mania 451
manianum 114
manliana 31
manliana 555
maniolæ inſulæ 589
manipalla urbs 582
manitæ populi 547
manlianum opp. 160
manna ubi inueniatur. 518
manralli populi 480
manſilla uicus 560
mantinea urbs 329
mantinea urbs illa eſt quā nunc Gorizam uocāt. 339
mantinon ciuitas 216
mantua 37.125
mantua urbs 629
manupellum opp. 181
maometa dictum 363
maparcelis caſtellum. 465
mapeta uicus 476
maphoritæ 549
mapſa caſtellum 516
mara urbs 549
marabena urbs 370
maracauda urbs 556
maradium 145
maramphij populi 537
marauda regio 465
maranthos urbs 657
maranitæ populi 547
marantini 214
maranum 113.139.129
mararmanis portus 72
maraſdum pagus 548
maraſona uicus 315
marſyas fluuius 738
marata oppidum 548
maratheſum oppidū 438
marathonia pugna 315
marathon opp. ib.
marathos caſtellum 497
marathus inſula 433
marathus opp. 303
marathus urbs 501
marbech urbs 504
marbella caſtellum 28
marchatellum 148
marchia noua 76
marchia regio 148
marchia uetus 76
marchiæ Anconitanę initium 146
marchionis 135
marcinna opp. 197
marcodana opp. 254
mardacha urbs 545
mardana urbs 529
marianæ foſſæ 64
mardara urbs 462.466
mardi pop. 650.732.536.531
mardorum gens 490
mardochea regio 526
mardonia opp. 214
mardus amnis 531
mardyeni populi 557.537
mare rubrum 757
mare ubi magis tēpeſtuoſum ubi minus 9
marechia 146
mareotica regio 370
mareoticum oppidū 378
mareotis lacus 378
mareotis urbs 377
margus fluuius 553.496
margara urbs 578
margi locus 376
margianę prouincię ſitus.
margianus cāpus. 554 (553
margus flumen 554
margo 38
maria lacus 759.377
mariama oppidum 501
mariama uicus 549
mariana colonia 216
mariandinus uir 419
marianum promontorium 216
maricha pagus 541
mari cum Hercule ex India uenerunt 350
maridunum opp. 19
mariemborch opp. 239
marignanum 131
marimatha uicus 549
marinus homo aſcēdit naues nocturnis temporibus 592
marium oppidum 492
marle 55
marlianum 132
marmarica regio 370.367
marmarica regio 375
marmor uiridis ubi naſcatur 342
marmota urbs 510
marocodra urbs 556
maroe inſula 408
marona regio 497
maronea urbs 718
marogna 260
maronia urbs 502
marionis opp. 75
maroſtega 121
marpurg 74
marraſium oppidum 538
marrochum 353
marſamuſia 352
marſi pop. 695.707.620
marſia 120.450
marſia amnis 439
marſia ciuitas 186
marſianum opp. 162
marſias uir 449
marſita urbs 527
marſonia 91
marſorum regionis ſitus. 185
marſyas fluuius 440.499
marſyra amnis 500
marta amnis 156
martæ fluuij exortus 162
martiana regio 681
martianus 146
martianopolis opp. 258
martineugum 128
marturianum opp. 212
martus 90
marubius fluuius 476

maru-

marucha urbs 558
martianopolis 76
marundæ 531
maruigni 74
marupenta urbs 558
marutinorum regionis ſitus 181
maruutum opp. 182
maruucum urbs 158
maryandinus ſinus 418
marycgi populi 555
marzenaſcum 133
marzara promõtoriũ. 227
mas 136
maſagetæ populi. 651. 553. 559
maſani populi 524
maſaraca ciuitas 519
maſderani populi 565
maſeta urbs 722
maſicis uicus 521
maſicya urbs 452
maſin uicus 551
maſius mons 731. 487. 520
maſothilus fluuius 398
maſſa 145
maſſa ciuitas 160
maſſabatæ gentes 662
maſſæi populi 561
maſſæſyliorum terra 356
maſſelij populi 510
maſſalia flumen 346
maſſath flumen 398
maſſeſila regio 350
maſsilia 65
maſsiliæ ciuitatis deſcriptio 66
maſsicus mons 187 (66
maſſilienſis agri fertilitas
maſsiliẽſes ſtudio mercaturæ intenti 66
maſsiliorum gentes 612
maſsilia, quæ & Mauritania Cęſarienſis, & Phutenſis dicta eſt 353
maſsilia urbs 688
maſſiniſſa 356
maſſulia ib.
maſſulia ſiue Maſſeſila regio poſtea Mauritania Cæſarienſis dicta 350
maſſulij populi 353
maſſyas regio 504
maſſyras regio 502
maſthuſia mons 433
maſta ciuitas 410
maſta mons 410
maſtala uicus 549
maſtaura urbs 447
maſtitæ populi 375
maſtuſca promõtoriũ. 272
matalia olim Gortynæ emporium 346
matera opp. 203
materi populi 473
matharea hortus 511
matheſius mons 181
matiſcum 53
matiana palus 532
matiana regio 732. 531
matianus lacus 531
matienus mons 488
matiera urbs 158
matilica opp. 148
matiſſa opp. 216
matium oppidum 480
matium oppidum alio nomine Dion 347
matronæ decurſus ſimul & ortus 52
matuſtana urbs 489
maturrij populi 361
mauſoli regis ſepulchrũ ubi 442
mauranæ urbs 466
maureſij populi 351
mauricum caſtellum 152
mauritania Cęſariẽſis unde dicta 350
mauſumi pop. 357
mauritania Cæſariẽſis prius Numidiæ pars fuit. 356
mauritania Cæſarienſis Maſsilia, & Phuthẽſis dicta 353
mauritani populi 763
mauritania fertiliſsima eſt 762
mauritania Tingitana 510
mauritania Tingitana unde dicta 350
mauritania 397
mauritaniæ deſcriptio, Claudius Cæſar Mauritaniam in duas partes ob gentis ſæuitiam diuiſit 350
mauritaniæ Cęſariẽſis deſcriptio 353
maurus lacus 477
maximianopolis ciuitas 260
maxera fluuius 553
maxora caſtellum 465
maxeræ populi 552
maxula colonia 362
maxula urbs 365
mazaga urbs 575
mazaca 734
mazachares locus 358
mazacila 376
mazanum 133
mazara urbs 490
mazarinum 235
mazarus amnis 228
mazices populi 353
mearus fluuius 34
mecatia inſula 406
mecha ciuitas 547
mechala pagus 548
mechleſſus uicus 481
meciperna urbs 717
medaſa urbs 519
medama ciuitas 213
medamana urbs 513
medamnis regio 520
medena regio 530
medeteros inſula 446
media regio 729. 728
media urbs 680
mediæ prouinciæ ſitus. 530
mediccara urbs 366
medimni populi 412
medina uicus 549
medina urbs 519
medimna urbs 25
medi quot uxores habere teneantur 732
mediolanum 77
mediolanij incolæ milio uictitant 48
mediomatrices 58
medionalum 88
medionalum 152
medionalium ciuitas 52
medus Iaſonis & Medeæ filius 530
medrus 147

medoacus 121
medoacus ſuperior 117
medoacus inferior ib.
medoacorum loca 123
medus fluuius 484.438
medomaſtica regio 541
medon 105
medulia 179
medunum 115
meduna ib.
megabaſi populi 411
megabyzus Darij Perſarum regis dux 416
megalaſſus oppidum 461
megalea 296
megale inſula 418
megalopolis urbs 461
megalula urbs 461
megara colonia 235
megara urbs 701
megarenſes condiderunt Chryſopolin 416
megaris inſula 193
megaris regio 309
megarſus amnis 669
megiſta inſula 451
megolopolis, prius Liſea, & nūc uocatur Lundari 340
melena pmōtoriū. 433.434
mela amnis 304
melaborius campus 65
melamphyllos 725
melamphilus 262
melamphylas urbs 438
melamphylus urbs 747
melampus uates. 335. 467. 632.325.457
melas amnis 433.463.748
melas fluuius 731
melas mons 545
melanchlani pop. 474. 627
melanes montes 517.546
melanon inſula 442
melanthus fluuius 460
melar 12
melazo locus 441
meleda 101
meledunum 52
melochabum 74
meldæ 53
melincha 82
melino amnis 166
melinus portus 405
melita inſula 363.101
melita urbs 465
melos inſula 322
melitara opp. 283
melitara uicus 449
melitea opp. 283
melitene regio 465.534
melcynda oppidum 573
melletum opp. 212
melſus 34
melus alio nomine Nilus dicitur 384
melzum 132
memalida 322
memnon filius auroræ 395
memnonis regia in Abydo urbe 392
membobium 134
memphis metropolis 390
memphis urbs 759
memphites nemus 390
menabum 52
menalus mons 722.335
menembria opp. 258
menalus mons 343
menapij populi 705.56
menaxij Golij 54
menapa oppidum 556
menacus 125
menaria inſula 156
menas 130
menlaria opp. 27
mentorium caſtellum 152
mentorium 110
mende urbs 716
mendeculeia 30
mendela urbs 582
mendeſij populi 760
mendeſicum oſtium 380
mendrilli pop. 67
mendus 279
mene opp. 234
menedimium oppidū 457
menedeſiæ 389
meneſium urbs 376
menelaus urbs ib.
menelaus portus ib.
mengrelorum terra 480
menius fluuius 719
menix inſula 640
mentæ urbs 725
mentida urbs 359
menuthias inſula 413
meneſca ciuitas 35
meonia regio 434
meotis palus 608
mephyla urbs 158
mera 130
mera flumen 155
merambis regia 549
mercurius Argum interfecit 388
mercurius natus in mōte Syllene & ideo Cyllenius appellatur 334
mercurius ubi lyram fecerit 334
mercurij ciuitas 388
mercurius Triſmegiſtus Aegyptius 761
mercurij tumulus 362
mergotium 171
merida Chenephris regis Aegyptiorū mater 409
meridionales lineæ 6
meris inſula 451
mermandas fluuius 476
mermandalis amnis 474
merebriga 31
meroē 758
meroē ciuitas 409.614
meroē inſula 409.595
meroē Cābyſis ſoror dū ſepeliretur in inſula Meroē cauſa fuit ut imponeretur tale nomen inſulæ 409
meron 127
meronos 248
meror palus 396
meropia inſula 321
merulæ candidæ ubi naſcantur 334
merops inſula 443
merſorg 83
merzenigus 121
meſabatæ populi 537
meſada caſtellum 519
meſembria colonia 712
meſambria opp. 257
meſamones populi 374
meſcopia regio 456
meſchius 120
meſuaces pop. 86
meſopotamia regio 662

meſopotamia regio 495
mesburgium 78
meſtus Neſti fluuij oſtium 260
meſopotamię regionis ſitus 520
meſoroma urbs 461
meſotes mons 435
meſſa ciuitas 263
mes 59.231
meſſana urbs 701
meſſena urbs 705
meſſena urbs condita ab Hercule 328
meſſenia regio 327
meſſenius ſinus 328
meſſerea planities 346
metagonitis terra 356
metacompſo locus 396
metagonites promontorium 352
metapontum ciuitas 207
metaurus fluuius 212
metenſes 58
metis 59
meturides inſulæ 310
metagonitæ populi unde ſint dicti 350
metapontini populi 630
metacum opp. 55
metapontus urbs 701
metapa opp. 266
metelis oppidum 388
methana Cherroneſus 332
methaurus 147
methone urbs 328
methonenſis ibid.
methymna urbs à Methymna Macarei filia dicta 430
metibi populi 474
metita oppidum 465
metleta urbs 482
metolia caſtellum 211
metropolitanus cãpus 452
metropon arbor 377
mettacum pagus 545
metymna Macarei filia. (430
meua 83
meuania urbs 165
meurichin 91
miba pagus 548
micepharius amnis 490
micerinus rex 391
michalleus opp. 308
midaium urbs 449
mideni populi 357
mieſa 211
miforda urbs 19
migno 32
migno amnis 156
migo urbs 376
mignum 111
milæ ciuitas 223
mileſium oraculum 417
mileſij ſacrum Apollinis Didymei cõſtruxerunt (417
miletopolis 418
miletopolitanus ager Aceſtes amnis 418
miletopolitanus lacus 441.738
miletus Carię colonia 738
miletus urbs 441.746
miliaria Italica 600
milizigiris inſula 572
milonia opp. 186
milopotamon oppidũ aliâs Pantomatrion 347
mimaces 403
mimas mons 436
mimãtis promontorium. 436
mimordis mons 430
minerua ubi nata 365
minaces populi 361
minaria urbs 355
mineus rex 390
mineus extruxit Vulcano templum eod.
minei populi 660
miniæ populi 327
miningis inſula alio nomine Lotophagites dicta eſt 363
minio amnis 156
minius fluuius 32
minix urbs 363
minoa portus 347.330
minoa urbs ubi ſita 347
minoa rupes 310
minos rex Phæſtum urbẽ condidit 349
minoida 321
minorica 43
minus opp. 197
minyæ gentes 327
minyion 306
miopolis urbs 495
mirandola 140
mireum oppidum 358
mirmex inſula 368
mirobriga 38.30
miſdij populi 537
miſenũ promontoriũ 189
miſa 147
miſia uicus 484
miſi populi 626.627
miſinus inſula 363
miſitra 342
miſthium opdidum 456
mithridatis regio 474
mitylene Amazona 431
mithylene inſula 430
mius urbs 746
mixna ciuitas 76
mixnenſes pop. ib.
mnaſyrium locus 445
mneſtheus uir 429
moaſada ciuitas 512
moabitæ gentes 517
moba urbs 518
moca oppidum 519
moccadini populi 449
mochon 247
mochin paludes 521
mochura ciuitas 547
modana fluuius 574
modena 140
modeninum 135
modiana 145
modiana oppidum 543
modica ciuitas 235
modocæ populi 472
modon 328
modruſſa 99
moduuda urbs 354
moduſal oppidum 544
modus inueniendi unamquamq; regionem 601
mœnecis 25
mœotis palus 709
mœrididis lacus, qui Muridis uel etiam Myrios dicitur 388
mœridis rex ib.
moghal regio 562
mogonicha 99
mogontia 171

moguntia 58
moiades caſtellum 36
molæ opp. 172
molochth urbs 353
molochthus alio nomine Mulucha 352
molochthus fluuius 353
mologeni populi 561
molibæ populi 411
molemborch opp. 254
molycrium 325
molorcha ſylua antea Nemęa, à Molorcho paſtore dicta 340
mompoler 63
mona 15
monacha inſula 584
monaruinum 203
monaſterachi opp. 210
monaſterium 74
monbel 135
moncaſtrum opp. 258
monclaui 135
moncrauello 133
monda amnis 30
monda urbs eod.
mondoſtum 148
mondego 30
monecba 28
monemana 15
monetium 98
monfalco 112
monferratus 135
mongia 34
monguzum 130
monlaria 40
montembrunum 137
monteganus 120
monocaminũ oppidũ. 377
monœchus portus 152
monopplis opp. 203
monorina 15
monouiſtro inſula 446
monrial 119
monreal ciuitas 233
monſaltinus opp. 160
monſatriculus opp. 184
monſaltus caſtellum 156
monſaltus opp. 150
monſcaluus 147
monſchriſtus 156
monſclarus 126
mons deterra 63
mons Flauij 162
monſflore opp. 150
monſfortinus opp. ib.
monſilicis 122
monſmonachus opp. 150
monſeler 55
monſoppidum 161
monſpontignanus 161
monſrubeus caſtellũ 153
monſrubianus opp. 150
montana 112
monteganum 120
montembellum 122
montemſanctũ opp. 150
montonum opp. 165
montonns 145
montopolis opp. 168
monza 131
manzanega 128
monzone 41
mophis amnis 572
mopſieſtia oppidum 470
mopſitenæ populi 466
mopſus Mãtos filius 437
mopſi fons 466
mopſopia 311
mora opp. 216
moreca 35
moranum 214
morauia 82
morat flumen 523
moraza 105
morchum 131
morea 324
morgantium opp. 210
morgetes populi 702
morges 438
morini cæteris opib. præſtant 54
morini Flandrenſes 54
morini imbelles ib.
morini pop. ib.
moronis 30
mortara 132
morthula caſtellum 461
mortuus flumen 155
morunda ciuitas 532
morunda urbs 582
morus 408
moryllus opp. 279
moſa ciuitas 56
moſæ decurſus 54
moſæ fluuij ortus ibid.
moſth 103
moſcha portus 545
moſchici montes 731
moſchij montes 485
moſcorum regio tripertita 729
moſella ubi Rheno admiſcetur 58
moſellæ ortus eiuſdemq; decurſus ib.
moſes à quibuſdam habitus eſt ſacerdos Aegyptius 657
moſiga urbs 484
moſium oppidum 455
moſtana oppidum 435
moſylon portus 408
moſinœci populi 462
mota 120
motya opp. 226
moxiani populi 449
moyſes dux Hebręorũ 518
moza urbs 463.459
mozadella 138
muchruuij populi 361
muchthuſij populi ib.
mucuni populi 354
mudus fluuius 354
muſuchis urbs 576
mugia 111
mugit 587
muleum urbs 458
muliada 30
mulina ciuitas 37
multauia 81
mumia 111
mundia 91
munitium 74
munzemar flumen 352
muranus 116
mures pilos pungẽtes ut Herinacei in regione Syrenaica habent 367
mureſia regio poſtea Mauritania Tingitana dicta 350
murgana ciuitas 583
murgantia 185
murgis 26
muris inſula 439
muris ſtatio 584.395
muridis lacus 388
murborgi pop. 36

murſel-

murſella 91
muruietus 41
muruſi urbs 366
murzia 40
mus 130
muſarana uicus 551
muſaranæi populi 568
muſarna ciuitas ib.
musbanda urbs 464
musburgi pop. 36
musburgorum regio 36
muſcaria ib.
muſcudama 271
muſello 58
muſis amnis 487 (582
muſopallis metropolis.
muſſula 529
muſta pagus 366
muſta urbs 359
mut 14
mutina 140
muthurgures populi 361
muthul flumen 352.359
muza emporium 544
mycale mons 437.438
mycaleum litus 439
mycene urbs 341
mychon portus 303
mycole inſula 319
mycone inſula 319
mydas rex Gordij filius.
mydones pop. 738 (435
mydonia 416
mygdonia regio 529
mygdonia urbs 456
mylaſa urbs 448
mylæ inſulæ 345
myleſiorum murus 389
mylias ciuitas 457
mymblida 322
myndus ciuitas 441
myniæ populi 450
mynthe mons aliâs Menta dictus 334
myones pop. 301
myoneſus inſula 283
myoneſus ꝓmōtoriū 437
myra ciuitas 452
myrheodatus inſula 317
myrea opp. 285
myriandrus ciuitas 495
myrica dea 173
myrina Amazona Mitylenem urbem condidiſſe fertur 431
myrina opp. 278
myrios lacus 388
myrlea 417
myrmætium promontorium 251
myrmeces ſcopuli 432
myrmecium oppidū 710
myrmecius uicus 729
myrmetiū ꝓmōtoriū. 477
myrmidones unde dicti ſint 333
myroodatus inſula 317
myrta urbs 450
myrtus fluuius 345
myrtoum pelagus 714
myrus urbs 440
myſaris promontoriū. 243
myſia 79
myſia maior Olympina dicta 248
myſia oppidum 541
myſiæ ſuperioris ſitus 254
myſiæ inferioris ſitus 256
myſi populi 707.713
myſi Scythię coloni ſunt. 737
myſij pop. 255
myſius mons 417
myſocaras portus 351
myſormus uicus 383
mytoum mare ubi ſit 684

N

NAana urbs 478
naarda caſtellum 521
nababurum 355
nabar amnis 354
nabaris urbs 565
nabath urbs 518
nabathea regio 656.516
nabathei populi 660
nabatræ 403
nabau mons 515
nabiani populi 473
nabir fluuius 32
nabius 34
nabraca urbs 478
nabtuſa 24
nacadunæ populi 584
nacis 408
nacmuſij populi 353
nacolia oppidum 449
nacraſa urbs 435
nacri 139
nadin 99
nadubantha urbs 579
nadurus ciuitas 359
næpha urbs 549
nagadiba ciuitas 584
naiue 136
namaſones 375
namaſonites lapis 375
namaſtæ populi 562
namſid 323
namnitæ 52
namphius inſula 444
nanagunna fluuius 573
nandralba opp. 255
nanichæ populi 579
nanneſſus uicus 463
napeſis inſula 544
naphthæ fons 754
naphtha flumen 533
napta urbs 396
napuca opp. 254
narabo fluuius 88
narangara urbs 359
narba ciuitas 476
narbaſij pop. 32
narbo 62
narbo portus 62
narbonenſis Galliæ forma 688
narbonēſorum populi ſitus 49
nardinium 35
nardus fluuius 651
narenſij 103
narenta 101
nariandos urbs 441
narnia opp. 167
naron fluuius 101
narona 103
narroo fluuius 712
narchecis inſula 439
narthotium opp. 283
nartecuſa inſula 446
narua fluuius 476
narycia opp. 310
naſamones pop. 374.369
naſauas amnis 354.355
naſci pop. 241
naſica urbs 580
naſumia oppidum 478
naualia 77

nauara regio 36
nauaris urbs 478
nauari pop. 245
nauarienſes 41
naubarum opp. 246
naube oppidum 521
nauda urbs 532
naugata urbs 409
nauilius 132
naulibi urbs 578
naulibis 566
naulocium 416
naulochos inſula 347
naupactus opp. 301
naupactum 325
nauplia nauale Argiuorum 331
nauplius à quo natus 344
nauplius Palamedis pater. 331
nauportus 98
nauſi 59
nauſtathmos portus 368
nauſtathmos 432
naxium 59
naxos inſula 322
naxuana regio 489
naxum 231
nazada uicus 532
nazama urbs 502
nazareth uicus 508
nea inſula ſacra Mineruę
neandrenſes 742 (443
neapolis 438.331.279.480.717
neapolis caſtellum 460
neapolis colonia 363
neapolis urbs.696.448.192
neapolis urbs Aphricæ. 360 (510
neapolis urbs Samariæ.
neapolis prope Ptolemaidem 369
neapolis ciuitas alio nomine Leptis magna dicta 364
neapolis Galatiæ 456
neatum opp. 233
nebis 32
nebla urbs 23
neblosa 132
nebrodes mons 233
necate 147
necla oppidum 519
necropolis 380
nectiberes populi 351
necus rex 383
nedia fluuius delatus è monte Lyceo 327
nediæ fontem Rhea rupit
nedinum 103 (327
nedon amnis 329
negram oppidum 547
negrinorum urbs 519
nelaxa urbs 506
neleus amnis 725
neleus urbem cõdidit.327
nemauſenocaſeo præcipua laus 63
nemanturiſſa 36
nemea ſylua 631.340
nemæa urbs 340
nemauſus 63
nemeſium urbs 376
nemetum 258
nemus opp. 177
nenſa urbs 359
neocæſarea urbs 460
neogilla pagus 545
neomagus opp. 53.51.68.
neomagus ciuitas.20 (59
neoris flumen 482
neothicus 432
neper amnis 242
nepetæi populi 547
nephelis uicus 467
neptali mons 512
nephtha fons 530
neptuni aræ 358
neptunia 311
neptunium littus 408
neptunus mons 233
nepeta opp. 163
neptunus adamauit Telchinem 445
neptuni aſſylum 332
neptuni Eliconij tẽplũ.335
neptuni Iſthmij phanũ 333
neptuni phanum 329.416
neptuni Samiacum ſacellum ubi 338
nera urbs 575
nerdo opp. 205
nereides temporibus diui Auguſti imperatoris inuentæ ſunt exanimes in Litore maris 592
nericia inſula 641
neris mons 334.336
neritum opp. 205
neritum mons 296
neritos inſula 641
neriũ promontoriũ 686
nertobina 24
nertobriga 37
nertenæ 74
nerua fluuius 55
neruij 58
nerula opp. 168
nerulum opp. 199
neruſium 134
neſæus campus 732
neſenta urbs alio nomine Vſcenta dicta 366
neſiotis regio 473
neſſum opp. 256
neſtorea 327
netindana opp. 254
neuri populi 627
neuburga 76.82
neuris opp. 267
neutis nomus 390
nexantium 112.110
niara urbs 500
nicas mons 181
nicaſtrum opp. 214
nicæa caſtellum 504
nicæa opp. 152
nicæa urbs 416.420
nicæa à q̃ ſit ędificata 737
nicephorium oppidũ 521
nichalida opp. 177
nicharea inſula 439
nichia urbs 420
nicia 138
nicij urbs 389
nicopolis opp. 270
nicomedes rex.420 (420
nicomedia urbs 418.417.
niconium opp. 258
nicopolis urbs.507.714.513.416.410.465
nicopolize opp. 254
nicropolis 389
nicropons 316
nicropons inſula 315
nicoſia ciuitas 233
nicoſia inſula 322
nicotea caſtellum 213
nidroſa opp. 23

niga

niga urbs 484
nigæo oppidum 554
nigir amnis 401
nigeſinus 684
nigerrimi homines ubi 5
nigilgia 355
nigitimi populi 360.361
nigra inſula 712
nigri lapidis mons 395
nigri promontorium 418
nigrum caſtellum 242
niguza oppidum 533
nileus amnis 384
nileus rex 384
nilus fluuius 656.730
nilus mediam Aegyptum percurrit 370
nilus in inſula ſcindit 392
nilus quà fluat 758
nili cataractæ ubi 376
nili origo 616
nili origo diuerſe traditur
nili incrementa 617 (384
nili incrementum quomodo deprehendatur 387
nili oſtia ſeptem ſunt 759
nimarda pagus 561
nimega 56
ninica urbs 469
niniue ciuitas 519
niniue urbs alio nomine Niuus 529
ninus rex 528
nio inſula 443
niphates mons 487
niphates populi 528
niphauandea oppidũ 533
nipiſta oppidum 551
niquetæ caſtrum 346
niſa urbs 465
niſa uicus 452
niſſæa opp. 310
niſæa portus 722
niſæa urbs 722
niſea uia 670
niſerga urbs 538
niſibis ciuitas 565
niſibis urbs 523
niſicatæ populi 411
niſta promontorium 291
niſura oppidum 362
niſyrus gigas 444
niſyrus inſula 444
niſyros urbs 434
nitra emporium 573
nitriatæ populi 375
niuaria inſula 156
niuomagus 48
niza opp. 152
noarus 98
nocea urbs 202
nola urbs 197
nomades quid 556
nomadus fluuius 572
nomanoſter opp. 258
nonantola 139 (334
nonacris Arcadiæ mons
noncris urbs montib. circumquaq; ſepta 340
nonagria 319
noo urbs, quæ poſtea dicta eſt Alexandria à cõditore Alexandro rege Macedonum 377
nora ciuitas 218
norba 30
norebden ſinus 11
norgales uicus 18
nori caſtellum 153
noritij populi 627
norici 86
norici populi 713
norici ſitus 86
norici termini antiqui ib.
norici termini noui ib.
noricum qui tenent ib.
noricum quid ib.
norico adiacẽtes inſulę 86
norinberga 87
noritani pop. 218
noroſus mons 560
noruegia 10
noſalena urbs 465
noſtada urbs 566
noticorũ promõtoriũ 408
notium oppidulum 437
notiũ ꝓmontoriũ 15.589
noua 95
noua Auguſta 37
noua Roma 266
noua ciuitas 83.395
nouaci opp. 254
nouadomus 82
nouale opp. 250
nouamœnia opp. 243
nouaria 152
nouda 147
noue 136
nouelaria 139
nouemturres 230
nouogardia urbs 476
nouiodunum 53.88
nouogordet ciuitas 249
noui 92
nouigradus 94
nouigradum ib.
nouia 34
nouiomagium 57
nouium opp. 34
nouus portus 20
noxetum 135
noxenum 137
nuauta urbs 441
nuæſium 74
nubæ populi 614.411
nucera 165
nuceria urbs 102.177
nucraunum opp. 258
nuiburge 80
numana urbs 148
numantia opp. 37
numãtis promõtoriũ 433
numicus amnis 177
numidæ inſidi 357
numidæ populi 611
numidia 352
numidiæ deſcriptio 354
numidæ uagi 356
numidicus marmor 357
numidicus ſinus 357.354
numiſtrum opp. 214
nuntunæ opp. 194
nuroli ciuitas 366
nus 124
nuus 58
nycpij populi 361
nygheni populi 361
nymphalis inſula 451
nymphea inſula 439.444
nympheum locus 467
nymphęus locus in Macedonia celeberrimus 274
nympheus ſpecus 496.243
nympheus amnis 522
nyſa urbs 505.578.543.365.447
nyſæi populi 565
nyſei equi 490
nyſiæ portæ 365

O

OAditæ populi 547
oalgaſſus mons 736
oarum promontoriũ 244
oaſis 388
oaſitæ populi 375
oaxus fluuius 557
obana urbs 529
obares populi 565
obera urbs 524
obila 31
obóca fluuius 15
obraca uicus 547
obriga 35
obrinca amnis 58
obrinca opp. 32
obris 63
obroazum mare 94
obucula 24
obuculo eod.
obulco urbs 685
obulcum 26
obylæ populi 375
ocalea opp. 307
oceanus amnis 384
oceanus atlanticus 397
oceanus Indicus 656
ocelum opp. 19
oceanus pro horizonte acceptus 675
oceani meatus & eius nomina 605
ocelis emporium 544
ocelis portus 413
ocelum 133.31
ocha inſula 316
ochus fluuius 555.484
ochyronia 445
ocrimum 20
octapitarũ ꝓmontoriũ. 19
octapolis urbs 452
octauianorũ colonia 65
octodorum 36
octodorus uicus 67
ocypodes gentes 669
oderiates 88
odera 75
odeſſitana opp. 257
odeſſus opp. eod.
odiſsia promontoriũ 228
odogana ciuitas 524
odolia 102 (402
odrangidori Aethiopes
odria 94
œbalia poſtea Lacedęmonia regio dicta eſt 342
œbalus Heros 342
œchalia urbs 719.342
œchalia urbs prius Euryti dicta 340
œchalię duę, una in Arcadia, altera in Teſſalia 342
œchardę gentes 563
œchardus fluuius 562
œcath oppidum 353
œdipodia fons 633
œna opp. 235
œnanthia oppidum 478
œneanda uicus 453
œnium nemus 452
œnoē ciuitas aliâs Boēna, poſita eſt ſupra flumen Selan 344
œnoē opp. 315 (pe. 429
œnomaus uictus à Pelo-
œnopara amnis 500
œnos 323
œnotria regio 698
œnotriæ inſulæ 213
œnunia urbs 540
œnus inſula 437
œnuſta inſula 328
œſcus opp. 258
œſyma opp. 276
œta urbs 481
offantus 202
og rex 506
og rex Baſan 519
ogdamana oppidum 506
ogdæmi populi 373
ogdous rex 390
ogigia inſula 209
ogygia 304
ogyris inſula 646
olaphia uicus 548
olana 241
olba mons 448
olbaſa ciuitas 469
olbaſa oppidum 458
olbaſa urbs 464
olbia 246
olbia oppidum 66
olbia urbs 457
olbia uel Olibia 416
olbianus portus 210
olcachites ſinus 357
olchades 41
oldegaſt 13
oleaceltici 33
olearus inſula 321
oleaſtrum 24
oleaſtrum promõtorium 352
olenia ſiue Schollin 326
olenos opp. 300
olenos urbs 325
oletum 36
olenus urbs 455
olgaſa 156
olgaſis mons 455
olia 36
oliba eod.
olibera urbs 523
olicana 18
olichœra urbs 582
olimacum 39
olina 33
olirus caſtellum Paleneorum 325
olonos mons olim Mynthe 334
olophixus opp. 277
olpe opp. 290
olus oppidum 347
olundæ populi 475
olulis opp. 226
olura ciuitas 348
olympus 494
olympus mons. 417. 634. 430. 716. 431. 727
olympus uir 449
olympus urbs 452
olympus urbs Lyciæ. 450
olynthus urbs 717
olynthos opp. 272
olyſſa oppidum 346
omanitæ populi 549
omanum emporium 549
ombi oppidum 395
ombrea urbs 523
ombrenes pop. 246
omidie urbs 462
omiza urbs 568
omona oppidum 458
omphallum oppidũ. 283. 293
on ciuitas alio nomine Heliopolis dicta 393
oncha urbs 465

onderolm inſula 242
onea opp. 296
onepichritus præfectus.
onerium 33 (582
oneſtus opp. 307
ongauiolca 35
onias põtifex fugit in Aegyptum & On urbem condidit 393
onichinus lapis 356
oniſia inſula 348
onna oppidum 543
onnia mons 398
onobaliſturia opp. 23
onoba opp. 26
onoē oppidum 459
onone opp. 315
onoſipponenſe 33
onoſtrongyla inſula 225
onugnathos 446
onugnatos promontorium 330
onuphis 389
onuphitæ 389
onygbennitæ populi 413
opeſena 269
ophiuſa inſula 445.749
ophiuca ſcopulus 346
ophiophagi populi 410
ophiuſa 39.422
ophius flumen 398
ophiuſa inſula 278
ophiuſſa opp. 158
ophlones pop. 248
ophyogenes qui 422
ophrumum oppidũ 428
opinum opp. 216
opitorgium 120
opis uicus 526
oppidoneon 355
opone emporium 408
opuns opp. 311
opuntij pop. eod.
oqueni 73
or mons 518
ora ciuitas 552
orabint 15
oracana urbs 533
orbadarum 409
orbaleſſena regio 465
orbanaſſa oppidum 458
orbetij pop. 284
orbelus mons 713
orbis partes duæ tantũ 3
orbis diuiditur in partes tres Europam, Aſiam & Aphricam 3
orbiſena regio 465
orbita urbs 366
orbitana urbs 565
orbiteli lacus 156
orcades inſulæ 645
orcedis 40
orcellis 269
orchades triginta 10
orcheni populi 524
orchoa uicus 528
orchomenus opp. 306
orchum opp. 290
orcynius mons 430
ordimus mons eod.
ordunga 35
oreia 41
oreton 38
oreophanta opp. 581
oreſtias 271
oreſtidis regiuncula 284
oretani pop. 38
oretæ populi 648
orethum opp. 290
oreus opp. 318
orga amnis 439
organa inſula 546
organaſcum 137
orgaxi populi 561
orgaz 37
orgia feſta 727
orgis flumen 459
orgos 155
orimagdus fluuius 467
orinei populi 475
oripta 192
oriſiti gentes 555
oritæ populi 550
oriza urbs 505
orizella opp. 210
oriola 26
orlians 52
orlieze 81
orma opp. 284
ormenium uicus 282
orminium urbs 158
orminius mons 420
orneæ oppidum unde dictum 336
orneus amnis 336
orniaces pop. 35
oroatidis amnis 535
oroba urbs 529
oroba regiuncula 529
orobatis ciuitas 538
orobes amnis 63
orobium 128
orobius 63
orobyæ opp. 316
oromandus urbs 465
orontas mons 533
orontes fluuius 755
orontes 731
orontes amnis 657
orontes mons 703
oropeda 23
oropus 723
oropus opp. 314
oroſana urbs 564
oroſia urbs 12
oroſologia urbs 455
orphea fluuius 326
orpium opp. 33
orpheus qua deſcendit ad inferos 329
orrea ciuitas 18
orrea opp. 256
orſa 246
orſa urbs 465
orſena regio 465
orta 41
orthaga urbs 524
orthagoræa 260
orthiana urbs 565
orthopagium opp. 308
orthoſia ciuitas 496
orthoſia urbs 447
ortonius mons 337
ortigis 26
ortona opp. 182
ortoſpeda mons 31
ortoſis urbs 657
orthoſpana urbs 566
ortoſpeda mons 23
ortopulæ ueſtigia 94
ortuchia opp. 186
ortygia lucus 438
oryhæ opp. 316
orzia ciuitas 578
oſçapolis 218
oſca 26.41
oſica uicus 484
oſicerda 41

oſincum opp. 216
oſimiorum pop. ſitus 50
oſiris ut quibuſdã placet condidit Thebas 395
oſiris alio nomine Menelaus dictus 390
oſiridis aſſylum 389
oſpidium oppidum 355
oſpinum oppidum 353
oſſa mons 287
oſſa opp. 285
oſſerros 96
oſſij pop. 239
oſſonoba 33
oſſonoba urbs 29
oſtama uicus 547
oſtenum 131
oſterburgium 76
oſterlich 44
oſtia urbs 170
oſtianum 127
oſtiæ litus 629
oſtra 147
oſtracina manſio 381
oſtraua 83
oſtrogottiæ 11
oſtrouiza 99
oſtrouiſa caſtellum 256
oſiuaburga 74
oſyli pop. 248
othamna mons 357
othammes 358
othorgis opp. 12
othrys mons 288
otranto opp. 204
otrœa regio 737
otrœa oppidum 420
ottinges pop. 11
ouederzium 120
oues in Aegypto bis in anno pariunt 371
ouiedo 33
ouporum 99
oxa 484
oxa flumen 553
oxeę inſulę, quę apud Homerum fuerint 726
oxia lacus 553
oxiana urbs 558
oxiani populi 557
oxiris phanum 382
oxus fluuius 632.730
oxybij pop. 66
oxyma opp. 276
oxyrynchites 392
oxyrynthos urbs 392
oxyrynthus 387
oxyrynthus piſcis 392
oza oppidum 364
ozogarnada oppidũ 524
ozolæ ppuli 724

P

PAchynum promontorium 363
pacidara uicus 572
pacoria caſtellum 521
pactia inſula 451
pactia 268
pactolus amnis 655. 432. 736. 746
pactolicus amnis 213
pactorum portus 250
pactyea opp. 272
pactylus mons 447
padebarna 74
padi ortus 141
padi oſtia quinq; 140
padi deſcriptio 109
padua 122
padula 199
padus fluuius 691. 629
padium Runconerum 137
padyandus urbs 466
pæonici montes 711
pæſula 24
pæſus urbs, & fluuius eiuſdẽ nominis. 740. 422
pælontium 35
pagaſiticus ſinus 717
pagida fluuius 499
pagnicum opp. 160
pagus carnicus 114
pagus fluuius 488
paiſana 134
palaconta flumen 525
palamedis mons 331
palamos 44
palanta opp. 216
palatium 100
palatium urbs 158
palathia 440
palazolum ciuitas 127. 235
palbinum uicus 548
paleocaſtrum caſtellũ. 199
paleocaſtrus opp. 178
paleopharſacum opp. 289
paleſtina regio 371
palæampolis ager ſparti ferax 44
palæmaria uicus 377
palæmyndus locus 441
palæoblibus urbs 502
palępaphos urbs 492
palæſtina regip 657
palæſtinæ Syriæ terræ deſcriptio 506
paleocaſtrum 347
paleſtrum 132
palætyron locus 499
paliana urbs 564 (um. 544
palindromos promõtori
palina 43
palinurus pmõtoriũ. 199
paliurus palus 368
paliurus uicus 376
paloda opp. 254
palla ciuitas 216
pallanteæ quid 365
pallanzanum 131
pallas ė Iouis capite orta
pallazolum 114 (445
pallene urbs 444
pallenes 279
pallantia 40. 36
pallene caſtellum 183
palmeus mons 434
palmoſa inſula 442
palma 43
palma inſula 399
palura turris 149
palmarola inſula 172
palmaria inſula 172
palmyra urbs 505
palmyrei montes 502
palmyrena regio 503. 505
palmyrena ſolitudo 506
palmyria opp. 501
palpant 13
palma ciuitas 574
pamiſius amnis 328
pampanis uicus 392
pamphylia 415
pamphyliæ deſcriptio. 456
pamiſus 329
pamphyliũ pelagus 456. & 452
pamper 114
pamplona 36

panacharius mons 315
panchaia regio 536
panchaler 134
panda oppidum 558.557
pandala opp. 257
pandari populi 557
pandoſia opp. 296.214
paneas ſylua 502
paneas fons, origo Iordanis non eſt 503
panephyſis urbs 390
pangæus mons 717
pangilium promontoriũ à quibuſdam Torgiliũ dictum 438
pangopoli opp. 250
paniardi populi 561
paniardis uicus 476
panionia regio 432
panis promontorium 445
paniſcola 41
pannonia inferior nunc Hungaria dicta 89
pannonia, quomodo Auſtria nomen ſortita 88
pannoniã uarias incurſaſſe nationes 90
pannonia urbs 349
pannoniæ nouæ circũſcriptio 89
pannoniæ ſuperioris deſcriptio 87
pannoniæ ſuperioris agri deſcriptio 88
pãnonię ſuperioris ſitus. 87
pannoniæ ſuperioris alia circumſcriptio 89
pannoniæ fines 88
pannonię ceteris circumſcriptio 89 (87
pannoniæ uaria nomina.
pannonij populi 631
panon urbs 394
panones populi 713
panopeus 416
panormus nauium ſtatio
panormus 290.226 (325
panormus oppidũ modo Mirabellum 347
panormus portus 272
panormum nunc Colloqueta 347
panormũ ꝓmontoriũ 441
panos templum ubi 335
panyaſſus fluuius 275
panſilippus mõs 192.157
pantacus amnis 230
pantagia amnis eod.
pantalaria inſula 363
pantalia 270
panopeus opp. 307
panthialei populi 537
panetolius mons 309
panthicapes populi 627
panticapea opp. 251
panticapæum urbs 719
panticapea urbs 710
panticapes fluuius 246
paphagonia regio 453
paphlagones 653
paphlagonia 415.734
paphora urbs 500
paphos ciuitas 492
paphum caſtellum 494
papis is eſt, quem Iudæi Baal uocant 504
paralais oppidum 464
paracanaca urbs 565
paralus Calzomenem urbem condidit 433
parada urbs 359
paradena regio 568
paradiſſus ciuitas 502
paræpaphitis regio 550
parætæ populi 566
parætonium ciuitas 376
parachana uicus 534
parachanda urbs 568
parachelea 295
paramica 35
parapotamij pop. 313
paraſinum 251
parbara oppidum 541
parca opp. 252
parellelę 6
parga opp. 291
pargæ locus 500
pargitæ pop. 241
pargontis ſinus 551
pargyetę populi 567
paria inſula 507
pariena 83
parina 138
pario 430
pariſena regio 568
pariſſium opp. 13
pariſius 52
pariſium 90
parium oppidum 416
parma 138
parnaſus 325
parnaſus mons 725.724. 302.634
parnes mons 723
parni populi 554
paropaniſidis regionis ſitus 566
parodana urbs 538
paroliſſum opp. 253
parentium 110
paropaniſus mons 555
paros 101
paroſta 251
parrhaſia regio 338
parrhaſium nemus ib.
parſiana ciuitas 566
parſia oppidum eod.
parſij populi eod.
parſiræ populi 567
parſis urbs 568
parta ciuitas 538
parthayticena regio 540
parthenia 433
parthenia 262
parthenius mons 722
parthenius mons à uirginibus dictus 335
parthenius amnis 419
partheniũ ꝓmõtoriũ 249
parthenope urbs 192
parthi populi 663
parthiæ prouinciæ ſitus. 539
partiſtagnum 114
parthorum regio 778
partyſcum opp. 252
paryadra regio 462
paryardes mons 486
paſacartia urbs 541
paſacra oppidum 579
paſarna uicus 465
paſargada caſtellum 538
paſargadæ gentes 550
paſarracha urbs 538
paſcum promontoriũ modo à nautis Spata dictum 348

pasicę

paſicæ populi 557
paſitigris 487
paſpa oppidum 456
paſſala ciuitas 578
paſſalæ populi 586
paſſalia inſula 442
paſſargadæ populi 664
paſſignanum 161
paſtium opp. 252
paſyris opp. 246
patalis inſula 572
patæta urbs 409
patale flumen 572
patalena inſula 579
patalena inſula 572
patara urbs 451.450
patarua pagus 476
patauia 87
patauium 88
patauium oppidũ in Bythynia 420
patauinorum ager tritico & uino bonus 122
pathalene 279
pathmiticum oſtium pagina 380
patia urbs 718
patiorus opp. 233
patmos inſula 442.439
patermana 37
patras 325
patræ urbs unde 325
patreus uicus 477
patria feruli 112
patridana opp. 253
patruiſſa opp. 254
patrocles 438
patiſchores populi 537
paula 212
paurati populi 565
paxani populi 473
paxionis uallum 535
paxu inſula 292
pedalium promontorium 493
pedaſenſis regio 448
pedaſum turris 149
pedaſus 328
pedaſus ciuitas 448
pedaſus urbs 742.723
pedelupus 166
pediculi pop. 203
pediculorum mons 441
pediæus amnis 493
pedna inſula 431
pednopum urbs 377
pedonia inſula 376
pedonia urbs eod.
pedum opp. 175
pegaſæ opp. 282
pegaſæum ſtagnum 437
pegaſeus ſinus 282
pegæ opp. 309
pela inſula 433
pelagonij pop. 284
pelagonia opp. ib.
pelaſgæ gentes 629
pelaſgia inſula prius Antiſſa dicta 430
pelaſgi 420
pelaſgi populi.713.281.693
pelaſgiotori pop. 281
pelaſgi Xãtho Triopi filio duce Pelaſgiã inſulam occuparunt 430
pelaſgi dicti Danai 341
pelegrinum 145.139
pelendones pop. 36
peleus mons Theſſaliæ. 367
peleus pater Achillis condidit Peluſium Aegypti urbem 381
pelei oppidum 618
peliala oppidum 524
peligna caſtellum 183
peligni populi 695
pelignorum regionis ſitus 181
pelma opp. 211
pelion mons 287
pella 286
pella urbs 502.505
pellena caſtellũ nunc Zaracha dicitur 336
pelopæa urbs 447
pelopes populi 725
peloponeſus 713.631
peloponeſi peninſulæ ſitus 323
peloponeſi deſcriptio 333
peloponeſi ſitus 325
peloponeſum Turci inuaſerunt 325
pelops uictor Oenomai extitit 429
peltæ urbs 449
peluina opp. 180
peluſiacum oſtium 380
peluſium mons 381
peluſium urbs 759.380
pelzina 82
pena inſula 351
pendarachia inſula 418
peneropolis opp. 270
penæus fluuius 280.634
peneus fluuius nunc Igliachus 326
peneus rex arcadię pater Cyrenes 367
peneus in Pholoẽ monte fontes habet 326
penei fontes 715
pentadactylus mons 384
pentagramma urbs 580
pentapolis 367
pepareros inſula 642
peparnethos inſula 281
peperina uicus 435
peperina inſula 573
pepia urbs 355
peraſtum pagus 102
percutiorũ terræ ſitus.180
perentocho uilla 249
perenticum 263
perga ciuitas 458
pergamenorũ portus.431
pergamum opp. 270
pergamus 429
pergamus ciuitas 429
pergamus urbs 745
perge urbs 635
pergula opp. 148
perguſa lacus 234
periadis opp. 318
perierbidi populi 472
perinthus opp. 267
periſterides inſulæ 433
perone 55
peroza 134
perpmianum 44
perrhœbi populi 724
perſarum mores 664
perſæ Græciam inuaſerunt 333
perſepolis 538
perſeus Mycenem condidit 341
perſei Danaæ filij templũ in Che-

in Chenoboſcia 394
perſia regio 663
perſicum mare 658
perſicum mare 757
perſicus ſinus 548
perſidis ꝓuincię ſitus. 536
perta urbs 455
perthedori 482
peruſia urbs 161
peruſinus lacus 161
perzone 123
peſa amnis 159
peſcara 181
peſinuns urbs 455
peſsia caſtellum 158
peſsij populi 473
peſsimunte caſtellū 449
peſt opp. 252
peſta 91
peſtara portus 156
peſtaria 125
peſtum opp. 198
petelia urbs 698
petauonium 35
peteneſſus oppidum 455
peteoëſa inſula 445
petilia opp. 211
petra piratarum 182
petra opp. 235
petra parua portus 376
petra urbs 516.566.518
petronicus fons 181
petrea Arabia 371
petrodana opp. 253
petrocoriorum populi ſitus 49
petrodes populi 516
petrouaradim 92
petruni locus 441
peucini pop. 256
peuceriorū terræ ſitus. 203
peucatij pop. 704
peuce inſula 708
phabiranum 76
phalaarna opp. Cretę. 330
phalacra urbs 370
phacuſa urbs 393
phæbe inſula 422
phęſtion promōtoriū. 346
phæſtus opp. 286
phagor mons 511
phagorius 387
phalagatia opp. 289
phalerea urbs in Argolico ſinu 330
phalerei pop. 313
phaleria opp. 289
phalmius fluuius 355
phamizonium 460
phamothis uicus 377
phanaca oppidum 533
phanagoria urbs. 729.477
phanaſpa oppidum 533
phanarca 456
phandalia urbs 489
phanea promontoriū 434
phaneus rex 434
phanum Fortunæ 147
pharambara ciuitas 532
pharan deſertus 512.504
pharam oppidum 519
pharodini 74
phararſpa urbs 532
pharaſij populi 613
pharatha uicus 547
pharatrua urbs 556
pharaxa uicus alio nomine Charaxa dictus 365
pharbætus urbs 393
pharga ciuitas 524
pharia 101
phariſæi homines 506
pharius amnis 280
pharmacuſſæ inſulæ 312
pharmutiacum 389
pharnabaſus Perſa Alcibiadi dedit oppidū Gryneum 430
pharna uicus 517—
pharnaritæ populi ib.
pharnaſſus oppidum 482
pharnatia opp. 461—
pharos inſula 378
pharos inſula 711
pharphar amnis 505
phaſelis urbs 519.452.655
phaſga regio 515
phaſis fluuius 486.649. 583.481.730
phanonæ pop. 11
phauſya urbs 489
phazaba oppidum 552
phazachæ populi 413
phazemonetica regio. 456
pheas promontorium. 326
pheluſa inſula 431
phelocrandus 323
phellos oppidum 452
phenagora urbs 634
pheno ciuitas 519
pheræ opp. 282
phera 721
phere caſtellum 318
phere ciuitas nūc Sanctus Georgius 335
pherendis urbs 490
phermutiacus fluuius 386
pheronnes rex Seſoſtris filius in templo ſolis qui in Heliopoli eſt ab oculorum cæcitate liberatus eſt 394
pheronia ciuitas 218
pherſalia opp. 289
phes regio 350
pheſſa urbs 350
phiala fons 503
phialia ſiue Phigalia urbs (339
phiara uicus 463
phigia uicus 547
phigeta oppidum 438
philadelphia urbs. 469. & 436.505
philę urbs communis Aegyptiorum, & Arabum habitatio 396
philea 263
philenorum aræ 367
philetus inſula 584
philia promontorium 263
philippos opp. 276
philiſtena foſſa 125
philiſtini populi 516
philiſtin regio 506
philocyprus rex 494
philleni uicus 366
phillenorum aræ 365
phillires populi 653
philogenes dux 432
philomediū oppidū 449
philonis urbs 376
philotas 448
philoras uir 437
philoreras portus 383
phinopolis colonia 263
phinthya opp. 236
phioniſsi portus 345
phiræſi pop. 11
phiſtona opp. 254

phiſera ciuitas 211
phiſta ciuitas 259
phlanatici 98
phlano 94
phlegya opp. 289
phleum 76
phlexum 88.
phliaſius caſtellum 331
phliu caſtellum ſitum ſupra mōtē Coloſſam. ib.
phleoria urbs 355
phocæ inſulæ 347
phocæa ciuitas 432
phocæa urbs 746
phocenſes pop. 724.302
phocęnſes in mari potius quam in terra exercuerunt ſe 432
phoce opp. 305
phocis regio 718
phoclis oppidum 567
phocra mons 352
phocuſæ inſulæ 376
phœneum urbs 340
phœacia 291
phœnices pop. 657
phœnices Io Inachi regis filiam ſurripuerunt. 331
phœbi promontoriū 352
phœnicia unde dicta ſit
phœnicus portus 376 (496
phœnicuſa inſula 704
phœnix ciuitas. 345 (659
phœnix auis ubi naſcatur
phœnix mons 446
phœnix oppidum ib.
phœnix portus 451
phoëra mons 355
pholaarna 345
pholous Herculē accepit hoſpitio 334
pholoē mons 722.334
pholus centaurus 334
phontis uicus 393
phora inſula 433
phora urbs 490
phoraua urbs 565
phoroneus rex 341
phraata urbs 534
phrateria opp. 254
phrauruſij 403
phreata uicus 463
phriſiæ generalis deſcriptio 71
phriſij maiores & minores qui ib.
phriſij ſicco ſtercore boū ignes ſouent ib.
phrudis 55
phrudis amnis 54
phrumgodiones populi
phrureſus mons. 355 (246
phrurij populi 652
phrygia maior 738
phrygia regio 418
phrygia 653
phrygiæ regionis deſcriptio 448
phryges auguria inueniſſe creduntur 449
phryges populi 707.727
phrygius amnis 435
phthenphuth nomus 389
phtuth amnis uel phuth. 351
phthia portus 376
phthirophagi 473
phthirophagi populi 729
phthiotas 477
phubatine urbs 455
phuphena caſtellum 465
phuphatena urbs ib.
phulphinon 96
phuriū promontoriū 492
phuſiana oppidum 530
phuſipara uicus 465
phurenſis Mauritania alio nomine Cæſarienſis dicta 353
phycis promontorium à Barbaris modo Raxen nuncupatum 368
phygriū portus ingēs 408
phylacenſij populi 449
phylarchorum Arabū regiuncula 502
phylarchorum gens 525
phylen caſtrum 315
phylene opp. 301
phylocalia urbs 461
phyre inſula 442
phyſa 387
phyſca oppidum 446
phyſcæ 285
phytis oppidum 478
piada urbs 564
piagenza 31
pialæ urbs 460
piarenſij pop. 256
picardi 55
picenæ regionis ſitus 148
picenſij pop. 255
picentinæ terræ ſitus 196
picentini populi 630
pictauis 48
pictanum 111
picorna oppidum 548
pictones pop. 48
pidæ urbs 460
pidoſus inſula 442
piengitæ pop. 246
pientia opp. 160
pienna 129
piephigi pop. 254
piera mons 499
pieres pop. 269
pieria regio 499
pietas Iulia 110
pigna 355
pigana fluuius 35
pilatra 327
pilæ populi 563
pilis flumen 420
pimoliſum caſtellum 455
pinara oppidum 452
pinara urbs 470.450
pinaria urbs 500
pinarius fluuius 656
pinarolum 134
pindarus cuias fuerit 737
pindus amnis 469
pindus mons 725.716
pindus opp. 301
pineptimi oſtium 380
pinquentum 111
pinna opp. 180
pinnara regio 490
pinzanum 115
piolum 139
pionia urbs 743
pipernum opp. 178
piræus 312
pirigeus uicus 376
piroboridana opp. 258
pirotulum 142
pirum opp. 254
piſani populi 720
piſæ urbs 693.159
piſanrum 146

piſco-

piſcopia inſula 444
piſia caſtellum 186
piſilis urbs 446
piſidæ populi 655
piſedia regio 738
piſidia urbs 455.457
piſinda urbs 366.453
piſingara caſtellum 465
piſinus oppidum 453
piſanus portus 159
piſognum 127
piſorga 36
piſſatellus 143
piſtoria urbs 159
pitanas mons 326
pitanæi gentes 744
pithrinda metropolis 582
pitinum opp. 165
pitiuſa pagus 461
pitana urbs 428
pityæa urbs 740
pityuſa 312
pityuſſę 39
piumons 111
pixinum ib.
pixis urbs 461
pixus promontorium. 199
piytina urbs Pynta ſiue Hierapygia, uel Lariſſa nominata 346
pizo 118
placenta 137
plachiæ inſulæ 347
planaſia inſula 156
planela opp. 180
planeſia 40
planummontis 147
plataneſus 416
platea inſula 376.321
platea urbs 723
plateæ inſulæ 425
plateæ opp. 307
platina 127
plato in Aegyptum profectus eſt 759
platoniſtus amnis 328
platos uicus 496
plauis 120.116
plebis caſtellum 161
plegra oppidum 454
pleireu regnum 242
pleterriſus oppidum 458
pleuron opp. 300
pleurona opp. 300
plimartium opp. 163
plinthina pagus 377
plinij & Strabonis error 186 (31
pliſtia opp.
plitendus urbs 457
plitaniæ inſulæ duæ 426
plotæ 298
plotinopolis 270
plontro Polizcho 237
plubium ciuitas 217
plumba flumen 139
plumbaria 31.40
plumbinum 255.158
plutonium 437
plutonium os 450
plutonis templum iuxta Mentam 334
plynus portus 376
pnupis urbs 409
poclais urbs 578
podalæa urbs 452
podyca emporium 573
pœdicum 87
pœni unde dicti 361
pœnicuſa inſula 225
pœnicus mons 452
pœonia regio 285
pœonia propie dicta 87
pœoniæ extenſio ib.
poë ſilaſium oppidum olim nunc Selinũ dictum 345
pogla urbs 457
poglizi mons 333
pola 110
pola urbs 711
polana regio 247
polcifera amnis 153
polemonia regio 459
polemonium ciuitas 460
polenta 146
polenta opp. 150.43
polentia 136.43
poleſenis 123
policandrus 323
polichnium urbs 482
polimedia ciuitas 425
polineus mons 434
politorium opp. 179
polla inſula 551
pollientianum 160
polmontore 110
polonia regio 147
poloniæ diuiſio 83
poloniæ extenſio 83
poltouſer 147
polus urbs 178
polyarren mons 731
polybij ſcopuli 544
polyobria ciuitas 262
polychna locus 432
polygeo inſula 323
polyphagi populi 573
polyremnia urbs 349
polyrrene mons 485
polyrrenis mons 489
polyſtephanium urbs 175
polymethus fluuius 561
pomarcum opp. 211
pomezana opp. 239
pomeranei pop. 77
pompeij magni corpus ubi 655
pompeij magni tumulus ubi 381
pompeiopolis 467.455
pompeios ciuitas 194
pompelon 36
pons 82
ponſelena inſula 431
pontarli 60
pons 55
pontia inſula 172
pontica urbs 460
pontificenſis 26
pontecamiſon 59
pontolium 127
pontus 415.263
pontus aliquando lacus fuit 679
pontyris urbs 409
pordoſelena 431
poritus fluuius 244
portacra 251
pormon fluuius 460
pornou portus 241
porola promontoriũ 20
porpetum 114
porphyria caſtellum 499
porphyris inſula 330.442
porphyrites lapis in Aegypto 355
porphyritici montes 394
porſica urbs 521
porta Auguſta 36

portifera amnis 153
portole 111
portoſpana urbs 551
portuenſis urbs 157
portugallia 30
portum caſtellum ib.
portum gruarium 115
portumpontem 131
portusbufoleus 120
portus Herculis 152
portus Naonis 115
poſidiũ promõtoriũ. 717. 441. 417. 544
poſidium oppidum 434
poſidium oppidulum 496
poſidium urbs 444
poſidius mons 417
poſidon portus 364
poſidonia 311
poſidonia opp. 198
poſidonia urbs à Neptuno dicta 332
poſius amnis 586
poſſenderæ populi 412
poſtigia 251
potentia urbs 148
potamos fluuius 347
potentia opp. 199
poticara ciuitas 538
potibla caſtellum 244
potinuſa 25
potulatenſij pop. 254
pozitegla 104
poziteglium 99
poznauia 83
prador 127
prædaſenſij pop. 254
prænuſsũ ꝓmontoriũ 197
prætorium 89
præmna urbs 396
præneſte urbs 175
præpeſinthus inſula 321
præceſella 134
prætellus amnis 184
prætoria opp. 254
praga ciuitas 81
praſia urbs 331
praſiana inſula 572
praſidius opp. 269
praſum promontoriũ 398
praſsia opp. 313
praſſum oppidum cognomine Etcocretum 349
pratum opp. 159
praxiteles uir 442
prezunda oppidum 480
priapus urbs 740
priaponeſis inſula 442
priapus fluuius 719
pricius mons 431
priena urbs 746
priene colonia 448
prienenſium litus 439
prienaticus campus 260
prigeniſa 76
prille lacus 156
primarium 141
primiſla 247
primis urbs 409
principatus 198
prinexa 296
prionis amnis 545
prionius mons 438
prionotus mons 545. 405
priuernum opp. 178
proceraſtis 416
prochita inſula 699
prochyta inſula 150
proconeſus inſula 267
proconeſſus inſula quę & Mecuris 422
proconeſium opp. 207
produlum 115
progue inſula 446
pros opp. 154
prolog 90
prolezum 131
promariſta opp. 238
propontis Helleſpontica 423
prona 119
pronius mons 437
pronoſpana ciuitas 538
propatena regio 531
prophthaſia urbs 566
propotamia 502
propontis 441. 714
proſchius opp. 301
proſeclena urbs 425
proſerlimenitæ pop. 455
proſoditæ populi 375
proſopitæ 389
proſor 91
proſtama oppidum 458
proſymna ciuitas 341
prora nunc Pruodo 317
proteus in Carpatho inſula regnauit 444
prouenza 61
pruræſus mons 355
pruſas uir 410
pruſas urbs ibid.
pruſia 239
pruſias zela Bithyniorũ rex 417
pruteni pop. 77
pruteni, Sarmatiæ potius quam Germanię aſſeribendi 77
prymneſia urbs 449
pſatium flumen 478
pſathius fluuius 476
pſebei montes 409
pſebea lacus 409
pſellicis urbs 396
pſeminthicus 373
pſeudocelis locus 544
pſeudopenias locus 368
pſeudopylę inſulæ 406
pſeudoſtonum 79
pſillium oppidum 419
pſonium 88
pſophis urbs aliàs Pſophiris uocatur 339
pſychi oppidũ olim nunc Priotiſa dicitur 346
pſychirus fluuius 477
pſylli ſunt terrori ſerpentibus 369
pſylli uim naturalẽ habẽt contra ſerpentes 392
pſyllis oppidum 418
pſyllus rex 369
pſylli ubi ibid.
pſyttalia inſula 312
ptealla promontoriũ 483
ptele urbs 439
pteleon oppidum 436
pteleum oppidum 327
pteleus lacus 418
ptemithi 408
pthenuti urbs 389
ptitiana oppidum 355
ptœmphanes populi 412
ptolemaide urbs 367
ptolemais ſtatio 392
ptolemais urbs. 760. 457. 368. 499
ptolemeta urbs 368

ptole-

ptolemæus Lagus 371
ptolemæi error 58.155
ptouia 92
ptuſa pagus 489
pucinum 111
pudini ciuitas 544
pulcinum 115
pulichium inſula 296
pulcherrimi ut quiq; propius ad polos accedantur 5
pullia 40
punda oppidum 526
punicum pelagus 367
puppium opp. 159
purchaſia 87
puteoli opp. 192
pycnus amnis 348
pydara fluuius 267
pygella oppidum 438
pygalij uiri 747
pygmei populi 411
pylacæum uicus 450
pylæ 474.470
pylæmonia regio 453
pylæmon 419
pylæi montes 410
pyliacus campus 334
pylos in mentam à Proſerpina tranſformata 334
pylos urbs 327
pynaria 296
pyrama urbs 451
pyramides ubi multæ 390
pyramus amnis 468
pyramus fluuius 463.733. & 656
pyranum 111
pyraſus opp. 282
pyrenæi montes 626
pyrene fons 337
pyrene mons 688
pyrgæ oppidum 327
pyrgi opp. 157
pyrgis 365
pyrpile 319
pyrra promontorium 428
pyrræa 287
pyrrha ciuitas 431
pyrrha urbs quondam ditiſsima 440
pyrrheum nemus 430
pyrrhites amnis 437
pyrron planities 353.351
pyſa olympia urbs 337
pyſora opp. 199
pyſtira inſula 433
pythia opp. 303
pythiodes inſula 418
pythopolis 420
pythiuſa inſula 331.441
pythis promontorium. 376
pytheum opp. 282
pytus ciuitas 448

Q

Quatrum opp. 183
quarorum 65
quietus 110
quieti origo 111
quileſtum 140
qullœtica opp. 170
quimimus inſula 321
quinq; Eccleſiæ 92

R

Rachones 135
radicofanum arx 160
ræſij populi 537
raguſa urbs 235
ramnis portus 345
rampanum oppidum 330
ramugola 138
randa caſtellum 37
randazum opp. 233
ranæ mutæ ubi 367
rapallinautæ ſinus 153
raſtia urbs 455
ratomagus 52
ratiatum 48
ratiſpona 87
raualia urbs 476
rauena 142
rauius fluuius 14
raurici pop. 60
rauricum urbs ibid.
raxa urbs 376
real 24
rebechum 127
reblatta urbs 528
recinetum opp. 150
reedones pop. 52
regazola 138
regia urbs 500
reges qui Iſthmum in Achaia perfodere deſtinarant, & cur illi deſtiterint 434
regillum urbs 176
regina 24
regium Lepidi 138
regnanum 139
reinfeld 99
rena caſtellum 210
renco 136
repſa 91
reron 121
reſippo portus 26
retemum urbs 347
reuchalani pop. 288
rezolum 139
rha fluuius 472.569
rhaabeni populi 524
rhabana urbs 589
rhabana regia 549
rhabath 353
rhabmathon oppidũ 519
rhacotis inſula 378
rhadi uicus 547
rhadinum 99
rhætiaria opp. 255
rhagæa oppidum 541
rhages ciuitas 525
rhagia urbs 518
rhagiana ciuitas 568
rhagiana regio 531
rhaga opp. 282
rhaguſium 101
rhama ciuitas 512
rhamata 507
rhandamarcotta ciuitas. 587
rhamidana opp. 254
rha mnæ popu 568
rhamon 56
rhaphain uallis 507
rhapſa oppidum 534
rhapta metropolis 408
rhara 102
rhathacenſij pop. 254
rhathemni 517
rhatonæum 101
rhatinæ populi 549
rhauenna urbs 692
rhaugara urbs 565
rhaunati uicus 543
rhazinda ciuitas 533
rheni extenſio eiuſdemq; in Oceanum delapſus 57
rhea oppidum 554

rheda uicus 549
rhega fluuius 81
rhegama ciuitas 546
rhegam̃na ciuitas 524
rhegini populi 700
rhegium 139
rhegium urbs 699
rhegneet opp. 240
rheguſcæ 85
rhegyum opp. 213
rhemen ciuitas 533
rhena 132
rhenomia 58
rheni pop. ibid.
rhenus fluuius 626. 689. 707. 144
rhenus unde dictus 57
rheni fluuij ampla deſcriptio 57
rheni pop. 59
rheni fragor & ſonitus mil. paſſ. exauditur 59
rhephaneas amnis 501
rhephenecæ ciuitas ib.
rheſapha urbs 505
rhenes 56
rheſus fluuius 742
rheſus fluuius qui & Rhebas 426
rheſipha caſtellum 521
rhetiã ſitum & nomẽ mutaſſe 84
rhetiæ circumſcriptio ib.
rhetię noſtrę ętatis deſcriptio 84
rhetiæ ſitus 84
rheti populi 713
rhetiũ ſiue Rhętæũ promontorium 424
rhetica gẽs unde dicta 84
rheticũ uinum optimũ ib.
rhetigonius ſinus 17
rhibij populi 561
rhidagnus fluuius 540
rhigni pop. 20
rhigodunum 18
rhinocura torrens 508
rhinocura urbs alio nomine Pharamica dicit̃ 381
rhiochares amnis 480
rhipara inſula 439
rhirala portus 584
rhiſanum 102
rhiſina urbs 523
rhitaces urbs 484
rhittium 92
rhithymna ſiue Rhytius ciuitas 347
rhium promontoriũ 325
rhiũ urbs è regione Thęnari 329
rhizonium 201
rhizus portus 461
rhoani 48
rhoam 55
rhoara urbs 540
rhobetis amnis ib.
rhobogdium promontorium 14
rhobeta 136
rhoboſci pop. 561
rocha 138
rochacontrata opp. 148
rhoda ciuitas 44. 63
rhodæ ſitus ib.
rhodanus 57
rhodanus fluuius 688
rhodanus amnis unde dictus 863
rhodiaſiæ inſulæ 418
rhodiæ opp. 205
rhodienſe pelagus 446
rhodij populi 748
rhodius fluuius 741. 423
rhodiopolis urbs 452
rhodos inſula 445
rhodos inſula 632
rhodope mõs. 271. 711. 628
rhoduntia 304
rhoduſa inſula 446
rhœtaces fluuius 730
rhœticum urbs 741
rhœtius mons 216
rhogana ciuitas 551
rhogialis inſula 442
rhogomanis fluuius 537
rhogus amnis 292
rhoin opp. 87
rhombitani populi 476
rhombites amnis 476
rhombitæ populi 473
rhombites promontorium 476
rhomantinus 113
rhopicum opp. 216
rhoplutæ populi 567
rhos 230
rhoſus ciuitas 495
rhodni fontes 449
rhotomagus opp. 58
rhotentorin opp. 254
rhoueredum 124
rhouignum 110. 123
rhoxani pop. 245
rhozum 111
rhuda ciuitas 566
rhuda oppidum 541
rhudiana gens 550
rhugium urbs 77
rhuſæna flumen 683
rhuteni argentariã artem exercent 50
rhymmus amnis 560
rhyndacus amnis 736. 421
rhyndacus amnis 416
ribolla 111
riga ciuitas 241
riguſa 37
ripæ albæ 376
ripam 127
riparia 134
riſpia 88
riſſadirum oppidum 352
ritauangria opp. 13
riua 137
riuolta 128
riuoltella 124
riuuſfrigidus opp. 169
riuus maior caſtellum 153
rizana urbs 567
rizana pagus 568
rizophagi populi 410
robonda urbs 555
rocana opp. 255
rocelle opp. 48
rocha opp. 204. 136
rochagiua 135
rochaimperalis caſtellũ 111
rochaſpurg 92
rochabruna caſtellum 152
rochezana 82
rocheta 136
rochier ibid.
rodiacum mare 445
rodius opp. 201
rœni populi 415
rolum 139
roma urbs 173. 629. 692
romagnanum 132
romandiſi 58
romandiola 149

romanci-

romanengum 128
romani diſcipiinarũ cauſa Maſsiliam, & nõ Athenas ꝓficiſcebãt 688
romani debellarunt Cretenſes 345
romani euerterunt fundiꝰ tus Corinthum 336
rõbites minor fluuius 729
romſperg opp. 240
romulea 185
roncillionum opp. 163
roſana 138
roſa ager 167
roſanum 207
roſanum opp. 211
roſaphar promontorium 249
roſpodus 243
roſſetum caſtellum 380
roſtoch 75
roſulanus ager 167
rotana 145
rotanus amnis 216
rotundum 214
rouengonium 137
roxes 44
ruaditæ populi 375
rubechum 132
rubenſij pop. 218
rubeſoch 247
rubicon 143
rubra ciuitas 216
rubricata 44
rubricatus fluuius ib.
rubricatus fluuius hyeme rapidus 358
rubrum mare 606.382
ruclino uicus 62
rudiæ opp. 105
rudumna ciuitas 53
rufiniana 59
ruffrium opp. 185
rugon 143
ruiſis amnis 59
ruinum 138
rumanum 128
runicatæ 85
ruptiana 33
ruſcia alba 475
ruſcibar urbs 354
ruſcio 62
ruſcinum ib.
ruſcinon 61
ruſellæ urbs 160
ruſiana 87
ruſibi portus 351
ruſicada urbs 357
ruſoccorum colonia 354
ruſpinæ portus 363
ruſticana 30
ruſtonium caſtellum 354
ruticli 77
rutuba amnis 152
ruzanum caſtellum 111
rypæi pop. 413
ryphei pop. 474

S

Saba urbs 382
ſaba pagus 548
ſaba regia 545
ſabatra colonia 364
ſabadicæ inſulæ 589
ſabadij gentes 555
ſabæa Thurifera regio. 548.542
ſabæ populi.660.664.547. & 548
ſabagena urbs 465
ſabius urbs 455
ſaballingij 73
ſabaua urbs 580
ſabanitis mons 384
ſabara ciuitas 586
ſabatia opp. 153
ſabaticus fluuius cur ſic dictus 501
ſabbaudia 67
ſabeldunum 42
ſabinæ regionis ſitus 167
ſabinorum diuerſa nomina 167
ſabis oppidum 552
ſabotha metropolis Sabæ 548
ſaboci pop. 246
ſaboniſſus mons 438
ſaborum gens 578
ſabrata urbs 366
ſabrateria 178
ſabubures populi 357
ſabuſani pop. 216
ſacatia regio 544
ſacada urbs 529
ſacalbina oppidum 489
ſacambor 247
ſacamaza pagus 585
ſacarbantia 88
ſacææ populi 652.558.489
ſaccæa regio 506
ſaccana urbs 523
ſaccarauçæ populi 562
ſaccarum regionis ſitus 558
ſaccaſma regio 489
ſacer mons 34
ſacea urbs 461
ſachla uicus 545
ſachon 92
ſacilum 120
ſacolæ urbs 409
ſacolcha urbs ibid.
ſacora urbs 454
ſacorſa urbs 455
ſacrum promontoriũ 685. 216.15
ſactus Morus 139
ſadagena oppidum 463
ſadducæi 506
ſaduba urbs 28
ſaduba fluuius 28
ſadus fluuius 585
ſætabilica 40
ſætabia ibid.
ſætiani populi 561
ſæthij 403
ſaffora 137
ſaffus amnis 553
ſafri caſtellum 199
ſagalaſſus urbs 452
ſaganus amnis 551
ſagauana urbs 489
ſagartij populi 531
ſagapola mons 400
ſagala ciuitas 578
ſagala urbs 579
ſagia uicus 418
ſagis 141
ſagitarius amnis 418
ſagontia 36
ſagona 64
ſagora litus 163
ſaguntia 24
ſais urbs 389
ſaitæ populi 760.389
ſaitum urbs 498
ſala fluuius 351
ſala oppidum ibid.
ſala uicus 450

Index

ſala amnis à quibuſdam Vior dictus 551
ſala urbs 489
ſalæcus 30
ſalamancha ibid.
ſalambriæ urbs 463
ſalaminiacũ promõtoriũ
ſalamina inſula.642 (332
ſalamis inſula 312
ſalamis urbs 493
ſalamo ciuitas 51
ſalanchemen 92
ſalaſiȷ populi 353
ſalapiæ opp. 201
ſalaria 40
ſalaria ciuitas 38
ſalarus flumen 551
ſalas fluuius 74
ſalaſsiæ gentis ſitus 133
ſalateræ gentes 555
ſalathus 398
ſalatia urbs 29
ſalcha 246
ſalcitani pop. 218
ſalcitani pop. 217
ſalcoë opp. 218
ſaldenſiȷ pop. 254
ſalde colonia 354
ſaldiua 40
ſaldiua urbs 490
ſalduba 26
ſalduba 28
ſaleca urbs 359
ſalines pop. 35
ſalem urbs 514
ſalenda regiuncula 506
ſalentini populi 704
ſalernum urbs 197
ſales 62
ſaleſis amnis 467
ſalezburga opp. 87
ſalganeus 305
ſali 127.241
ſalica 38
ſalies populi 689
ſalina uicus 547.548
ſalma caſtellum 525
ſalinæ lacus 367.218
ſalinæ opp. 254
ſalinum 91
ſalinſæ populi 351
ſalinus fluuius 181
ſallis 91
ſalmacis fons 442
ſalmideſſum litus 263
ſalinus ager Italię flos 167
ſalmoneus mons 720
ſalmoneus ex Aeolo Deucalionis filio natus 337
ſalmone urbs 337
ſalo 124
ſalonica 35
ſalonichi colpus 279
ſalonis regio 420
ſalonichi opp. 279
ſalpi opp. 201
ſalſa uallis 511
ſalſes 61
ſalſuaſa fons 62
ſalſum ſinus 44
ſalſus fluuius 56.228
ſalteſe fluuius 23
ſaltiga 40
ſaltza portus 241
ſalua 91
ſaluor 111
ſaluis fluuius 460
ſaluius 67
ſaluia urbs 150
ſaluzia 135
ſalyes populi 691
ſama 32
ſamarada ciuitas 586
ſamba ciuitas 585
ſamaica 270
ſamandrachi inſula 262
ſamarei populi 502
ſamaria regio 510
ſamargana urbs 565
ſamamyciȷ populi 361
ſamandria opp. 255
ſamarobriga 55
ſamarinum 147
ſamas ciuitas 51
ſambatæ populi 529
ſambroca amnis 44
ſambolaca urbs 579
ſamdabalis amnis 575
ſami populi 735
ſamnina ciuitas 544
ſamitium 134
ſamidacus amnis 551
ſamia uaſa 439
ſamminiatum opp. 159
ſamnitæ populi 630
ſammina uicus 532
ſammithici ſepultura ubi 389
ſammitarũ pop. ſitus 50
ſamoſata ciuitas 500
ſammoniũ uel Salmoniũ promontorium 347
ſamothracia inſula 262
ſamos 327.725
ſamos inſula 643
ſamoſata urbs 755
ſamothrace 718
ſampulos 138
ſamulis oppidum 505
ſamus urbs 746
ſamunis ciuitas 484
ſamnitium regionis ſitus 184
ſampol 55
ſamus inſula 438
ſana urbs 489
ſanarei populi 479
ſanais oppidum 535
ſancta uictoria 135
ſancta ſeuerina 209
ſancti Martini 135
ſancti fili 214
ſanctus Georgius 212
ſanctus Archangelus 147
ſanctus Sebaſtianus 135
ſanctus Damianus 136
ſanctus Saluator 135
ſanctus Secundus 138
ſanctus Georgius 135
ſandalmazius 135
ſandana opp. 254
ſandanorum gens 578
ſandamiria 83
ſandaracurgiũ mons 455
ſandobanes amnis 484
ſandobanes fluuius 730
ſandrabati populi 579
ſanduci opp. 19
ſangamarta ciuitas 581
ſangarius amnis alio nomine Sangaris uel etiam Zangari dictus 418
ſangarius fluuius 564
ſangarus amnis 449
ſangarus amnis 415
ſanglaudus 60
ſangonus 134
ſangrum opp. 183
ſangrus fluuius ib.

ſangui-

ſanguinarius 145
ſanir mons alio nomine Seyr dictus 517
ſanir urbs 504
ſaniſades amnis 347
ſanis urbs 450
ſannaba oppidum 579
ſanuaſili oppidum 341
ſanotus 212
ſantader 35
ſantia 133
ſantillana 34
ſantonũ promontoriũ. 48
ſantonges ib.
ſantones pop. ib.
ſantura oppidum 489
ſapæi populi 410
ſaphatha uicus 547
ſapheica opp. 270
ſaphinem flumen 448
ſapicum caſtellum 341
ſapientia 328
ſapis 143
ſapotreni populi 474
ſappharitæ populi 549
ſapphar Aſcitarũ metropolis 549
ſappha urbs 522
ſapphura ciuitas 508
ſarabus fluuius 577 586
ſaracha pagus 549
ſaraca urbs 532.481
ſaraceni populi 547
ſaracenis cõuerſi ſunt 517
ſaragina urbs 376
ſaralus urbs 455
ſaramana ciuitas 553
ſarauna regio 733
ſarapana urbs 481
ſaraparæ populi 531
ſarata urbs 590
ſaratij populi 537
ſarbacum opp. 246
ſarbonis palus 618
ſarcoa ciuitas 546
ſarcophagos lapis 426
ſarda gemma ubi reperta 436
ſardaracurgium mõs 736
ſardene 432
ſardemiſſus mons 456
ſardenſis urbs 432
ſardi pop. 243
ſardici pop. 270
ſardinia inſula. 606.693.636
ſardinia Ichnuſa olim dicta 217
ſardinium mare 606
ſardis urbs 435
ſardes 736
ſardoum pelagus 684
ſardonix mons 582
ſardum pelagus 353
ſarepta oppidum 498
ſargatij pop. 248
ſargauraſena regio 462
ſari 136
ſariga urbs 565
ſarione 41
ſariphij montes 554
ſariſabis urbs 582
ſariſa regio 490
ſarmalia urbs 455
ſarmatæ populi 626
ſarmatiæ Aſiaticæ deſcriptio 472 (237
ſarmatiæ regionis ſitus
ſarmatiæ termini 238
ſarnego 127
ſarnica urbs 521
ſarona regio 502
ſaronicus ſinus 332
ſarônicus ſinus 325.332
ſarpedon 467.450
ſarpedõ dux Cretẽſiũ 441
ſarponara 214
ſarra ciuitas 498
ſarrana urbs 523.364
ſarſena 146
ſartalea regio 490
ſarta urbs 553
ſarthæ pop. 240
ſartianum opp. 160
ſaruena urbs 463
ſarus fluuius 468.183
ſarus amnis 466
ſarzanus 138
ſaſſaris opp. 217
ſaſca oppidum 565
ſaſſina 146
ſaſno inſula 275
ſaſoni inſula ibid.
ſaſpirena inſula 384
ſaſones populi 562
ſaſſula urbs 175
ſaſura urbs 366
ſatabis 35
ſatactha 408
ſatala caſtellum 465
ſatinois fluuius 742
ſataphara urbs 489
ſatricum colonia 178
ſatriculus opp. 184
ſatricæ pop. 269
ſattalia urbs 457
ſatuel 29
ſaturnana 132
ſaturnium mare 606
ſaturni pop. 241
ſatula uicus 547
ſaturnus 145
ſaturni promontoriũ 407
ſatyri 352
ſatyrorum inſulæ 589
ſauari pop. 241
ſaua amnis 354
ſauara urbs 529
ſaudaca urbs 409
ſaudata urbs 545
ſauua urbs 454
ſauoſtopolis urbs 480
ſaucha ciuitas 524
ſauia 36
ſauignanum 147
ſauius 143
ſauoglia 67
ſauonis urbs 153
ſauorgnanum 114
ſaurania oppidum 460
ſaurata urbs 456
ſauromatæ gentes. 647.& 238
ſaus amnis 94.90
ſaxones propriæ appellati 76
ſaxones pop. 74
ſaxonia habet fontes ſalẽ coquentes 76
ſaxoniæ noſtri temporis deſcriptio 75
ſaxoniæ termini ib.
ſaxonię circũſcriptio 74
ſaxum corbarium 147
ſaxuniferratum opp. 148
ſazoa ciuitas 532
ſcabina ciuitas 532
ſcabiſa ciuitas 502
ſcadiſia urbs 459
ſcęleos portus 272

ſcaſa-

ſcaſatus fluuius 193
ſcaſhuſen 59
ſcalea opp. 212
ſcalas amnis 185
ſcalabis 30
ſcaldè amnis 55
ſcalona 37
ſcaldubium 146
ſcalla 123
ſcamander fluuius 424
ſcandalion urbs 431
ſcandauiæ 78
ſcandiæ ibid.
ſcandianum 139
ſcandia 10
ſcandea urbs 330
ſcandelorum caſtellũ 457
ſcapha oppidum 523
ſcapitani pop. 218
ſcapi opp. 256
ſcarphea opp. 310
ſcardonius ſinus 97
ſcardus mons 713
ſcardona 99.96
ſcenas urbs 528
ſcenetæ populi 413.547
ſcenetæ Arabes 520
ſcepſis oppidum 426
ſchampeis opp. 284
ſchædia habitatio 389
ſchaphis amnis 263
ſcharis opp. 13
ſcheningis 13
ſchera 235
ſcherya 291
ſchieza 145
ſchilaci 109
ſchœnum opp. 309
ſchœnus 311
ſchœnuntis portus 333
ſchollin ſiue olenia 326
ſchothri populi 669
ſciechani pop. 11
ſcipio Carthaginem euertit 361
ſcirtontes 103
ſcitis inſula 17
ſcius fluuius 271
ſclaui 89
ſclauonica 81
ſclauonia 89
ſclauonia 94
ſcodroatæ 103
ſcolus pagus 724
ſcomius mons 171
ſcombaria 39
ſcoparius 138
ſcope promontorium 441
ſcopha urbs 376
ſcopia opp. 256
ſcorda 105
ſcordæ gentes 555
ſcordiſcus mons 439.731
ſcordiſci 90
ſcordis inſula 551
ſcorpiophera regio 565
ſcoroba mons 418
ſcordiſcus mons 461
ſcotia unde dicta 16
ſcotuſa opp. 276
ſcrutari 105
ſcutana 139
ſcura 135.134
ſcyathis uicus 375
ſcyathica regio ibid.
ſcydra opp. 285
ſcylla Niſi filia 332
ſcylletium 209
ſcylleum promontorium 332.213
ſcyphæ opp. 304
ſcyphacis regia 354
ſcyphax ibid.
ſcyraci pop. 243
ſcyros inſula 318
ſcyrus inſula 642
ſcyras 312
ſcythę populi 650
ſcythæ populi 708.243
ſcythæ Halizones 420
ſcythæ populi 687
ſcythiæ extra Imaũ montem ſitus 562
ſcythiæ regionis quę uulgo Tartaria dicta eſt, ſitus 559
ſcythopolis urbs 505
ſcythranius portus 376
ſebalia urbs 461
ſebaſta urbs 510
ſebaſtapolis 459
ſebaſta oppidum 467
ſebaſtia urbs 461
ſebaſtus portus 507
ſebenniticum oſtium 380
ſebennitus urbs 389
ſebennites populi 389
ſeberidæ populi 418
ſebinus 127
ſebius oppidum 514
ſeburri pop. 33
ſecaloſa inſula 332
ſeceni 26
ſeahiſirmium opp. 28
ſechia 139
ſedala ciuitas 489
ſedlitium 82
ſedones pop. 241
ſedunorum patria 67
ſegadunium opp. 50
ſegeſta opp. 236
ſegedina opp. 252
ſegeſta 89
ſegeſta opp. 227
ſegium urbs 741
ſegiſauiunculum 35
ſegiſama 36
ſegiſſa 40
ſegius mons 63
ſegnia amnis 49
ſegion 63
ſegonia 31.37
ſegontia 36
ſeguſium 134
ſela fluuius 327
ſela ciuitas 536
ſella oppidum 338
ſelandia 78
ſellas oppidum 342
ſeleucis regio 755
ſelembina 28
ſelenis fluuius 467
ſelenſis 42
ſeleucus Nicanor Rheblatam urbem condidit 501
ſeleutia urbs 732.457.447.754.469.522
ſelga oppidum 458
ſeleoberia urbs 465
ſelga urbs 655
ſelignæ 74
ſelinis portus 376
ſelinum oppidum 345
ſelinuſius lacus 437
ſelinus amnis 525
ſelios opp. 267
ſelium 30
ſeltia urbs 490

ſelur urbs 582
ſelymbria oppidum 713
ſemana ſylua 75
ſemelæ condidit urbẽ Lacedæmonem 342
ſemecolis lacus 501
ſemina pagus 541
ſemiramis 527
ſemiramis Medorum regina condit Babylonẽ 662
ſemiramides montes 551
ſemiſus uicus 465
ſemoleg 130
ſemonites 420
ſemnonũ regiõis ſitus 146
ſena urbs 554
ſenaar campus 525
ſenega 127
ſenegallia 147
ſenacherib rex 510
ſenia ciuitas 94
ſeneſe caſtellum 207
ſenſij pop. 254
ſenta 105
ſentites populi 375
ſepias promontoriũ 281
ſeptæ oppidum 448
ſepias promontoriũ 717
ſeptentrionalior plaga ſalubrior eſt & gignendis hominibus aptior 70
ſepiuſa inſula 442
ſepphoritanus fons 509
ſequinus fluuius 467
ſequanæ ſiue Senæ origo 53
ſequani pop. 60
ſeraca oppidum 478
ſeracapriola caſtellũ 202
ſeræ populi 443
ſerbonis lacus 757
ſeres 285
ſeres populi 563
ſerbetis amnis 355
ſerij populi 475
ſerchius 155
ſerropolis urbs 469
ſera urbs metropolis 564
ſereto 45
ſeruilianum opp. 150
ſeſtiaria promontoria 352
ſeſama urbs 523
ſeſamus 419
ſeſſa opp. 194
ſeſquitertia quid 769
ſeſoſtris Lapideæ ſtatuæ ubi 390
ſeſoſtris rex 381
ſeſtos inſula 642
ſeſſis 132
ſeſtos opp. 272
ſeta urbs 352
ſeuduſa inſula 446
ſeuia uicus 524
ſeuſamora urbs 482
ſextum 131
ſeyr mons 518. 504
ſezireth 247
ſiala urbs 464
ſiagul oppidum 363
ſiaros 92
ſiæ urbs 490
ſibaris urbs 481
ſibemiſſa inſula 241
ſibenicus 100
ſibilliæ riuus 23
ſibyllia urbs 24
ſicambri populi 73.707
ſicani populi 702.435
ſicaminũ promõtoriũ 499
ſicandrus 323
ſicani pop. unde dicti 43
ſicca urbs cognomine Veneria 359
ſiccuria promontoriũ. 365
ſichon mons 628
ſichen urbs 510
ſichinum caſtellum 469
ſiculi 103
ſicilia inſula 639
ſicilia ab Italia auulſa eſt ob Aetnæ incendiũ 679
ſicilia, cella penaria reip. Rom. 222
ſicilia, Romanum horreũ olim 703
ſicilia tota cauernoſa ib.
ſiculi populi 702
ſicilia minor 322
ſiculotæ 103
ſiccura 39
ſiculenſij pop. 218
ſiculum mare 606
ſicura 26
ſicyonia unde nomen habet 325
ſicyonis opp. 502
ſida urbs 461
ſida colonia 457
ſiddenis oppidum 366
ſideritis lapis qui & magnes 426
ſidini homines 549
ſidon urbs 497
ſidon urbs unde dicta ſit 498 657
ſidonij populi 756
ſidonij populi 756
ſidon urbs ibid.
ſidones pop. 83
ſidrona 99
ſidyma urbs 452
ſiſano inſula 321
ſiſſallum opp. 225
ſiga amnis 354
ſiganeum oppidum 480
ſigapolis colonia 354
ſigara 567
ſigarra 41
ſigdana inſula 551
ſigenſes portus 354
ſiges 42
ſigillum caſtellum 213
ſigillis fluuius 24
ſignia mons 450
ſiginni populi 537
ſigiploſij populi 368
ſiglianum 211
ſigna urbs 489
ſignia opp. 178
ſigobriga 38
ſigriana regio 531
ſigulones 73
ſilampura ciuitas 587
ſilarus fluuius 197
ſilas fluuius 751
ſilbium oppidum 449
ſilda ciuitas 353
ſilenis urbs 457
ſilenus amnis 429
ſiler 145
ſileum uicus 549
ſilius mons 365
ſilli populi 411
ſiluri beluæ marinæ 399
ſilum flumen 535
ſilurus 387
ſiluum urbe 458

ſilphius herba 369
ſilphiophora regio ib.
ſilphiophora urbs 370
ſiluas 29
ſimbra urbs 452
ſimian caſtellum 504
ſimar mons 520
ſimiarum ubi copia 358
ſime inſula 446
ſimeon Hieroſolymorũ rex 505
ſimiſo urbs 454
ſimiſti urbs 359
ſimpſida urbs 541
ſimyra oppidum 496
ſinna urbs 523
ſinna oppidum 524
ſinacha urbs 523
ſinachæ montes ibid.
ſinnada urbs 449
ſinarũ regionis ſitus 589
ſincar oppidum 533
ſinibra oppidum 465
ſinda uicus 477
ſindæ inſulæ 589
ſindanna urbs 453
ſindaga oppidum 541
ſindeis portus 477
ſindica urbs 729
ſinidus fluuius 461
ſindocauda ciuitas 583
ſindis amnis 556
ſindica oppidum 465
ſinga ciuitas 500
ſingara urbs 522
ſingas amnis 499
ſingaris mons 520
ſingidunum opp. 255
ſingidana opp. 254
ſingona 83
ſingus opp. 278
ſini ciuitas 504
ſinica oppidum 553
ſinis colonia 465
ſinope Aſopi filia 454
ſinoppe opp. 187
ſinopei populi 461
ſinope urbs 735
ſinopenſium emporiũ 419
ſinoregia urbs 465
ſioda uicus 484
ſioga 85
ſiparuntum 105
ſiphis 322
ſipphara caſtellum 521
ſiphara urbs 565
ſiphnus inſula 728.321
ſipontus ciuitas 201
ſipylus mons 435
ſipylum oppidum ib.
ſiraci populi 473
ſiracena regio 489.552
ſirbonis ſtagnum 381
ſirbis fluuius 451
ſirgium promontoriũ ciuitasq́ eiuſdẽ nominis 431
ſiris ciuitas 207
ſirides inſulæ 347
ſirmin urbs 500
ſirmio 124
ſiropum urbs 377
ſiſapena 38
ſiſara 358
ſiſaracca 36
ſiſarus fluuius 354
ſiſcia 88.99
ſiſmara caſtellum 465
ſiſyphus latro Aeoli filius condidit Corinthum 336
ſittace oppidum 530
ſittaphius campus 357
ſithina ligna 588
ſitiphin colonia 355
ſitici colonia ibid.
ſithiogadus amnis 538
ſitriũ promontorium. 430
ſiuata urbs 455
ſiur portus 357
ſixopolis opp. 263
ſiziges populi 563
ſmaragdi in monte Taygete inueniuntur 334
ſmaragdus mons 383
ſmintheus Apollo 742
ſmotus 246
ſmyrna ciuitas 433
ſmyrna uxor Theſei Theſſali 433
ſmyrna urbs 746
ſmyrna Trachea 438
ſmyrnei populi 433.430
ſmyrnophoros urbs 547
ſniarum regio 591
ſnigara oppidum 517
ſninthius Apollo 431
ſoaca urbs 547
ſoagria 137
ſoapa flumen 583 & 147. 482.161
ſoanocolphi populi 475
ſoanus fluuius 189
ſobanus fluuius 586
ſobara caſtellum 464
ſobal regio 516
ſobidę gentes 540
ſoboridæ populi 410
ſobus qui & Subula fluuius 397
ſocanda urbs 553
ſochor uicus 545
ſoclous 92
ſocoſſij fretum 350
ſocratis inſula 544
ſodi populi 482
ſodoma urbs 757.512
ſodomum oppidum 658
ſodomitica terra 510
ſodomitæ gentes 511
ſoducena regio 489
ſofumbergum 114
ſogdianæ prouinciæ ſitus 556
ſogora 89
ſogozanum 123
ſolana urbs 564
ſoldani qui 393
ſoldaia opp. 250
ſoldinum caſtellum 495
ſolẽtia promontoriũ 398
ſoletum opp. 205
ſoligus 121
ſolignanum 138
ſolis ciuitas 381
ſolis mons 351
ſolis portus 584
ſolis inſula 430
ſolinſchiza 100
ſollygia caſtellum 337
ſoloë ciuitas 494
ſoloẽn uir 420
ſoloen amnis ibid.
ſolonæ colonia 100
ſolorium mons 22
ſolueborcti opp. 13
ſolumborgum 115
ſolyma mons 452
ſolymi montes 749
ſolymi populi 452.450

ſolymus collis 746
ſomina fluuius Picardiã à Normandia diuidit 51
ſomma 132
ſomylla promontorium. 572
ſonzinum 117
ſophanitæ populi 549
ſophanis urbs 376
ſophena regio 489
ſophtha inſula 537
ſophia opp. 258
ſophnia regio 487
ſopoto opp. 290
ſophyra quæ & tena aurea 588
ſora uicus 524
ſora ciuitas 581
ſoradæ inſulæ 444
ſoræ populi 581
ſoræi populi 353
ſorantum opp. 226
ſorba ciuitas 553
ſoracte mons 163
ſorda 178
ſoregum 130
ſoreus opp. 318
ſorthida urbs 528
ſorga 65
ſorgę in Rhodanũ ingreſſus 65
ſoria 36
ſorlinga 20
ſornum opp. 254
ſoruia 63
ſoſipti portus 544
ſoſthenis opp. 289
ſoſtratus 378
ſoſſus amnis 228
ſota oppidum 562
ſotira oppidum 565
ſoxtra ciuitas 568
ſoyta urbs 490
ſozotæ populi 550
ſpaca lacus 533
ſpaica opp. 270
ſpalatum 100
ſparta ciuitas 631
ſparta urbs 343
ſpartaria 38
ſpartellum promontorium 351
ſpartus Phoronei filius ampliauit urbem Spartã & ideo uocata eſt ab illius nomine 343
ſpeleunia urbs 502
ſpellium opp. 165
ſperchia opp. 283
ſperchius amnis ibid.
ſpermophagi populi 410
ſperus amnis 217
ſpetalei ſcopuli 317
ſphagia 318
ſpilimbertum 139
ſpinal 59
ſpiræum promontorium 332
ſpirenſes 59
ſpitama quid ſit 769
ſpitopolis oppidum 418
ſpledon opp. 308
ſpoletum urbs 166
ſpræua fluuius 76
ſricopia urbs 12
ſrida 91
ſtaber 39
ſtabulum 44
ſtachnus flumen 398
ſtaccha 36
ſtadium quid 3
ſtafilum opp. 150
ſtagnara colonia 263
ſtagno 67
ſtagnum opp. 101
ſtagues 40
ſtain 60
ſtalemura promõtorium 467
ſtalimene inſula 278
ſtampalia inſula 444
ſtampolda 266
ſtampoley ib.
ſtantira opp. 277
ſtariare 83
ſtaſam 136
ſtata uicus 549
ſtauani pop. 245
ſtillum 209
ſtiphana lacus 460
ſtiria opp. 313
ſtiues opp. 308
ſtoborũ promõtoriũ 357
ſtockholmia 12
ſtomalina uicus 443
ſtomio amnis 328
ſtopona 18
ſtora oppidulum 357
ſtouira urbs 551
ſtrabo Geographus quo tempore floruerit 691
ſtradella 137
ſtrata 121
ſtragona 77.89
ſtraua urbs 552
ſtraſoldum 114
ſtrato flumen 532
ſtratonice urbs 448
ſtramitium 99
ſtratoclea mons 477
ſtratus opp. 295
ſtrengis ciuitas 12
ſtrigonium ciuitas 91
ſtrimon fluuius 714
ſtriualli 298
ſtrimon amnis 634
ſtrongyla inſula 638
ſtrongyle inſula 225
ſtrogylis mons 552
ſtrongyle inſula 704
ſtrophades gentes 526
ſtrophades inſulæ 298
ſtrongylæ inſulæ 451
ſtruthocameli 411
ſtruthophagi populi 411
ſtrymona opp. 271
ſtrymon fluuius 276
ſturni opp. 204
ſtymon fluuius 416
ſtymphalus opp. 339
ſtymphalus mons 333
ſtymphalides aues unde dictæ ibid.
ſtyria inſula 492
ſtyx aqua mortifera conſtringit uiſcera 334
ſuar regio 465
ſuarchia ciuitas 241
ſuardeni populi 472
ſuaria 88
ſuauetę 85
ſublagneum opp. 175
ſublitius pons 166
ſubiacum opp. 175
ſubrita oppidum 349
ſubur 42
ſuburis amnis 351
ſubur amnis 353
ſuburbia municipus 355

ſucidana opp. 258
ſuccinum 239
ſuccinũ quomodo naſci-tur 78
ſuccoſa 41
ſucro amnis 59
ſudaua urbs 555
ſudernum 163
ſudini pop. 246
ſudracena regio 580
ſuelum opp. 28
ſueſa 147
ſueſſa opp. 194
ſueſtaſium Tullica 36
ſuetia 12
ſuetia pars Vergionis 10
ſuetiæ deſcriptio 13
ſueuia regio 610
ſuezai 91
ſueui 75
ſueuus amnis ib.
ſueui 82
ſueui rei agrariæ non ſtu-dioſi 75
ſueuij 74
ſueui populi 707
ſulmo opp. 182
ſulgas 65
ſulones pop. 246
ſulzam 127
ſumariã promontoriũ. 153
ſumuchis urbs 366
ſunij pop. 313
ſuperatij pop. 35
ſuperum mare 95
ſuphtha urbs 540
ſur 98
ſuruba opp. 478
ſura oppidum 530
ſur ſolitudo 512
ſura urbs 506
ſura urbs 482
ſuragana urbs 556
ſurani populi 475
ſurrhentum opp. 196
ſuriga ciuitas 551
ſurium oppidum 481
ſurdus portus 717
ſurrattha oppidum 519
ſurrhentina uilla 196
ſurta ciuitas 489
ſurullis opp. 218
ſuſa 534
ſuſa urbs 531.534.536
ſuſallea uicus 218
ſuſianæ prouinciæ ſitus. 534
ſuſiana 531
ſuſidata 77
ſuſied 103
ſuſſa colonia 363
ſuſatum 74
ſuthul oppidum 355
ſutrium opp. 163
ſuuignacum 111
ſuzæi populi 537
ſyanticum 87
ſybaris ciuitas 207
ſybaris urbs 701
ſybaris fons in Buraà quo flumẽ in Italia denomi natum eſt 336
ſybote portus 291
ſycapha urbs 366
ſychalitæ populi 545
ſychalitis ſinus 545
ſycta urbs 538
ſydmia collis 451
ſydonia inſula 383
ſydri populi 567
ſyene ciuitas 593.595
ſygilium caſtellum 460
ſylari populi 630
ſyloẽ fons 514
ſyma mulier 446
ſynnada regio 738
ſymnitæ populi 474
ſymplegadæ 264
ſyn deſertus 518
ſyna mons 517
ſynoria urbs 462
ſyon mons 514
ſyos fluuius 325
ſyphaces 356
ſyphaces Herculis & Tingæ natus 352
ſypariſsium promontori-um 327
ſypheum opp. 215
ſyphus inſula 321
ſyra 310
ſyraſtrena regio 572
ſyracuſæ opp. 229
ſyracuſani populi 702
ſyracuſæ urbs 701
ſyria quã latè pateat 754
ſyria caua quam latè pa-teat 756
ſyriaſtra uicus 572
ſyriæ pylæ 500
ſyris urbs ibid.
ſyrmatæ 238
ſyrij populi 657
ſyriphion promõtoriũ 263
ſyrozon regio 473
ſyromedia regio 531
ſyrtes ſinus 612
ſyrtis magna 352
ſyrtis magnæ initium ubi 365
ſyrtis parua ubi incipiat ſe inſinuare 364
ſyrus fluuius 619
ſyrus inſula 442
ſyſdra urbs 457
ſyſpiretida regio 490

T

TAbalorũ pop. ſitus 49
tabor 82
tabudis 54
tabana 251
tabelliorũ gens effodien-di auri ſtudioſiſsimi 48
tabiena regio 540
tabirius mons 514
tabuba urbs 549
tabulla amnis 54
tabullæ ortus & decurſus eius 54
tabellij pop. 48
tabuſion caſtellum 458
tacatia urbs 357
tacapa colonia 364
tachaſara urbs 532
tacola emporium 588
tachora urbs 368
tachorſa urbs 376
tachori populi 557
tachaphoris urbs 376
tader 59
tæbius amnis 19
tænaria promontoriũ nũc Matæam caput 329
tagara urbs 582
tagi 50
tagoda ciuitas 484
tagræ opp. 249
tagri pop. 246
tagulis urbs 366

tagus

tagus flumen 685.294.432
tala 137
talaſia inſula 260
talbonda oppidum 458
tallara urbs 582
talaus urbs 199
taliacozium opp. 168
talcinum opp. 216
talubath ciuitas 404
tamna regia 549
tamaritis 42
tamar caſtellum 30
tamaſa amnis 480
tamaſis urbs 579
tamaia opp. 18
tamara ciuitas 20
tamiros urbs 445
tamuſa oppidum 351
tamuſida ciuitas nũc Pheſ-
ſa dicta 353
tamyne opp. 317
tamyria ſiue tamyriacum
promontorium 243
tambizi populi 555
tanadaris caſtellum 466
tanagra oppidum 538
tanes oſtium 380
tanetum 138
tanagra opp. 308
tanais fluuius 244
tanais fluuius 647
tanais urbs 478
tanais fluuius Europã ab
Aſia ſeparat 604
tanatis opp. 255
tanatiæ pop. 248
tanis opp. 315
tancheplum 392
tanis inſula 381
tanis ciuitas 393
taniticum oſtium 380
taoca ciuitas 538
taoce promontorium 537
taozeni populi 537
tapemereas 68
taphoſſus collis 300
taphites promontorium.
363
taphros 251
taphrura uicus 364
tapoſiris oppidum 377
taprobana inſula 645.596
taprobanes 800 oppida
habet 583
taprobanis inſulæ ſitus.
582
tapſum oppidum 500
tapura caſtellum 465
tapuræi populi 561
tapuri montes ibid.
tapuri populi 531.554
taracena regio 566
tarrabenij pop. 216
tarraga 36
taraconenſis 21
tarteſſos 27
targarum urbs 366
tariana ciuitas 536
tarina urbs 489
tarmiſidaua opp. 258
tarna urbs 435
tarſus urbs 749
tarſus fluuius 740
tarentum urbs 705
tarteſſus mons 628
tartari 125
tarba oppidum 345
tarbonei 37
tarconenſes nationes 31
tarra 90
tarentini populi 705
taraconenſis prouinciæ fi-
nis 44
taruania ciuitas 54
tarchiæ inſulæ 363
taruana ciuitas 552
taruda urbs 355
taranteſsia 133
tarentini populi 630
tarra 138
tarentinus ſinus 205
tarifa 27
tarentum urbs 200
taraco 42
tariona 98
tarrum urbs 355
tarſis regio 590
tarſis lapis quid ſit apud
Hebræos 590
tarſium 92
tarſus urbs 468
tartari 476
tartari pop. 245
tartaria antiqua regio 562
tartara Zagatea regio
553
tartarus 125
tarſatica 94
tarteſſus 24
tarteſſus 25
taruatta 403
taruſco opp. 68
taruania 56
tarona 251
tarquiniæ lacus 163
tarzentum 114
taſaritæ populi 549
taſca oppidum 490
taſci populi 664
taſta opp. 49
taſos inſula 260
taſtacha urbs 541
taſtina urbs 489
tatta lacus 737
tathi 408
tathyris pagus 392
taua urbs 565
tauca urbs 389
taugala urbs 582
tauri populi 627
tautalis urbs 435
tauri promontorium 457
tauriſcorum flumina, gra-
na aurea ferunt 86
tauciana urbs 565
tauris urbs 490
taurica Cherroneſus 709
tauriſcos aurifodinas ha-
bere 86
taurinum opp. 255
taurinæ gentis ſitus 135
tauromœniũ colonia 231
taurominium 701
tauropolium promonto-
rium 439
tauropola diana 547
taurus mons 728.471
taurus amnis 452
taurus mons ubi incipiat
433.440
tautica oppidum 534
tauruntium 66
taxiana inſula 535
taxilla regio 578
taxgætium 85
taxium oppidum 455
taygeta mõs dictus à Tay-
geta filia Agenoris re-
gis Phœnicum 534

taygeta mons 333
tazina urbs 532
tazos ciuitas 478
tazus 251
teanum opp. 202
teanum Sidicinum 194
teana urbs 579
teatea opp. 181
tearus fluuius 261
teaulus 95
tebenda urbs 459
tebros urbs 559
tectoſages 453
tectoſaces populi 561.49
tedianus 94
tedi ciuitas 166
tedium ciuitas 524
tega urbs 366
tegea urbs 366
tegea nunc Muchli ciuitas dicta 339
tegua 36
tegyræ opp. 306
tegamon inſula 446
teganuſa nunc Caurea. 328
teganuſa inſula 330
tei populi 437
telendos inſula 451
teleſia opp. 184
telchinis inſula 445
telon inſula 197
telchines populi 445
telęba urbs 483
telmeſus ciuitas 451
telobis 42
telos inſula 444
teluſa inſula 437
tempe 716
temala ciuitas 585
temenus Heros 341
temeſa opp. 212
temenium oppidum 341
temyris opp. 257
temeſar opp. 254
tempſa opp. 212
tenagros locus 535
tenet 19
tenedos inſula 643
tenedos inſula uaria ſortita nomina 425
tennos oppidum 433
tentyra urbs 392
tenna 149
tenos ab Ariſt. Hydruſa appellatur, à Demoſth. Ophiuſa 319
tenebrium promontorium 41
tenos inſula 319
teneſsis oppidum 412
teniſſa urbs 555
tentyritæ populi 761
tentyritæ naturalem uim habent contra Crocodiles, quemadmodũ Pſylli contra ſerpentes 392
teos urbs 746
tepa urbs 538
teragona 42
teraphnas urbs 452
terenium urbs 180
tergeſte 111
teredon urbs 516
teridata caſtellum 521
termeſſus ciuitas 655
termeſſus urbs 457
terma 212
terua urbs 489
terpyllus 285
terponus 58
terrę duo ſpatia tantũ habitabilia 1
terracina opp. 172
terram in quinque zonas diſtinguere eſt geometræ 682
terracina urbs 171
terranoua 211
terrazuna 36
terra de Bari 203
terrę Gallię deſcriptio 46
terræ forma qualis 682
terræ ambitus quot ſtadia compræhendat 683
tera opp. 285
terentius comicus ubi interijt 339
terriana opp. 255
termodon amnis 653
terebia oppidum 490
terellia 76
termum opp. 167
terturia 259
termum opp. 203
teſſa caſtellum 183
teſena 121
teſmaces 32
tetradium 455
tetrapolis 321
tetrapolis urbs 755
tetrapygia urbs 463
tetraphilia opp. 286
tetrapyrgia opp. 376
teurnia 87
teutrania regiuncula 428
teuthones 74
teuthonarij ib.
teuthoburgium 51
teucrones inſulæ 97
teumeſia promontorium 305
teuthrania urbs 453
teuthoas urbs 326
teuriochemæ 75
thabba urbs 366
thabacra colonia 357
thabana opp. 549
thabena urbs 355
thabirus mons 508
thabilaca oppidum 484
thabor mons 508
thabua uicus 549
thabuca 36
thacona urbs 526
thaguri populi 564
thagura oppidum ib.
thala urbs 358
thala mons 400
thala oppidum 526
thalama urbs nunc Vaſilopotamum 344
thalina urbs 489
thalandi 316
thamara caſtellum 516
thamarithri montes 548
thamaritha urbs 355
thamaſis 19
thamæ opp. 286
thamiris Trax à muſis uſu cantandi priuatus 342
thamuda fluuius 352
thamiſſa 19
thamor urbs 505
thamydeni populi 547
thamyditæ populi 545
thanubari pop. 543
thana ciuitas 519
thamna uicus 515

thana-

thanaſus ciuitas 494
thantis urbs 370
thanatuda 359
thanautis uicus 377
thapana uicus 547
thapſacus oppidum 524
thapſacus urbs 755
thapſo urbs 365
thapſus amnis 274
thaphiæ inſulæ 296
thapſus urbs 363
thapſum urbs 521
tharbacana 566
tharceopolis urbs 435
tharichea oppidum 509
tharo inſula 546
tharra ciuitas 588
thaſia urbs 359
thaſiæ populi 482
thaſos inſula 642
thaſpis oppidum 551
thata 91
thaumantia opp. 283
thauba uicus 524
thegnæ colonia alio nomine Theron dicta 364
theamedis 403
theba ciuitas 435
thebarum nomus 395
thebani Aegyptij impenſe coluerunt aſtronomiam 761
thebani populi 760
theleboides inſulæ 296
thebais urbs nunc Seid dicta 370
thebæ ciuitas 544
thebæ opp. 308
thebæ urbs 633.742
thebæ ciuitas 395
thebeſta urbs 359
thebas campus 434
thebura urbs 530
thebarga oppidum 533
thebes urbs 513
theiproſopon 497
thelbalana urbs 490
thelbeniſſus urbs 502
thelbencana oppidũ 526
thelbis urbs 484
thelda urbs 529
thelda urbs 521
thelgæ oppidum 402
thelma urbs 528
thema urbs 502
theman uilla 517
themiſchyra campus Amazonum 459
themiſcyra regio 735
themiſcua urbs 359
themiſonij populi 449
themiſonium urbs 450
themma ciuitas 524
themodon fluuius 459
themoſis rex euertit Acorin urbem, quã Hebræi priuſquã Aepypto exirent munierant 394
themiſchira reginã, & regiã Amazonum 459
thenæ 359
thena oppidum 510
themipſi oppidum 412
thengubis urbs 524
theodoſia opp. 250
theodoſia urbs 710
theodorus 251
theonochema mons 413
theophanius flumen 476.
theon ciuitas 493 (729
thera 323
thera oppidum 448
thera inſula, urbsq́ 345
therana 41
therambum 279
theramne opp. 315
theraſia 323
therei Bati ſocij 375
thereus urbem Ptolomaidem condidit 368
therion inſula 446
thermopylæ 718
theron colonia 364
thermæus ſinus 717
thermeda 37
thermerium promontorium 441
thermeſſa inſula 704
thermerium promontorium 444
thermetis mons 433
thermilis fons 230
thermodon oppidum 460
thermopontus 279
thermidana 105
theſſalia 287
theſſalis urbs 415
theſſaloce urbs 447
theſeus urbem Pythopolim condidit 420
theſeus cũ Antiopa bellũ geſſit 420
theſeus Theſſalus 433
theſidices populi 531
theſſalonicenſes magicę arti dediti 288
theſpiæ urbs 724
theſſalia regio 634.714.& 716
theſſalonica urbs 716
theſara urbs 529
theſsiris amnis 478
theuchira urbs 368
theudalis oppidum 359
theutron oppidum nunc ſcopia 329
thiagola 79
thiagola palus 257
thialemath uicus 545
thiauna oppidum 484
thibinis urbs 355
thieba urbs 359
thimiſa urbs 362
thimites 392
thiphonis reſpiratiões 382
thiracæ pop. 244
thirea amnis 331
thirmida oppidum 358
thiſica urbs 359
thizibius 365
thoantium promontoriũ 444
thoas urbs 447.295
thochari populi 555
thocatum urbs 460
thona urbs 382
thopeſtis lacus 487
thopitis lacus 755
thorici pop. 313
thorax mons 448
thorei pop. 313
thorin opp. 239
thoſpia urbs 490
thracia 415
thracia regio 631
thraces populi 714.687.& 707.617
thraconitidis terra 506
thraconitæ Arabes ib.

threſtrides inſulæ 318
thriaſius campus 312
throana ciuitas 566
throani populi 564
thryon unde 328
thuauis caſtellum 389
thuburgis ciuitas alio nomine dubutis dicta 359
thudacha urbs 355
thumna uicus 548
thumata uicus 548
thunuba 359
thunudromũ colonia ib.
thunuſda urbs 359
thuphium oppidum ib.
thurcoricum 56
thuriates ſinus 329
thuriæ colonia 329
thurij populi 701
thurium opp. 308.344
thurium oppidum 441
thyatira 296
thyatira urbs 448.435
thycunta 304
thycini populi 418
thyle inſularũ ſeptentrionaliũ ultima, eiusq; deſcriptio 9
thyle inſula 645
thymbra herba 427
thymbra uicus 440
thymbræus mons 427
thymbrio condidit Samũ 438
thymianus promontoriũ 291
thynnia inſula olim hodie Farnaſia dicta eſt 418
thyniæ promontoriũ 263
thynacum ſitus ibid.
thyni pop. 708
thyreę ciuitas 342
thyriades & eorum interpretatio 329
thyrintia ciuitas 341
thyrrea inſula 297
thysbæ 305
thyſſagetæ pop. 244
tiagæ pagus 549
tiara urbs 463
tiaſum opp. 254
tiatura urbs 580
tibareni populi 653 362
tiberiadis 508
tiberiadis lacus 658.509
tiberiopolis 449
tiberius Cæſar 415
tiberiacum 145
tiberis amnis 157
tibiſta opp. 258
tibulatij pop. 217
tibula opp. ib.
tiburba urbs 366
tibures pop. 35
ticenia ciuitas 366
tichesa urbs 366
tichius opp. 304
tifernus amnis 183
tigis colonia 355
tignia fluuius 149
tigris fluuius unde originem habeat 755.733
tigris amnis 661
tigris flumen 486
tigranes maioris Armeniæ rex 464
tigranocerta 490
tigrana ciuitas 532
tigranoama urbs 490
tigrides Indiæ maximi pagina 751
tiliauemtum 113
tilogrammum ciuitas 574
tilex prumontorium 216
tiluta caſtellum 521
tilum ciuitas 218
timagenis inſula 543
timauus 112
timaxa oppidum 420
timbris amnis 418
timiça 359
timici ciuitas 355
tinacum opp. 256
tindaridæ 638
tindarij ſcopuli 376
tinga Antei uxor 352
tinga urbs 350
tingis urbs olim nũc Tanger 352
tingitana Mauritania 350
tinilla urbs 489
tion 420
tiora urbs 158
tios inſula 437
tiparenus inſula 332
tiphernum urbs 165
tirallis caſtellum 446
tiriſcum opp. 254
tiritha urbs 514
tiros caſtrum 331
tirynthis urbs ib.
tiſa urbs 551
tiſaphernes Perſarũ dux 447
tiſcouentus urbs 457
tiſizima urbs 355
tiſſa opp. 233
tiſurus alio nomine Tiſdra Putea dictus 366
tiſſana 114
titanus ciuitas 430
titariſſus uicus 465
titua urbs 455
titulia 57
titurus urbs 455
tium oppidum 419
tiumuille 58
tobana urbs 455
tochari populi 652
tocoloſida urbs 353
tocoſana flumen 585
toduluçæ populi 354
tœnarus 721
toga ciuitas 489
toi ciuitas 395
toledo 57
tolentinum opp. 150
toletum 37
tolgus opp. 293
tolmin 114
tolonia colonia 62
tolom 66
tolotæ populi 355
toloſe 61
toliſtobogi populi 453
toliſtochoria 455
tolmideſca urbs 502
tomara ciuitas 587
tomarus mons 715
tomborch opp. 254
toncletus amnis 565
tonica emporium 408
tonzarma ciuitas 532
tonzon opp. 263
topazitæ 375
topazius lapis 407
topazius inſula 545
topiris opp. 270

tot

tor 114
torangitæ pop. 246
toraſena regio 489
torbia caſtellum 152
torchola 101
tordinus fluuius 149
torerica promontorium 478
torgilium promõtorium 438
tornai 55
torneſe olim Araxus 326
torona opp. 291
torphea Auguſti caſtellum 152
toſale inſignis metropolis 587
toſcana 154
toſcanella opp. 162
toſorgia 55
totena regio 489
toxili populi 669
trachani opp. 258.240
trachin 304
tractia opp. 240
traducta Iulia 553
tragæ inſulæ 441
tragelaphus ubi naſcatur 481
tragonica urbs 538
tragurium 100
tracanopolis 429
traianus portus 156
traiectum opp. 179
traiectij ciues forma egregia 57
trallis urbs 447
trallitæ populi 413
trani opp. 203
tranſaccum opp. 186
tranſducta 27
tranſyluania regio 255
trapeze promontoriũ ꝗd & Gygao 424
trapezon collis 500
trapezopolis 447
trapezos urbs 461
trapezuſæ oppidum 462
trauaxa oppidum 534
trauena 73
trebola urbs 158
trebendæ uicus 452
trem 136
tremezum 150
treres populi 448
treſtargum uicus 560
treta ciuitas 545
tretus portus 545
treueri 58
treuium 128
triaræ gentes 482
tribactra urbs 558
triballi populi 711.256
tribanta uicus 449
tribazina urbs 565
tribolla 248
tribones pop. 59
tribus Sappinia 164
tricaſij pop. 52
tricattini pop. 168
tricæneum Eſculapij ſacellum 344
trichaiçes populi 727
trichinia uicus 724
triconia oppidum 449
tricornium opp. 255
tricorum promontorium 365
tridentum 124
trieris locus 502
triffanum opp. 187
trimanium opp. 258
trimiſſe urbs 555
trimiſſen regio eſt hodie, quæ olim Mauritania Cęſarienſis dicta eſt 553
trimonia 74
trinaſus ſtatio 329
trincinum 92
trinſantona 20
trineſa 573
triopia inſula 445
triopus 446.430
triphulum opp. 255
triphilia opp. 286
triphylia regio 719
trihyliacus portus 327
triphylica unde dicta 327
triphyllos 447
tripolis urbs 497.657.446
tripolis urbs ex tribus urbibus cõgregata eſt 755
tripolis caſtellum 461
tripolis uetus 564
triſurchi uicus 576
triſmiris opp. 258
triſidis ciuitas 555
triſtides inſulæ 406
triuaricum opp. 199
tritia 325
tritium 36
tritogenia Minerua 365
triton mons 540
triton Deus 365
tritõ fluuius in medio Syrtis mare ingreditur 564
triton promontorium 557
triton uiſus eſt in Gaditano oceano temporibus Tiberij Cęſaris 652
tritonis lacus 619
triuentum opp. 185
triuium opp. 165
troaſcha oppidum 552
troezene urbs 332
troezen ciuitas nũc Treſnia & Theſcia ab ſtatione dicta 342
trogetis lacus 464
troginus mons 456.758
troglodite 407.509
trogloditæ populi 375. & 256.473
trogmi gens 455
troia ciuitas in Aegypto 393
troiani qui & Bryges 421
troicus amnis 354
troilium urbs 158
trophea 74
trophea Pompeij ubi 62
truciglos 30
trulla portus 545
tuadris amnis 575
tubanti 75
tuburnica urbs 359
tubuſiptus 355
tucca oppidum 554
tucca urbs 359
tuca altera urbs 550
tucis urbs 685
tuccitira urbs 376
tuccius urbs 26
tucris opp. 57
tuder ciuitas 166
tuderium 77
tugma nobiliſsima ciuitas 587
tugullia opp. 155

tuia 38
tuina 98
tulenſij populi 353
tuliphardum 77
tuliſurgium ib.
tullantij pop. 274
tulleſij 59
tullum ibid.
tulza opp. 258
tummara urbs 355
tuntobriga 32
tunus 137
turaphilum oppidum 355
turbula 40
turcæ 415
turchia uetus regio 561
turchia noua 459
turchi unde uenerint 561
turcorum emporium ubi ſitum 420
turdetani populi 685
turdetani pop. 23
turres albæ 31
turgiglos 30
turdetania 22
turrigia 33
turia fluuius 170
turingi 75
turingia ib.
turinum 134
turiſpij 52
turmegum 30
turone urbs 278
turones 52
turriaſſo ciuitas 37
turris patriæ opp. 188
turris portus 217
turullis 40
turuntis amnis 240
turza urbs 366
tuſaia regio 154
tuſca amnis 356
tuſci populi 475
tuſcubis urbs 359
tuſculum ciuitas 176
tuſcum mare 628
tuſiathath urbs 355
tutea urbs 505
tuticum opp. 184
tuzaga inſula 479
tyana urbs 464
tyanis regio ibid.
tyberis amnis 692
tyberis fluuius 619
tybiacæ populi 562
tybiſcum opp. 254
tybur urbs 174
tycher 44
tylus inſula 546
tympania oppidulum 338
tyndarida urbs 481
tyndarus ciuitas 225
tyndis fluuius 574
tynna caſtellum 466
tyos oppidum 419
typaſa ciuitas 354
typho fratrem ſuum Oliridem uel alio nomine Menelaū interemit 390
typhon fluuius 495
tyrageta populi 709.258
tyragonte pop. 258
tyramba oppidum 476
tyrambæ populi 473
tyrannus 363
tyraſpolis ciuitas 258
tyrictaca opp. 251
tyriſtopolis opp. 258
tyriſtre promontoriū 257
tyrrhenus uir 434
tyrrhenum mare 606
tyrrhenum pelagus 684
tyrrheni populi 629
tyrus ciuitas 498
tyrus inſula 757.546
tyrus inſula, quomodo peninſula facta ſit 756
tyrus Sarra appellata fuit 364
tyrus urbs 657.361
tyſca 356
tyſſa amnis 252
V
VAb fluuius 88
uacca ciuitas 358
uaccæi pop. 36
uacontia 91
uacorium 87
uacuates populi 351
uacunna opp. 168
uacus fluuius 30
uada portus 155
uadia amnis 141
uadicaſſij 53
uadimonis lacus 163
uadiſsi populi 531
uadium opp. 148
uage ciuitas 355
uagia 30
uagum promontoriū 216
uagius fluuius 13
uagoritum opp. 51
uagottri pop. 11
uagen pop. 38
ualle 112
ualla oppidum 353.269
uallaccia magna 254
ualcolor 58
ualona opp. 275
ualentia 135.40
ualentia ciuitas 68
ualentia colonia 353
ualentini pop. 218
ualentinum 135
ualentis amnis 207
uallenum pop. ſitus 49
ualeria 38
ualeria ciuitas 186.219
ualeuza 32
uali populi 475
uallacaſij pop. 52
ualladis 30
uallezum 126
uallina 89
uallis Arni 159
uallon amnis 353
ualmontone opp. 176
ualſoldum 131
ualna ſiue Valnus mōs 355
uandabanda regio 557
uandalia 28
uangana inſula 584
uangiones pop. 59
uanich 247
uannia 129
uarada 37
uaraita 135
uaraſdina 92
uarcus amnis 454
uardanes fluuius 729
uardanus amnis 476.199
uarduli pop. 36
uarena 129
uarena urbs 565
uareſe 131
uari gentes 555
uaria 36
uarianum 113
uarica urbs 482

uarna

uarna opp. 257
uarna caſtellum 532
uarſa regio 578
uarſapa inſula 465
uarus flumen 688
uarus Prouinciam ab Italia dirimit 67
uaſada urbs 455
uaſagada urbs 355
uaſalætus mons 361
uaſbaria urbs 355
uaſcones omnibus orientaliores 36
uaſcontum ib.
uaſeda urbs 482
uaſilica urbs 336
uaſion ciuitas 68
uaſſana ciuitas 355
uaſua urbs 359
uaterfodia 15
uaternum 141
uaternus 145
uatia ciuitas 262
uatia urbs 158
uatica caſtellum 330
uaticinium Dianæ 546
uatida urbs nunc Paleopolis 329
uatislauia 83
uatizs urbs 460
uatrenum 141
uaxamabria 35
ubaneti pop. 58
ubij pop. 57
ubiorum oppid. ib.
uca urbs 532
ucena urbs 455
udaceſpis mons 489
uddata urbs 366
udeni populi 947
udon fluuius 478
udura Oliana 42
uectis 20
ueibi urbs 359
uelanis opp. 256
uelauni 85
uelia 36
ueliæ opp. 198
uellica 35
uelichis amnis 291
uelis 26
uelones 129
uelos ibid.
uelpæ 368
uelum 127
uemphum opp. 178
uena fluuius 351
uenaphrum opp. 188
uenaria inſula 156
uendelia 35
uendo 98
uenecha pagus 533
ueneria 24
ueneta à Patauis ædificata 119
ueneta principe & ſenatu reliquorumq́ ciuium ordinibus, floretiſsima 119
uenetæ eãq́ inhabitantiũ peramplà deſcriptio. 119
ueneta q̃modo cõdita ib.
uenetæ initium eiuſdemq́ augmentum ib.
uenetæ ſitus ib.
uenetiæ regionis ſitus 115
ueneti unde orti 453.115
uenetorum nomina, numerus & poſitio 7
uentulonium opp. 159
uenus Cytherea dicta 330
uenus Arſinoë 382
uenus Ericina 363
ueneris ædes ſacra fuit Corinthi 337
ueneris inſula 322
ueneri templum Aeneas conſtruxit 330
uepillium oppidum 366
ueragrorum patria 67
uerbanus 131
uerbigæ populi 351
uerca 33
uercellæ Libicorum 132
uerlia locus 417
uerendia 13
uergilia 40
uergion inſula 10
uereretum opp. 205
uerona 124
uerona ciuitas 629
uerrugo ciuitas 169
uerſouia 247
ueruca 124.112
uernes populi 351
uesbola urbs 158
ueſcethra urbs 355
ueſcls 26
ueſtfalia 73
ueſeuus mons 193
ueſontium 60
ueſpaſa oppidum 535
ueſperimium 92
ueſporus 416
ueſſones 58
ueſtfall 73
ueſtislar 74
ueſuria ciuitas 49
ueſuuius mons 630.696
uetidi pop. 12
uetellia colonia 169
ueteſtum oppidum 455
uexellodunum 49
ufens amnis 171
uffugum opp. 215
uia ciuitas 354
uiadana 127
uiana 85
uiatica 38
uibantauarium 246
uibarna opp. 202
uibiones pop. 241
uibona Valentia 214
uibonualentia opp. 214
uicegradum 96
uicia ib.
uictoria ciuitas 355
uich 42
uicuport 54
uicus Giur 51
uidana portus 51
uidino opp. 255
uidrus amnis 72
uiducefium natio 51
uiecha 105
uienna 89
uienna fluuius 89
uienna unde dicta ib.
uiennenſes 67
uigeuenum 132
uignola 139
uigollanum 137
uignalum 132
uilimer 74
uillafranca 152.134.41
uillacomia ciuitas 355
uillamaina opp. 183
uillana 24
uillanoua 135.60
uillanen 138

uillata

uillata 158
uilmercatum ibid.
uilſnacum 76
uiminatium opp. 255
uindelici populi 713
uindia urbs 455
uindelitiæ ſitus 85 (ib.
uindelitiæ agri deſcriptio
uindelitia hodie ubi ſita 85
uintium 134
uindius mons 573
uindogara ſinus 17
uindomagus ciuitas 63
uindomia 88
uinnouium 18
uinundria 88
uinzela urbs 455
uior uel ſala amnis 351
uiortheg 13
uipachi 103
uipaus 98
uiromagus 55
uir amnis 33
uiriballum promontoriũ 216
uirueſca 55
uiroconium ciuitas 18
uirouitiza 92
uiruerus uicus 33
uiruni 74
uirunum 87
uirutium 77
uiſalis ciuitas 12
uiſcella 77
uiſcburga 80
uiſera 72
uisluza 83
uiſma opp. 148
uiſmaria 75
uiſochi 91
uiſontium 56.89
uiſpij 80
uiſchegret 147
uiſurgius 72
uitaca urbs 355
uitelliana 127
uitemburgium 76
uiterbum opp. 162
uiueron 133
uiuidi montis extenſio 34
uizanum 199
ulci opp. 199
ulcinium 104
ulchgou fluuius 241
ulderalia regio 12
ulizibirra urbs 366
ulma 24.85
ulppia 56
ulpianum opp. 256.253
uluſerai urbs 478
ulyxippona 29
umberch 76
umbria regio 629.692
umbriæ regionis ſitus 164
umbron fluuius 156.160
unzela oppidum 458
uobrix oppidum 353
uocentiorum 65
uocontij 68
uogia urbs 26
uogera 137
uol ciuitas 366
uolana 141
uolana urbs 158
uolaterana portus 155
uolcæ Arecomiſci 62
uolcæ inter gallicas gẽtes opulentiſſ. 61
uolcæ tectoſaces unde 61
uolcera 94
uolegradenſes 82
uolerius fluuius 216
uolgęſia ciuitas 527
uolgæſus rex Parthorum 527
uoli populi 350
uoli promontorium 213
uoliba ciuitas 20
uolire opp. 205
uolognum 129.139
uolſca 135
uolſinium urbs 162
uolcæ 61
uolubilis oppidum 353
uolubriga 32
uoluefum 115
uopium 133
uordonia oppidum 343
uormatia 59
uorga 34
uorochtha inſula 551
uoſtiza 325
uoter lacus 13
upai 131
uranopolis 457
urbara ciuitas 355
urbinum 147
urbiſalie 150
urbona 24
urbſuetus opp. 162
urceſa 38
urcinium ciuitas 216
uretum opp. 204
ureus amnis 274
urgao 26
urgo regio 155
urios promontorium 458
urium opp. 200.24
urolanium opp. 19
urſabauia 150
urſi albi 11
urſo urbs 685
urumchala caſtellum 500
urzam oppidum 536
uſargata 400
uſdeceſij pop. 269
uſdrus urbs 366
uſellipolis opp. 218
uſilla ciuitas 364
uſincagia urbs 355
uſſara urbs 355
utellabri 15
utelli 38
uthatene ciuitas 587
uthina urbs 366
utica urbs 499.357
uticna urbs 366
utidana opp. 254
utidon 137
utini 14
utricula opp. 186
uuada opp. 153
uualæ populi 475
uuarutha urbs 489
uubata urbs 366
uuerdum 85
uuinuli pop. 12
uulcani templũ à Mineo extructum 390
uulcaniæ inſulæ 637
uulturnum opp. 188
uulturnus amnis 188
uxentum opp. 205
uxij gentes 732
uxilica uicus 445
uxiorum montes 486
uzanum urbs 359
uzare ciuitas 361

uzedo

uzedo 37
uzella ciuitas 20
uzetia urbs 366
uzia 102
uzia urbs 538

X

Xabiacum 105
xantia opp. 234
xanthij populi 452
xanthus ciuitas ib.
xanthus fluuius 451
xanthus Triopi filius 430
xanthus urbs 450
xantus fluuius 423.654.655
xarxiara urbs 566
xerno caſtellum 256
xernoniza 100
xerxes Apollinis dydimei ſacrum incendit 417
xerxes Themiſtocli urbẽ Myrum in obſoniũ dedit 440
xilocaſtrum 325
xilophaton 416
xillinces 403
ximina campus 454
xiria mons olim Pholoë
xoana urbs 455 (334
xoëti 389
xois ibid.
xorus 561
xutus pater Ionis 335
xylina urbs 461
xylopolis 285

Z

Zabe ciuitas auro abundans 586
zabra regia 544
zabyzi populi 353
zacatæ populi 472
zachynthus 296
zacinthos inſula 641
zaconia plaga 334
zadris pagus 481
zagamadis urbs 524
zagathea 539
zagira oppidum 454
zagonara 145
zagri populi 531
zagriæ portæ 533
zagrus mons 731.531
zaitha caſtellum 521
zalacus mons 555.353
zalaca urbs 532
zalapa urbs 566
zalæ populi 480
zaliſcus fluuius 455
zaliſcus urbs 454
zaliſſa urbs 482
zam 136
zama urbs 359
zama oppidum 524.463
zamacizon 359
zamarij 403
zambrias rex 510
zameri 68
zames mons 544
zameta mons 547
zamora 30
zamuchana urbs 565
zanaatha pagus 519
zanara caſtellum 368
zancla urbs 231
zangari fluuius 418
zania oppidum 554
zacœtæ pop. 562
zara 97
zaræ ibid.
zarama oppidum 534
zaranis oppidum 533
zaratha urbs 355
zarex caſtellum 331
zargidaria opp. 258
zariadrus fluuius 575
zariaſpa ciuitas 556
zariaſpæ gentes 555
zariaſpis fluuius 556
zarilau 247
zarix mons 334
zarix promontorium 330
zarmizegethuſa oppidũ 254
zaruana urbs 489
zazaca urbs 532
zaziorum 82
zegrenſij populi 351
zela 271
zela urbs 461
zelia fluuius 351
zelia urbs 739.426
zeliæ amnis 353
zell 85
zelis ciuitas, Zugil à Romanis dicta 352
zeniſtocauia 83
zeno ſtoicus ſcholã Cleanti tradidit 743
zeneura 67
zeorzania prouincia. 481
zephyra urbs 441
zephyræ inſulæ 347
zephyrida 322
zephyrus flat è Thracia 678
zephyrius locus 376
zephirium 347
zephyrium oppidum 462
zephyrium promontorium 492.467.453.210.441. & 368
zerbi inſula 364
zerbis fluuius 521
zermizirga opp. 254
zeruera 42
zerunaz 99
zeſſum 139
zetina fluuius 100
zetta oppidum 359
zeugitana regio 359
zeugma oppidum 521.& 254
zeugma urbs 506
zia inſula 320
zielas Nicomedis filius 461
zigæna inſula 544
zigi populi 475
zigiorum litus 477
zigium flumen ib.
zigis portus 356
zigira oppidum 529
zigira urbs 359
ziglio inſula 156
zigris uilla 376
zimara caſtellum 465
zimbano caſtellum 250
zime dux Amazonũ 429
zimon oppidum 429
zimyra urbs 565
zingani populi qui uocentur hodie 359
zingis promontoriũ 408
zipha mons 414
ziria 40
ziridana opp. 254
zirapetra 346
zitha promontorium 354
zita promontorium 366
zitracha ciuitas 484

zitra-

zitracha regio 482
ziza urbs 519
zizantes populi 353
zizera 27
zizoatra uicus 465
zizum 138
znoima 82
zoara oppidum 519
zogochara urbs 489
zolum nouum 92
zonam mediam habitari 1
zonæ tres inutiles humanæ uitæ ib.
zonarum deſcriptio 597
zonas duas tẽperatas inter ſe eſſe ignotas, nec poſſe tranſiri ex alia in aliam 2
zonia 40
zopariſtus uicus 465
zoriga urbs 489
zoroanda lacus 487
zoromba fluuius 551
zoropaſſus urbs 465
zothezauca 258
zuchabbar urbs 355
zuchabbarus 365
zuchabarus mons 366
zucharia 286
zuchum 114
zudaizaro 247
zugar urbs 366
zuglium 114
zugnio 60
zurmentum urbs 366
zurobara opp. 254
zurzna urbs 489
zuſidana opp. 254
zuthis lacus 364
zyges populi 375
zygiani populi 420
zymithus oppidum 370
zynchi populi 473
zyngitæ populi 375

INDICIS FINIS.

DOMINICI MARII Nigri Veneti Commentarius primus, in quo orbis terræ, iſque in partes, & quæ illis ex cœleſtibus cauſis naturaliter fiunt, ſub compendio deſcribuntur.

TERRA OMNIS QVAE OCEAno immenſo circumplectitur, media uniuerſi regione, ueluti mundi fundamentum locata, ad ſupremi orbis contemplationem diſponitur. Quinq; enim zonis, aëris diuerſitate inter ſe diſſidentibus, æque ſupercœleſtibus, ſecundum ſolis circumferentias redimitur: ex quibus tres cœli intemperie omnino inutiles humanę uitę, atq; inhabitabiles eſſe tradũtur. Quare ultimæ duæ, quæ cæteris breuiores ſunt, gelu ac rigore nimio obſeſſæ uaſtantur. Similiter media, afflatu cadentis ad filum ſideris, mortalibus penè atque animantibus cunctis uiduata relinquitur. Duo uero terræ ſpatia, has inter iacentia, cœli temperie habitabilia eſſe: ex quibus nos unam incolimus, alteram ab alijs item hominibus habitari, atque eodem quo nos temperatiſs. frui cœlo à doctiſſimis creditur, uti infra paulo altius referemus, ad quam nimio æſtu uix penetrari poteſt, etiam ſolitudinibus immenſis: quo euenit ut illa nobis intercepta atq; his alijsq; difficultatibus ignota ſit. Sed antequam de habitabilibus in medium aliquid proferamus, tollenda à nobis prius inhabitabilia è medio ſunt, poſtea de ijs dicemus. Spatium itaq; terræ, ſeu loca ſoli peruia, quæ ardoribus exuſta ſunt, inter duos tropicos æſtiuum & hyemalem excipitur, medium huius ſpatij linea æquinoctialis ab naſcenti die quoad occidat percurrit, hunc igitur per locum ſol directè bis in anno feruentiſſimus tranſit, cuius radij in ſe ipſos reſilientes æſtum conduplicant eoq; ad animantium uitam idoneum illũ minime reddit, ubi neq; fruges propter exuſtam terram naſci, neq; mortales propter cõtinuum ardorem durare queunt. Plura de hac re dicere poſſem, ſed quũ ea apud ſcriptores ſatis abundè ꝑtractata ſint, in eorundẽ uoluminib. cui cognoſcenda cupido inerit, relinquemus, uti eſt Firmicus, Manlius, Iginus, & alij: licet pau-

ci quidam habitari eam contendant, ac ſub æquinoctiali præcipuè linea, ob ſempiternam lucis ac tenebrarũ parilitatẽ, nam ibi 12. horarũ pariter diẽ ac noctẽ cõtinuo uerſari, qua cœli moderatione ſubiacenti loco innatam eſſe temperiẽ ferũt duas hyemes, duas ęſtates, duos autũnos, & duo uera in anno eſſe, quo illis fructus arbores largè pariunt. Contra, duæ illæ plagæ duobus polis ſubſidẽtes, nimio gelu nõ habitari dicuntur, quoniã radiorum ſolariũ elongatione, calore deſtitutæ ſunt: ob inclinationẽ deinde orbis terræ, quas non niſi fracti ac diſperſi pertingunt, unde glaciali torpore languidæ, animantibus halitum minus ſuppeditantes damnantur, ubi ſol continuis ſex menſibus cernitur, ſex itidem abſcondiť, ex quo dies unus, & nox una in anni tantum orbita cernitur, quoniam ſolis circulus partibus illis dimidiatus obuenit: à primo nanq; Arietis exortu ad Chelarum occaſum ſex cõtinuo ſupra æquinoctialem circulum orientia nobis ſigna ſex item infra atq; in obſcuro uerguntur. Sol autem hinc decedens conuerſo ordine, Antarctico ſex alijs ſignis diem aperit, aquilonariq; parti obcludit. Qui dies quanquam continuo ſenis menſibus clareat non tamen noſtro lucidior, uerum nubiloſior & crepuſculo perſimilior quàm ſit clara & aperta lux: ſimiliter noctem profundiorem noſtris habent, ex quinque itaque terræ partibus cœlum tres abſtuliſſe, rationibus iam dictis manifeſtum eſt. Reliquæ uerò duæ, quas aëris temperamento æque lætas eſſe diximus, interiectu feruentis zonæ, ignotæ atque inuiæ inter ſe ſunt: illi enim ad nos, uel ipſi ad illos haud quaquam peruenire poſſumus, uaſtiſſimis quidẽ illis ac feruidiſſimis campis, ubi harenæ ueluti mare immenſum flatibus agitatę, mortales inuoluunt, ſicut de Cambyſis exercitu apud Herodotum & Plutarchum legimus: iuxta Ammonis templũ, planitie quodammodo fluctuante 50. hominum millia obruta interijſſe: uel amiſſa in ſolitudinibus uia per loca, uelut ſpatioſiſs. æquora uagantes, beſtijs perimuntur, calida enim plaga uenenoſarũ præcipuè fœcunda eſt. Aiunt qui mundum deſcribunt, partem alteram terræ in auſtrum deuexam, non aliter atq; nos qua ſtamus, mortalibus habitari, quum à duobus uerticibus Arctico & Antarctico frigus, à medio feruor, natura inuicem ſecedẽtes, intermediæ temperatæ ſint, quæ incoli poſſint: quamuis nonnulli contra ſentiant, quorum opinionem fuit, terram aquis immerſam ad circulum uſq; Capricorni. Sunt qui & has quas diximus, & ipſis etiam oppoſitas, hoc eſt, in altero hemiſphærio eodem modo habitari, terram autem circumfluo mari in coronæ modum præcingi, tranſiens per orientis et occidentis punctos ac per polos duos. Alij partes terræ quæ nunc habitantur olim mare occupaſſe, & quę modo occupatæ ſunt, idoneas quondam ad habitandum fuiſſe uolunt. Partes autem terræ quibus ipſa rotunda efficitur huc uſque dictæ ſint: ſequitur habitabilis noſtræ forma & eſt ea quàm inter ſolis uiam, & Arctici uerticem, ſupra

cem, ſupra iacere diximus: quæ ab oriente ſole in occidentem duplo ferè longior, quàm à meridie in ſeptentrionem lata. In longitudinem, et latitudinem commenſuratur, Longitudo ad ſummum lucis ortum ab occaſu, Latitudo ad ſeptentrionẽ ab auſtro definitur: numerãtur aũt ab uno ad alterum ſolem particulæ, ſiue gradus, 180. ut omnes ſphęræ circuli 360. notantur: quę particulæ 180. in ſtadia 90. millia diuidunt, ſi cuilibet particulæ quingenta ſtadia aſsignentur, ut Ptolemęus geographiæ libro 1. annotauit. Eſt ſtadium octaua pars milliarij, hoc eſt, 125. paſſus complens: ex quo hemiſphærium terræ ab ortu in occaſum 11. millia & 250. millibus paſſ. conſtaret. Alij autem 180. partes in ſtadia 126. M. ſupputant, cuilibet particulæ 700. ſtadia contribuentes, unde 108. M. mil. paſs. efficerentur, quę ratio magis uulgata eſt. Latitudo uero ab æquinoctiali ad lineam per Thylem particulis tribus & 60. conſtat: ab eodem æquinoctiali ad lineam, auſtralem metam finientem particulæ 17. quæ omnes iunctæ 80. redduntur ſtadia 40. millia colligentes, quam deſcriptionem Ptolemæus in primo ſui operis libro tradit. in quo etiam terram habitabilem deſcripturus, recentioribus hiſtorijs attendere magis debere inquit. Æquum quoque eſt quæ quiſque nouerit diligentiori obſeruatione notata, tanquam operis ſui fundamenta præponere, alia autẽ à cæteris tradita ijs adaptare quouſque ipſorum inuicem ſitus, quammaxime fieri poſſit, cũ primis traditionibus certiores inueniantur, quemadmodum de Thyle inſula & de Fortunatis atque alijs nonnullis locis ipſe fecit, ſicut qui poſterius ea inueſtigando, animaduerterunt. Quod autem ille nos monet, in aliquo iam factum eſt, ſiquidem ad ſeptentrionem 17. partes ultra ſupradicti auctoris notionem à noſtris additę ſunt, hoc eſt, ad 80. uſque gradum ſupra æquinoctialem quouſque penetratum deinde eſt, neque ea quæ inuenta ſunt, adaptata primis traditionibus ſolum, ſed etiam mathematicis regulis commenſurationibuſ'ue captata, atque diligentiſsime à uiris peritiſsimis perluſtrata ſunt, ut in ſuis locis aperiemus ex quo (ut ad deſignationem noſtri cogniti redeam) ultra priorem limitem ad ſeptentrionem parallelorum ultimus per Glacialem inſulam (ita enim illam appellant nũc incolæ) ſicut Ptolemæo per Thylem educitur. Diuiditur orbis noſter in partes tris ab omnibus ferme ſcriptoribus, Europam, Aſiam, Aphricam, præter paucos admodum, qui duas tantũmodo eſſe uoluerũt, Aphricam Europæ iungentes: mediterraneũ mare terram ab occaſu irrumpens, amnes duos in decurſu recipit, Tanaim à ſeptentrione, à meridiẽ Nilum, Europa in leua, Aphrica in dextra, Aſia in fronte prodit. Ptolemæus uerò præter Aſiæ cum Aphrica conterminationem, reliqua omnia cum alijs ſentit: Ex tribus maximis totius orbis partibus (dicens) Aſia iungitur Aphricæ per dorſum Arabiæ: quod noſtrum mare ab Arabico ſinu excludit, quod ideo ſe feciſſe ait, ne Ægyptum Nilo amne ſcinderet. Quib.

partibus nomina indita e mulierũ nominib. eſſe apud maiores legimus: nam Europa ab Agenoris filia, quã Iouem in taurum uerſum rapuiſſe hiſtoriæ tradũt: Quidã à Cretenſib. raptã, quorũ nauiũ inſigne taurus fuit. Libya. id eſt, Aphrica à pleriſq; Græcorũ ex Libyæ nomine uxoris Epaphi Iouis F. Siue ut alij uolunt Epaphi filiæ. Quidã uerò ab Aphro Libyi Herculis F. uel q̃d Feſtus ait à Græco uocabulo φρίκη appellari, quaſi ἀφρική id eſt, ſine horrore frigoris: Aſia ab Aſia nympha oceani & Tethyos filia ut teſtis eſt Herodotus & Iapeti coniuge denominata, quæ imperium circa ea loca obtinuit, ſicut Varo libro originũ tradit. Alij ab Aſio Cotyi F. Ex his itaq; partibus Aſiam uniuerſam: duabus. Europa atq; Aphrica in cunctis naſcentib. beatiorẽ uberioremq; cœli clementia eſſe apud eos qui de rebus naturalibus tradidere inuenimus: & hoc ſiue in hominibus, ſiue in animantibus, ſiue in plantis uel frugibus aut aquis conſiderare uolumus, homines nãq; multo alijs, Europeis uidelicet Aphricaniſue, & induſtria & æquitate, & probitate præſtant. Animantia & proceritate & pulchritudine cæteris excellũt. plantæ celſitudine, nitiditateq; exteras ſuperare dicunt quæ largos præ illis fructus perturiant. Seges tritico reliquiſq; leguminib. ꝓdiga mirũ in modũ eſt, q̃ optimas atq; ſaluberrimas incolis, & pecorib. herbas ultro germinat. Aquæ inſuper tum calidæ tũ recentes: morbos aliæ uarios expellũt. aliæ ſinceritate & amœnitate cũcta corpora benigne fouẽt mirè affluẽterq; ſcaturiẽtes: deniq; quicq̃d ibi prouenitur à cũ loci laudatiſs. qualitate. Non tamẽ omnis Aſia dictã cœli moderationẽ ſentit: nam eius dextra atq; ſiniſtra calore ac frigore iniqua ac intolerabilia ſunt, quippe q̃ ad Arcticũ tendit aëris mutationes frequẽter patitur, deſerta penè plaga & inæqualis, ubi ardua montiũ iuga atq; in cœlũ eminẽtia conſurgũt, quorũ in conuallib. quæ infinitæ ſunt, paludes immẽſæ, locaq; ſtagnãtia complurima iacẽt. Vbi coloni ex omni corporis parte informes beſtijs potius quã hominib. cõparandi. At pars q̃ calori expoſita eſt, minus natura rerũ obuerſat, quũ in ora prope Indici pelagi ſolis circulus definiat, reliquũ aũt ardoris in mare profundit. Secũdæ bonitatis Europa eſt, licet eorũ indigenarũ quidã longe pulcherrimã terrarũ dicat: regio uaria admodũ tam in calore quã in frigore: multũ in ea pluuiæ: multũ nebulæ: multũ niuis, grandiniſq; ac uenti perfundit: qua uarietate gentes quoq; in ea, mẽte efficiũtur uariæ ad bellũ rixaſq; proni, ad pacẽ & amicitiã ineundam, difficiles: fortitudine omnib. præſtãtiores ferè. Nanq; Aſiani & ocio & cœli molitiei effracti & quodãmodo effœminati ſunt. Cæterũ Aphrica etſi uaſta magis quã frequẽs ſit iniquo nimiũ aſpernenda cælo, non tamen prætereundum eſt quin mentio ſaltem de ea fiat. Tertia enim mundi pars eſt, atq; olim in una Carthaginis arce, & pace & bello haud obſcura, ex quo una cum reliquis merito conferenda eſt, Terra ex maiori parte (interius ſcilicet) cultoribus uacua, nam quæ mari noſtro

expoſita

expoſita eſt, ſatis gentibus atq; oppidis culta, nec opib. minus pollens, & quamuis barbari ſint, non tamen fugiendi prorſus. Frequenti ſiquidē Italorum atq; aliorum populorum commertio: rerumq; inter ſe cōmutatione, minus barbaricā feritatē ſapiūt. Quorum qui interiora ad auſtrū, loca ſqualentibus harenis obducta, & aquarum indiga, paſsim habitant, ſine tecto ac ſedibus, tetri, inculti, fame ac ſiti debilitati, ueluti monſtroſæ beſtiæ, efferatis moribus per uaſtas ſolitudines errare uident: quod ſi qui forte ſtagna uel paludes accolunt (licet raræ ibi) ex ijs captare uictum maxime dicuntur. Diximus in ſuperioribus ex qualitate cœli, ſolis proſpectu, terrena quoq; eiuſdem ſimilitudinis neceſſario effici, quamobrem exiſtentes inter duos tropicos ab oriente in occidentem qui tractus peruius ſoli eſt, omnes colore nigri ſunt, nigerrimi uero illi qui ſub æquinoctiali habitant. Reliqui autem extra tropicos quanto magis ad frigidas accedūt plagas, tanto minus nigredine colorātur, adeo ut qui propius ad polos ſunt multa albedine candicent. Sed quum non omnis noſtra habitabilis terra, eadem cœli temperie ſimpliciter, quam antea indicauimus adornata ſit, ideo amputatis extremitatib. duabus zonis, frigidæ atq; calidæ cum illa communicātibus (ex propinquitate enim malignitatis illarum inficitur) quæ media liquidior ac purior fuit, phyſici in partes ſeptem diuidentes, climata appellauerunt, quæ latini quidam deuergentias, alij ſcalas, ſiue gradationes dicunt: aſcendunt enim ad arcticum lineis octo parallelis contenta, quæ ſupra æquinoctialem circulum gradibus ſeu partibus 12. cum dimidia & quarta incipiunt, & ſeptentrionem uerſus in partibus 50. cum dimidia terminātur. Primū itaq; clima maximā diem habet horarū 13. cum quarta, & dicitur dia Meroes, id eſt per Meroē Nili inſulam excurrens. Secundum maximā diem habet horarum tredecim cum dimidia & quarta, & dicitur clima dia Syenes, id eſt, per Syenē ciuitatē Ægypti. Tertium maximam diem habet horarū quatuordecim, cum quarta, & dicitur clima di Alexandrias, per Alexandriam urbem Ægypti.
Quartum maximam diem habet horarum 14. cum dimidia & quarta, & dicitur clima dia Rhodu, id eſt, per Rhodum inſulam. Quintum maximam diem habet 15. cum quarta, & dicitur clima dia Romis hoc eſt, per urbem Romam: quod apud antiquos dia Helleſpontu dicebatur, id eſt, per Helleſpontum, quem percurrit. Sextum maximam diem habet horarum 15. cum dimidia & quarta, & dicitur clima dia Pontu, id eſt, per Ponticum mare, non ſicut iuniores per Boryſtenem, quum eam minime attingat. Septimum maximam diem habet horarum 16. cum quarta, & dicitur clima dia Boryſteneos, id eſt, per eiuſdem nominis ciuitatem, non autem per Riphęos montes ut imperiti uolunt, quum ab eis amplius decem gradibus diſtet. Præterea in deſcriptione orbis, priſci illi philoſophi latitudinem terrę, lineis parallelis 7. & 10. quorum poſteriores una & 20.

 ſecari

ſecari uoluerunt, ut in picturis apparet: noſtri uerò tẽporis in 5. & 20. (dicunt lineæ parallelę quia in eadẽ planitie cõſtitutæ atq; productæ in infinitum nulla parte in ſe incidunt) hac quidẽ ratione, ut per eas notitiã habere mus cuiuſq; in terra loci, id eſt, quãto magis aut minus ad ſeptentrionẽ inclinatus ille ſit, excreſcenti uidelicet die: emergens quippe ſol ſupra æquinoctialẽ circulũ, altius in dies ſe attollens, circulosq; paulatim grandiores conflat (non enim unũ centrũ habet cum magno mundo) unde longiore luce terra illuſtrat, quoad Cãcri metã attingat. Hinc eſt quod maiores nobis dies ſeptentrionẽ uerſus efficiunt. Priſci ad hoſtia uſq; Tanais horis 5. ſupra æquinoctialẽ peruenerunt, ibi horarum 17. maxima dies. poſteriores uſq; ad Thylẽ horis 8. ibi horarũ 20. maxima dies: noſtri uerò tẽporis homines ad Glatialẽ uſq; inſulã horis 12. ibi horarũ 24. lõgiſsima dies, his aũt eleuationib. notatis, hoc modo diſtribuunt, ab æquinoctiali incipiẽs ad uſq; 14. lineã, quælibet inter ſe quarta parte unius horæ differt à 14. ad uſq; 19. dimidia unius horæ à 19. ad uſq; 22. hora una. Idem etiã poſteriores obſeruauerunt, ſed à 22. uſq; ad 26. horam unam inſuper addiderunt quæ ſimul iunctæ horæ, tunc 8. nunc uerò 12. efficiuntur. qui 5. ad hoſtia Tanais qui 8. ad Thylẽ, qui 12. ad Glatialẽ uſq; inſulã peruenerũt. Quanto aũt ſpacio hæ lineæ inter ſe diſtent, in primo Ptolemæi libro habetur. Sed præter lineas parallelas iam dictas lineæ 7. & 30. meridionales ſunt, quæ lineæ longitudinẽ terræ percurrunt, tertia unius horæ inter ſe diſtantes, ut ęquinoctialis circulus dimenſione horarũ 12. cõmenſuratus ſit, quę lineæ à diei medietate dictæ meridionales denominant, & innumerę dari poſsint pro innumeris terrę locis: quę omnes polorũ gnomone intercipiunt, & ad hoc ualẽt, ut quiſquis ſub earũ qualibet exiſtẽs, eiuſdem in puncto diei partẽ alteram habeat. Etiam ſciatur ut qui locus in terra curriculo prius ſolis illuminet: uerbi gratia quando ſol directè ſub globo extitit, ac intempeſta nox nobis fuerit, tum alijs crepuſcula duo fiunt: matutinũ ſcilicet & ſerotinũ: Matutinũ illis q in horizõte oriẽtali ſunt: ſerotinũ uerò ijs qui in occidentali manẽt. Cum aũt ſol inde orientẽ uerſus tertio unius horæ ſe dimouerit, aurora tũc illis eluceſcit q tertio unius horę ab horizõte matutinali occaſum uerſus differũt, hoc eſt, q ſub meridiano ſunt, itidẽ illis qui in plaga ueſpertina degũt ultra horizontẽ tertio unius horę, uno ſcilicet meridiano occultari ſol ex oppoſito cœperit: & ita in alijs p ſuos ordines. Præterea quãto unus quiſq; locus magis, aut minus à medio, orientẽ, ſiue occidentẽ uerſus diſtet, cognoſci poſſet. Ptol. tamẽ nõ à medio, ſed ab Alexãdrię meridiano tanquã à notiori loco: uel q̃ eius primùm & hoc inter alia illuſtrarẽ uoluit cõputari. hoc modo q̃ apud ipſum notat. Vt ſi oppidũ aliquod ab ea hinc aut hinc meridiano uno aberit, tertio unius horæ: ſi duob. meridianis, duob. tertijs horę: ſi trib. hora una differat, id q; aut ad incipientẽ, aut ad finientẽ diẽ: & ita de reliquis. Abſoluta itaq;

pro noſtræ

pro noſtræ breuitatis intentione orbis partitione, reſtabat aliud nihil niſi exteriori terrę parti adiacētes uenti, quos quia nō ſolum plures ac paucio res alij atq; alij fecere, uerum etiā diuerſo inter ſe ordine collocari pro nu= mero uoluere: de eorum igit̄ poſitione & nominib. altiuſcula quædā hoc loco repetenda à nobis, haud præter rem fore duximus. Eo maxime quia nōnullis in locis deinceps appellari eos ad locorum ſitus opus erit, eorum uidelicet qui 12. eſſe ſtatuerunt. Primi ſiquidem ſcriptores Homerum au thorē qui 4. tantum uentos, Boreas, Notos, Zephyros, Euros'q; à totidē cœli partibus deſcendētes eſſe uoluit, ſectati ſunt (omitto quoſdam inter Gręcos qui duos duntaxat tanquā primarios poſuere, Boreā ſcilicet ac Notum, quum uehemētius cæteris flatus agere dicant, reliquos ab ijs ue= luti eorū partes eſſe) Poſt deinde qui diligentius perquiſierūt, tradiderūt eos eſſe 8. maxime quidē Andronicus Cyreſtes, qui etiā teſte Victruuio exemplū collocauit Athenis in thurrim marmoream octogonā, & in ſin gulis lateribus octogoni ſingulorum uentorum imagines exculptas con tra ſuos cuiuſq; flatus deſignauit, hoc uidelicet modo. Ab oriente æquino ctiali Apeliotes: ab occaſu æquinoctiali Zephyrus: à meridie Notus, à ſe ptentrione Aparctias: ab oriēte Brumali Euros, ab occaſu brumali Libs. ab exortu ſolſtitiali Boreas: ab occaſu ſolſtitiali Argeſtes. Quorū nomina apud latinos eodē ordine hæc ſunt. Subſolanus Fauonius, Auſter, Septē trio, Vulturnus, Aphricanus, Aquilo, Corus: duo primi cōtra ſe flant, ſi= militer duo ſecundi: Vulturnus Coro, Aquilo Aphrico opponunt̄. Nau tæ uerò noſtri tēporis, Subſolanū quia ibi ſol ſupra horizontē leuat̄, Le= uantē uocāt. Fauonium quia ſol ibi ſe uidet̄ ponere, Ponentem: in arctico ubi ſeptentrio, ipſi Tramontanā quem etiā Boream græcanicè appellāt, nam Aquilonē quem à Græcis Boreas diximus uocitari, è proprio loco ſubmouētes, altius ſub polo, quemadmodū Homerus ipſe locant, q̧ po= lus quū Tramontana ab ijs dicat̄, ita & nomē inde ruentis uēti finxerūt. In meridie pro Auſtro, Oſtrū: reliquos 4. Vulturnū, Syrocū Aphricum, Garbinū: & in detracti Aquilonis loco, græcum: Corum aūt, Maiſtrum in ſuis nauigationū monumētis annotauerunt. Alij poſtmodū fuere qui pro 8. 12. fecerunt, ut Ariſtoteles in ſecundo Methcorologiæ & in 7. geo= graphię Ptolemęus: nam philoſophus præter 8. iam dictos 4. appoſuit: In dextra Aparctiæ Traſcias: in ſiniſtra Boreas, quam è tropico detrahēs in arctici linea locauit, & in eius loco Cæciam ſtatuit: in dextera uero No ti, Libonotum: in leua Euronotum: quos latinam, Seneca haud habere interpretationē putauit: quum ſint qui ex 4. ijs, duos habere contendant, in quibus Tranquillus phyſicus, is pro Traſcia, Cęcium: pro Cæcio Vul turnū latine nominat. Sed non plane uideo qua ratione etiam reliqui duo nō latina traducti ſint apud nos appellatione, quippe quum Libonotus ex Libs & Notus græcis uocabulis compoſitus ſit, nōne etiam à latinis

ex Libycis & Auſter, Liboauſter idoneæ componi poteſt? Similiter de Euronoto, quur nõ Euroauſter à nobis ex Auſtro uocitari, quẽadmodũ illi à gręcis ex Noto uocitati ſunt? niſi quia in uſu non habent. Sed quare 12. prædicti philoſophi fecere uentos, Seneca naturalium quæſtionũ 4. rationem affert, totidẽ uentos eſſe dicens, quot ſunt cœli diſcrimina. cœlũ diuiditur in circulos 5. qui interſecti ab orizonte recti mundi, duobus additis polis duodecim punctos in eodem orizonte deſcribunt, unde totidẽ uentos aduerſum ſe flare uolunt: priores 4. ut in ſuperioribus: cęterũ Aquilo Liboauſtro: Vulturnus Aphrico, Eurus Coro, Euroauſter Cæcio contrarius eſt. Sunt pręterea qui 4. & 20. faciunt uentos, ueluti apud Vitruuiũ legimus in orbẽ circũ terrã, hoc modo deſignãt. Incipiẽtes à loco arctici ꝑ orientẽ ad dextrã, quouſq; ad arcticũ iterũ reuertant, quo in loco ſeptẽtrio primus eſt: mox Gallicus: ſupernas Aquilo, Cæcias, Carbas: & in exortu ęquinoctiali Sobſolanus. Ornitiæ, Carchias, Euros, Vulturnus Leuconotus: & in Antarctico auſter. Altanus, Libonotus, Aphric9, Subueſperus Etheſię, & in occaſu æqnoctiali Fauonius. Iapix, Circius: Chaurus, Corus, Traſcias: horũ ſeptẽtrio auſtro: Subſolanus Fauonio, directẽ aduerſant: Item Gallicus Altano, Supernas Libonoto, Aquilo Aphrico, Cæcias Subueſpero, Carbas Etheſijs, Ornitiæ Iapigi, Carchias Chauro, Eurus Coro, Vulturnus Circio: Leuconotus Traſciæ, ex quo uideĩ præter 4. à 4. mundi plagis perflãtes, cæteris alia atq; alia ab incolis diuerſarũ regionũ nomina impoſita eſſe, ut in locis plurimis legimus, tranſpoſita, aut ex locorũ uocabulis, aut ex aliqua cauſa quæ ad faciendũ uocabulũ acciderat denominati: Nam ut ait Plin. Fauoniũ quidã ad 8. Calen. Martij (principio enim ueris ſpirat) Chelidoniã uocãt ab hirundinis uiſu. Item dies 8. poſt exortũ auſtri, aquilones antecedere, quos ꝓdromos appellãt etiã ſunt qui Cæciã, Helleſpontiũ uocant. Euronotũ Phœnitiũ. Argeſtẽ Olympiũ ſeu Iapigẽ, ſiue Scyronẽ. Aphricũ, Libycũ, Eurũ Subſolanum idemq; & Etheſias: uerũ Etheſias uentos eſſe aquilonẽ qui media ęſtate ſidera mollit, nomenq; mutat quo Etheſias uocaĩ: is conſtanter 40. diebus biduũ poſt Caniculę ſidus exortũ perflat, & ſic de alijs. Hactenus orbem terræ enumeratione potius quã deſcriptione aliqua, aut explanatione percurrimus: nõ enim quod uiri peritiſs. ornate atq; copioſe in ſuis tradidere id nos breui oratione reſumere in animo fuit, ſed magis noſtri operis commoditate ac decentia impulſi, ne ſi omiſſum id feciſſemus, ueluti ſine capite, quæ ſequunĩ diſperſa hinc inde colligi uiderent, ac ſine ordine mẽbra. Vnde cupiẽs ſolutis oris in conſequentib. pleniuſculis uelis maria, mox terras, & quæ in ijs habentur unà cum geographis cæteris perueſtigare, & quæ cum illis uidi, atq; ab ijs amplius cognoſcendi ſtudio longius euagatus comperi, ea in medium breui inſinuatione, uti ueritas ſeſe habet, hominibus ætatis noſtræ afferre ſtuduimus.

GEOGRA-

GEOGRAPHIAE Commentarius II. in quo Thyle, Vergion, Ibernia, & Britannia inſulæ, cum cæteris quæ circa ipſas ſunt continentur.

IN deſcriptione terræ habitabilis occidentalis, oceanus, qui Herculeo freto in mare noſtrum irrumpit, nobis primo occurrit Aphricę, Hiſpaniæq́ latera, ea in parte abluens: ac inde ad ſeptentrionem uſq; Sarmatici ſinus intima effunditur: multi nominis mare, pro regionũ diuerſitate quæ ipſi adiacent cognominatum: quemadmodum in ſuis locis ubicunque opus fuerit decætero annotabimus: Quod quanto magis ad meridiem uergit tanto minus tempeſtuoſum effici (nõ enim ab acrioribus uentis, ſed Fauonio tantum mitiori quidem flatu agitatur) at ubi ad ſeptentrionem ſe eiecit, crebris inſularum anfractibus uique maxima uentorum, infeſtum ſanè atque horridum: nam & aſsidua naufragia edit, quo raro ab orbe noſtro nauibus aditur: Mare ſolis maxima diuerſione caliginoſum, & quod hyeme in glaciem conuertitur: hominibus tum atque beſtijs peruium. Quamobrem glacialem oceanum, illud maiores appellare conſueuerũt: nam & accolę ſeptentrionales Almachium eum uocant, quod uocabulum eorum lingua, congelatum ſignificat. Item morimaruſam, à Cymbris dici, id eſt, mortuum mare uolunt. In hoc itaq; ſeptẽtrionali oceano multę inſulæ ſũt, quæ uarijs locis diſperſæ iacent quarum aliæ aſperitate ſæuientis maris, alię incolarum ferino ritu uiuentiũ infames, aliæ uerò quũ magnitudine, tum rebus geſtis etiam opibus claręſunt, ut eſt Vergion, mortalibus frequens, & Britannia quæ inter cæteràs huius maris inſulas nobilisſima habetur. Deinde eſt Ibernia quæ & ipſa magna ac populoſa eſt. Poſtea Thyle cæterarum ultima, haud multo Ibernia minor, à qua exordium capere, locus ac ſitus nos àdmonet, prima enim occidentali ac ſeptẽtrionali habitabilis noſtræ angulo iacet, nõ eo tamẽ loco quo Ptolemæus locauit, ſicut in ſuperiorib. indicauimus, ubi formã terræ deſcripſimus: incipit eñ ipſe ab inſula Ibernia ſecundo Britanniã ponit, iuxta quã ad partẽ ſeptentrionalẽ ultimo limite ſuæ tabulæ eam fixit, cui & Orchadas ad meridiẽ præiacere fecit: Nos uerò ut in prædictis iam meminimus, recentioribus hiſtorijs magis attendimus, & eam in fronte noſtræ deſcriptionis, ſicut ex aſtrolabicis captationibus accepimus, collocare ſtatuimus: Sita quippe eſt ſupra Iberniã, atq; ultra lineam ultimi cogniti à uetuſtioribus partib. tribus, hoc eſt, ſupra lineam Arctici, & inter meridionales lineas extremi occidentis tum ab illis

tum à nobis poſitas, ut paulo antè in habitabilis noſtræ forma declaraui mus nos intra deduximus, ne uniuerſalem ſitum hac de re ſolũ in ea parte deturbaremus: ſecus in ſeptentrionali plaga, ubi plura ac memoriæ digna ſcribenda fuerint.

Thylæ inſulæ deſcriptio.

THyle igitur inſula eſt, quæ prima cogniti noſtri orbis habitatur. Islandia nunc ab incolis, in ortũ & occaſum producta. cuius ambitus circiter decies cẽtenis mil. paſſ. patet. Hãc meminit Strabo cuius hiſtoriam obſcuram eſſe, propter remotionẽ eius in ultimà loca dicit. In ea ut ſcribit Mela, quod ibi ſol longe occaſurus exurgit, breues utique noctes ſunt, ſed per hyemẽ (ſicut alibi dictum eſt) obſcuræ, æſtate lucidæ, quod per id tempus iam ſe altius euehens, quanquam ipſe non cernatur, uicino tamen ſplendore proxima illuſtrat, per ſolſtitium uero nullæ, ex quo Dionyſius Alexandrinus.

Oceani tranans hic nauibus æquor apertum
Ad Thylem uenies quæ nocte dieq; relucet,
Titani radijs quum curru ſcandit ad axes
Signiferi

In ea caſtella aliquot ſunt, parum tamen cognita, etiam ſermonis barbari aſperitate haud à nobis proferenda. À qua longe ad Eurum uentum, inſulæ ſunt quæ Orchades antiquis uocãtur 30. numero ut quidam alij 3. & 30. alij 40. eſſe affirmant: ex quibus ſunt qui 7. tantum, nonnulli 30. Ebudas tum cognominari dicant: quæ omnes anguſtiſs. inter ſe freto diſtinctæ ſunt, quarum 30. deſertas eſſe ac tres tantum coli. Solinus illas dixit hominibus uacare & ſiluis: quin & herbis iunceis inhorreſcere: nonnullas uerò inherbidas, harenamq; & ſteriles herbas detinentes. Circa has inſulas Plinius corallum laudatiſs. gigni aſſerit. Orchadas Claudius Cæſ. Romano imperio adiunxit.

Vergion inſulæ deſcriptio, ueteri Geographiæ poſterius à iunioribus additæ.

VErgion inſula hinc ad orientẽ Germanicis atq; Sarmaticis litorib. cõtra iacet, immẽſæ utiq; magnitudinis ex q̃ in Thylẽ nauigãt: cuius Xenophõ mentionẽ feciſſe uideĩ: & eam à litore Scytharũ tridui nauigatione eſſe dicẽs, Baltheã uocat: ſimiliter Diodorus. Ptol. uerò hãc Scandiã putauit: binominis nũc inſula, duoq; regna in ſe habẽs. Pars enĩ q̃ occaſum ſpectat Noruegia, q̃ ortũ Suetia dicĩ, montib. & amne ab ijs profluẽte diuiſæ: forma multilateris, nãq; angulosa eſt, ac plurib. locis mari cedẽs, orbe tamẽ continẽt: Britãnia maior: cuius litus ſeptẽtrionale arcticum circulũ ſubijt, ultra Ptolemæi limitẽ circiter media. Neq; id quidẽ alicui admirationis uideri debet, maiorib. noſtris hæc pars adeo in obſcuro ea tempeſtate iacuiſſe, ut nil prẽter nomen tantũ nobis relinquerẽt. Cum per id tempus, non omnis Germania percognita, niſi multo poſt,

nec

nec tota, quod atteſtatur Plinius, non enim externis nationibus, uel mari uel terra peruia tum fuerat. Verum fama, & ea pertenui, mortalibus illic habitata fuiſſe loca agitabatur: nondum ad eam Romani exercitū ductauerant ex quo Germaniæ ſitum per hiſtorias capere quis poſſet: Quod autem eorum tranſitus ad plagā illam mundi tardius quàm ad reliquas prouincias fuiſſet, ex hoc intelligi datur: legimus quippe Iulium Cæſ. contentum fuiſſe Dacos tum late prædabundos (nam Germanis finitimi ſunt) non cis fluminis Iſtri ripam armis uincere, ſed per Lentulum ultra ulteriorem ripam eos repelli, & circa ripam præſidia conſtitui: ſimiliter apud Tacitum ubi de Germania, multo tempore poſt Iulium Cæſarem, & in imperij penè calce, inuenimus nuper cognitas quaſdam gentes ac reges fuiſſe, quos bellum aperuerat, & quædam alia. Quare illorum temporum, uolentibus terram deſcribere, nullam regionis illius notitiam extitiſſe manifeſtè conſtat, niſi ambiguam quandam, id eſt, nullius certitudinis, ubi locorum ſitus figere aſsignate poſſent, quamobrem loca illa ueritati magis indies eluceſcenti relinquere, quàm incōſiderate quicquam de ijs ſcribere uoluerunt. Nobis autem longa poſt ætate liquido ſatis ea declarata ſunt, maritima præſertim, nec nō mediterranea complura. Item per mare illud frequentes iacere inſulas cognouimus, unde nauigia non parua copia, quorum in Galliā alia, quædā in Britanniā inſulam, rerum cōmutandarum gratia ſtatutis temporibus nauigare: quapropter non eſt ut deinceps ueluti antea tractus ille à geographis prorſus ignoretur. Vergion itaq; frigore dira quidem patria eſt, nec minus montib. ac præruptis ſaxis, nemoribus atq; ſiluis aſpera, ubi incolis non frumentū, non uinum, nō oleum, neq; ex arborib. poma niſi admodum pauca, & ea quidē acerba, iniquo cœlo ſunt: uerum ex maris terræq; captura uictitant, abundant enim iſthic maria piſcib. longe à noſtris ſpecie immanitateq; corporis diſsimilibus. Terra quoq; feris, in quibus albi urſi ſunt inuſitatæ magnitudinis: ſunt & caſtores, & innumeræ aliæ. Neq; deeſſe ibi fontes prædicant in quos lignū aut aliquid aliud ſi immiſſum fuerit, in lapidem haud multo poſt cōuertetur. In hac ſuperiori ætate populi erant, quorū qui occidentalia tenebāt Chædini appellabanť, orientalia Phanonæ & Phiræſi meridionalia Duræ et Danciones mediū aūt Leuoni, ſiue ut alij Igneones uel, Leuiones, quingētos incolentes pagos fama eſt, noſtris uerò temporibus, præter alias gentes Vergiones ſunt à quibus inſula nomē traxiſſe fama eſt. Et cum ijs Vagothi quorū ſedes in fertiliſs. planitie ſunt propter q̄d aliarum gentiū incurſionib. ſæpe moleſtanť. Poſt hos Sciechani indigentia laborantes, nulla alia re noti, niſi quarundam beſtiolarū delicatiſs. pelliculis quæ in noſtrū orbē tranſportanť. Dehinc Gothi, acre hominū genus & ad bella promptiſſ. Itē Euagræ Ottingeſq;: hi exciſas rupes quaſi caſtella habitant, ritu beluino uiuentes. Sunt etiam Oſtrogothæ cæteris

huius

huius inſulæ mitiores: ſunt & Vuinuli, & Vetidi, reliquis corpore emi-
nentiores, quorũ ſtirpe Dani uel Daci progreſſi à quibuſdã dicunť. Præ-
terea gentes aliæ, ſed obſcuræ, adeo ut ne mẽtione quidẽ dignæ habeãtur.
Ex hac olim inſula uelut ex officina gentiũ egreſſæ turbæ, Europã multis
locis irrumpentes uaſtauerũt, Gothi præcipuè & Vuinuli id eſt Longo-
bardi ut poſteriores hiſtoriç tradũt, licèt Ptol. Longobardorũ gentem in
Germania iuxta Rhenũ ponat. Circumſcribitur aũt inſula ſic: latus quod
ſeptentrionem reſpicit, nihil habet quod in eo cognoſci uel poſſit uel ope
ræpretiũ ſit, niſi q̃d iuxta illud Vlderalia regiuncula iacet (neq; niſi Ger-
manicè in hac parte loqui omnino poſſumus) mõtes à tergo habẽs, qui-
bus ad litus coarctať, ubi in circiũ uentũ terra prominet, cui obĳciť inſu-
la Holrelant à litore parũ diſtãs. Quod ad occaſum uergit Noruegiç eſt,
longiſſimũ ſanè, uerũ ſcopulis omne & acutis petris auium, ubi in quodã
ſinu Dron oppidũ eminet. Itẽ magis ad meridiẽ aliud q̃d Bergis uocãt in
peninſula eiuſdẽ nominis ſitũ, quã Plinius ut diximus inſulã eſſe putauit.
Meridionale ſimiliter ſaxoſum eſt, ea præcipue in parte qua Cymbrorũ
Cheroneſo obiacet à quo haud longius quã 200. mil. & 500. paſſ. diſtat.
In hoc tractu oppidũ primo eſt Lĳndeſnes iuxta mare ſitũ, alterũ Conſ-
berch, prçter q̃d nõnullæ exiguç habitationes ſunt, mox Alber, amnis q
hic in mare uadit in quo Noruegia terminat, incipitq;. Suetia, cui mare à
ſe denominatũ adiacet. In hac parte oppida multa tum maritima tum me
diterranea ſunt: Flectit aũt ſe litus ab oſtio amnis occaſum ſpectans arduũ
prçruptis mõtib. quod Dacicũ ſeu Danicũ mare abluit, in eo Malmogis
oppidũ in radice promõtorĳ ſitũ. Indeq; promontoriũ aliud Danicũ ap
pellatũ à quo mare denominať, neq; à Germanico litore è diuerſo promõ-
torĳs amplius mil. paſs. interuallo colligiť. Circumflexo promõtorio rur
ſum ad meridiẽ litus conuertiť, ubi Calmania ciuitas, cui Helandia inſula
opponiť nõ longe à litore, neq; ab oſtio Vagĳ fluuĳ quouſq; à Calmania
mõtes quidã attolluně in interiora deinde exeũtes. Quo traiecto oſtio Ste
geolin urbs ad mare iacet, inde altera Sricopia, poſtquã haud in mari mul
to inſula eſt Gothland, pari penè magnitudine cũ Holandia, oppidũ ha-
bẽs, poſtea in litore Stockholmia in qua regia ſedes, ſita haud procul ab
anguſto ore eius lacus quẽ Melar illi uocant, magnus ſanè & q ab oſtio in
mari quod orientẽ ſolẽ aſpicit ad oppoſitã ripã (oblongũ enim eſt) 200.
mil. paſſ. ferè exiſtat, uallaturq;, circumiectis undiq; acutis ſcopulis, in cu-
ius ſupercilio ad ſiniſtrã longe ab oſtio Strẽgis ciuitas eſt è regione cuius
Othorgis oppidum in rupe ſedet. Inde Oroſia urbs, poſtquam propè o-
ſtium Viſalis ciuitas, omnes in aſperrimis locis poſitæ. Superatoq;, altero
promõtorio, oppidũ ſtatim ſe offert Elfingia, habens in cõſpectu paruã
inſulã. Hinc terra longiſsime ad ſeptentrionẽ mari cedit, fitq; magnus ſi-
nus Norebdẽ nomine, adeo auido meatu infuſum mare, q̃d ni mõtes ob-
ĳcerentur,

ij cerent, quos imminere Vlderaliæ regiunculę diximus, orientalis pars inſulæ, hoc eſt Suetia à Noruegia freto diſtingueret, in quo ſinu ad ſiniſtrā, Gentet oppidum eſt, ad dextram aliud Pariſium. Poſt autem ſinum, uertit ſeiterū litus ad meridiem Liuoniæ terræ in prouincia, Sarmatiæ oppoſitum, ubi totum litus ſcopuli acutiſsimi occupant, quibus ea ora inacceſſa fiunt ad quos gelato mari lupi tranſeunt prędæ gratia, ibiq; nimio frigore priuari luminibus ferunt ſupra quos deſerta regio iacet, eam nanq; ſiluestres populos inhabitare ferunt: uocantq;: Palpant eſt tamen in ijs locis oppidū quod Ibaborg uocāt, ex hoc loco eijcit ſe terra in promontorium, unde conuertitur litus orientem aſpiciens, quod incutit mare cui nomen Oldegalt. In mediterraneo uero Noruegiæ inter alias ciuitates Nidroſa eſt, cęteris occidentalior in radice quorundam montium ſita qui montes in occidentem uſq; oceanum conceduntur: Item oppidum eſt Ritauangria natura munitum, & Asloia urbs in campo iacens: & alia quæ omnibus orientalior eſt paulo ſupra mare Bouhulis nomine: & quędam aliæ. Diximus iugo montium inſulam diſtingui in quib. Alber fluuius fontem habet: Alteram igitur partem abſoluimus: alterā, hoc eſt, Suetiam, dehinc abſoluemus, is fluuius medio in curſu diuiſus, dextro alueo in mare, ſiniſtro in uaſtiſs. lacum quem incolæ Voter nuncupant infunditur, in ortum occaſumq; productum circiter CL. mil. paſs. ex quo Vagius undoſum flumen in mare haud longe à Calmania ciuitate ſupra dicta euoluitur, in margine lacus, ad occaſum urbs Ienecop ſita eſt, & in ſeptētrionali Scharis oppidū, & aliquanto in orientem alterum Greſholt: In reliqua autem Suetia inter cętera hæc ſunt oppida: in aquilonari parte Ludocia, Viortheg, Veſtenis, Crebes, ſub quibus Alniſtidia, Verendia, Alueſtre, Scheningis, quę duę ultimę urbes in ripa Vagij fluminis poſitę ſunt, poſtea Lichopibia. Sub ijs in regiuncula Helādia dicta ciuitas eſt Helſimborg, & oppidum Veſium, & ſub Helandino agro campus eſt quę Dacia appellatur à Dacis qui cherſoneſum his terris uicinum incolūt pręrepta ac denominata, in ijs Landeſcorne ciuitas ſub qua territorium illud eſt, barbari Scaniā uocāt, priſcum uocabulum licet corruptum locus ſeruans, nam in auſtralem partem Dutę & Dauciones populi habuere. Lundis ciuitas magna, & altera Soluebor cti. Item alia multa in hac inſula ſs dicuntur. quę uero nouimus hęc ſunt.

Iberniæ inſulæ deſcriptio.

IBernia inſula ſequitur, quę uetus adhuc nomen retinent, licet & Irlanda dicatur, Ibernia ad Iberis populis ex Taroconenſi tum Hiſpania egredientibus inſulamq; hanc inhabitantibus uocitatam ferunt, quam & Iernam, & Iuuernam ſcriptores nonnulli appellant. Hanc Britannię, proximam eſſe magnitudine quidam dixere, Cęſar uerius dimidio minorem inquit, undecies nanq; centenis mil. paſs. in circuitu eſt, hęc

cœlum ad maturanda ſemina ut ſcribit Mela iniquum habet (maligne nanq; propter frigus habitationis eſt) Verum adeo luxurioſa herbis non lętis modo, ſed etiam dulcibus ut ſe exigua parte diei pecora impleant, & niſi pabulo prohibeant, diutius paſta diſsiliāt, ubi nullus anguis, auis rara, non ibi montes excelſi, neq; paludes, neque fluuiorū fontes ſunt, licet aquę multę paſsim ſcaturientes in modum fluminum in mare decurrāt, etiam Bloama mons ut nunc appellatur ſeſe inter alios aliquantulum extollat: Hic maſſa terrę gignitur nigra admixta ſulphure, qua illi per uniuerſam inſulam tum etiam quę finitimę ſunt maxime utuntur ad incendendos ignes, non enim cęduas arbores ager producit, ſed fruteta duntaxat, quibus totus feré conſitus eſt. Cultores eius inconditi, & omnium bonarum artium expertes, inhumani atq; impij, huius etiā Strabo meminit, ſed nihil ſe de ea quod habeat manifeſtū poſſe dicere, inquit, hoc duntaxat excepto quod longe magis quam Britanni ſyluestres ſunt, anthropophagi enim, id eſt, hominum carnibus ueſcentes, qui mos gentibus per eam tempeſtatem circa extimas orbis partes multis in locis fuiſſe uidetur, ut in ſequentib. annotabimus, iuxta quod diuus Hieronymus in Iouinianum, quid loquar de cæteris nationibus quum ipſe adoleſcentulus in Gallia uiderim gentem Britannicam humanis ueſci carnibus & quum per ſyluas porcorum greges & armentorum pecudumq; reperiantur, paſtorum nates, & fœminarum papillas ſolere abſcidere, & has ſolas ciborum delitias arbitrari. Ibernia oceano præcingitur, facie penè circulari, cuius ſeptētrionale latus Hyperboreo percutitː mari, qua parte tota fermè inſula aquilonaribus flatibus crebra impulſione, tum habitatore, tū plantis deſerta iacet. Habet hæc pars promontoriū quod appellatur Boreū, ad Boream, ſcilicet expoſitū. Poſt occidentem uerſus aliud Venicneum, quod Nautæ Ligram modo appellant, ubi populi eodem nomine, deinde Vadia amnis, Mut nunc, mare irrumpit. Item alius excurrit quem Argitam uocant, ſtatim Rhobogdium promontorium paruum ſub quo eiuſdē appellationis gens. Adiacent huic lateri, ſed in mari longe, inſulę 5. quarum duæ Ebudæ, ſed altera maior, altera uero minor, Lendroſa maior, Leeder minor modo appellatur: tertia Engaricenna, quam Argiti iuniores uocant, quarta Maleos, quinta Epidium, Solinus. 10. ponit neque ſingillatim eas nominat, ſed earum incolæ inquit neſciunt fruges, piſcibus tantum & lacte uiuunt, regemq; unum eſſe uniuerſis, nam quotquot ſunt omnes anguſta interluuie diuiduntur. Ab occaſu occidentale mare inſula habet, cuius lateris tractum poſt Rhauium fluuium, lacus ingens marina aqua refluus aperitur qui Fortunatus modo diciṫ uadoſus, multiſq; paruis conſtratus inſulis. Poſt ad meridiem Herpeditani ſub quib. Magnatę ſunt qui ciuitatem ſui nominis habent, quæ nūc Lemerich eorum lingua dicitur in ſinu eiuſdem nominis ſita: ſuntq; Vtini, Gangani, poſtremi

poſtremi Vtellabri, hi omnes penè piſcationibus intendunt: in quibus fluuij poſt Magnatam ciuitatem nota digni habentur, Limnius, Auſoba, & Senus, ſub quo Duris, ultimus Iernus, quem Notium promontorium ſequitur (quod cara nũc appellat̃) ad notum uentũ protendens Ad meridiem Vergiuum mare litus radit, quam partem, primi poſt Vtellabros Iberni populi habent, ſupra quos Vſodiæ, & ijs orientaliores Brigantes ſunt: ſecant meridianã oram Dabrona, & Barius amnes, in cuius Dabronæ ripa haud procul à mari eſt Corcha ut noui nominis ciuitas, ſuperius uero ad boream Dunum olim, Vaterfordia nunc, & Laberos quã Caſal noſtra ætas uocat: Apud aũt Barium eſt Rois (ut incolæ nunc uocãt) paruum oppidum. Sacrum poſtea promontorium orientem uerſus eminet, cui lateri non nullæ obiacent inſulæ nullius commemorationis dignæ. Orientale deniq; latus quod frequenti populo incolitur, Ibernico abluitur mari, hanc oram multis in locis amnes & aquarũ riui prorumpunt, quorum Modonus poſt ſacrum promontorium mare influit, quem Manapia urbs Manapiorum ſequitur, poſt quam Oboca fluuius eſt, cui eodem nomine Darinorum oppidũ adiacent, quod Orabint nũc appellatur, & alterum poſt illud Eblana gentis uocabulo dictum, deinde Biduna amnis: hinc autem in Voluntijs Iſmanium oppidũ, flumen Vinderis, & Logia in proximum labentia mare, inter quæ Cauci agros tenent, mox Coriondi ſunt, & hi omnes uictum ex mari quęritãt, piſces ſale cõdientes, quos in Britanniam rerum commutandarum gratia deuehunt: freto illo Ibernico ut diximus accolunt quod inter hanc & Britanniam inſulam continua penè fluctuatione euoluitur, & in hyeme congelatur, quo tempore perforata pluribus locis glacie, magnam piſcium capturam faciunt, qui piſces lingua uernacula Stochafici dicuntur: cuius maris latitudo in 90. mil. paſs. diffunditur, ubi uero ſe in duo promontoria huius atque Britanniæ ad Aquilonem emittit, arctatur adeo, ut non amplius 15. pateat. Ad hanc orientalem partẽ. 4. inſulæ emerguntur, quarum una quæ Mona olim, ſeu Monemana nunc Man dicit̃ in medio freto ſita, paruæ reliquæ ad aquilonem, ut Monorina, Adros, Limnos, hæ duæ ultimę deſertæ ſunt, de Mona facit mentionem Tacitus, incolis tum ualida. Paulinum Suetonium nauibus fabricatis plano alueo aduerſus breue litus & incertum, aggreſſum cepiſſe dicit. de reliquis uero inſulis circa Iberniam coniectis, nihil dicere habemus, niſi quod earũ olim nonnullæ, cultrices quammaxime Bacchi fuerant.

Britanniæ inſulæ deſcriptio.

BRitannia inſula ad orientem Iberniæ poſita eſt Galliæ haud magno maris interuallo aduerſa: Græcis olim Albion, ac deinde à Britonne quodam ibi regnante Britannia uocitata. Quæ poſteriori uero tẽpore inſula, interiecta foſſa, in duas partes diuiſa eſt, quarũ quę in

meridiem uergit, iuniorum alij Britanniam uti antea: alij Angliã, alij autem pro Anglia, Ingelterram dicunt, nomẽ dantes ab Anglia Saxonum regiuncula in Germania, quæ ſic adhuc ibi nominatur, ex qua in Britanniam profecti expulſis ueteribus colonis hic conſederunt, & à ſuis ſedibus inſulæ nomen indiderunt. Partem uero quæ ad ſeptentrionem relinquitur Scotiam uocant à Scotiorum gente, ut aiunt à qua nunc incolitur, qui ſimiliter ex Germania huc enauigaſſe ferũtur. Magna hæc quidem inſula atq; celebris, & quæ alter olim orbis putabatur: unde Solinus inquit finis erat orbis ora Gallici litoris, niſi Britannia inſula nomen penè orbis alterius mereretur. Item Claudianus in laudibus Stiliconis.

Nec reſiſtit oceano, remisq; ingreſſa profundum
Vincendos alio quæſiuit in orbe Britannos.

Hanc nonnulli iunctam olim continenti fuiſſe arbitrantur, quæ & ſi cæteris partibus longe remota ſit, à Morinorum tamen litore, ictio ſcilicet promontorio non amplius 30. millibus paſs. interuallo diſtat: quæ triangularis effigie eſſet, niſi quod quum ad ſupremũ angulum in ſeptentrionẽ uerſum peruenerit, reiecta ad dexterã, in orientẽ longe admodũ faſtigiata prominet Rheniq; fluminis oſtijs in trãſuerſum (quãuis procul) imminẽt, quam ſane partem noſtrorum neminem adijſſe memoria apud nos extat. Eam Solinus Calledoniam appellat. Cuius uniuerſę inſulæ circuitus uicies octies centenis mill. paſs. ferè conſtat: non eminens præaltis montibus, nõ ſaxis petrisúe aſpera, ſcilicet leuibus tantũ tumulis inęqualis exiſtit: ſimiliter nec fluuiorũ fontes eſſe nec magnarũ laticũ ſcatugines quẽadmodũ ne in cęteris huic adiacentib. inſulis habet. Amnes em̃ ex corriuatis per cãpos aquis, in mare uadunt, ac terrã fœcundã reddunt: circa uero litora nõnullis locis prægrãdia frequentãt flumina, quę in mediterranea modo, modo in pelagus fluentia oceani alternatione exeũt, uocantq; æſtus, quos obſeruant nautæ, carinas fluxui quo ſe appulere uoluerint permittẽtes. Quæ quum homines benignius alit: aurũ quoq; argentũ & ferrum habet, ut ſcriptores quidã atteſtantur, Cęſar uero præter plumbum in mediterraneis regionibus, & in maritimis ferrum, in parua tamẽ copia, nihil aliud naſci commemorat, aereq; uti eos importato dicit. Viret omni tempore, imbriferum habens aerem, magis quam niualem, pars præcipue quæ ad meridiem obiecta eſt, quæ uero ad aquilonem expoſita ſaxis horrentibus frigoreq; cõfeſtatur ac hieme etiam per ſerenitates caligo late obtinet, adeo ut die tota tribus aut 4. tãtum horis circa meridiem ipſum ſolem aſpiciant, contra ſole in ſigno Cancro exiſtente, noctem breuiſs. habent: unde illud.

Et minima contentos nocte Britannos.

Quæ quidẽ inſula ante Iulij Cæſ. ætatẽ ut Sueton. tradit, qui eã in lucem & in poteſtatẽ populi Rom. redegit, à noſtris incognita erat, præter eorũ locorum

corũ pauca Galliæ propinquiora: quã ſubinde retinentes Romani, Seuerus Cæſ. ut à barbarorum qui inſulæ ſeptẽtrionalia tenebãt incurſione cuſtodiret (ſunt enim Britãnorum lõge immaniſsimi) foſſam per 132. mil. paſs. ab uno ad alterum mare eduxit, muroq́ʒ muniuit, quod maximum eius imperij decus fuit, unde & Britãnici nomen meruit, licet Hadrianus ante eodem in loco ſine foſſa murum per 80. mil. paſs. primus erexiſſet. Per quã foſſam oceanus quũ adhuc intumeſcit lõge ſurſum in mediterranea diſcurrit: quod iſti à natura inſulam diuiſam putãt: ſed poſt annos aliquot Romani qui Britãnos tuebant̃ quum inſulã relinquere, & ad defendendam Italiã redire cogerent̃, barbari nõ multo poſt Romanorum diſceſſum, deſerto a defenſorib. muro, uniuerſam inſulã inuadunt, qua direpta, deuaſtataq́ʒ muros ęquauere ſolo: quos poſtea Antoninus pius qui Britãnos per Lolliũ Vrbicum legatũ uicit, ceſpitio muro ſubmotis barbaris reſtaurauit. Procreat inſula equos labori nequaq́ʒ ſuccumbentes, & eiuſdem ſpeciei mulas quãplurimas atq́ʒ inceſſu ſuauiſsimo deambulantes. Circumplectit̃ Britanniã oceanus qui ad ſeptentrionẽ Calledonius: ad occaſum Ibernicus & Vergiuus, ad orientẽ Germanicus nunc Alemaniæ mare: ad meridiẽ Britãnicus olim, modo Canales Flãdriæ dicuntur. Igit̃ ſeptentrionalis lateris maritima ora quæ borealib. tempeſtatib. omnis pene derelicta eſt. Nouantũ primo cherſoneſum habet in qua eiuſdem nominis gens, quo etiã uocabulo promontoriũ apud eos lõge ad ſeptentrionẽ porrectum. Poſtea ortum uerſus Rhetigonius ſinus. Deinde alter ad occaſum quẽ Vindogarã appellant, qui fauces cherſoneſi coarctãt. In mediterraneo Lucopibia oppidum ad Abrauanum flumen ſitum, & alterum Rhetigonium à quo ſinus, ipſum ſupra æſtum iacet: poſt Rhetigonium ſinũ, etiã Lemanonius eſt, cuius eductione, & alterius ad meridiem illi oppoſiti, ingens fit cherſoneſus, quã populi diuerſi habitãt: ſiquidem ultra hunc ſinum ad ſolis ortum Epidij ſunt apud promontorium ſui nominis, uſq́ʒ ad amnẽ Longum ibi in mare uadentẽ: Poſt ad Itym fluuium Creones tenent: Mox Carnones: & Carini circa Volſam ſinum intra flumen Nauarim ſiti. Inde Cornauij terrã incolunt uſq́ʒ extrema promontoria Taruedum ſcilicet atq́ʒ Orchas in quib. magna illa cherſoneſus ad auroram terminat: qui populi omnes, ciuitates non habẽt. Quib· promontorijs inſulæ duæ ex aduerſo iacẽt, licet in mari longe nomẽ uni Scitis, alteri Duina, quarum incolæ, ſicut & aliarum multarum huius oceani dijs dedicatæ tum fuerant, & à Britannis olim ſacroſanctæ habitæ. Sub Epidijs autem Creonibusq́ʒ & Carnonibus Calledonij populi ſunt qui & terram quam incolunt ſuo de nomine Calledoniam appellauere, unde & mari nomen eſt. ibiq́ʒ Calledonia ſylua cuius meminit Silius.

In q́ʒ Calledonios primus trahet agmina lucos:

De populo Rom. dicẽs qui duce Cæs. Britãnos in eã fugientes inſequuti ſunt: Apud Calledonios ait Solinus, Vlyxem appulſum, manifeſtat ara

Græcis literis ſcripta uoto. Et poſt Calledonios ad orientẽ Canteæ ac Lu giȷ ſunt quorum maritima ora Altaripa uocat̃, eos Loxa amnis ſegregat, & Smertæ ſimul habitant Ila interluente fluuio ad Veriuium promonto rium in mare exeunte, Nã Smertæ promontorium Viruedrum in extre mo cornu ſub iã dicta ad meridiẽ proſilientẽ attingunt. Sub Calledoniȷs quidem Vacomagi ſunt in quib. oppida Banatia, Tamia, Tueſiſq; æſtui appoſitũ, & q̃d orientalius eſt Altacaſtra nomine haud à mari lõge; ubi nũc Edenborg ciuitas regia eſt, totius Scotiæ caput: quib. gẽtib. uſq; ma re Vennicones ſubiacent, ubi Orrea ciuitas parũ ſupra mare Tinæ amni appoſita. Et ȷs orientaliores Tazatiȷ ſunt ſub Tazalo promõtorio collo cati à Venniconib. Diua fluuio, à Vacomagis Celene diſcreti, qui ciuita tem Dauanã habitant. Sub Nouantibus aũt Damnoniȷ ultra iſthmũ ma gnæ cherſoneſi ad ortum protẽdentes quos Vacomagorũ enniconumq; occidentalia excipiunt, qui Vandurã, Colaniãq; ciuitates habent, itẽ Vi ctoriã & Alaunã, poſt iſthmum iuxta Vennicones ad Tinã amnem ſitas gentiũ limitem, quorum ad meridiem uſq; mare Otadini ſunt Coriam op pidum Alabano amni appoſitum, & alterum Aremeniũ Vedrę fluuio ſi tum habitãtes. Iterũ ſub Nouantibus ad occaſum Selgouę, inde Ibernicũ oceanũ, Ad ortum uero ſolis Damnoniorum Otadinorũq; terrã haben tes, in quib. ciuitates Carbantorigũ apud ęſtum: Corda, Vzellum, ac Tri mõtium quæ ad æſtum ſita eſt, irrigat̃ hæc terra duob. fluminib. Deuææ & Nouio in mare cadentib. Occidentale inſulæ latus cui Ibernia o pponi tur magna ex parte incultum eſt, idq; fit quãtomagis ad ſeptẽtrionẽ pro tendit: uerum poſt Selgouarum ex parte Otadinorum Brigantes ma gna natio ſequit̃, quæ retro ad meridiem foſſa illa Seueriana coerçet̃ atq; ad utrunq; mare pertingit, id eſt, Ibernicum ad occaſum, ad orientẽ Ger manicum, ubi Segãtiorum portus, & Gãganorum promontorium, hic in ſinu qui uocat̃ Dunus, quo & Otadini cõterminant, inſula quædã eſt: Hinc ſinus alter in quo uicus cum fluuio Flerano uo nomine, quib. in me diterraneo urbes ſunt, Epiacum prope æſtum, ſub quo Vinnouium, Ca turatonium, Callagum, Iſurium, Rhigodunũ ſupra æſtum: Olicana: Ebo racum, q̃ ſic etiã nunc incolæ uocãt: ubi Cõſtantius Imp. diẽ obiȷt, & Ca mulodunum Ro. colonia. Hactenus q̃ in ſeptentrionali parte inſulæ quæ Scotia dicit̃ continent̃. Igit̃ poſt Brigãtes ad meridiem Parſorum gẽs eſt Germanico oceano proxima oppidum Petuariã cum fluuio paulo ſupra mare habitãtes. Sub quib. atq; Brigãtibus Orduices regionẽ habitãt, qui & utrunq; mare habẽt, in quib. iuxta Oriẽtale litus Bullum oppidum, in terius Mediolanium ciuitas, prope Tiſobium amnẽ, & altera Brannoge nium in ripa Stucciæ fluuiȷ ſita. Infra aũt Cornauiȷ terrã incolunt, alia na tio à ſuperiori, quorũ ad occaſum in ora Vergiui oceani in oſtio Tuero bi fluuiȷ, uicus eſt ingens Norgales recẽti nomine, interius uero Diuana, & Viroconium ciuitas, quib. ad orientẽ Cathuclanii iuxta promõtorium

Guban

Gubanticorũ ſunt, unde recedente terra ſinus amplius efficitur, qui portuoſus appellatur, in quem exigui nonnulli amnes dilabunť, ſurſum uero à mari Saliue, & Vrolanium oppidum, ſub quib. in mediterraneo Coritaui agrum tenent, qui Erhatæ atq; Lindum oppidum habent. Verſus aũt orientem Imani ſub Catinclanis in eundem ſinum cõcurrentes, & in his Occlum oppidum, & Venta urbs ad amnem poſita. Iterum ſub Cornauis Demetæ, ad occidẽtale mare Vergalles haud antiquum oppidum habentes. Mox Octapitarum promontoriũ longe proſilientem: inde maris ſinus in quo oppidum nouũ Mirforda, & promontoriũ quoddã humile, quo circũ flexo magnus colpus Briſtol nomine (ſic gentes illæ nunc appellant) terrã ingrediť, In eum primo Tœbius amnis cadit: poſt in intimo loco ciuitas, incolæ modo Briſtol uocãt à qua colpus nomen habet, ubi Rhatoſtatybius amnis in mare fluit: iſtis interius à mari Luentinũ & Maridunũ oppida ſunt. Hinc uerſus ortũ Sylices habitãt, quorũ ciuitas Bulleum. His magis oriẽtales Dobunni Coriniũ oppidũ habitantes. & poſt Dobunnos Atrebatij quorũ ciuitas Cal.ua. Vltra hos ad mare uſq; orientale Trinoantes loca poſsidẽt, quæ ab Imenorũ Abus fluuius dirimit, apud quos Camudolanũ urbs firmiſs. earũ regionũ, ad Garienũ fluuiũ poſita, non procul à mari, alter quoq; fluuius Sidumaniſius, deinde in mare uadit. Duæ uero inſulæ quas Ptolemæus iuxta has gẽtes ſitas eſſe dicit, quarũ una Toliatis, altera Couẽnos dicebať, nuſquã hodie apparent, ex quo ab oceano cõminutæ ac deletæ putanť. Ad meridiem Sylirũ Dobũnorumq;. Belgæ ſunt, qui oppida Iſchalim, Aquaſcalidas, & Ventam alterã habent. Poſtea Cantij alterã partem magni ſinus, nã altera Trinoantes tenent, in cuius intima flumen labitur Thamaſis nomine quem Ptolemæus Iamiſam æſtũ uocat, uulgo nunc Thamiſa per quem Londinum urbem Rom. coloniã in mediterraneo ſitam adnauigatur, quæ corrupto uocabulo nunc Lundra dicitur, non inſignis olim ut refert Tacitus, ſed copia negociatorum & commeatuum maxime celebris, ut etiam nũc eſt: Verũ ciuitas ipſa magna atq; diues, totiusq; Britãniæ regia, Thamaſi lato amne diuiſa, quã marmoreus põs miræ ſtructuræ iũgit, ſpacioſus adeo, ut dextra, leuaq; ſtationibus munitus apertã in medio relinquat uiã, ut non per pontẽ ſed per urbẽ ipſam gradi putent. Vltimo uero loco poſt ſinum oppidum eſt quod iuniores Sanduci dicũt, cui opponiť inſula Athanatis antea, nunc Tenet illi uocãt, ab hoc litore æſtuario tenui ſeperatã, felix ut ait Solinus frumentarijs campis & gleba uberi, nec tantum ſoli ſibi, uerum & alijs ſalubris locis, nam quum ipſa nullo ſerpatur angue, aſportata inde terra quoquo gentium inuecta ſit angues necat, ex quo illi nomen inditũ eſt. Poſtea ad meridiem Cantium eſt promõtorium, quo ferè omnis & Galliã naues appellãt, & ſurſum à mari Rhutupiæ ciuitas Cantuariũ à quibuſdã, modo Cõturbia diciť. quæ in Cantijs eſt: iſti cæteris Britãnis longe humaniſs. habenť, neq; multũ Gallica differunt cõſuetudine:

Hæc meridionalis pars inſulæ orã Galliæ ſeptẽtrionalem reſpicit, quam Britannicus oceanus interluit latitudine ea ferè, quam inter hanc & Iberniam diximus: hanc partem ſcribit in cõment. Cæſ. ab ijs incoli qui prædæ ac belli inferendi cauſa ex Belgica tranſierant, qui omnes ferè ijs nominibus ciuitatum appellantur, quibus ortis eò peruenerunt, & bello illato, ibi permanſerunt atq; agros colere cœperunt: Verum interiora inſulę ab ijs incoli, quos natos in inſula ipſa memoria proditum dicũt: quod etiã Diodorus aſſeuerat. Poſt itaq; Belgas inſulæ magnum angulum qui ad Aphricum uentum porrigitur regio nunc Corneualia Damnonij olim tenuerunt. Quare poſt Briſtol, in eodem colpo promontorium Herculis eſt: item alterum Antiueſtum quod & Bolerium dicitur, qui iuxta hoc incolunt, mercatorum uſu qui eò ſtagni gratia nauigant, moribus faciliores quam reliqui erga hoſpites ſunt: hi ex terra ſaxoſa uenas ſequuti illud effodiunt. Poſtremo Damnonium idem & Ocrinum promontorium, à quo haud procul inſula eſt quæ priori tempore Silura appellabaẽ modo Sorlinga, quam turbidũ fretum à Britannia diſtinguit, Huius homines (inquit Solinus) etiam ſuo tempore morem cuſtodiebãt uetuſtum, numum ſcilicet refutabant, dabant res & accipiebãt, mutationibus neceſſaria potius quàm precijs parabant, deos percolebant, ſcientiam futurorum pariter uiri ac fœminæ oſtentabant. Reliquæ autem inſulæ huic lateri obiectæ, licet aliquot ſint, quoniam exiguæ, nulla re memoratu dignæ ſilentio præterimus, poſt itaque. Ocrimum promontorium aliud proſilit Luxarum nomine, poſt quod in ſinu Falemua uicus eſt. Inde amnis Cenion in mare uadit, in altero ſinu Præmua uicus alter, tertius quoq; Artemua ingens iuxta Tamarum flumen gentis terminum, quibus uicis uocabula præſentis temporis ſunt. Interiora autẽ Damnoniorum Voliba, Vzella, Tamara ciuitas ad flumen ſui nominis, & Iſcha, dein Durotriges tenent, in quibus iuxta mare Tincona oppidũ, promontorium lingua patria Porolam, & in ſinu Horamua uicus nouus: Iſaca fluuius inde in mare it: & alter Alaunius, in mediterraneo Dumniũ ciuitatẽ habent, & ultra Alaunium Rhigni habitant, quibus in ſinu, qui magnus portus eſt dictus, ciuitas Triſantona olim, Antona modo, iuxta quã fluuius eodem nomine in ſubiectum mare cadit à quo ciuitas nomen accipit. Hic è regione urbis inſula eſt cui priori tempore nomen Vectis fuit, noſtro uero, Huich ab incolis appellatur, quam Ictim Diodorus nominat, quæ ſicut & aliæ illius maris, oceani incremento inſula uideẽ, quum uero ſubſidet continẽs, exſiccato enim interiecto litore curribus eo, ſtagnum Britãni apud ſe effoſum, ut inde à mercatorib. exporteẽ, deferunt. Poſt autẽ Triſantonem fluuium ſequitur promõtorium Beoceps apud illos, unde eſt portus qui Nouus diciẽ, in quo Ginſaletius nunc uicus ad hoſtium amnis ſui nominis, in quo Rhigniorum terra finit, quibus Neomagus ciuitas mediterranea eſt.

GEO-

GEOGRAPHIAE Commentarius III. Europæ in quo

Hiſpania tota in tribus prouincijs partita cum inſulis ſibi adiacentibus continetur.

HISPANIAE GENERALIS DESCRIPTIO.

Hiſpania prima terrarum Europæ, ad occaſum pars iacet. Hanc ueteres primum ab amne Ibero quam mediam penè ſecat, Iberiam cognominaſſe accepimus, dicente Plinio, per quem Iberum uniuerſam Hiſpaniam appellauere Iberiam. Quæ & Heſperia à nonnullis, ab Heſpero ut aiunt Atlantis fratre: alij quod in occidentali plaga proiecta ſit, & ab Hiſpano poſtea teſte Trogo partis illius rege Hiſpania dicta. Sunt tamen qui ab Hiſpali eius loci urbe clariſsima, Hiſpaniam nomen accepiſſe dicant: quod ad noſtram uſque ætatem durauit, in tres tamen prouincias cognomentis uarijs diuiſam, in Bæthycam: in Luſitaniam, in Taraconenſem. Forma eius quadrata niſi quæ arctantibus freti litoribus in Pyrenęum coit, ubi minus 300. mil. paſs. latitudo quā alibi 500. & 50. conſtet: longitudo uero 700. ferme, reliquis partibus undique mari cingitur: nanque ab Aquilone Cantabricum habent Oceanum, ab occaſu Heſpericum ſiue Atlanticum: à meridie Ibericū. Pars igitur quæ Arctū ſpectat prorſus frigida, nimiæ inſuper aſperitatis & oceano ſemper obnoxia, ex quo maligna ibi habitatio fit. Ab occaſu maxima ex parte incultus & ſqualidus ager, nam rupes & ſaltus, & loca ſyluestria planeq́ aquarū indiga ſunt. Quæ uero in auſtrum uergit, uniuerſa penè felix, pręſertim quæ intra columnas porrigitur, nam fertiliſs. omniū frugum genere eſt, multis quippe ac magnis irrigatur amnibus neq́ è cœlo minus tēpeſtiuis recreat imbrib. quibus uineæ campiq́ læta ubertate exuberant, ſed nec id in frugibus ſolum, uerum etiā in uniuerſorum metallorum ſpecie fœcundiſs. quorum largam ubiq́ uenam illi natura intruſit. Quod ubi ſterilitas terrę aſſcribitur, linum aut ſpartum affatim nutrit. Præterea in omni Hiſpania ſalubritas cœli ęqualis eſt quia aeris ſpiritus nulla paludum graui nebula inficitur: Huc accedunt & marinæ auræ undique uerſus aſsidui flatus quibus omnem prouinciam penetrantibus euentilato terreſtri ſpiritu, præcipua hominib. ſanitas, reliquisq́ rebus uegetatio redditur: ex quo etiā in locis campeſtribus multa ac diuerſa animaliū genera procreari benigneq́ foueri uident, in quibus caprę, equiq́ ſyluestres, in lacubus autem cygni, atq́ eiuſmodi

aues

ROMA

aues plurimæ. Radicum etiam ad tincturam idonearum copia. Inſuper ſales non ibi coqui, ſed effodi. Hæc in ſumma de uniuerſa Hiſpania nūc ad ſingulas eius partes deſcendamus.

Hiſpaniæ Bæthycæ deſcriptio.

HIſpania Bæthyca à flumine quod per eam excurrit à maioribus ſic denominatur, ab incolis autem Turdetania, nam Turdetani populi per id tempus eius terræ magnā partem occupabant, quę nunc etiam uulgo Bæthyca dicitur, præter littoralia quæ mari noſtro adiacent, illa enim Aphricanæ gentes regia inſignitæ poteſtate obtinebant, quam regionē noſtra ætas Granatā uocant, à Granata urbe in ea: nam & M. Agrippa oram illam uniuerſam originis Pœnorum exiſtimauit. Hæc prouincia ut ſcribit Plinius cunctas prouinciarum diuiti cultu, & quodam fertili ac peculiari nitore præcedit, licet & cāpos habeat ad Anam fluuium accedentes ſiccitatis immenſæ: At enim pars quæ ad auſtrum obiecta eſt quæ proprie Turdetania dicebatur, ut paulo poſt uidebimus, mirifica rerum copia læta eſt, inſuper uero pix, & grana purpuræ, & minium, ſed & marmorum lapidicinæ: inuenitur enim minium in argentarijs metallis durum & harenoſum, ubi præter aurum quod penitus ſcrutatur, flumina torrenteſq́ harenam auream deferunt quę paſsim per loca arida deſtituunt. Quod quāuis Galli digniora ſua prędicent quæ in Cemmeno monte ſunt prę ſertim quæ ad Pyrenem uergunt, tamen quod ex his locis educitur magis probatū eſt: Hic etiā pecorum omnis generis magnus numerus, ſed præcipue cuniculorum quos pleriq́ lepuſculos appellant quorum frequens uenatio fit, ne madum longius ſerpat, plantis enim uaſtitatem inferunt, & ſatorum radices æſitant, & hoc per totam fermè Hiſpaniam, atq́ Maſsiliam uſque. Quum aūt huius modi mediterraneæ prouinciæ copia ſit, nō ſecus maritima habentur, nā piſcoſum mare illis eſt, unde quęſtus haud exiguus, & præter alios piſces frequens eſt Thynnus, qui quercea glande ſaginatur, quæ ad mare iſthic abunde naſcitur. Bęthyca itaq́ prouincia terminatur à ſeptentrione & occaſu, Luſitania ad ripam Anæ fluminis, ab oriente Taraconenſi, à meridie exteriori oceano, & freto Herculeo, & interiori noſtro mari Iberico denominato. Hęc montibus nonnullis diſtinguitur, inter quos pręcipue Ilipa eſt, nemoroſus procêris arborib. qui recto penè iugo, paulo ſupra noſtrum mare qua regio longa eſt deducitur, freto altero cornu incumbens. Eſt & alter Temarianus nomine, mediam & hic prouinciæ longitudinem permeans, extra columnas ad oceanū in prouinciæ fermè pede ſiſtens, ab orientali parte ambo demiſsi circa Solorium montem, qui latus huius à Taraconenſi eò dirimit, longeq́ diſcurrit, auri & argenti habens indaginem, quam metalliam nuncupant, alioquin aridus ac ſterilis. Iuxta Temariani radices ad meridiem

ridiem Bæthys amnis elabitur quem incolæ nunc Guadalcabir nuncupant, Aphrorũ tamẽ lingua Cirtin, hic ex Ortoſpeda monte, alij Oropeda, alij Argenteo quũ in eo argentariæ ſint. Plinius, Tungenſi ſaltu oriẽs, per agrũ Oretanum fluit in Bæthycam, Polybius uero & hũc & Anam è Celtiberia naſci, nam & Ortoſpeda mons à mari noſtro exurgens recta per Celtiberos ſeptentrionem uerſus pertendit, quæ regio Taraconenſis prouinciæ eſt, igitur Plinius Bæthys in Taraconenſi prouincia Tungenſi exoriens ſaltu, uerſuſq; in occaſum, oceanum Atlanticum prouinciam adoptans petit, modicus primo ſed multorum fluminum capax quibus ipſe famam aquaſq; aufert, diu ſicut naſcitur uno amne decurrit, Poſt ubi non longe à mari lacum fecit, quaſi ex uno fonte geminus exoritur, quantuſq; ſimplici alueo uenerat tantus ſingulis effluit. Ad ſeptentrionem ut diximus, Anas fluuius præterit Guadiana uoce indigena, oritẽ in Lanuitano agro Taraconenſis 60. mil. paſs. à fonte Bæthys, ab orientalibus enim partibus defertur, qui modo in ſtagna ſe fundens, modo in anguſtias reſorbens, ſeq; tandem ad auſtrum flectens in Heſpericũ oceanum à Bæthys oſtio ſupra 100. mil. paſs. exit. Prouinciam primo gentes habitabant, in quib. Turdetani erant omniũ Hiſpanorum teſte Liuio maxime imbelles, inter tamẽ Hiſpaniæ populos ſapientia, literarumq; ſtudijs præcellentes numeroſum genus, ab ortu in occaſum quicquid inter Anam & Bæthym fluuios iacet, citraq; Bæthym multo ſpacio atq; in Luſitaniam penetrans. In quibus itaque iuxta exterius mare Anæ fluminis oſtia ſunt, ubi Temarianus mons in oceanum prope ubi caſtellum nũc Leppe orientem uerſus Onobaliſturia oppidum cum fluuio, quod Plinius Oſſonoba cognominatum Aſturia dicit Gibralie nũc, fluuius uero Salteſe dicitur, aliud Nebla quod adhuc nomen ſeruat, poſtea ſinus quidam, ultra quem alter ſed multo maior panditur, qui hodie Sibilliæ riuus dicitur in quem Bæthys fluuius irrumpit: Per quem aduerſo curſu ad interiora circiter paſs. 100. mil. nauigatur uſque Hiſpalim urbem nauigijs grandioribus per milliaria non multo minus quã duo & 60. inde uſque Ilipam, Lora nunc, urbem minoribus: uſq; Cordubam autem fluuiatilibus ſcaphis iter eſt, quæ à mari 150. mil. paſs diſtat: ſupra uero Caſtonem oppidum non eſt nauigatu facilis, quibuſdam Temariani dorſis, quæ ſubeuntibus amni leuorſum occurrunt: dextrorſum autem planities immenſa, ac fructuoſa iacet, & in ipſo flumine inſulæ diligentiſs. cultæ. Sed uidetur Bæthym flumen ex priſcis, nonnullos Tarteſſum uocitaſſe, & Gadiram una cum adiacentibus inſulis Erythriam, nam Ariſtoteles è Pyrenęis inquit montibus qui in Celtica ad occiduum æquinoctium ſurgũt, Tarteſſus defluit in mare extra columnas, intra cuius oſtia oppidum quondam fuiſſe eodem nomine, & agrum Tarteſſum: Et item Erathoſtenes, contiguam Calpæ terram Tarteſsiam appellari, & Erythriam

thriam eximiæ felicitatis inſulam: quidam non Gadem ipſam ſed aliam eſſe contra Luſitaniam. Timeus, hanc à puteis Potinuſam uocant, inquit, quam noſtri Tarteſſon dicunt, & in hiſtorijs Salluſtius quem atteſtatum legimus, Tarteſſum Hiſpaniæ ciuitatem quam nunc Tyrij mutato nomine Gaddir habent, & Dionyſius Alexandrinus.

Calpem ſupra diues & alta Tarteſſus.

Nunc ad reliqua Turdetanorum, quibus poſt maritimas ciuitates in mediterraneo ſunt, Canaba, Seria quæ & fama Iulia, Cæriana, Regina, Nertobina, omnes ad Anæ ripam ſitæ, longe uero à flumine Oſca, Btucci, quæ uirtus Iulia appellať: & Clauſa dicitur, Mirobriga haud ignobilis quondã, modo ut coniecturari poteſt uilla Real dicitur: iuxta aũt Bęthym Vrium caſtrum Iulium cognominatum. Setida, Seres modo, & Italica in cuius agro locis ad Ilipam ſpectantibus maxima argenti uis eſt: Inde Ilipa cognomine Magna, & inter æſtuaria parum à mari oppidum Nabruſa cognomine Veneria, Tarteſſus priorib. ſæculis. Dein Bæthys appellata ubi caſtellum nũc, Barrameda nomine. Poſtea meridionali dicti amnis ripa Hiſpalis urbs inſignis Rom. Colonia cognomine Romulienſis, ubi fiebat Celticorũ cõuentus, quã urbẽ nunc Sibylliam uocãt, emporiumq́; ad hoc tẽpus, manſit, in ea Puteus eſt ait Plinius qui creſcente ęſtu minuiť, augeť decedente, medijs tẽporibus immobilis. Inde Ilipa quæ Clauſa dicebať, nunc Villanam uocant, ſupra quã Sigilis fluuius in Bæthym cadit, in Ilipa monte ortus poſtea retro à flumine Carmo ſiue Carmonia cognomine Aurelia longe firmiſsima totius prouinciæ ciuitas, quæ nũc Chermona dicitur in cuius territorio duos fontes iuxta fluere, alter omnia reſpuens, alter abſorbens: Eſt & alius ibi qui aurei coloris piſces in ſe natantes oſtendat, nihil extra illam aquam cæteris differentes, quod idem author ſcribit. Poſtea Aſula in arduo colle ſita. Semotæ uero à flumine, Aſta ſiue Aſtada colonia cognomine Auguſta ſupra æſtum poſita, ferro igniq́; à Romanis abſumpta modo ibi oppidulum eſt Arcos nomine. Inde Saguntia, Pæſula, Oleaſtrum, Calicula, Obucula ſiue Obulco, quę diſtat ab Hiſpali circiter 4. mil. paſs. & Aſsindũ eadem Cæſariana Sigili fluuio appoſita nunc Antichera uocatur, & Bæſippo cuius dextrum latus Cauraphiton flumen radit ex Ilipa mõte in Bæthym excurrens. Poſtea Vrbona oppugnatione difficilis quum ualde à natura munita ſit. Verum ad Septentrionem Turdetanis Celtæ Luſitaniæ populi admiſcẽtur, cis Anam fluuium in hac prouincia nonnullas ciuitates inhabitãtes, nam iuxta eundem fluuium Aruci, Curgia, & Arunda ſunt: ab eo autem aliquantulum Acinippo & Vlma: Quod autem huc è Luſitania Celtas peruenerint, ex hoc depręhenditur, quod ſacris, lingua, oppidorum uocabulis, à Bæthyca diſtinguuntur, qui mediam inter Togum & Anam fluuios regionem maiori ex parte incolunt, quæ Beturia appellatur. Sub Turde-

tanis

tanis autem ad meridiem Turduli ſunt unà cum Turdetanis habitantes: Iſti poſt Bæthys oſtia ad orientē litus habent, ac primum in eo ſinu quem riuum Sibyllię diximus inſulam ubi Meneſthei extiterat oraculū, & Capionis turris, uel potius monumentum ut ſcribit Mela. Ea ſicut pharus mirum in modum ad nauigantiū ſalutem ædificata. Namq; anguſto mari, nec minus 30. mil. paſs. ad eam nauigatur, ubi eiectus ab amne limus uadoſum reddit profundum: Alij oraculū illud paulo infra ponunt, nam in eodem ſinu portus eſt qui Meneſthei appellatur, Gaditanus à quibuſdam. Deinde oppidum qui lucus oleaſtrum appellatur, nunc S. Lucas, et quod incolæ aſſerunt non longe inde Medimna urbs fuit, mari abſorpta, quondam Mœnecis dicta quam Phocenſes fabricati ſunt, à fundamentis effoſſa. A quo loco non in mari multo inſula exigua urbis nomine. Hinc ſinus Gaditanus aperitur in quo Gadira inſula iacet, circiter 60. mil. paſ. à Calpe diſtans, ea modo Cades dicitur quæ abeſt à continenti ubi proximior ad ſtadij latitudinē, quo freto, ueluti amne ab Hiſpania diſcernitur, 60. mil. paſſ. circuitu, hæc ab Ephoro & Phylide Erythria, à Timeo Potinuſſa, & Aphrodiſia, ab indigenis Iunonis tum uocitata: Pœni uerò Gadiram punica lingua ſepem ſignificantem dixerunt, quaſi mari ſepiatur. Erythria dicta quoniam Tyrij qui coloniam in eam deduxerunt, ab origine eorum orti qui ab Erythreo mari ferebātur, ut Plinius tradit: ſimiliter Trogus: & in antiquitatibus Diodorus, & quum Carthaginiēſes quemadmodum & Gaditani à Tyro initium habeant, ideo Silius de Hanniba le ad hanc proficiſcentem ueluti ad ſuos ait.

Extemplo poſitos finiti cardine mundi
Victor adit populos, cognataq; limina Gades

Quę duob. promontorijs in altū euecta eſt, medio abducto litore, & in altero cornu eiuſdē nominis urbē habēs quæ Iulia Auguſtana poſtmodū appellata eſt ciuium Rom. opulenta, & emporium ampliſs. cui optimus portus ſubiacet, unde & plura & ingentia emittebantur nauigia, quæ noſtrum & exterius mare nauigabant. In altero cornu ab urbe 12. mil. paſs. templum Ægyptij Herculis & religione & uetuſtate atq; opibus illuſtre à Tyrijs conſtitutum, quur ſanctum ſit, oſſa eius ibi ſita eſſe fingunt: cuius templi extructionem memorat Diodorus: Vbi plures Romanorum duces clariſsimi magnis rebus geſtis uota huic Deo ſuſcepta perſoluerūt, ſicut in uita Cæſ. Tranquillus perhibet. Inter quas Alexandri magni fuiſſe ſtatuam. In hoc quoq; fontem eſſe qui contra oceani motum uel ſubtrahitur, uel adſurgit, Polybius teſtis eſt: duos puteos Poſidonius dicit. Huius inſulæ eximia ſoli bonitate fabula orta eſt, Geriones eam habuiſſe, cuius armenta hinc Hercules abduxerit. Cui ad meridiem Didyma eſt inſula nec amplius duobus mil. & 500. paſs. complectitur. E regione autē Gadiræ in continenti (quod litus Plinius Curſenſe uocat) poſt Medimnam

C urbem

urbem. Reſippo portus, inde Bællon fluuius in mare uadit, penes quem à parte orientali eiuſdem nominis ciuitas fuit, nunc Cyres caſtellum paulo à mari. Inde promōtorium in quo Iunonis templum ſitum fuit, nautæ modo Trafegar uocant. In mediterraneo autem Turdulorum hæ ſunt urbes: ultra Bæthym in ſeptentrionali eius ripa, Vogia: & Cæcilia, remotiores flumine Setia urbs celeberrima quæ Augurina cognominabaẽ S. Stephanus nūc ab incolis dicitur: mox Illurgis Forū Iulium appellata, modo caſtellum ibi eſt Almundous nomine quę inexpugnabilis uidebatur, in editiſsima enim eius parte rupe præalta arx ædificata fuit qua urbs tegebatur, hanc Scipio igne & ferro uſq; ad infantium cædem deleuit, ob nefandam commilitonum Rom. cædem. Sub qua ad meridiem Calpurniana eſt, circa quem modo locum Linares oppidulū, & in altera aūt Bęthys ripa Corduba urbs clariſs. Turdulorum conuentus, idem adhuc nomen licet corruptæ retinens nam Cordona dicitur, ampliſs. olim emporium & Marcelli ædificium, quæ prima ad iſtos locos à Rom. populo dimiſſa colonia eſt, Patritia cognominata: ex hac urbe duo prodierunt Senecę, & Lucanus, unde Martialis.

Duosq; Senecas: unicumq; Lucanum
Facunda loquitur Corduba.

Poſtea Biniana: & Attigis colonia, Auguſta firma denominata, nunc Ezila dicta, una ex prouinciæ cōuentibus. In media quidem regione ad occaſum Onoba oppidum non multo ſupra mare, æſtui appoſita: & Ebora cognomine Cerealis Vrgao modo quæ & Alba: prope quam Luciferi templum fuit, illudq; dubiā lucem appellabant. Bella Sala. Tuccius urbs opulentiſs. quæ cognominatur Auguſta gemella quam modicus amnis attingit ea nunc Seceni dicūtur. Deinde Murgis. Salduba. Arcilacis Detunda, & Obulcū q̄d Romani Pontificenſem appellauerūt nunc Sicura ad amnē ſui nominis Iulia Ilipula cognomento magna in ſeptentrionali Cauraphitonis fluuij ripa: Granada nunc à barbaris urbs magna regniq; ſedes, quæ religioni nomen dedit, quæ diſtat à mari circiter 86. mil. cuius finitimi cāpi pelago ex inundatione 4. paſſ. mil. fere demergūtur: Veſcis Fauentia poſtea dicta: illi modo Velis dicūt, prope Nybem amnē qui nauigabilis eſt in Bæthym fluentem. Eſcua ſiue Aſcua quæ Iulia Cōſtantia uocabaẽ nunc Alama. Ortigis uel Artigis inde Oriola nunc, urbs quondam ualidiſs. agrum habens frugiferum in quo argentum ab incolis foditur. Calicula altera à ſupra dicta Oſca nūc. Lacibis, id eſt, Guadiſte penes fluuium ad Selebinam in mare exeuntem. Lacippo Illiberis Liburnus cognomine nunc ſignena parum diſtans à mari. Sub Turdulis Baſtuli ſunt ad mare noſtrum uergentes ſub Ilipa monte quo à reliquis gentibus diſſociātur, quorum nunc terram à iunioribus Granadam uocitari diximus. In his poſt Iunonis promōtorium, quo Herculeum fretum incipit

oppidum

oppidum in ſinu eſt nõ ignobile Menlaria nomine, Tariſa nũc, iuxta Vacheram fluuium, quod nauale olim Gaditanorum fuit, illudq́ꝫ Balbus homo ex ea gente nobilis in cõtinente extruxit, emporiũ optima ſalſamentatum habens. Poſt eam urbs nomine Tranſducta fuit. A Berbeſola ciuitas cũ fluuio, & in ſinu Carceia haud longè à Calpe, quam alij Caricini ī à grecis uerò Carceſos dicta, nunc Zizera appellatur in oſtio fluminis ſui nominis poſita ubi portus, hãc quidam, teſte Mela Tarteſſos aliquando dictam putant. Calpe inde mõs eſt & Columna ab Ilipa auulſus, qua mare noſtrum Herculeũ fretũ terminat, qui mõs Gibeltêr ab incolis modo appellatur, circuitu quidem nõ magnus admodum, altitudine uerò ingens & erectus, adeo ut longinquis inſulæ formam præferat, totus penè in mari eſt, cõcauus ab ea parte quæ occaſum ſpectat, in ſummitate quæ biceps eſt planitiem habet in qua caſtellum natura munitum, non enim adiri poteſt niſi una tantũ uia, & ea peranguſta, reliqua omnia prærupta ſunt. Hic inter Europam & Aphricam fit illud fretum quod Herculeum ſepe diximus, licet quidam Atlanticum, alij portas Gaditanas uocent, unde & Solinus Gaditanum ait fretum à Gadib. dictum: quod noſtri temporis homines ſtrictum Gibelterræ uocant: cuius latitudo 16. mil. paſs. ubi latius patet, ubi uerò arctatur 12. in longitudine 40. qua de cauſa limen interni maris multi eum locum appellauere: ubi uada candicantibus ſaxis (non enim profunda altitudo eſt) carinas teritant. Fabulam eſſe Herculem perpetuo quondam iugo unde nunc mare inundat diremiſſe iunctos colles quibus oceanus excludebatur. Abyla & Calpes laborum Herculis metæ quam ob cauſam indigenæ columnas eius Dei uocãt, creduntq́ꝫ perfoſſas excluſa antea admiſiſſe maria & rerũ naturæ mutaſſe faciem: ſimiliter Diodorus: Plato uerò & Seneca, mare noſtrum cum ſinubus ac fretis omnibus tremoribus terræ infuſum. Europam ab Aphrica, & ab ijs Aſiam penè abſtuliſſe: Erathoſtenes clauſum antea quum mare amnibus impleretur effractum eſſe tranſitum dicit. Hâc igitur mare patefactis clauſtris longè ac latè in terram profunditur quod mediterraneum appellamus, idq́ꝫ ipſum magnum apud orientales gentes nũcupatum reperitur. Ingredientem itaque ad leuam flexuoſo litorum anfractu Europam lambit: ad dextram directis penè oris Aphricam præterit: Aſiæ dehinc obiecta fronte pulſum: Quanquam fuere nonnulli qui dicerent non per hanc eruptionem intro, ſed extra emittere: ſiquidem è palude Mæotide in Pontum: è Ponto in Propontidem: ex quo deinde in Ægeum pelagus: indeq́ꝫ in Gallicum uſque mare profundius continuo fieri, nam Ægeo Siculum uel Siculo Ionium, Ionio Tyrrhenum, & iſtorum omnium Sardonicum profundiſsimum eſſe, quod ait Ariſtoteles, quum propter ſoli decliuitatem, tum ob fluuiorum frequentiam quæ in Meotide influunt: alij autem aquas dulces quia leuiores, ſuperfluere ſalſas, & ita ſemper effluere:

nam in angulum illum, noſtri maris, hoc eſt, Mæotidis innumerabilium, penè fluuiorum multitudo ingruit, adeo ut occultato marinæ aquæ manifeſto acceſſu ac receſſu, non ingrediendi modo, uerum egrediendi ſemper tanquam à capite uideatur. Nunc ad Calpem redeamus in cuius montis radicibus, uti apud Strabonem legimus ſita ciuitas fuit eodem nomine apud Thalaſſam Ptolemæus uocat, uetuſtum & haud abiectum ſanè oppidum quondam Hiſpanorum nauale, plerique, in quibus Timoſthenes eam ab Hercule ædificatam dicunt. ex quo Heraclea tum denominata fuit. Poſt itaq; Calpem mare noſtrum ingreditur quod Ibericum olim ab Iberia, id eſt, Hiſpania, nunc mare Leonis iuniores uocãt, neq; hoc ſolum ſed totum uſq; ad inſulam Siciliæ. In Iberico primum Suelum oppidum, nunc Stopona. Hinc ſinus in quo Saduba, ſiue Salduba fluuius exit in cuius oſtio oppidum fuit Saduba caſtellũ nunc Marbella. Poſtea Malaca urbs cum fluuio quam uulgus eodem nũc nomine appellat, & eſt primaria in hoc litore portum habens: Sequitur Malacum promontorium, poſt illud Mænoba nũc Monecha, urbs ſupra æſtum ſita. Sechiſirmium deinde oppidũ fuit cognomine Iulio. Poſt Selembina ipſi corrupto uocabulo, Serauignam uocãt, inde ſinus panditur in quo Abdara urbs cum fluuio Phœnicum, ædificium, nunc Almeria, inter quam & Malacam regiũcula ad mare q̃ modo Vandalia dicitur. Mox portus qui Magnus appellatur: & promontorium Charidemum inde in ſinu Barea ciuitas cum fluuio, in quo maritima Bæthicæ à Taraconenſi dirimitur, Bernam modo illam dicunt. Sunt & alia permulta, nam ſupra 200. oppida in hoc mẽbro fuiſſe fama eſt, celeberrima uerò quæ ſuper amnes ædificata ſunt, aut æſtuarijs, mariq; proxima propter rerum importandarum exportandarumq; commoditatem, ex ijs Plinius 220. digna memoratu fuiſſe ait.

Hiſpaniæ Luſitaniæ ſitus.

HIſpania Luſitania quæ & ulterior dicitur, à luſu cognominata fertur, quemadmodum Varo tradit, cum Herculè perueniſſe dicens in uniuerſam Hiſpaniam Iberes, Perſas, Phœnices, Celtas, ac Pœnos, cum quo & Luſum Liberi P. aut Liſam cum eo bacchantem, quem Luſitaniæ nomen dediſſe. Ea nunc Portugallia dicitur, præter particulã quæ ad orientem inter Tagum & Anam fluminaiacet, quam regnum Caſtellæ illi uocant, prouincia felix ſatis, & rerum copia abundans, non enim mõtes arduos habet, ſed humiles paſsim colles, amnibus magnis ac paruis irrigua, q ab ortu pariter dilapſi maiori ex parte nauigabiles ſunt. Cuius terræ ſitus eſt: ad ſeptentrionem primo Duriam flumen habet, Taraconenſem ab ſemet ea in parte diſterminantem, ad occidentem & pro parte meridiem Heſpericum oceanum: reliquum Bæthycam ad Anã fluuium. Ad orientem Taraconenſi prouinciæ iterum per Solorium montẽ & Oretanis iugis deſcendentem: quam Tagus fluuius mediam ſecat. Tenent

nent

nent Luſitaniã gentes in quibus Turdetani ſunt, id eſt, eorũ pars quos in Bæthyca habitare diximus: namq; poſt flexum Anæ ad meridiẽ loca incolunt. Igitur iuxta meridionalem oceanum in ripa occidentalioris oſtij dicti fluminis Balſam oppidum habent, Buſera modo: inde occidentem uerſus Oſſonaba urbs eſt ſupra ęſtum ſita, Siluas nũc ab incolis: hinc longe in altum promontorium triceps proſilit quod ſacrum quondam, nũc S. Vincentij dicunt, extimũ in hac parte orbis totius terræ ſignũ ab oſtio Anæ fluminis circiter 60. mil. paſs. diſtans. Hactenus auſtrale latus. Ora deinde occaſum ſpectans protendit, plana quidã, ſicut & meridiana uſq; ad Herculis columnas, quamobrẽ multis hic in locis à mari ad partes mediterraneas ſuperiores ualles ſunt, ut in Britãnia diximus foſſis mediocribus & fluuiatilib. alueis comparandæ, & complura ad ſtadia, nonnullæ ad paſs. mil. & 200, extenſæ, in quas recti nauium curſus fiunt. Poſt promontorium iam dictum ſequitur fluuius Calepodis Ruſſanus, modo ab incolis: unde ſinum peruenitur in quo Salatia urbs, Imperatoria cognomine prope flumẽ ſita, quã illi hodie Satuel nũcupant: poſtea promontorium Barbariũ: quo circũflexo magnus excipit ſinus, in quo primũ Cętobrix urbs, nunc oppidulũ Almada, & in interiora ſinus oſtia Tagi fluminis, qui Taius ab indigenis modo dicit̃, Turdetanorũ ea in parte limes: inde ſurſum & à mari ꝓcul Paxiulia ciuitas eſt q̃ modo Eura dicit̃ in qua ex trib. totius prouintiæ conuentib. unus erat, quem Paxenſem uocabãt, itẽ Iulia Myrtilis, ſiue Liberalitas Iulia, urbs ueteris Latij haud ꝓcul ab Ana fluuio ambę ſitę ſunt. Tagus ab orientalib. partib. deferẽ & recto curſu in occaſum elabit̃, quod quũ ad litus peruenit, aperto oſtio duorũ mil. et 50. paſs. latitudine pandit̃ altitudine immodica, adeo ut grandiora nauigia aduerſo flumine nauigari facile patiatur, ſurſum aũt in cãpis inundãte æſtu diffunditur (retorquet̃ enim aduerſa oceani mole) ut ad 20. mil. paſſ. facies extet pelagi, reddaturq; planities tota nauigabilis, reliquũ curſum fluuiaticis lembis etiam ſuper Moronem urbem, amnis piſcium feraciſſimus, oſtreorum præcipue redundans, & qui ob harenas auriferas cęteris huius loci fluminibus maxime præferantur: quæ Iuuenalis.

tanti tibi non ſit opaci
Omnis harena Tagi, quodq; in mare uoluit̃ aurũ. Item Lucanus:
Quicquid fodit Iber: quicquid Tagus expulit auri.

Similiter & alij, cui ager bonitate conſpicuus adiacet. huic uicina oppida cæterorũ opulentiſs. ſunt: cuius leuam dextramq; ad amnes Duriam atq; Anam Luſitani incolunt, inter quos (à Tago ad Anã) ad orientẽ, Turdetanos, ad occidentẽ Celtici cõtinentur qui Tagũ ad ſeptentrionẽ habent quos ad meridiẽ trans Anem in Bęthycã penetrare ſupra oſtendimus. In Luſitanis aũt iuxta mare ſupra Tagi fluuij oſtium ciuitas nobilis eſt quæ à ueterib. Vlyxippona appellatur qui Vlyxem cõdidiſſe ferunt, quę poſtea felicitas Iulia cognominata fuit, nũc aũt Lixbona uocitat̃, regalis loci

ſedes: in cuius agro ſcribit Plin. Carbunculũ lapidẽ erui magno labore ob argillã ſoli aduſtis ſalibus circa quẽ locũ, ac in omnẽ Luſitanię oram teſte Varone alijsq́ꝫ ſcriptorib. equas uerno tẽpore nimio ardore cõmotas contra frigidiores uẽtos ora hiſcere ſolitas & exinde cõcipere edere'ꝑ pullos quos uelociſs. in curſu eſſe dicũt, nõ tamẽ diu duraturos, breuis admodũ uitæ ſunt: Plinius, trienniũ uitæ nõ excedere: Trogus falſum putat: ait enĩ fabulæ quæ ex equarũ fœcunditate ob gregũ multitudinẽ natæ ſunt, qui tanti in Galetia & Luſitania tanq́ꝫ pernices uiſunt, ut nõ immerito uento ipſo cõcepti uideant. Poſt ſinũ uerò ubi Vlyxippon.ĩ ſitã diximus Lunæ mõtis promontoriũ ſequit, mox oſtiũ amnis Mõdæ ſeu Muliadæ, hodie Mondego dicit nobiliſs. quidẽ et qui nauigatiões habet, paruas tamẽ, naſcitur enĩ in luna mõte. Hìc haud longè à cõtinenti inter promontoriũ & amnis oſtiũ in oceano inſula iacet Londobris antea, nũc Berlinga 50. mil. paſs. cõplectens. Vacus dein aut Vagia fluuius eſt. Poſtea Durię fluminis oſtium in mare edit, cui Caſtellum appoſitũ eſt q̃d illi Portũ modo dicũt, antiqui uerò Lauariã urbẽ, quã diripuit Sertorius ac diſiecit funditus qui ex maximis Hiſpaniæ fluminib. eſt: nunc Duero ab accolis dicitur magnis nauigijs permeabilis ad 100. mil. paſs. atq́ꝫ paulo plus, ortũ in montibus habẽs, quib. & Bæthys: & Ana, & Tagus effluũt: Plin. in Pelendonibus fontes habere dicit. Luſitanorũ mediterraneæ urbes ſunt in agro ſcilicet Caſtellæ, ut modo aiũt, dein Aritiũ ſub ea, & ad meridiẽ Selium nunc Lamego, Velladis nunc Zamora fluuij Dorię appoſita. Dein in montib. Scalabis colonia quæ præſidiũ Iulium appellatur municipiũ ciuiũ Rom. ubi cõuentus fit, qui Scalabitanus dicit, nunc ab incolis Lagarda dicitur, ſub qua Tacubris Salamancha nũc: quib. ad meridiẽ Arabriga, nunc Tamar caſtellũ, in petra exiſtens & Monda urbs primaria & huius regionis metropolis ad fluuiũ ſui nominis ſita, quę unà cũ fluuio ab incolis modo Colimbria dicit, in cuius cãpis ut ſcribit Theophraſtus ebor foſſile candido & nigro colore inuenit: ubi Cæſ. dictator Pomp. magni Pompeij F. uicit. Poſtea Cõcordia nunc Citarodrigo iuxta fontes Mondę amnis, & in ripa Tagi Mẽdeculeia et Ruſticana. Vltra uerò Tagũ in altera ripa Cauriũ. Burdua, Turmogũ, & ab eo haud longe Norba cognomẽto Cęſarea Coriagaliſtro modo, & Liciniana, Colornũ, Acmęa, Salæcus, Cæcilia gemellina Turgiglos nũc, in mõtanis locis poſita. Ebora oppidũ ueteris Latij, Geręa, Capaſa quę Vectionib. cõtermina eſt. Poſtea Auguſta emerita Colonia urbs clariſs. Ad Anã fluuiũ, quã quũ Cæſ. conſtituiſſet, & ibi ueteranos impoſuiſſet uocari emeritã iuſſit, ubi & cõuentus Emeritẽſis nũc aũt Merida dicit. Sub Luſitanis Celtici ſunt quorũ regio unà cũ Turdetania ſibi iuncta nunc proprie Portugallia dicit: Celtis ut Appianus tradit à Celto Polyphemi Cyclopi & Galateę F. regioni imperante, nomẽ inditũ: quib. eſſe oppida iuxta Tagũ fluuiũ Catraleucos. Cæpiana, Laccobriga Mirobriga, ſiue Morõis q̃ Celtica cognominat quã Truciglos modo uocant: di

cãt: diſtantia uerò à flumine Bratoleũ, Arcobriga, Merebriga cognomine Plumbaria. Turres albæ Badaioſa modo Arandis. Luſitanis rurſus ad orientẽ Vectiones ſeu Vergones ſunt ad Anã uſq; fluuiũ incolentes, quos Tagus irrigat, q etiã in regno Caſtellę cõnumerant, in his ciuitates Coteobriga. Salmatica ad amnẽ Duriã: retro aũt in montium radicib. Auguſtobriga Segonia nunc prope fontẽ fluminis in Doriã cadentis, Obila, Manliana item Capara & in montib. Laconimurgi, nunc Piagenza, Ocelum Colmenar modo & penes Tagum Deobriga, & Latia oppidana cognomine Auila modo cis Tagum uerò Lama.

Hiſpaniæ Taraconenſis ſitus.

HIſpania Taraconenſis, quæ citerior appellatur, ea eſt quæ in regiones modo à recentioribus Vizcaia, Caſteglia, Aragonia, Catellonia diuiditur: ut inferius ſuis manifeſtabimus locis: regio in ſumma ſpatioſior multo, uberiorq; duab. alteris, metallorum præcipuè, æris, plumbi, auri & argẽti, liquati præcipuè, q̃d experimento contingit, quippe quum forte ſilua quædã, in ea parte, quæ Pyrenęo proxima eſt, à paſtoribus immiſſo igne arſiſſet, factoq; ex eo terręmotu, ſolum conſciſſum eſſet magna eius materiæ uis pluribus locis patuit: quando uelut aqua riui per terræ concaua large argentum flueret, q̃d Diodorus ſcriptoresq;, alij tradidere. Huius prouinciæ orientale latus propter Pyrenem ſaltũ altius atq; aſperum eſt: at inde ſubiecta ora uſque ad noſtrum mare plana, paucis duntaxat montib. exceptis, nec ſane magnis: in reliquũ uerò regionis plures & excelſi, intra quos Iubeda qui æquo penè tractu à Pyrene diſtat, à Cãtabris exoriens in noſtro terminatur mari, inter quos montes medius amnis Iberus per planitiem labitur hinc atq; hinc manantibus aquis auctus. eſt & mons alter qui Ortoſpeda uocatur, cuius in Bæthyca mentionem fecimus, ex quo nudus quidam tumulus per Spartarium dimiſſus campum tranſit, cui ingens applicatur ſilua, ſuper Carthaginem & Malacæ regionem pullulans, ſupra uerò ad ſolis ortum alius mons Edulius nomine Iubeda euulſus Pyrenem uerſus extenſus, quem Iberus per trãſuerſum ſecat. Sunt etiam ad aquilonem montes Viundij uocitati ab occaſu in ortum per Cantabrorum Aſturúmque terras diſcurrentes à quibus in parte orientali Iberus amnis defertur. In Traconenſi nationes multæ ſunt, ſed ut aſſerit Strabo præter paucos uidelicet Carpetanos, Vectiones, Vacceos, & Callæcos famæ maioris populos, reliquos eſſe indignos de quibus uerba fiant propter humilitatem ac ignobilitatem, ut ſunt Pleuauri: Bardyetæ, Allotriges, cæteriq; deterioris ac deformioris appellationis homines, aggreſtes omnes atq; immanes. Hæc prouincia ea parte qua occidentem ſpectat ab amne Duria incipit, in aquilonẽ tendens, q̃d latus occidentalis oceanus abluit, Licet Plinius & Strabo totum illud in Luſitaniam ponãt, nos Ptolemæum ſequuti Taraconenſi aſſcribimus. Igitur poſt

Duriæ fluuij oſtium ad alterũ uſq; mare, hoc eſt, ſeptentrionale, quicquid eſt Callaici populi poſsident, quos alij Callęcos: alij Gallętios uocãt, uulgus uerò Gallingos terramq; qua paſcuũt Gallitiã dicunt, in duas gentes diuiſi, Minio amne interfluẽte, quarũ pars altera quę ad Duriã pertingit, Bręcariorũ, altera ad ſeptentrionẽ Lucenſiũ cognomine eſt, de quib. poſtea. In Callaicis itaq; Bręcarijs iuxta mare hæc ſunt, relicto Duriæ oſtio aliud Aui fluminis eſt ad quod Tyde caſtellum grecorũ ſobolis fuit. Auarum poſtea promontoriũ, & fluuius Nabir uel Nebis, ubi Obrinca oppidum inſigne, & poſt illud amnis Limeris qui & Limaæ & Lethe appellabat, et Bellion & Chalybs: nam Strabo fluuius Lethe quod à pleriſq; Limæa uocitatur, ab alijs Bellion: & Plinius quũ eum meminiſſet ait, quem Calybem quidã intelligũt, & Limęã uocant, obliuionis antiquis dictus. Poſtea in Auguſtanũ ſinum Minius fluuius exit ore ſpatioſus cui nomen tellus per quã ſerpit Minio uberrima dedit, alio quoq; nomine dicit Bænus, iſtis uero temporib. Migno uocatur, magnitudine omnes qui in hac regione habentur ſuperãs, ad cuius oſtium leuo lateri oppidum ſedet, Auguſta olim nunc Baiona: hic amnis in Aſturibus exortus, quidã in Celtiberis q̃d falſum eſt q ad 100. mil. paſs. nauigabilis eſt, cuius adeo eminentes ſunt ripæ, ut intra ipſius alueũ maris inundationes ſatis excipiat: ante cuius eruptiones in mare hoc eſt, ante ingreſſum ſinus in quẽ ipſe Minius infunditur, procũbit inſula & ſcopuli duo portus habẽtes. Interius uero à mari ciuitates ſunt Auguſta Bræcaria Valeuza nũc Minio appoſita, locus conuentus quo 24. populi cõueniebant, Calladunum. Pinetus, Complutica nunc Sama, ad Minium ſimiliter ſitæ: in medijs autẽ campis Tuntobriga. Araduca in Duriæ ripa, deinde minutę gentes quædã erant quarũ quælibet ciuitatẽ habẽt. Turodori primo q oppidũ Aquaslaias tenẽt, poſt Nemetaui in quibus ciuitas Volubrigam quæ Braga nũc dicitur, Celerini Celiobriga nunc Gunneras, cui eſt gloria in lino, in texendis plagis utiliſſimo, unde in Italiam deferri ſolebat, uocaturq; celium à ciuitatis nomine: Forumlimicũ, Grui Tũdas, Luanci Meruã, Cuacerni Aquęcuacernorũ. Lubeni Cambętũ ubi nũc Lione ad Storgã fl. eſt, Storga ex ſuperiorib. montib. in Doriã haud procul à mari cadit: inde Narbaſij quib. Forũnarbaſanorũ Aſtorgã modo dicitur iuxta Doriam amnẽ, omnes ſub Callaicorũ Bræcariorũ nomine cõſtituti: quarum gentiũ meminit Silius quum mares ad bella omni uita intentos, fœminas agros colere dicat, ſed præcipuè magicæ arti omnes deditos. Hinc aũt poſt Miniũ fluuiũ Callaici Lucenſes ſunt, quibus ad occidentale mare Orubiũ primo promontoriũ q̃d in parte altera introitus Auguſtani ſinus extollit ubi caſtellũ eſt illi pontũ Vedrã dicũt, deinde amnis Via. Omittẽdus eſt hic angulus terrę, quẽ poſt deſcriptos Lucẽſes repetemus, igit in ſeptẽtrionali ora, quã Cãtabricus oceanus repcutit, ciuitas eſt Flauiũbrigantiũ, uel Flauia colonia quondã, nũc Lacologna dicit à q̃buſdã le Crugne, in magno ſinu Interius

rius uero à mari ciuitates ſunt, Olina Caſtropolo modo, Veca nūc Verca Libunca Ouiedo nunc in montib, ſub quibus ad meridiē Caronium, Ocelum, & ad Minij fluuij ripam oppidū Ruptiana nunc Tuy iuxta oſtiū parui amnis in Minio ex ſuperiorib. montibus influētis. Item oppidum Glandomirū Turrigiaq;. Præterea in Lucenſib. connumerant̃ populi, ut Ceperi & in ijs Iriaflauia urbs, & altera Lucus Auguſti appellata Lugum modo ab incolis: loco mōtuoſo ſita, ubi cōuētus fiebat etiā ad quē populi 16. cōueniebant. Cilini poſtea qui ciuitatē Aquaſcalidas habēt. Lemaui q̄ rū ciuitas Datoriū. Bedij apud quos Flauialambres oppidū. Seburri quibus Talamina, & Aquæquintianę oppida ſunt: gentes omnes bellaciſsimę & ſubiugatu difficilimę, mōtana eñ loca habitāt, græcā ſibi originē eſſe aſſeuerātes ut narrat Trogus, ſiquidē poſt finē Troiani belli Teucrū morte fratris Aiacis inuiſum patri Telamoni à regno prohibitū, Hiſpaniæ tandē litorib. appulſum Gallęciā trāſiſſe, ubi expoſitis ſedib. manſiſſe ferūt: Angulū uero terræ quē dimiſimus, Artabri tenēt qui deinde Arotebri dicti ſunt, quib. Lucēſes à tergo imminēt, quamobrem ad occaſum poſt Viā flumē utriuſq; gentis terminū portus eſt, q Artabrorū quondā, nūc Mures dicit̃, in q̄ Oropiū oppidū Oleaceltici cognomine, ubi uaſto cornu promontoriū in altū prominet Onerīū prius, hodie Finis terrę appellat̃, q̄d quidā ex antiquis alij Artabrū, alij Magnū, multi Onoſipponē ſe, terras maria, cœlumq;, ut Plin. ait diſterminās, illo eñ finit̃ Hiſpaniæ occid. tale lat9. cōtra q̄d inſulas 6. Plin. enumerat, quas deorū q̄dā nōnulli Fortunatas appellauere, alij ſunt q 10. eſſe cōtend.it Strabo in primis ſcilicet ac Ptol. uerū eñ Strabo ab alijs earū ſitū diuertere uidet̃, eas ad aquilonē iacētes ad Artabrorū portus expoſitas dicēs: primo in aquilonari oceano uniuerſam prænauigātes orā inter ſe propinquas (ut ille ait) inſulas nu quā 10. apparere, ſed tantū tres, ſimiliter Artabrorum portus (ſi Ptol. & Plin. credimus) nō ad aquilonē uertunt̃, ſed occaſum, circa quos portus, ut experimēto edocemur, nō 10. (niſi fluctus eas cōtriuerit) uerū 6. dūtaxat, & ij ſcopuli magis quā inſulę, nec inter ſe propinqui ſed iuxta orā di. perſi: uel q̄d illę in alto longiſſime à litore extēt, Caſſiterides à plūbo in quib. plurimū eſſodiebat̃ denominatæ, quarū unā deſertā fuiſſe reliquas habitatas, eas antea ſoli Phœnices è Gadib. aggreſsi ſunt, q quū interim curſum iſtū cūctis mortalib. celarent Romani frequēti nauigatione (iam id perſentiētes) inſulas cōpererunt, ad quas P. Craſſus miſſus metalla cognouit. Poſt itaq; Onerīū promontoriū, aliud eſt q̄d Auaritiū ad ętatem uſq; noſtrā appellatur in q̄ tres aræ Sextianæ Auguſto dicatæ, ignobilē antea terram illuſtrantes, cui ad Boream uentum procumbit inſula quā Cantabri Ciſargam modo uocant. Poſt aūt promontoriū Celticum quondā, nūc Feror, ſinus eſt in quo ciuitas cum fluuio Crugnā iſti nunc dicūt ex quo in ſinum alterum traijcitur, ubi Vir amnis mare ingreditur, quē Plinius Florium uocat uicum iuxta oſtium habens Viruerū nomine,

& promon-

& promontoriũ Celticũ: quo circumflexo Magnus ſinus, proprio nomi-
ne expandit, in quem æſtus inferẽ Artabros à Lucenſib. ea in parte diſſo-
tians. In Artabris, terram argento ſtagno & auro mixtam amnes ferunt:
ſolumq́ auri æris ac plumbi uberrimũ eſt, adeo ut & aratro glebas aure-
as frequenter excidant, quare adhuc per Hiſpanias ab Hannibale olim in
cohatos puteos durare, ſua ab inuentoribus nomina habentes, ex quibus
Bebulus appellatur qui 300. mil. pondo Hãnibali ſubminiſtrauit in diem
ad 500. & 10. iam paſs. cauato monte. In huius gentis finib. ad orientem
Sacer mõs eſt quẽ ferro uiolari pro nefas habebatur, ſed ſi quando terra ful
gure proſciſſa eſt, quod in ĳs locis ſæpe accidit detectum aurũ uelut Dei
munus colligere permittitur: ĳs quidem præcipua ferri materia eſt, ſed a-
qua ipſo ferro uiolentior, quippe eius temperamento ferrum acrius red-
ditur, nec ullum apud eos telum probatur quod nõ aut Bilbili fluuio, aut
Chalybe (cuius mentionem ſupra fecimus) tingatur, unde etiam Chaly-
bes fluuĳ huius finitimi populi appellati ſunt, qui ferro cæteris præſtare
dicunẽ. In hac regione Claudioneriũ ciuitas eſt à Nerone Claudio tũ ap-
pellata nũc Mongia. Nouiũ quoq́ oppidũ q̃d illi modo Nouiã dicũt iu-
xta Tamarã amnẽ, non procul à mari & Cõpoſtella eodẽ nũc nomine ad
quã peregrinationes ab Italis præſertim hominib. fiũt, caput enim ibi a-
poſtoli Iacobi conditũ ferunt. Ad ortum aũt ſolis poſt Lucenſes Aſturia
extendiẽ regio. in qua teſte Plinio, abunde gigniẽ aurũ, uicẽna dicens mi
lia auri eruti pondo annis ſingulis Aſturiã Gallętiã, & Luſitaniã pręſta-
re, ita ut plurimũ aurũ Aſturia, gignat: Minĳ quoq́ & Chryſolloræ, & a-
liorũ colorũ ferax, itaq́ exerceri eos ſolũ & mõtana relinquere Cęſ. iuſsit
ex quo de his gentibus, inquit, Silius. hic omne metallum:

Electri gemino pallent de ſemine uenæ
Atq́ atros Chalybis fœtus humus horrida nutrit
Sed ſcelerum cauſas aperit Deus, Aſtur auarus
Viſceribus laceræ telluris mergitur imis
Et redit infelix effoſſo concolor auro.

Diximus Viundium montem hanc terram percurrere alteram partem
ad meridiẽ, alterã ad ſeptentrionẽ relinquentẽ: in hac poſt Callaicos iuxta
mare populi quidã ſunt uariæ appellationis, qui in Aſturib. tamen cõpu-
tanẽ, ut Lapatiaci ſub eiuſdem nominis promontorio: quod & Trileucũ
uocabatur nunc uerò Lunacum uocãt, cui ſcopuli tres parum à continen
te obiacẽt, Trileuci & ĳ unico uocabulo nominanẽ. Poſt dictum promõ-
torium Mearus fluuius ſiue Melſus per Aſtures fluit: & alter Nabius, ter-
tiusq́ Nabiallonis, in Aſturib. & Gallætis ait Plinius, equi (quos thibel-
dones uocamus, minori forma appellatos Aſturcones) gignuntur, quib.
nõ uulgaris in curſu gradus, ſed mollis alterno crurũ explicatu glomera-
tio. Poſtea ad mare Pæſicorũ gens eſt, qua Flauionouia urbs habitaẽ, nũc
Santillana ad Nelci fluminis oſtiũ ſita, mox Vorga oppidũ in peninſu-
la. ſub

la.ſub Viundo aũt monti in ea quæ propriæ Aſturia dicitur oppida ſunt Lucus Aſturum quondam Laberis. Interamniũ Flauiũ, & Brigætij ciuitatem ſui nominis habitantes, & Brigætiũ quæ nunc Berga dicitur. Bedunenſes ubi Bedunca ciuitas. Orniaces in quib. ciuitas Intercatia. Pælontium quoq; cuius mœnia Pompeius ſuccendit igne, & Sertorius quæ corruerant mœnibus. reſtituit. Poſtea Sælines qui Nardinium ciuitatem habent in auſtrali fluuij Minij ripa ſita. Superatij ubi eſt & Petauoniũ olim urbs ad Miniũ poſita. Itẽ Damaces deinde in quib. Aſturica Auguſta Salinæ modo ubi 12. populorũ conuẽtus, Tibures qui Nemetobrigã habẽt, Gigures urbẽ Forumgigurũ iuxta Miniũ incolũt: quæ gentes omnes ſub Aſturũ nomine cõtinentur. Cantabrorũ hinc regio ad orientem Aſturiæ excipitur, quã noſtra ætas Bizcaiã uocat, ea in partes duas diuidit, iugo quodã montium interiecto, & Vindio monte uſq; mare procurrente, altera occidentalis, altera orientalis dicitur: cui & prçiacens mare Cantabricus oceanus appellatur, nũc uulgo Bizaiæ colpus: in quo mari certũ eſt, margaritas ſed ignobiles in conchis gigni: apud quos etiã metallorũ omniũ uenã eſſe, ferri uerò largiſsimã, in parte præſertim maritima, ubi mõs altiſs. incredibile dictu, totus ex ea materia eſt: abundat etiam regio nigro plumbo. Quç ſic deſcribit: poſt Aſturiã iuxta litus maris, Cantabris portus in quẽ Negauiceſia amnis exit, dein Antrigonũ gens (nã & in his quẽ admodũ in ſuperiorib. paruæ quædã gentes ſunt, quæ ſub regionis uocabulo omnes habent) ubi deinde ſinus pandit̃ in q̃ Amanus portus et in eo Nerua fluuius, habẽs in oſtio ciuitatẽ Flauiobrigã, Plinius Obrigã Flauij coloniã dicit, nunc gentili lingua Santader nominat̃. Cariſtorũ poſtea in qua gente Cariſtũ oppidũ, Caſtro nunc, ad amnẽ Diuã: mox promontoriũ ſub quo fluuius cui Bilbao ciuitas poſterioris ætatis nomine adiacet: hinc mõtana ſunt q̃ Cantabricũ nomen in duo diuidit, quare occidentaliũ ora deſcripta, orientaliũ ſequit̃: nam poſt mõtes Vardulorũ ſtatim regio eſt, ubi Menoſca ciuitas, nũc S. Sebaſtianus: hinc Vaſconũ gẽs quorũ Eaſo ciuitas dicebat̃ ab ijs modo Baiona, præter quã Ladon amnis labit̃ è Pyreneis montib. deſcendens in quẽ alij nõnulli influũt, ſimiliter & Eaſo promontoriũ Pyrenei huic loco imminet, quod nautæ noſtri tẽporis Aurelõ caput uocãt, in q̃ huius ſeptẽtrionale latus terminat. Interius aũt à mari in Cãtabris occidentalib, inter alia oppida ſunt. Cõcaua, Ongauiolca ad Neruã fluuiũ, & Argçnomeſcũ Vadinia, Vellica nũc uilla Vizioſa in mõtanis locis: Camarica, & Ebora, ubi cãpus planus oĩs. Hinc Iuliobriga quç ſola ciuitas inter reliquas huius loci memoriç digna erat Pignaflor modo nomine, haud lõgè ab ortu Iberis amnis. Poſtea Moreca, nunc Burgus, & in Antrigonib. oppida Vaxamabria. Segiſamunculũ. Viruesca q̃ nũc Briueſca dicit̃. Deobriga Ordũga nũc in mõtib. Vẽdelia, & Salonica ciuitas magnifica quondã: Mirãda nũc ad amnẽ Iberũ ſita, nã medios Antrigões ſecat. deĩde Cariſti mõtib. ex omni parte circũuẽti in qb.

ciuitates

ciuitates ſunt Sueſtaſium Tullica, & Velia: poſt autem in Cantabris o-
rientalibus Varduli ſunt, Bardetes aliquando dicti, nunc Barduali di-
cuntur quorum regio Nauara modo dicitur intra montes concluſa, a-
pud quos inter cætera oppida ſunt, Alba Stegla nunc Segontia cogno-
mento Paramica, quæ etiam Tegua dicebatur, nunc Soria, in locis mō-
tuoſis poſita, à qua circiter duobus mil. paſs. fluuius primo uocabulo
Salſus labitur, qui Planitiem diuidit quæ inter hanc & Veumbium op-
pidum iacet, inqua planitie mons attollitur quem Salſus fluuius ab ea
parte quæ Sargontiam ſpectat, radit. Poſt Sagontiam Tricium Thur
coricum (ita cognominant) & Thabuca, ijs omnibus orientaliores Va
ſcones ſunt ad Pyrenem uſque ſaltum quondam quæ modò plagæ, Na
uaria computatur, noſtris uerò temporibus traiecto ſaltu in Aquita-
niam deſcenderunt, quà in parte nonnihil agri obtinent, ut ibi dicemus
quorum ciuitates intra Pyrenem ſunt Iturisſa. Pompelon, nunc Pamplo
na. Nemanturiſſa, nunc Terrazuna. Iacca, corrupte nunc Staccha dici-
tur, in radicibus Pirenei montis. Poſtea Gracchuris urbs à Sempronio
Graccho in monumentum operum ſuorum edita, Luris antea appellata
Celtiberos enim uictos in deditionem accepit. Item Calagorina, uel Ca-
laurum in ripa Iberi amnis nūc Calagurra. Vaſcontum, Ergauia, Tarra
gaꝗ apud Iberū. Muſcaria. Setia & Aluona Ibero appoſita. Verum ſub
Aſturibus ad orientem Bræcariorum inter Minium & Duriam fluuios
Vaccęi ſunt in quib. Sagontia Paramica altera, ciuitas grauis & opulēta,
quondā, quę nunc Sagun dicitur ad Aſtorgam amnem, neꝗ ab eius fon
te procul inde Bargiacis, Antræa, Viminalium. Porta Auguſta quæ om
nes in amnis Minij ripa conſident: mox Laccobriga apud antiquos, itē
ab eodem circumdata, retro autem à fluuio Rauda, Pella, Aluia, Albucel-
la, Corigium. Pallentia ciuitas clariſsima, quæ Pallentia adhuc dicitur ad
amnē influentē, eiuſdē nominis in Doriam. Eldana, Segiſama, Iulia, Cau
ca, Octodorū Beniuentum nunc in ripa amnis Piſoriæ in Doriā proflu
entis & in Duriæ margine. Seltica Sarabris, & Pintia, Cotina nunc Mo-
iades caſtellum ad quam fluuius tranſitum habet, in cuius agro æs atque
aurum gignitur. Poſtea ſub Aſturibus & Vaccęis ad auroram Musbur-
gi ſunt à quibuſdam Murborgi in quibus nominantur oppida Siſa-
racca, Brauū, Ambiſna, Egiſanū, Caſtrociris modo non longe ab amne
Piſorga, Deobrigula ad quorum meridiem Pelendones incolunt in qui-
bus oppidū Auguſtobriga, Priſco nomine, Sauia, Viſontiū: ſub Antri-
gonibus uerò & Pelendonibus quibus contra orientem Berones ſunt ho
mines à Gallica tranſmigratione orti, apud quos ciuitates: Oliba quon-
dam Olia nunc, uel ut alij Oletum. Varia quæ ad Iberi fluuij tranſitum ſi
ta eſt, & Tritium cognomēto Metallum. Poſt Pelendones & Berones ad
auſtrum in ripam uſꝗ Duriæ fluminis Aræ naces regionem habent. Vac

cęis ad

cæi ad occaſum imminẽt, quib. nomen Arcua fluuius dedit in Duriã influens, in his ciuitas Confloentia dicta nunc Randa caſtellũ. Clunia q̃ Colonia in qua conuentus 9. populorum Duriæ fluuio appoſita Buzichigles oppidulum modo in montibus. Item Segortia uel Segouia cognomine Lancta ciuitas ualidiſsima Seguenza nunc, iuxta quam idem fluuius præterit. Poſtea Tucris & Numantia ciuitas nobiliſsima quondam, modice edito in tumulo ſita, quã Durias pręter ibat, ubi caſtellũ nunc Tienza nomine de qua Florus, quantum Carthaginis: Capuæ, Corinthi'ue opibus inferior, ita uirtutis nomine & honore par omnib. bello enim Celtiberico aduerſum Rom. populum uiceſimum ad annum arma fortiter intulit, unde cõplures exercitus cum Impp. ad internitionẽ detraxit quæ à Scipione deniq; Aphricano exciſa iacuit. Itẽ ciuitas Noua Auguſta nomine, nũc Mulina. Rurſum auſtraliores Vacceis & Arẹuacibus, Vaccæi eñ ad occaſum Aræuacibus imminẽt, Carpetani ſolum tenent inter Duriã & Tagum amnes quæ nũc & Carpetania regio appellatur Vergiones ad occaſum habẽtes, in quib. ciuitates iuxta Duriam Ilurbida ubi modo Copia caſtellũ eſt & Ilarcuris ubi Vzedo nũc. In media uerò regione Varada, Thermeda, Titultia, Mantua, Madrita modo ad amnẽ in Tagum fluentem. Libora, Toledo corrupte nunc Complutum, quæ nunc Alcana dicitur: Aletercoſa, Iſpinum & quæ Tago appoſitæ ſunt, ut Scalona à iunioribus nuncupata Toletum quã uocãt urbs parua, ſed in loco munito poſita eſt, & Paterniana ubi caſtellũ modo Orgaz, Alternia, Lanuiniũ Riguſa, Bernacis, & Carraca nunc Belmont in campis poſita. Celtiberes qui in regno modo Caſtellæ ſunt Carpetanos magis ad orientem agrum habent, ad quam partem, Iubeda mõte, ad meridiem Ana fluuio terminati quondam fuerant, poſteriori uerò tempore amiſſa illa regionis amplitudine in anguſtiorem locum redacti ſunt, in Iberum fluuium ad ſeptentrionem terminantes, Anam, Tagum, Duriamq; retro ad auſtrum habentes, nomen ex duob. populis Celtico atq; Ibero mixtum unde factum eſt ut Celtiberes uocarentur, quod ait Lucanus:

Profugiq; à gente Gallorum Celtæ
Miſcentes nomen Iberi. & Silius,
Venere & Celtæ ſociati nomen Iberis. Namq;

Iberos quondã ac Celtas pro agris bello certantes, pace demum conſtituta, cõmunicataq; inuicẽ patria & mutuo promiſſo cõnubio Celtiberum nomen ſortitos fuiſſe ferunt: agri partem incolentes ſterilẽ & aſperam & fluuialib. inundationib. obnoxiã (plurima enim flumina hac deferuntur ex Iberis agris procurrẽtia. In his ciuitates inter alias habent Belſinũ Turriaſſo, & Nertobriga, quæ in radicib. Iubedæ mõtis ſedet, quę modo Cõcha appellatur ad flumẽ Ciuchar, ut nũc illi uocãt poſita: item Bilbis ſeu Bilbilis Tarbonci nũc in pede mõtium ſita, ſub qua amnis exoritur in di-

ctũ flumẽ ad Netobrigã exiens quę Martialẽ & Licinianũ poetas edidit Itẽ Ergauica nunc Laroda, & Sigobriga gentis caput, ubi nunc Vtelli oppidum eſt circa quam locus olim intra 100. mil. paſs. ſpecularẽ lapidẽ dabat. Poſtea Condabora in ſaxo à Iubeda conciſo poſita, inde Burſeda Laxeta Valeria caſtellũ modo Alcazer in ripa Anę fluminis nõ procul à fontibus Conſtorſis tum nomine urbs inclyta. Iſtoniumq́ Vrceſa quæ Anæ fluuio adiacet, neq; ut quidam aiunt (more Hiſpano qui uicos oppida uocant) ſupra mille urbes apud has gentes fuiſſe. Vltra uerò Carpetanos ad auſtrum Oretani qui Germani cognominãtur regionẽ habitãt quam mediam Anas percurrit ex quo pars quæ ad Tagum pertinet, nunc Tagitana appellat̃, ad occaſum Vergones qui ſub Tago ſunt, ad orientẽ Celtiberos habens, altera uerò pars ad Bęthym fluuium occidentali latere Turdulis, orientali Baſtetanis, occurrit, penes itaq; Anam Salaria ciuitas olim Calatraua modo dictã eſt, & Siſapona quæ ſic nunc etiã uocatur, in cuius agro maxima argenti uis eſt. Poſt Horia ſiue Oreton oppidum Germanorũ cognomine Margo nunc, inde Æmiliana, Luppariã: Salica iuxta Anam Mirobriga, et Libyſoca Forumauguſtana appellata in cuius agro flu. Anas orit̃. Cis Anã uerò ac in eius ripa Menteſia urbs quondã & Ceruaria & ab eo amne lõge Lacturis nũc S. Stephanus in mõtibus & Tuia. Viaticaq; ad Bethym, uerũ ad occaſum Mẽteſię, Ilurgim uerſus, atq; inter eas urbes, locus eſt q́ dicit̃ ad Lapides atros, & ſunt fauces ſaltus cuiuſdã, itẽ Caſtulon q̃d et Caſtõ dicitur Linares nũc in Bæthyſianis ripa cõdita urbs ualida ac nobilis, quæ adeo cõiuncta ſocietate Pœnis fuit ut uxorem inde teſte Liuio Hãnibal duceret, in qua Romani quũ in poteſtatem recepiſſent oppidanos ueteris Latij poſuere, qui Cæſaris uenales appellabantur, in cuius agro plumbum effoditur cui pars argenti licet modica immixta eſt. neq; à Caſtone procul mons eſt è quo Bæthys effluit. Sub Celtiberis uerſus ortum prope Anæ fontes Lobetani celeberrimi tum fuerant, quorum ciuitas Lobetum, quæ Cingila nunc dicitur, & Lanuinũ oppidum apud ortum fluminis. Hinc uſq; ad noſtrum mare Baſtetani terram incolunt, quę prouintia nunc regni Caſtellę dicitur, quam Dulius mons ab Aragoniæ regno diuidit, quibus ad ſeptentrionẽ, Oretani & Celtiberes, ad occaſum pars Bæthycæ prouincię, ad orientem Lobetani Cõteſtaniq; iacent Ortoſpeda monte interiecto, cuius terræ maritima ora ſic ſe habet. Poſt Bęthycæ ſuperius iam dictæ fines in mari noſtro uerſus ſolis ortum, primo iuxta litus tres inſulæ ſunt paruæ Aquilę uocitatæ quarũ media maior cum ſtatione, inde 50. mil. paſs. Carthago colonia cognomẽto noua in ſinu faucibus arctato ſita, quas modica inſula claudit, quæ ad differentiam cuiuſdam abolitæ iam in mediterraneo quæ uetus dicitur, noua appellatur, etiam Spartaria à ſparto ibi abundante, noſtro uerò tempore corrupto uocabulo Carthagenia nuncupatur, Hiſpaniæ tum caput,

Pœno-

Pœnorum opus, condidit enim eam Haſdrubal pœnus, iniectis antiquitus fundamentis à Teucro quodam, ut Silius atteſtatur.

Vrbs colitur Teucro quondam fundata uetuſto
Nomine Carthago, Tyrius tenet incola muros,
Vt Libyæ ſua, ſic terris memorabile Iberis

Hæc caput eſt. In hac cõuentus fiebat ad quẽ 65. populi conueniebãt exceptis inſularum incolis, ipſa urbs ex alto colle in portum deſcẽdit, habẽs ad ſiniſtram montẽ ab Ortoſpeda dimiſſum, ad dextrã planitiẽ immenſam ubi ſtagnum haud procul à mœnib. ęſtu maritimo refluum, à qua circumiecta regio Carthaginenſis Hiſpania tum dicebatur, per quã neq; longe ab urbe Tader fluuius delabiť, nec ibi in mare ſed ab ea procul decidit: circa urbem argenti fodinæ ſunt, ubi 4. hominum centurię operariorum uerſabãtur, qui tum populo Rom. 25. drachmarum millia per dies ſingulos referebant. Poſt Carthaginẽ promõtoria ſunt quæ Scombraria appellabanť à ſcombro piſce circa quę multitudo ingens uerſatur, Plin. Saturni uocari ait quatuorq; eſſe, modo caput de Pallis à iunioribus. dicũtur, ex quibus tamẽ unum q̃d pene à terra exciſum eſt, Herculis inſula uocitabatur. Inde Tader ſiue Staber amnis olim, nunc Siccura iuxta Bæthys fontẽ exortus ubi Siccura oppidum eſt: unde in ſtagnũ à mari effuſum euoluiť, quod limnothalaſſa à Græcis dicitur, hoc eſt, palus marina, quẽ nuper p agrum Carthaginiẽſem elabere diximus, cui ſtagno ad mare mons ingẽs ab orientali plaga emiſſus, imminet, ubi ferrum magna ui effoditur, omni tẽpore niue oppletus. Poſtea Canetus fl. in mare uadit. Hinc Arthemiſium primum, id eſt, Dianium à Dianæ Epheſiæ ſacello denominatũ, ibi frequenti religione culto, quod iuniores caput Matutini dicunt, locus munitiſſ. qui ex mari longe proſpicitur: in eo Hemeroſcopium, id eſt, diurna ſpecula oppidum fuit. Inde Alona fl. & alius poſt eum Sætabis Cinechar modo prope Tagi fontes exoriens hic in mare profluit, ubi cedente litore illicitatus ſinus, & portus fit à colonia Illici quẽdã denominatus. Poſtea Sucro amnis, ubi Sucro quondam oppidum, unde magnum & amœnum aperitur ſtagnum ad Cõteſtanos pertinentem. In conſpectu huius litoris in mari procul inſulæ duæ iacent, Pityuſſæ olim à frutice Pinço cognominatæ quarum una Ophiuſa à græcis à latinis Colubraria dicitur, à iunioribus Frumentaria: quæ minor eſt, 70. enim mil. paſs. complectitur 10. ab altera interuallo diſtans, à continente uerò 80 ferè maiori ex parte deſerta, eo q̃d fœta eſt anguib. unde illi nomen obuenit, dicente Plin. Colubraria ſerpentes parit, ideo infeſta hominibus niſi Ebuſitanam terrã inferentibus (Ebuſus altera inſula eſt) cuius terra ſerpentes fugat, quod Mela aſſerit, ait enim ſi quis inſulam intrauerit, intra id ſpatium quod Ebuſitana humo circumſignauerit, ſine pernitie eſt, ĳſdem illis ſerpentibus qui ſolent obuios appetere, aſpectũ eius puleris procul & cum pauore fugiẽ-

 tibus.

tibus. Altera quæ maior eſt Ebuſus, eodemq́ nomine oppidũ, Ieuiza mo do ab incolis nuncupaẽ, cuius inſulæ circuitus amplius 100. mil. paſs. im plet, à continente 50. ferè abſens, in qua tanta (ut aiunt) fertilitas ut homi nes illos pacificos reddat ſed præter cæteros fructus frumẽto fœcundiſſ. & omnium animaliũ quæ nocẽt adeo expers, ut nec ea quidẽ quæ de agre ſtibus mitia ſunt, aut generet, aut ſi inuecta ſunt ſuſtineat, at in eius litore cuniculi mirum in modum ſcatent, qui ſępius inſulæ meſſes populantur: in mari aũt circa inſulam Salpa piſcis (obſcenus alibi) abundat & qui nuſ quam percoqui poſsit, niſi ferula uerberatus. Adiacet Ebuſo parua inſu la inter occaſum & ſeptentrionẽ ſita quam noſtra ætas Cuniglierã uocat, & hanc à cuniculis quibus abundat: hæc de inſulis. In mediterraneo autẽ Baſtetanorum iuxta Anã fluuiũ ciuitates ſunt Saltiga, Salaria, Pullia, Tur bulaq́ ſub quib. Bergula, Carca, Aſſo, Bigera, Abula quæ nunc Auila di citur, Illunum, & Segiſſa quæ nunc Cirigia dicitur in montium radicę ſi ta, & Arcilacis ambo ad ripam Bæthys, Orcedis, Vergilia, & Accitania colonia Murzia nunc ad amnẽ Staberim ſita cui ius quondam Italię datũ eſt. Poſt hos Conteſtani regionẽ habent nihil ad mare tenẽtes, licet parũ ab eo diſtent, terra nunc in Aragoniæ regnũ conuerſa præter quod orien tem ſpectat, quæ Cathaloniæ contigua in eandem ceſsit: quorum urbes Menlaria olim, nunc Liria dicitur: & Valentia colonia quæ ſic nunc quo que appellaẽ, à qua haud magno interuallo amnis Thorius ſiue Turia prę terlabitur, ſita duob. mil. paſs. à mari clara adhuc atq́ magna urbs, eiusq́ oræ Emporiũ ſumptuoſum, inde Sætabia in colle iuxta ripam amnis ſui nominis poſita quæ Auguſtana cognominatur Stagues nunc dicitur, o lim mulierum lini textura inſignis quemadmodum in Celiobriga Callai corum mos exercebatur poſtea ciuitas Sętabilica Zizira modo inſula Sta beris amnis: ultra quã Illicis colonia fuit, unde Illicitatus ſinus, cuius pau lo ante meminimus, mox Iaſpis oppidum. Illis Ædetani ad orientem ma gis quàm Conteſtani Baſtetani Celtibereſq́ ſunt: litus poſt Baſtetanum, quo Conteſtani à mari prohibentur, obtinent: in quo poſt Sucronem flu uium (duos enim populos diſterminat) alter fluuius eſt Pallantia tum no mine, item alter Turullis, Zonia modo ad quem Dianiũ oppidum ſitum fuit à Diana q̃ ibi colebaẽ dictũ cognomine Stipendiariũ, prius Hemero ſcopiũ, id eſt, diurna ſpecula uocitatũ, locus hodie Coruus diciẽ, q̃ Serto rius ad res maritimas uſus eſt receptaculo, nã munitiſs. & ad rem piraticã percõmodum ad nauigantib. longinquũ præſtãs proſpectũ ubi ferrariæ effoſsiones feraces ſunt. Huic loco inſulas tres adiacere Strabo tradit, Pla neſiã: Plumbariã, & Limnothalaſsã, ita appellata, quoniã ſtagno per q̃d amnis Tader excurrit proxima eſt 2. & 50. mil. paſſ. in circuitu, nã aliæ duę exiguæ ſunt: quas inſulas alıj Coſmographi ſilentio prętererũt. Pro cul aũt à mari ad amnem Iberum Saldiua urbs clariſsima ex conuentua

libus,

libus una,ad quam populi 5.& 50.côueniebant,quæ poſtea Cæſarea Augusta dicta fuit colonia immunis,hodie gentili lingua Caragoza dicitur, Sub qua Baranaua. Belia nunc Carignona, Arſi, Danania, Leonica ſingra nunc ab incolis: Oſicerda, quæ Sarione modo dicitur. Edeta quæ nũc Segorba unde ferè paſs. mille ſupra mare, Saguntum opulenta quondam ciuiumq; Rom. fide memorabilis ad flumen Vduba ſita, quam urbem incolæ nunc Muruietus & Monuiedro appellãt, ab Hãnibale euerſa, ubi multa adhuc antiquitatis ueſtigia paſsim per campos uiſuntur mirabilis etiã ſitus, planities ſiquidem latè circumfunditur, in qua tumulus uiſu pulcher in radicibus montis qui reliquos Hiſpanos à Celtiberis diuidit erigitur, quo arx impoſita erat, quæ in hoc tempus durat, cætera in circuitu deleta ſunt: Hanc urbẽ Zacynthij ex Zacyntho inſula Epyri huc appulſi cõdidere, ut fama eſt, q̃d Strabo & Polybius affirmãt: ſimiliter & Silius: Liuius uerò à Sagunthо inſula inquit, quod nomẽ corrupte ſcriptũ eſſe certus ſum, caracterum uidelicet affinitate, idq; librariorum uel ſermone, uel linguæ captu contigiſſe, præſertim quum Sagunthus inſula nuſquam alibi legetur, uerum enim pro Z. S. pro C. G. pro Y. V. ſæpenumero poſitas eſſe paſſim reperitur. Poſt itaq; Ædetanus Ilercaones ad orientem uſq; Iberum amnem regionẽ poſſident, quos Olchades uocat Liuius qui nũc in Aragoniæ regno computantur, ideo ſecundum mare poſt Dianiũ, promontoriũ eſt q̃d alij Tenebrium, alij Ferrariã appellãt, nũc uerò barbari Paniſcolã dicũt: q̃ relicto Tenebris portus occurrit, à quo haud longe Iberius amnis qui modo Ebro ab accolis dicit̃ Balearico mari admiſcet̃, ortũ in Cantabris habens, alij apud Nauarros, ſed uerius ibi, unde lõgiſsimo tractu peringẽtes campos, pari ſemper ut diximus interuallo à Pyrenæis diſtans montib. fluit, nonnullis locis abſq; imbrib. & niuibus inundationib. latè ſpargi ubi ab aquilone uenti frequentes ingruunt, cuius rei cauſam eſſe dicunt lacum per quẽ tranſit, ex eo enim impellentib. uentis aqua extrudit̃, qui lacus Coſsitanorum finib. eſt, amœnus quidẽ amnis & qui nauigabili cõmertio diues appellatur, nam per 400. mil. paſs. fluens fertiliſs. agros ſecat, per 260. nauim capax, cui ad oſtium modica emergit̃ inſula: altera in pelago procul 40. mil. paſs. ferè ad auſtrum quæ uulgo Mõcolobre dicit̃: Iſtorum ciuitates interius à mari ſunt Biſcargis: & Dertoſa colonia ad Iberum ſita, ex eo Iberia quondã ciuitas appellata, opulentiſs. tum regionis huius, Tortoſa nunc uocata ubi põs ligneus ſupra lintres fabricatus ad amnis tranſitum. Poſt quã Therana, quæ nunc Orta dicit̃, ad amnẽ Zoniã ſita, & Sigarra quæ nunc S. Mattheo dicit̃, & nõ procul à litore Carthago uetus ciuitas quondã nobiliſs. nunc Villofranca, ultra aũt Iberum ad orientẽ Vaſconum Ilergetes populi ſunt qui modo Nauarienſes dicunt̃, in quibus ciuitates Berguſia, Erraga, Succoſa, Bergidiũ, Oſca, quæ ſic adhuc dicit̃, Gallica fluuia, Monzone nũc, Sicori amni appoſita,

Orcia urbs excellentiſs. fuit quondã item Ilerda ciuitas Leida nunc ab Ibe ro circiter 20. mil. paſſ. diſtans in mõte ſita, qui utraq; ex parte præruptus retro tenui faſtigio editus, quem Sicoris fluuius præterit, pontem lapideũ ſupra ſe habens, & in mare exit prope Subur, ante uerò urbem campus eſt montibus circũſeptus, quorũ ad radices Cigna amnis Rigna nunc præla bens in Iberum cadit. Verum Ilergetibus orientaliores Anthetani ſunt, ſiue ut alij Auſetani, gens deuia & ferox, ſub Pyrenęi enim flexu quemadmodum & Ilergetes iacent in quib. ciuitates Aquæcalidæ, Anſa ſiue Auſa Vicus nunc, Bæcula quæ nũc Tremp. dicitur, & Gerunda olim, nunc Girona in ripa Sambrocæ amnis poſita. Hinc ad orientem ſunt Corretani q & Iulitani cognominantur, à quibuſdã Sueſſetani Pyrenæi conualles habitantes, quorum ciuitas eſt Iulia cognomento Libyca ubi nunc campus rotundus. Sub quib. Caſtellani qui Caſtegliani hodie nũcupãtur, in his ciuitas Sebeldunũ in qua cõuentus circũ adiacentium populorum fit, eſt & Baſi, Egoſa q̃ nũc Vich dicit̃ Rubricato amni appoſita, et Beſeda. Sub Caſtellanis uerò & Anthetanis Accetani ſunt, à nõnullis Laccetani, q ut ſcribit Strabo à Pyrenęi radicib. inchoãtes in campos uſq; Latius extendunt̃ q̊d negat Ptol. quippe tantũ à Pyrenæi radicibus abeſſe uult, quantũ inter eos atq; montes dictis iam populis ſubſunt, quorum meminit Plutarchus quib. ciuitates non ineſſe dicit, ſed in monte uaſtæ magnitudinis antra & cõcauitates ad boreã uerſas, quas inhabitent, quũ Ptol. hæc oppida in illis ponat Leſa, Laſſen modo ab illis dicit̃ Vdura Oliana nunc Aſerris, Selẽſis modo Zeruera, Telobis, Cereſſus, Bacaſis, Ieſsius nũc Falzet caſtellũ nomine Anabis, & Cinna, niſi foraminib. illis ea nomina indita ſint: ubi campus eſt in quo ea tẽpeſtate Pompeius primo cũ Sertorio: deinde Sextus eiuſdẽ Pompeij F. aduerſus Cęſ. præfectos bella geſſerũt. Poſt autẽ ad iſtorũ atq; Ilergetũ meridiẽ qua Tagenius amnis à Pyrene deſcendens in Iberũ uadit, Coſsitani uſq; ad mare ſunt: traiecto aũt Ibero amne poſt eius oſtiũ aliud eſt Reſſataniæ fluminis q modo Belaguer dicit̃: inde colonia Taraco in ſinu poſita, portu carẽs, q̃ nũc corrupto uocabulo Teragona appellat̃, à qua circũ regio Taracõẽſis (illius eñ loci caput eſt) Scipionũ opus ut Plin. ſcribit, ſicut Carthago Pœnorũ, q̃ præter portũ, reliquis haud minus Carthagine idonea ubi cõuentus q̃ diſceptãt populi 43. q̃ nõ modo intra Iberũ ſed etiã extra late metropolis fuit. Silius uerò portũ his uerſib. eam habere cõtra Straboñẽ dicit. tunc hoſpita Taraco Baccho:

Conſidunt portu ſecuræ gurgite clauſo
Stant puppes.

Abluit ab ortu ſolis urbẽ torrens Tamaritis, cui natura ſplendorẽ polien di linum præcipuũ dedit, & in eo tenuitas mira, ibiq; primum ut ait, Plin. carbaſus repertus eſt, neq; lino uinum inferius reddit ager. Poſt dictam urbem Subur paruum oppidũ ſequitur quod Siges modo dicitur iuxta Si-

corim

torim fluuium à quo Sicani qui in Italiã primo, deinde in Siciliam aduenarũt, denominari uolunt, nã huic amni accolę ſe olim fuiſſe prędicãt Hactenus Coſsitanorum litus, cui Gymneſię inſulæ extra conſpectum obiacent, incolarum nuditate à Græcis ita uocitatæ, qui æſtatis tempore abſq; ueſtibus incedunt, à Prouincialib. uerò ac Romanis Baleares à fundæ iactu, qua rectius quam reliqui lapides iaciunt appellatæ. Sunt qui à Balco Herculis comite ibidẽ derelicto cognominatas dicãt, quũ ad Geryonem nauigaſſet. Quidã à Phœnicib. uoce indigena ſic denominatę, & eas Rhodios poſt captam Troiam habitaſſe uelint: ætate uerò noſtra, una earum Maiorica, altera Minorica à maioritate & minoritate nuncupatæ ſunt, nã quæ maior eſt 200. & 40. mil. paſs. in circuitu patet: altera quæ minor eſt, 100. & 50. conſtat: maior duas habuit urbes, unam Palmam, alteram Potentiam, uel Palinam, & Polentiam, oppida ciuium Rom. quorum Polentia ad ortum eſt, Palina ad occaſum, minor ſimiliter duo oppida, unum Iamnam quod illi modo Ciuitellam dicunt, alterum Magonem inſulæ inter ſe 14. mil. paſſ. diſtant à Pityuſsis 50. à continenti uerò 120. abſunt, portuum ſimul bonitate præſtantes, quamuis oſtia latentes ſub aquis petras frequẽtes habeãt, opulentiores tunc armis uiriſq; plurima omnis generis armenta nutrientes, ſed mulos præcipuè: quæ nũc etiã fertiles, ac hominibus refertæ ſunt, ita ut 30. hominum millia excedãt: qui teſte Diodoro ad uini potum qui rarus apud eos eſt promptiores ſunt: mulierum adeo prę cæteris appetentes, ut unam à prædonibus captã tribus aut quatuor redimant uiris: tum etiã quotiens à Carthaginienſibus conducti in Aphricam militarent, nihil aliud exportabant in patriã pro mercede quàm mulieres & uinum quib. mos fuit iaculare funda, ex quo funditores optimi habebantur, quod eis continuus à pueritia uſus præbebat, à matribus ad id certamen coactis, imponebant enim ſupra erectũ lignũ panem, ſignum q̃d ictu petant, neq; ante cibũ capiant quam panẽ lapide eiectum pro cibo ſumunt permiſſu matris: quod Vegetius rei militaris libro ſcribit. Apud hos ranæ quæ è continente deferuntur mutæ fiunt, quum ibi uocales ſint. Item animal nullum noxium eſt præter cuniculos, ſed neq; loci, ut aiunt, indiginæ, quoniam quum ex propinqua inſula quidam marem ac fœminẽ intuliſſet, tanta ab initio eorũ facta eſt procreatio, ut ex ſubteraneis cuniculis (unde & nomẽ animali eſt) domicilia ſubuerterẽt, & arbores, ita ut homines ad implorandã pop. Rom. opem cõfugere coacti ſunt, miſſis aliquando Romam legatis, terras ad habitandas petiſſe dicuntur, à cuniculis enim eiectari beſtijs, quibus propter multitudinẽ obſiſtere nequirẽt, quorum tandem plures repertæ ſunt uenationes, quod malum etiam alijs quibuſdam locis accidiſſe Varro author eſt: à cuniculis dicens ſuffoſſum in Hiſpania oppidum, à talpis in Theſſalia, à ranis ciuitatem in Gallia pulſam, ab locuſtis in Aphrica, ex Gyara Cycladum inſula Amycleos

à muribus fugatos, in Italia Amyclas à ſerpentibus deletas fuiſſe. Hæc de Balearibus, uerum maiori duæ adiacent inſulæ neq; magnæ, una ad occidentalē partem, neq; ab ea longe, quam iuniores Dragonaram appellāt: altera in auſtrum conuerſa quam Capream dicunt. Vt aūt ad continentē reuertamur. Poſt Coſſitanos (nihil enim ſurſum à mari Coſsitani tenēt) ad orientem Lætani ſiue Leætani ſiti ſunt Barzelonenſes modo quorum ager bonitate præcellit in quibus ad mare Barcinon colonia eſt cognomēto Fauētia, hodie Barzelona uocatur, ciuitas nobiliſs. cuius ager ex irrigatione amnis Bætuli lætiſsimus eſt in qua templum Apollinis tum celeberrimum fuit: ubi conuentus 24. populorum. Poſtea Rubricatus fluuius in mare influit qui modo Blanes dicitur. Hinc Iouis mons, qui & Hannibalis ſcalæ appellatur. Poſt Bætulon eſt paruum oppidum ciuiū Rom. Blanes modo iuxta quod flumē eiuſdem nominis in mare uadit, cuius aqua ad ferri temperamenta dicitur quam aptiſsima, mox Lunarium promontorium q̄d hæc ætas caput aquæ frigidæ uocat & oppidū Diluron nunc Palamos nomine cū fluuio, ultra quē Blanda caſtellū fuit, unde paulo Alba amnis mare ingreditur, quorū in mediterraneo Rubricata ciuitas Rubricato amni oppoſita nūc Oſterlich dicitur. Poſt quos ad Pyrenem uſq; quo Hiſpania in mari noſtro terminatur Indicetorum gens habitat, ultra enim Albam fluuiū qui duorum populorū finitor eſt, Sambroca amnis ex Pyrene monte exoriens in mare cadit, cuius egreſſio Emporienſib. portum efficit. Emporiæ enim oppidū in oreeius amnis iacet, q̄d & Dioſpolis dicebatur, nunc uerò Ampuris, à Phocenſib. tum ædificatū, ut ſcribit Strabo, habitabāt aūt prius Emporienſes puſillam quandam oppoſitam inſulā. quam poſtea Palæampolim, id eſt, urbē ueterē nominauerūt, poſtea uerò in continenti habitacula poſuere, q̄ urbs ut ait Strabo in duo diuiſa medio muro, alteram partē Græci, alterā ex Indicetis inquilini habitabant, quilibet per ſe ſuam agentes rem pub. tempore inde procedente Romani coloniam ab diuo Cæſ. poſt deuictos Pompeij liberos in eam deducti ſunt, cuius urbis ager quum aliarum rerū, tum uerò ſparti ferax eſt, qui uerò utilior eſt ac tenuis iuncū producit, ut & Iuncariū campum appellent, poſt autem hos Clodianus fluuius ſiue Tycher in mare it. inde Rhoda ciuitas, quam Roxes hodie corrupto uocabulo uocant, pleriq; ab Rhodijs conditam putant, inde Clodianus fluuius in mare it qui modo Cathycher à caſtello qui in eius oſtio eſt appellatur. Inde Stabulum oppidum, quod nunc Perpinianum dicitur, poſt quod Veneris templum fuit in latere Pyrenæi promōtorij fundatum, Strabo illud Aphrodiſium hoc eſt Veneris promontoriū, ubi & portus Veneris, in ſinu qui Salſum dicitur, nautæ nunc primum caput Crucis uocant quo in loco maritima Taraconenſis prouinciæ ora finit. Hactenus tractus omnis penes mare, ab amne Sucrone ſupra inter Æditanos Baſtetanosq; fluēte, ætate noſtra

Catel-

Catellonia dicitur cui regioni Gothos Alanosq́ compoſitum ex ſe no=nomen dediſſe poſteriores hiſtoriæ tradunt, qui ſimul populi ex Germaniæ finibus, huc bella Europeis gentibus inferẽtes habitarunt, corruptũ modo, nam quum Gothihalani dici deberentur: Catellani dicuntur, qui magnam Taraconenſis partem habent: includitur enim eorum terra, deducta à dicto Sucronis amnis oſtio in ſeptentrionem linea, quoad Cantabrorum montes iuxta Terrazunam. Pamplonam urbes quæ eiuſdẽ gentis ſunt, perueniat, licet Victruuius antiquus author eius oræ incolas Catallaſtros uocat: habent Indiceti urbes in mediterraneo Detianam Sereto nunc caſtellum, & Iuncariam quæ Giunchária adhuc dicitur in montib. & Cathalon à qua, ut ferũt, regioni nomen inditum fuiſſe poſt modum, licet oppidi nomen uetuſtum ſit, ut in Sertorij uita apud Plutarchum. Eſt autem Pyrenæus mons (de eo ſæpius mentionem fecimus) inter duas ferociſs. gentes conſtitutus limes, Hiſpanorũ Gallorumq́, ne concurrant diſterminans, promontorijs in duo diuerſa maria proiectis, ſicut antea ſuis locis meminimus, nõ ex maioribus Europæ montibus quamuis Diodorus cum altitudine & magnitudine longe alios excedere dicat: ergo huius regionis ori:tale latus Pyrenes claudit à dicto iam promontorio Eaſo uſque illud quo Veneris templum ſedere diximus, nõ recto tamen iugo: Inflectitur enim ad Hiſpaniam, cuius omne latus conſitum eſt uarijs arboribus materici multimodæ: & quę ſemper uiret germinetq́ alterũ uerò Galliam ſpectans nudum prorſus, aquilonari frequenter uento incuſſum, media autem loca conualles continent quas multi cultores habitãt: Sed quare monti nomen Pyrenes inditũ ſit, quod adhuc ſeruat, narrat Diodorus in antiquitatib. item & Silius, ſed longe diuerſe, alter enim ab igne, alter à puella ſic nominata dicit: & ſi ſint qui putent à crebris ignium fulminib. cognominatum: ait ille priſcis temporib. igne à paſtoribus ſiluas iniecto, montanas omnes regiones fuiſſe combuſtas, qua ex re montes Pyrenæos cognominatos eſſe, quum ignis à Græcis Pyr dicatur: At Silius uocabulum à Bebritia uirgine Pyrenes nomine ducere inquit, ab Hercule dilecta qui quum Geryona peteret, & Puellã ſolam in his locis relinqueret, ſpretam ſe ab eo eſſe reputãs, dolore cõcita per ſaltũ noctu errans plangensq́ à feris lacerata eſt: quam rediens Hercules quum mortuam uidiſſet fuſis lachrzmis amens, pallore uultus indutus ingemuit, ex quo idem poëta.

Hac uoce Herculea percuſſa cacumina montis.
Intremuere iugis, mœſto clamore ciebat
Pyrenem, ſcopuliq́ omnes ac luſtra ferarum
Pyrenem reſonant. tumulo tum membra reponit
Supræmum lachrymans, nec honos intercidet æuo:
Defletumq́ tenent montes per ſæcula nomen.

GEOGRA=

GEOGRAPHIAE Commentarius IIII. Europæ, in quo Gallia tota quadripartita cum inſulis ſibi adiacentibus continetur.

Terræ Galliæ deſcriptio.

GAllia omnis: q̃ Comata dicit̃, in partes tris à geographis penè omnibus diuiditur: Aquitaniã, Belgicã, Celticam, ut in comment. Cæſ. Galliarum ſitum deſcribens: earum ait unam Belgas incolere, aliam Aquitanos tertiam quos ipſorum lingua Celtas, Romana uerò Gallos appellari, Ptolemæus Celticam in Lugdunenſem uertit, nam Gallias omnes unico uocabulo Celtogalliam appellat, neque in tres, ſed in quatuor, quemadmodum Auguſtus poſt Cæſarem diſcernit prouincias in Aquitaniam, in Lugdunenſem, in Belgicam et Narbonenſem: & hæc ſumma illic populorum nomina eſſe, quos amnes diſtingunt, Plinius à Scalde ad Sequanam Belgica: ab eo ad Garunnã Celtica: inde ad Pyrenęi montis excurſum Aquitania: Iulius Celticam ab Aquitanis Garunna flumine: à Belgis Matrona & Sequana diuidit. Ptolemæus duobus fluminibus Ligeri ab Aquitania, Sequana à Belgica Lugdunẽſem dirimi. Hanc itaq; regionem quam in tres partes diuiſam Galliam appellamus, Græci prius Galatiam dixere à gala quod lac ſignificat, quia lactcos, id eſt, albos homines producit. Diodorus uerò in antiquitatibus ei nomen Herculis filiam Galatam dediſſe ait, quod in eorum monumentis Marcellinum ſe inciſum legiſſe dicit: Amphitryonis filium Herculẽ ad Geryonis & Taurisci ſæuorum tyrannorũ pernitiem feſtinaſſe, quorum alter Hiſpanias, alter Gallias infeſtabat, ſuperatisq; ambob. coi, ſſe cũ generoſis fœminis, ſuſcepiſſeq; liberos plures, illi uero partes quib. imperaſſent ſuis nominibus appellaſſent. Thimogenes aũt primos dicit in his regionib. Celtas fuiſſe, ita à nomine eorũ regis appellatos, cuius mater Galata fuit, ex cuius uocabulo Galatę gẽtes illę cognominatæ ſunt. In uniuerſum aũt Comatam Galliã à ceſarie qua incolę ſicut olim, nunc quoq; utunt̃ denominatã eſſe. Hãc plagam (ut quæ dã prius de poſitione & ingenio terrę dicamus) ueluti naturæ ſtudio, maxima undiq; & æterna munimenta circundant à ſeptentrione ſiquidẽ & pro parte occidente magno pulſatur oceano, horridis ſanè tempeſtatib. aſpero: reliquumq; occidentis Pyrenęi ſaltus cõfragoſa altitudo eſt, Hiſpaniã ab ſe ipſa dirimens: ab auſtro Gallicum quoq; latiſsimum proſpectat mare: ab ortu autem ſolis, tam fluẽtia rapidiſſima Rheni, quam Italiæ Coctiarum alpium celſitate diſtinguitur. Hæc regio ut

gio, ut plurimum in Arctum uergit, ideo frigida, utque hyemis tempore pro aqua niuibus oppleta exiſtat, glacies quoque immenſa patriam occupat, ut flumina congelata peruia ſint tranſeuntibus nec ſolum paucis ſed exercitibus quoque cum curribus atque impedimeutis: terra enim ipſa ex omni parte fluuijs ſpargitur, quum alij ex alpibus alij ex Cemmeno & Pyrene deferantur nonnulli etiam in oceanum, aliqui in noſtrum pelagus erumpant. Denique ubi aëris intemperies eſt, neque uinum, neque oleum prouenit, quare coacti homines, potum ſibi ex hordeo comparant, quem appellãt Zitum: glebis alioquin præpinguibus, præſertim ea pars quæ ad mare noſtrum uergit, uitibus reliquisque arboribus conſita eſt, minimeque noxio animalium genere frequens: argento caret, non auro quod abſque opificio aut labore aliquo natura præbeat, nam quum fluuiorum decurſus difficiles flexus habeant, ſuperans ripas à montibus defluens aqua, harenam auream paſſim per campos iactat. Atque hęc quidem in uniuerſum de Gallia: ſigillatim uerò in ſequentibus.

Galliæ Aquitaniæ ſitus.

GAllia Aquitania prouincia: quæ cæteris Gallijs occidentalior eſt nomen à gentibus, ut ait Plinius ſumpſit, nam Aquitani unde nomen prouinciæ, ante Remorica dicta litoralis lingua patria eſſet: & Strabo: Aquitaniæ gentes plus quam uiginti ſunt exiles quidem ac ignobiles, à quibus nomen prouinciæ inditum eſt: alij ſunt qui à Ligeri fluuio Aquitaniam denominatam uelint, eo quod ſuis obliquis aquis ferè omnẽ in circuitu tangat, & hoc adiecta ab Auguſta regioni, parte quæ inter Ligerim & Garunnam iacet, Gallorum gentibus habitata quatuordecim, ex quo geographorũ quidam Garũna: alij Ligeri, ab reliquis Gallijs diuidi uolunt. Aquitaniam modo Guaſcognam uocari accepimus: cuius prouinciæ pars quæ ad Pyreneos colles & oceanum ſpectat amplitudine ciuitatum admodum culta eſt, litora ſiquidem ut proxima placidáque merces aduentitiæ conuehuntur, quo euenit ut magis ibi quam ad reliquam prouinciæ & frequenti habebitur populo, & humanis moribus gentes ſint: quare quum bello tentarentur, citius ac facilius cæteris occidentalibus in Romanorum ditionem uenerunt. Hæc regio Pyreneis montibus ſubiecta eſt, ubi fauces ſunt quib. Hiſpania iungitur Galliæ: Hanc Ptolemæus non in Garunnæ ſed in Ligeris fluuij alueo ad ſeptentrionem ortumque ſolis terminat (conflat enim ſe fluuius orientem uerſus) Garunnamque, per mediam regionem ſerpere: ad meridiẽ partim Pyreneo, partim Narbonenſi iungit, ad occaſum oceanũ abluere, dicit. Eſt amnis Liger qui modo à barbaris Lecher dicitur, perſpicuitate aquæ inclytus in quem alij plures fluuij concurrunt in quibus ab oriente eſt Era ex Aluernis montibus proueniens magnus ſanè & qui noſtris temporibus nomen Ligeris quoad intrat uſque mare aufert, influit enim in

Ligerim à parte dextra: à quo parum à ſiniſtra Viona flumē aliud in eundem Ligerim cadit ex eiſdem montibus quibus & Era & Liger exoriuntur, quibus Præter ligeri poſterioris ætatis nomen eſt. Hanc prouinciam primo ad occaſum ſub oſtio Ligeris, Pictones populi habitant eodē adhuc uocabulo appellati, iuxta mare portum Siccum, ac deinde ſui nominis promontorium habentes, in mediterraneo autem ad ſeptentrionem Ratiatum, & ad meridiem urbes nunc alia Pictauis nomine ſub quibus Santones, quos corrupto uocabulo barbari nunc Santonges dicunt: Canentello fluuio à Pictonibus diuiſos, in cuius oſtio Rocelle oppidum noſtri temporis iacet, ubi ex aduerſo inſulæ quædam proſpiciuntur Venetorum quondam: quæ Veneticæ appellabantur, & ad meridiem Canētelli promontorium eſt quod Santonum antiquitas, nunc Rhoam appellatur. ſub quo in ſinu ab eo facto portus eſt eodem nomine quem modo Sentes dicūt, in quem Charantis amnis exit, cui ſinui longe in mari inſula exiſtit, iſtis interius à litore Mediolanium ciuitas eſt, cui campus harenoſus maxima ex parte ſubiacet milio tantum fœcundus, quo eius loci incolæ uiuunt, reliquis fructibus parcus ſub Santonibus ultra Dordonetum flumen ita uulgo nominatum, ex Cemmeno monte profluentem uſque ad Garunnā Bituriges uel Biturges ut nunc & Eubiſci, uel Ioſci tum cognominati, agrum ſpatioſum poſsidēt, incultum ac ſterilem: hæc ſola gens inter Aquitanos alienigena conſiſtit, illis confœderata, ſupra ſinum ſiue lacum, intima enim loca, ubi Garūna litus aperit, cœnoſa ſunt, aquis fluminis, mariſq; æſtu ſimul inundata, quo in loco, neq; à flumine procul oppidum habēt Burdigalla quondam, nunc Bordeus gentis emporium, illud Ptolemæus in mediterraneo ponit, rectius Strabo cuidam marino incumbentem lacui quem Garunnæ eruptiones faciunt, inquit, quod omiſſis alijs, prouinciæ ornamentum eſt in quo ferrariæ officinæ permultæ. ſurſum uerò à mari prope Garunnæ ciuitas Niuomagus & in hac ferraria ſimiliter operatur, ita nunc apud eas nationes uocitata. Garunna quidem inſignis eſt fluuius, ſimili adhuc nomine appellatus, nam accolæ Garennæ dicunt, qui & nonnullis amplificatur amnibus ex Pyreneo monte delapſus, æſtate uadoſus, Hyberno uerò tempore, liquatis niuibus augetur, ſtagnatq; marino æſtui obuius atq; adeo ut freti ſimilis appareat, nauigiaq; ſi uento impellatur, atrociter more ſæuientis pelagi iactat, in quo inſulam eſſe Antos nomine quam tolli ac deprimi aquis ferunt. Ad dextram uero ſinus in quem Garunnam influere diximus, ſilua denſiſsima litus tegit, quam illi maiorē ab effectu appellant. Hinc autem ad auſtrum Tarbelliorum gens loca inſidebāt, quam Signias amnis Archeſon modo â Biturigibu_ terminat: Apud quam effodiendi auri ſummum inter omnes ſtudiū fuiſſe Strabo ait, é ſcrobibus paululum defoſſis ad manus menſuram cruſtæ auri reperiebātur, in reliquis autem fruſta & glebulæ: quorum tel-

rum tellus montana interior longe præſtantior quàm quæ ad mare uergit
ubi Curianum promontoriũ ſurgit. ultra quod ad occaſum Segnia amnis
in mare uadit, Archeſon modo dictus, neq; procul inde Apſurus amnis a-
lius in mare ex Pyrene defluens, agros Tarbellicos rigans in quibus à ma-
ri procul ciuitas eſt Aquæ Auguſtæ quondam. Interius uerò atq; ad orien
tem magis iſtorum omniũ quos meminimus aliæ ſequũtur g̃tes, namq;
Pictonib. Limnici ſubiacent ad Ligerim flumen pertinentes, qui ciuitatẽ
Auguſtoricũ habebant, ſub ijs Cadurci & ij Ligerim tangũt quibus Du
cona oppidũ erat Canentello amne circũfuſum quorũ ad orientẽ fluuiũ
Bituriges ſunt qui Cubi appellabãtur: in quib. ad Ligerim Auaricũ oppi
dum maximũ munitiſsimumq; in agri fertiliſs. regione ſitum, cuius pul-
chritudo cauſa fuit ne Cęſariano bello incenderet̃, quũ barbari ne Roma-
ni rebus ſuis potirentur, uno die amplius 20. urbes incendiſſent: Auaricũ
ex omnibus prope partibus flumine & palude circumdatur unum habet
& perangustum aditum isq; trans Ligerim proximus Nouioduno op-
pido ad quorum atq; Ictobrigum meridiem Vaſſarij loca poſſidebãt, qui
ad occaſum Ebuſciſi, ad orientẽ amnẽ Ligeri terminabãtur, in quib. Coſ-
ſium ciuitas erat. Sub iam dictis gẽtibus Petrocorij ſunt, qui hodie ſic etiã
dicuntur, quorum urbs Veſuria, nomen adhuc retinet à quibuſdam Ve-
xellodunum in finibus Cadurcorũ præruptis ſaxis munita, ad cuius mõ
tis radices flumen ſerpit uallẽ diuidens, in ea fabri ferrarij plures ſunt. Sub
quib. Ictiobriges habitabãt in quib. eſt ciuitas Aginnũ olim, ubi nũc op-
pidũ quod Potier uocat̃ iuxta amnẽ in Vionã cadentẽ à qua nõ parum a-
gri Imputo à barbaris appellatur, ſub Ictiobrigib. Vaſſarij & ciuitas Coſ
ſium ſunt, & ſub ijs Tabali medij inter Eubiſcos Auernosq;, quib. Garũ-
na fluminis ad meridiẽ fertur cui Anderedũ ciuitas appoſita erat quib. ad
auſtrum Datij ſunt, ubi oppidũ Taſta. Poſt inter quos Auſcij Aquitano
rum clariſs. quibus ſicut & pleris eorum Romani ius Latij tribuerunt, in
ijs ciuitas Auguſta Eliumberum antea dicta, opulentiſsima, horum ab or
tu uſq; Ligerim: Aruerni paſcebantur, qui nomen priſcum modo ſeruãt,
nam Aluerni dicuntur, & eorum terra Aluernia, quam Gebena mons ab
Heduis diſcludit montuoſa admodum, quorum ciuitas Auguſtoneme-
tum ſeu Auguſtonemeſſum metropolis quę hodie Burges in Beri dicitur
ſuper amnem Ligerim poſita eſt, & alia Gergouia ſiue ut alij Gergobinia
ad flumen Elauer in excelſo mõte, omni ex aditu difficili poſita, quod flu-
men non ferè ante autumnũ uado tranſiri ſolet, ea nunc urbs Clarus mõs
dicitur, cuius fortiſs. quondam gentes aduerſus Romanos bella fortiter
geſſere. Sub Garunna uerò Auſcij Aquitanorum clariſs. quibus ſicut &
pleris eorum Romani ius Latij tribuerunt: in ijs ciuitas Auguſta Elium-
berum amni dicta opulẽtiſſima erat, quibus ad meridiem Vallenes terrã
habuere, quibus ad occaſum Tarbelli, ad orientem Tectoſaces qui Nar-

bonenſi ſunt occurrunt: in quib. Rhueſium ciuitas & uſq; Pyrenem montem Rhuteni argentariam artem exercentes, qui inter alias urbes Segadunium habebant, quorũ ad occaſum Cotueni ſeu Coueni montes Pyrenęo contigui apud quos Lugdunum olim colonia. Præter autem omnes iam dictos populos, alĳ quoq; erant, obſcuri tamẽ, quos enumerat Plinius, in quibus Gabalenſes, apud quos argentum uti apud Rhutenos excuditur.

Gallia Lugdun. ſitus.

GAllia Lugdunenſis quæ alio nomine Celtica dicitur, inter flumina Ligerim & Sequanam iacet, nomẽ à Lugduno clariſs. eius urbe deducens, quam prouinciam noſtra ætas Franciam uocat, ab Franconia Germaniæ regiuncula, ut aiunt denominatã, q; inde huc habitandum emigraſſent Francones: licét aliter quæ ad ſeptentrionem uergit denominetur, ut paulo poſt aperiemus. Lugdunẽſis ab occaſu pro parte Ligeri fluuio atq; occidentali oceano à ſolis ortu Sequana excipitur: meridionale uerò latus ex parte Narbonenſis ad Cemmenum montem. ad ſeptentrionem Britannicũ habet oceanum. Ora quidem occaſum præcipué ſpectans aſpera & importuoſa eſt, quare oppida in extremis lingulis. promõtorĳsq; iſthmi poſita ad quæ neq; pedibus aditus eſt, quũ ex alto ſe æſtus incitent quod bis accidit ſemper horarum 12. ſpatio, neq; nauibus quod rurſus minuente æſtu, illæ in uadis affliguntur. Hic itaq; Liger in occidẽtalem oceanum exit, ante cuius hoſtium parua inſula eſt, eam Strabone teſte Samnites mulieres Bacchi numine afflatæ inhabitabant, ſicut & in alĳs quibuſdam inſulis circa Iberniam diximus. Hanc Dionyſius commemorat dicens:

> Nec ſpatio diſtant Neſidum littora longe
> In quibus uxores Samnitum Bacchica ſacra
> Concelebrant hederæ folĳs tectæq; corymbis.

Item & Mela, ſed eam Gallici numinis oraculo inſignem inquit. Horaſq; appellari cuius antiſtites perpetua uirginitate ſanctæ numero nouẽ, quas Gallicanas uocant. In hac parte poſt amnem Ligerim Samnitæ quoque populi iacent ad alterum uſque Erium nomine ſic adhuc uocitatum ibi in mare cadentẽ, item ad eundem fluuium neq; à mari procul Dariorigum Venetorum Emporium, cui longe ampliſsima omnium illius oræ authoritas priſcis temporibus fuit, populi é Belgis huc aduenientes, qui ſcientia & uſu nauticarum reliquos antecedebant, naues enim plurimas habebãt quibus in Britanniã curſus erat, hi aduerſus Cæſ. nauali certamine cõgredi auſi ſunt, quo illius in Britanniã curſum interrumperẽt, quos ille haud difficulter ſuperauit, quorum qui ex bello ac cæde euaſere, huc ex Belgica habitatum migrauere: hos Venetos eſſe opinatur Strabo à quibus Veneti ſinum incolentes Adriaticum in coloniam deducti, quorum ad ſeptentrionem Oſimĳ tum erant qui terram longe in occaſum prominentẽ in

colebant

colebant, montib. obſeſſam, ex quo præter unam Vorgonium ciuitatē nullas habebant inter Titum & Argenuam amnes poſitas, caſtella tamen aliquot in aſperis locis atq; præruptis ſaxis poſita, ad mare uerò ultra Erium (diſſociat enim hic amnis Oſimios à Venetis) promontorium inter duo flumina in quo oppidum eſt illi Auenas dicunt è regione cuius inſula eſt haud in mari procul quam Bellilam modo nuncupant: poſt Adrabon oppidum ubi Vidana portus quem inſula ante ſe poſita facit. Hinc ſinus curuatur, in quem Breuert fluuius lingua patria effunditur. Itē ſinus alter poſt illum panditur, quem modo accolæ unà cum fluuio Breſt uocant, quo traiecto promontoriū Gabæum occurrit: ſtatimq; Samas urbs (ſic appellant) portum habens, contra quem inſula aliquantæ magnitudinis eſt Gallico ſermone Vſſent. Poſt autem Samas litus incipit q̊d ſeptentrionem aſpicit iuxta Britannicum oceanum cuius litoris longus tractus, licèt ſinus aliquot, & in ijs habitationes nonnullæ ſint, nihil eſt atu dignū oſtentat, uſquequo magnus inflectitur ſinus in cuius penè medio urbs Samalo quam uocant, à mari aliquanto diſtans, ſupra eiuſdem nominis amnem ex alto monte procurrente, neq; à fontibus Erij procul. Poſt autem longā nauigationem (non enim frequentes ut diximus habitationes hãc ſunt) in altero cornu prædicti ſinus peruenitur, ſinum, nautæ colpum Samali dicunt, in quo tres inſulæ ſunt, quarum quæ in mare longius exit cæteris maior eſt, barbari Graneſſam nominant. Vltra ſinum portus eſt Salioncanus olim, in quo ſitū eſt oppidum quod Cheriborg gentili lingua dicit, mox Titus amnis in mare uadit, intra quē & Erium (non enim inuicē fontibus procul diſtāt) quicquid ſoli eſt, publico nomine Bertagna dicitur. Poſt Titum autem fluuium paruæ quædam nationes ſunt nullius claritudiuis fama notæ, prima eſt Viducæſium ad Argenam uſq; fluuiū ſecunda Bienellorum ſeu Venellorum quibus oppidum eſt ad mare Cruciatonem: tertia Lexubiorum à Bienelleis Olina amne diſcreta: in quibus iuxta mare Neomagus id eſt, noua ciuitas: quarta Balætorum ſiue Calætorum qui oſtio Sequanæ ſiue Senæ (nam quæ olim Sequana dicebatur, nunc Sena dicitur) proximi ſunt, ubi oppidum eſt Honeflor ſicut olim, uel Caſtra Conſtātia ut ait Marcellinus. Intus uerò Iuliobona, nunc Vernon Sequanæ fluuio appoſita, quæ gētes omnes ſub uno cōprehenſæ uocabulo Normandiā modo regionē habitant, tranſit quoq; Sequanā Normandiæ appellatio uſq; fluuiū qui nunc Soma dicitur Picardiā ab hac diuidens. In mediterraneo uerò ad orientē Venetorū ſub Viducæſijs Aulircij diablitæ cognominati erant qui ciuitatem Neodunum habebant. Inde ac ad Vienellorum meridiem, Arubij terram incolebant in quibus Vagoritum ciuitas erat quæ nūc Lanzon dicitur. Hinc aliquot in unum amnes corriuantur uno oſtio in Ligerim ſiue Eram ubi ad auroram urbs Angires uel Anzo nouo nomine iacet: ſupraq; ad unū fluuiorum Lemās

ciuitas clara: & alia ad fluuium alium Lauerdon: cui ad meridiem Tors ciuitas Eræ anni iuncta à qua Torena regiuncula nomen capit: cui & Bles urbs nobiliſsima, & Orlians ex qua regio haud magna denominatur, adiacent, pontem amni impoſitum habētes, poſterioris nominibus omnes appellatæ. Poſt dictas gentes uſq; ad Sequanam ex parte quadam Velloca ſſij tenent Caſtletēſes modo dicti, quorum ciuitas Ratomagus quæ adhuc ſic uocatur. Item ad orientem iſtorum uſq; ad Sequanam Abrimcatui erant, qui urbem Ingenā habebant in ripa fluminis poſita, ſub quib. Namnitę ubi ciuitas Condeuincum olim, & rurſus Samnitis orientaliores An dicani, uel ut alij Andenſes Aulircijs Arubijsq; ſubiacentes ea ætate, gentis ciuitas Iuliomagus quondam nūc Andegauum. Poſt hos Auliorci qui & Cenomani dicebantur ad Sequanam pertingentes quorum oppidum Vindinum, ubi planities ingens ac infertilis, illi modo Labeoſſe eam uocant. Sub quibus hoc eſt, Samnitibus Andicanis: Auliorcis: Namnitisq; Aulirci Eburaici appellati à Ligeri uſq; ad Sequanam flumē regionem inhabitantes, in qua Mediolanium ciuitas eſt. Sub quibus iuxta Ligerim Rhedones quorum ciuitas Condatæ fuit: & his magis orientales Sennones Belgarum finitimi, feraciſsimos agros ac latiſsimos poſsidentes, gens natura ferox & moribus incōdita, qui quondā in Italiam profecti, quemadmodum & Cenomani ſunt, quorum oppidum Agedecum firmum in primis & magnæ inter Gallos authoritatis quod Meledunum Cæſar. in commentar. appellare uidetur in inſula Sequanæ poſitum. Poſt hos ad Se quanam Carnutæ Arnontæ modo denominati, in quibus ciuitates Autri cum & Cenabum quam alij Menabum uocant, nomē adhuc ſeruans, gen ti emporium: cui pons ad flumen Ligerim pertinens eſt, quam Cæſar. diruit, atq; incendit, quibus ad orientem Pariſij populi ſunt circa Sequanam habitantes, qui oppidum habent Leucotetiam ſiue ut quidam Lutetiam à Iulio Cæſ. conditum fama eſt, nunc Pariſius dicitur, nam & populi etiam Pariſij dicuntur, urbs regalis claraq; ac ædificiorum magnifica, bonarumq; artium celebri per orbem fama, quarum hodie magiſtra quoq; exiſtit, quæ intra ipſius fluminis ripas in inſula tum poſita erat, nunc uerò in ſulam flumenq; intra ſe magno murorum ambitu complectitur: uerū Ma trona (quod flumē Eſne uernacula dicitur lingua) in finibus Lingonū & prope Leucos, nec longe à fonte Moſæ apud Belgas oriens, Catallanū ut ipſi uocāt ciuitatē: interfluens unà cum Oiſa recēti nomine amne parū ſu pra Pariſium miſcetur Sequanæ, pari magnitudine amnes, oritur Sequana, Sena modo ab indigenis, in alpibus Italiæ imminentibus Strabone au thore, in quem amnem alij quoque ex quibuſdam montibus deuoluti in Sequanam ſub Pariſium ciuitatē confluunt, ad meridiem autem Pariſiorum Tricaſij erant ciuitatem Auguſtobonam inhabitantes. Iterum ſub prædictis gentibus. Turipij Ligeri ad occidentem Belgis ad orientē contermini

termini, quos alij Turones uocant, quib. Cęſarodunũ ciuitas fuit, ſub quibus Aruernis finitimi Ligeri amne interlabente Segoſiabi ſunt, qui Cemmenos montes incolunt, in quib. Rudumna & Forumſuguſiantũ ciuitates ſunt. Cemmenus autẽ mons eſt, quem ſcriptores nõnulli Gebenam uocant, in quib. eſt Tranquillus: Nam Cæſ. omnẽ uiciſſe Galliã dixit, quæ à ſaltu Pyrenæo, alpibusq́ & monte Gebena, fluminibusq́ Rheno & Rhodano continetur: Item apud Plin. Agrippa: qui nunc Aluerniæ mõs dicitur, & à Pyrene iugo facto medios per cãpos recta perducitur ac in medio deſinit prope Lugdunũ circiter 200. & 50. mil. paſſ. protendẽs, qui Rhodano ubi Iſaris amnis in eum influit applicatur. Segoſiabis itaq; orĩetaliores ſunt Mandubij ſiue Meldæ qui oppidũ latinum, & Alleſiam habebãt uerũ Alleſia in uici nũc formã redactũ eſt, nomẽ tamẽ retinet, à quo et nũc magna eius regionis pars Alſetũ uocãt, & eſt in ducatu Burgundiæ, oppidũ in colle ſummo admodũ poſitũ erat, cuius collis radices à duab. partibus amnes duo abluunt, q̃ circundato coeũt. Diodorus Herculẽ dicens quum ingens ex omnib. gentib. exercitus ſequeret̃, urbẽ condidit amplã, quã appellauit Alleſiã, permanſit hæc urbs ab eius conditore ad uſq́ diuũ Auguſt. libera ac ſui iuris, qui ui poſtmodũ capta. Romano imperio unà cum reliquis ceſſit. Poſt aũt Mãdubios penes Belgas Vadicaſſij ſequunt̃ apud quos Neomagus oppidũ, id eſt, nouũ. A parte uerò meridionali Edui regionẽ poſſidebãt, quib. nomẽ adhuc reſtat, gens clariſs. olim, cui retro ad Narbonenſem Cẽmenus mõs eſt inter Dubiũ atq; Ararim amnes habitantes, quorũ urbes una Auguſtodunũ quæ modo Graiacum dicitur altera Nouiodunũ, magna ſanè ac opulẽta ad ripas Ligeris oportuno loco. Itẽ Cabyllonũ Matiſſaua q̃ Matiſcũ nunc uocant ad ripã Araris optimo loco poſita, ſimiliter Bibracte oppidum longè maximum copioſiſsimumq́ q̃d in modũ ruris nunc habitat̃ in radicib. Gebẽnæ mõtis ſitũ nomẽ priſcum retinens. Lugdunũ quoq; metropolis quondã Segoſiabòrũ, q̃ urbs prouinciæ nomẽ ac ornamentũ plurimũ tribuit, quã Auguſtã poſteritas appellauit, iuniores uerò Lion: hãc Euſebio teſte Numatiꝰ Plãcus cõdidit quũ Galliã regeret, nã coloniã in eã deduxit, eſt in colle ſedẽs inter Ararim & Rhodanum amnes, licet in extrema ſui parte Ararim intra muros recipiat, põtes utriq́ impoſiti, qui Arar mil. paſſ. ab urbe infunditur Rhodano: quã (mirabile dictu) una nocte ut Seneca in epiſtolis, flagraſſe conſtat, atq; adeo ut ſi ſecundo incendi uellet, nihil alteri ſupereſſet incendio, quod etiam Tacitus meminit, aitq́ eam cladem quadragies ſextertio ſolutus eſt princeps, ut amiſſa urbi reponerent.

Galliæ Belgicæ ſitus.

GAllia Belgica ſequitur à Belgarum gente, tanquam ab reliquarum antiquiſsima, ut illi ferũt, ac fortiſs. denominata: hodie uerò diuerſis appellatur nominib. à diuerſis regionib. quib. prouincia con

ſtat: ut Flandria Borgundia, & reliquæ, ut in ſuis locis dicentur. Hæc prouincia ab occaſu Lugdunenſem iuxta fluuij Sequanæ orientalem ripam habet: à meridie pro parte Lugdunenſem & pro parte Narbonenſem uſque communem finem alpium in monte Adula, qui mons pars alpiũ eſt: à ſolis ortu Rhenum flumen in quo terminatur iuxta Germaniam: ad aquilonem autem Britannico oceano abluitur. Igitur poſt Sequanæ oſtium ad mare in Attrebatijs ubi inſinuatur litus oppidum eſt cum fluuio, Boloniam nunc uocant. Poſtea Phrudis amnis ad cuius oſtium Cortoi noui nominis oppidum haud ſpernendum eſt. Sub quo ad eundem amnem Abuilla quam dicunt ciuitas. Hinc Itius attollitur promontorium ubi oppidum Cales uetus retinens nomen: & ibi portus à promontorio Itius denominatus: quibus propinqui Morini populi ſunt, qui cæteris opibus prę̃ſtant, ſimiliter & imbelles: ſecus qui hinc in orientem uerſus maritimam oram habent finitimi Germanis qui trans Rhenũ incolunt cum quibus continuo bella gerunt, minus diuites, fortitudine autem ſuperiores. ex Itio in Britannorum inſulam non amplius triginta millia paſſ. nauigatio eſt. hinc autem nonnulla flumina & oppida ignobilia ſunt, quorum oppidorum unum Grauernit, alterum Vicuport eorum lingua dicuntur. Poſtea ſinus in quem uallis aperitur per eam oceanus æſtuat: in cuius intima ornatiſsima illa, & opum diues ciuitas eſt, quam Geſoriacum naualę maiores appellauere, ætate noſtra Bruges dicitur, & Morini Flandrenſes regio'que quam inhabitant Flandria, eam à tergo, hoc eſt ad auſtrũ Tabulla, ſiue Tabudis amnis à reliquis populis excipit, oritur enim occidentem uerſus, ad orientem flexus in aquilonarem oceanum cadit. Sed antequam ad oſtium Tabullæ perueniatur, eſt in dextro cornu eius ſinus quo Geſoriacum iacet oppidum cum ſtatione quod incolæ Scluſe dicunt retro uero à mari Taruania ciuitas in cuius loco nunc Anuerſa poni poteſt, quo bis in anno multitudo ingens ad nundinas opulentiſsimas ex diuerſis regionib. conueniunt: inde oppidum magis ad ſeptentrionē Antrocipia ut aiunt ad ripā Tabudæ: Inde Moſæ fluuij oſtiũ, qui teſte Iulio ex monte Vogeſo fluit, qui eſt in finibus Lingonum, parte quadã ex Rheno recepta quæ appellatur Vuallis octoginta millia paſſ. ab oceano: nam Plinius Rhenum ab occidente in amnem Moſam ſe ſpargere dicit qua ex re nonnulli Moſæ oſtium Rheni putant. Vltra Moſam ad Rhenum prope occidentale oſtium Menapij ſunt, Iuliani nunc ab oppido Iuliaco ubi Vatucca olim caſtellum fuit: item oppidum Caſtellum, nunc Aquiſgranis: hæc gens utramque Rheni partem quandoque incoluerunt, appellabanturq; qui cis Rhenum ædificia habebant Menapij Gelij, unde adhuc ducatus Geldriæ dicitur: illos uerò qui ultra Rhenum in Germania erant, Vſipites Tencharięq; Germani domo Sueuis eiecti inde expulerũt, quo factum eſt, ut in altera fluuijs ripa nihil deinceps tenuere, inter quos & Rhenum, nec

num, nec non inſulas quæ unico modo uocabulo Holandia dicitur Bathauïj incolebant: qui ſeditione domeſtica inde pulſi extrema Galliæ ora; uacuata cultoribus occupauere, uiri in re militari haud periti minusquam ſtrenui: quorū oppida paulo poſt dicemus. Moſæ Scalde amnis iungitur in paſſ. centum mil. ferè antequam ille Vuali commiſceatur, ambobus idem adhuc nomen eſt Scalde in radice montis in quo Lucemborg oppidum exoriēs, perq; Arduenam ſyluam flexuoſus tranſit. Alius deinde fluuius eſt ad oppidum Nauier quod modo dicunt exoriens Neruios rigās & penes Raremutim oppidum Liege nunc, Moſam influit, quem Sabam incolæ uocant: eſt Arduena ſylua quę ita adhuc uocatur ingenti magnitudine per medios fines Treuerorum à flumine Rheno ad initium Rhemorū, Neruiorumq;, gentiū pertinet, totius Galliæ maxima, millib. amplius quingentis longitudine patet: in qua contra bellorum impetum Menapi cæteriq; finitimi populi ſeſe recipiunt inſulas paſsim per paludes occupātes, Scalde quippe amnis imbribus auctus loca ibidē ſtagnat. Sed ut in mediterranea prędictarū gentium deſcendamus: Attrebatij hodie Picardi uocantur, qui ciuitatem Metacum olim nunc Autre inhabitent: & pręter eam aliæ quoque ſunt. præſentis uidelicet appellationis in quib. apud Sequanam, Rhoam, & occidentali ripa Phrudis Ambianum oppidum. Corbe Eſclumq; & in medijs campis neque à Matrona amne procul Biaues. Perone, & iterum pene ad Sequanam Pantoiſe, oppida haud obſcura licet auribus barbara officiant nomina & in ulteriore ripa oppidū Pons nomine. Poſt Attrebatios Bellouaci uergunt quos uirtute & authoritate, & hominum numero præualere ſcribit Cęſ. & qui armata millia centū poſſent conficere, nihil maris litore tenentes: intus uerò urbem Cęſaromagum eodem nunc nomine inter alias eminentem quæ maximam quondam habuit opinionem uirtutis & oppidum Bratuſpantium, & non longe à Matrona Monſeler, & ſub eo Dorlans, & orientem uerſus Blangi, et ad meridiem magis Sampol: ſunt enim hæc omnia urbium neq; ignobilium poſterioris ætatis nomina, quas ſilentio pertrāſire haud decēs putaui, quū infinitę penè, ac minime cum his comparandę apud geographos editæ habeantur: & ſi ad ueteres hiſtorias nihil proficiant, ad poſteriores tamē nō inutiles puto futuras. Inde (ut ad rem redeam) Ambiani regionē tenebāt, hodie Artois patria dicitur, in quib. ciuitas Samarobriga prius, nunc Aire: & Toſorgia, & ſub his ad fluuiū Tabullam circa fontem oppidum Aras, & ad amnem qui Tabullam medio in curſu influit, ubi Gandauū ſiue Ganth urbs nobiliſs. ſita eſt. Corlai oppidum iacet: ſub qua ad meridiem Lila: iterum Tabullæ non procul ab fonte Tornai urbs ſita eſt paruus amnis influit ad quem Conduth oppidū, uerſus autem meridiem Viromagus nunc S. Quintin, & à Moſa non multū Marle, & alia quæ no

minare piget ſermonis recentioris deformitate. Poſtea Morini ſunt quorum ciuitas Taruania in cuius loco nũc Anuerſa eſt, quo bis in anno multitudo ingens ad nundinas opulentiſsimas ex diuerſis regionibus coueniunt, inde oppidum magis ad ſeptentrionem Antrocipia ad ripam Tabullæ, & ad fontem alterius amnis oppidum Machellinia: Morinorum ager ut apud Strabonem legimus, & Attrebatorum, & Eburonum, & Menapiorum per quam ſimilis eſt, finitimi enim ſunt in quibus Arduena eſt ſylua quæ ingenti magnitudine per medios fines Treuerorũ à flumine Rheno ad initium Rhemorum, Neruiorumq; pertinet totius Galliæ maxima millibus amplius qũingẽtis longitudine patet, in quam contra bellorum impetũ ſeſe recipiunt, inſulas paſsim per paludes habitantes, Scalde enim amnis quẽ nunc quoq; uocant imbrib. auctus loca ibidẽ ſtagnat. ad cuius Arduenæ ſyluæ meridionale latus gens nunc habitat cui nomen Eiflia. Deinde poſt Bellouacos Tabulla intercurrente Tungri incolunt Brabantij hodie & eorum regio Brabãtia inter Tabullam & Moſam amnes ſita, ipſi erant Iulio teſte ex Cymbris Teutoniſq; prognati, qui poſt uariã ſuorum cædem, circa flumẽ Rhenum locum ſibi domicilio delegerunt. apud hos fontem eſſe inſignem Plinius ſcribit, cuius aqua purgat corpora tertianaſq; febres diſcutit: calculorũq; uitia tollit: in quo ciuitas ampla & copioſa Antuacutum fuit, quæ Beamont nunc apud eos appellatur egregie natura munita ex omnibus in circuitu partibus altiſsimis rupes habẽs, à quo oppido Atuacuti etiam uocitabantur: ſunt quoq; in his nonnulla oppida memoriæ digna ut Burſella. Louanium aliquanto orientalius. Longuem, Mabogæ, & in ripa Moſæ Traiectũ ciuitas qua flumen ponte traijcitur. Sub qua ad eundem amnẽ Leodium ciuitas cum ponte quo & gens uniuerſa Leodienſis dicitur: inde ad eius amnis fontẽ oppidũ aliud Moſam appellatum. Supra quod Rhenes quam uocant ciuitas eſt Matronæ fonti appoſita in Zampagna regiũcula, ita ab incolis modo nominatur. Deinde poſt dictũ fluuiũ Menarij ſunt Iuliani nũc ab oppido Iuliaco ubi Vatucca olim caſtellum fuit. Bathanorum itaq; ſunt Butatodurum oppidum Nimega hodie ſub oſtio Rheni ſitũ, & ciuitas Bona quæ ſic ſemper uocitata eſt, quam nos non eo ſitu quo Ptolemæus poſuimus, quum ita ſe habeat, hoc eſt ſub Butodurũ ſtatim, ipſe ſub Agrippinam, item poſt Bonam Vegerra, & Vlppia quæ modo Nuus dicitur iuxta Rhenum ſita, ex quo deducto riuo eius aquis alluitur, quæ urbes quondam Bathanorum fuere. eſt & Scoht à quo oppida alia Maline, Erintal et Trechie Moſa amne infuſum, Rhamõ & inter eam atq; Rhenum Chemp ciuitas nobiliſſima quæ à barbaris ita appellant̃. Poſt itaq; iam dictos populos Rhenus in diuerſa ante quam oceanum intret diſperſus multas ingenteſq; inſulas compræhendit, quarum pars magna à feris barbariſq; nationibus incolitur,

tur,quòd & ſi pluribus irruptionibus cõciſus ſit,tamen tribus duntaxat oſtijs in Germanicum oceanum defluit: ex dictis itaque inſulis, quæ intra occidentale oſtium continent̃ eas Bathanos incoluiſſe diximus uocariq́ nunc Holandiam: reliquas poſt medium oſtium fluminis ad orientem Se landiã cultoribus frequentes in quarum una (Holandinis ſcilicet) ad meridiem iuxta Vualem aquam Leuomagium urbs eſt quam quidam Nouiomagium dicunt, eſt & oppidum ab Antonino pio ut fertur conditum Benefacta nomine, quod nunc Dodrana dicitur in aquilonari parte inſulæ ubi Moſa in mare uadit, quam qui habitant Dodranenſij appellantur, qui & præcipui habentur, quæ ciuitas egregie munita eſt diuitijs abundans, negotiationiq́ maxime accommoda: in altera uerò inſula cæterarũ maxima urbs nobilis, diues ac populoſa eſt Traiectum uocat, quæ quadraginta millia armatorum ſiquando neceſsitas ingruit emittit in hoſtem, forma uiris ac mulieribus egregia. Rhenus itaque fluuius in Rheticis alpibus unde illi nomen, quas Lepontij popul incolunt inacceſſo ac præcipiti uertice fontes habet q modo Bertina dicit̃, circa quẽ montem et Rhodanus & Danubius exoriunt̃: unde abſolut9 altasq́ immiſſus ripas, modico flexu in orientẽ uerſus haud longe à capite, lacũ inuadit maris inſtar, longitudine quippe trigintaquinq́ millia paſſ. latitudine uiginti conſtat, quem Brigantinum à Brigantio oppido quod in orientali eius ripa eſt appellatur, tum ſanè horridis circumcinctum ſyluis, quem Rhenus irrumpens medium, ſubcinctus permeat, ac inde agmine quod intulit, uocabuloq́ ſeruato abſoluitur: ex quo emiſſus quinque & uiginti mil. paſſ. excurſu ad occidentem fertur, ubi cataractas incidit inclinatione præcicipiti, nam funditur ut Nilus: unde Breucomagum uſque ad ſeptentrionem conuerſus, rurſus in orienteem uſque ad Argentoraicum: hinc recto penè alueo latiſsimus atq́ altiſsimus longo citatus prius ſpatio in ſeptentrionem fertur, ubi ut diximus in oceanum multiplici lapſu effunditur quouſque ab Obrinca fluuio in mediterraneo ad occidentalem partem Rheni Bathani regionẽ habuere, q̃ Germania inferior uel ſecunda appellatur, q ſeditione domeſtica pulſi extrema Galliæ oræ uacuata cultorib. ſimulq́ inſulas occupauere, uiri in re militari haud minus periti quã ſtrenui, iſti ciuitates habuerãt Butabodurum. Vegerrã, & Vlpiam ut paulò ante dictũ eſt ad quorũ meridiẽ Vbij: in his Agrippina colonia eſt à qua regio circũiecta Agrippinenſis dicebat̃, q̃ ciuitas antea Vbiorũ oppidũ appellabat̃, nunc Colonia ampla quidẽ ac florens, q̃ & aliquãdo caput Germanorũ fuit, ꝑtinaci barbarorũ obſidione deleta: Tacitus Agrippina Claudij Cæſ. coniunx in oppidũ Vbiorũ in q̃ genita erat ueteranos coloniãq́ deduci impetrat, cui nomẽ inditũ ex uocabulo ipſius eſt. Supra Agrip. Moſella amnis Rheno infunditur ab Helſatiæ montib. efflues cõuenis aquis

auctus

auctus, ubi oppidum eſt Cõfluenta, qui amnis medius inter Helſatiam et Otringiam regiones illibatur, hęc ad ſeptentrionem inter fluuium ipſum & Rhenum, illa ad meridiem iacet: dehinc paulo Obrinca quondam, nũc Cia paruus amnis Rheno iungitur, ubi inſula caſtellum Falex nomine in acuta petra ſitum eſt, & ad amnis oſtium oppidum Binger ſiue Bingia re giunculæ caput quam Rhenoniam à Rheno eam diuidente uocant, ſita e- nim eſt inter Obrineam & Maguntinum agrum ad occidẽtalem partem fluminis, ad orientalem in Frãconia uſq; montiũ cacumina qui ab ea par- te fluminis protenduntur aſcendit, comprehenditq; dictam Rheni inſu- lam. Igitur poſt oppidum Binger quod illi uocãt Macuntiacum urbs no biliſsima eſt quæ hodie Magunta appellatur, quã urbem nos præter Pto lemæi opinionem in ſuperiorem Germaniam poſuimus, ille uerò in infe- riorem, ſi quemadmodum ipſe, & item alij Obrincam inter primam & ſe cundam, ſiue inferiorẽ & ſuperiorẽ Germaniam ſerpere uolunt, neq; ſen- tentia ſolum noſtra id fecimus uerũ Marcellini hiſtorici diligentiſs. alio- rumq; & quod uerius eſt, eius ſitus admonet, qui ſicut antea ſemper ita eti am nunc in eodem loco ſe habuit: Macuntiacum inquit præter alia muni- cipia clarum in prima Germania eſt: neq; deſunt qui Macuntiacum Mo- guntiam à Mogano fluuio dici uelint, is per Germaniã lapſus in conſpe- ctu urbis Rhenũ inuadit. quæ quondã à Pannonijs capta atq; ſubuerſa eſt idq; diuo Hieronymo teſte. Nunc aũt de gentib. longe à mare poſitis di- cendũ eſt, ex quibus Vbaneti primo ſunt quorũ oppidum ab oriente Se- quanæ fluuij Rhotomagus poſt Eruſij ſiue Neruij gens fera ac infida, qui denſiſs. incolunt ſyluas, in quib. Baſacũ oppidũ eſt, nũc Baſtogna. Poſtea ſub ijs Romandiſsi q Auguſtã ciuitatẽ Romandiſsiã cognomine habẽt, eo ſitu poſita in q̃ nunc Arlon, & ſub ea Lucemborg in monte ſita, ad V- banetorũ aũt meridiẽ Veſſones terrã habitant, ubi ciuitas in oriẽtali ripa Sequanæ Auguſta Veſſonum appellata: & alia oppida è quorũ numero ſunt hodie Barlien, & Valcolor. Poſt quos iuxta Sequanã Rheni ſunt q̃- rũ extremis finib. flumẽ Axonã labĩt in Ararim cadẽs uetus adhuc nomẽ retinens in cuius margine oppidũ eiuſdẽ nominis eſt: Et in ripa Sequanæ Duricotora gẽtis metropolis tunc potentiſs. ubi põs lapideus erat, nunc dirutus naue et interdũ uado traijcĩt. Mox treueri ſunt Belgarum clariſs. Rhenis oriẽtaliores ad ſeptentrionẽ inclinati, in quib. ciuitas olim fuit, q̃ Auguſta Treuerorũ dicebaĩ. Hodie Treueris eſt opulẽtiſs. ſupra Moſellã fluu. et ſub ea oppidũ Tiumuille eſt. Moſella amnis q corrupto uocabulo nunc Muſello dicĩt, oritur ex quadã ſylua ſupra Ararim fluu. pullulante, indeq; in ſeptentrionẽ, et poſtea in orientẽ uerſus, in Rhenũ ſupra Conflu entiã cadit. Verũ Treueris magis meridionales Mediomatrices ſunt qui Metenſes nunc dicuntur in regione quã modo Lorenã alias Lotharingiã

uocant

uocant ciuitatem Diuodurum habitantes, nunc Metis ſiue Mes dicta in ri
pa Moſellæ: & ſub ea Pontecamiſon oppidum: & Nanſi eidem fluuio ap
poſitum: iterius autem Mollem, & Moulle oppida omnia noui nominis
ſub quib. & Rhemis Leuci ſunt modo Tullenſij nūcupati, Lingonib. &
& Sequanis finitimi, quorum ciuitates una Tullum: altera Naxium: Præ
ter quas hodie Spinal quā Moſella interfluit: & citra ſiluam ad meridiem
Liſuo ſunt. Sub Obrinca autem fluuio ad occidentalem partē Rheni Ne-
metorum populi ſunt, ſiue ut hodie Spirenſes, in quibus ſupra Rhenum
Neomagus oppidum eſt Vormatia nunc dictum, item alterum Rufinia-
na quod modo illi Spiram uocant. Hinc Vangiones tenent quib. Berbe-
tomagus oppidū eſt quod & Brythomagus dicitur, ut ait Marcellinus in
geſtis Iuliani, quo tempore ut ipſe atteſtatur (quod bellorū clade accidit)
nulla per eos tractus ciuitas nullum caſtellū ab hoc oppido uſq; ad Agrip
pinam uiſebaī præter Confluentia, reſtabant ſolum urbium fundamenta
in quib. poſtmodū quas diximus urbes ædificatæ ſunt: Quidā non bello
rū clade, ſed terræ motibus ex quo in utraq; amnis ripa 80. uel eo amplius
caſtella ſolo æquata fuiſſe dicūt. Poſt aūt Berbetomagū nō longe caſtellū
eſt q̊d ijſdē author Turris colonia nominat. Inde oppidū Argentoratum
alij Argentoriacū q̊d in Vangionib. eſt Argentinā nunc dicūt, barbaricis
cladib. notum, q̄ omnia ſecundū Rhenum ſita ſunt. Sub dictis iam Tribo
nes ſequunī, quorū ciuitas Breucomagus quondā nūc Baſilea uocaī, quā
Rhenus penè mediā influit lapideo pōte iuncta, q̄ terræ motu aliquādo cō
cidit. Poſt quā oppidū eſt patria lingua Rheinfeld: habens diſruptū pon-
tem uetuſtiſs. ex lapide marmoreo q̊ in Germaniā proficiſcebaī. Inde ciui
tas eſt quā barbari Loſemborg dicūt per 10. mil. paſſ. Rhenus frequētib.
impeditus ſaxis atq; rupibus ſpumoſis uerticib. magno pertrāſit murmu
re, ubi neq; lōge à dicta ciuitate Limet gētis uocabulo, magnū flumē rapi-
diſs. curſu in Rhenum uadit: ipſa uerò urbs ſatis opulēta in conualle ſita.
Deinde amnis quē Ruiſs accolę uocāt Ara fluuio in excurſu pri9 recepto,
ex alpib. in uertice mōtis nunc S. Gotardi exorīt lacū Lucernæ q in Nan
tuatium montib. ſcaturit ingrediī ubi oppidū Altorf, ex quo ubi Lucer-
na oppidum ſedet egreſſus in Rhenum cadit, cuius lacus longitudido 25.
mil. paſs ubi uerò latiſs. 5. ſub q̊ Heluetij inter fontes Rhodani ac Rheni ſi
ti alpium, cōualles frugiferas ſatis inter miteſcētia ſaxa habitant: q modo
Suizeri dicunī, terraq; eorū Suizia. Sub lacu aūt dicto haud multo Elceb,
oppidū ſitū eſt: iuxta q̊d alter amnis ab altero lacu pari penè magnitudi-
ne Limacho nunc dicto ijſdē montib. orto in Rhenū exonerat, cui item la
cui Thuregiū oppidū inſigne adiacet, barbarè Zurich, q̊rū lacuū alterū
Venetū alterū Acronū Mela appellare uideī. Hinc fluminis Rheni caſus
uideī ex alto mōte ſcopulis interuptis ingēti fragore ac ſonitu, adeo ut ei9
ſtrepitus dim. mil. paſs. exaudiaī. Inde ad oppidū Scafhuſen peruenīt à q̊
Dieſen-

Dieſenhoffen: & aliud eodē itineris ſpatio Stain nomine: quorū quodlibet pontē ſupra Rhenū habet. Hinc 10. mil. paſſ. ad emiſſoriū fluminis Rheni ex Lacu iter eſt: inde caſtellum Gotlieb in arduo colle ſitum. Poſtquā ad Rhenum Rauricum gens eſt, in quibus eſt urbs Auguſta Rauricū denominata quæ noſtris temporibus Conſtantia nuncupatur, pontē ſupra Rhenum habens. Supra Rauricos autem & Leucos Lingones ſiue Lingaſij regionem habitant, quorum ciuitas Andumatunum, quibus ad occaſum magis cohęrent, ex eo dicti quum Sequana per illos fluit. Sequani Iura monte ab Heluetijs dirimuntur, quibus anguſta regio relinquitur inter altiſs. montem, Lemanumq́ lacū, & flumen Rhodanum Iura quippe mons à flexione Rhodani in meridiem, ſurgit, rectaq́ ad Rhenū tendit, quo terrę angulus relinquitur, cuius latera, unum quem diximus mons alterum Rhodanus, baſis partim alpes, partim Rhenus eſt, iugum à Iura dimiſſum medium. Verum in Sequanis oppida Diatauium, & Veſontium quod maximum eo tempore inter eos erat, nunc Beſanſum uocant, natura loci munitum, cingitur circumcirca penè fluuio Alduaſdulo, reliquum autem ſpatium quod non amplius pedum. 600. eſt mons magnæ altitudinis occupat, in cuius ſummitate arx eminebat, nunc uerò licèt priſcum teneat ſitum, maiori tamē ex parte exciſum iacet. Alduaſdulus Budes apud Ptolemæum, apud Strabonem uerò Dubis dicitur, qui nunc Ladon dicitur, tunc Alduaſdulus ab incolis, ex alpibus oriens qui lapſus per Commitatum Borgundiæ, Montem inſulam, & Clarauallem poſterioris ætatis oppida abluit, circaq́ caſtrum Viredunum non longe à Cabyllino urbe Arari fluuio commiſcetur, habebant & alia oppida Sequani, ut Colonia equeſtris. Auanticū, & quæ ſuo modo lingua appellant Pontarli. Zugnio, in montib. ſita, & Salinæ quæ urbs in cōualle iacet, ubi ſal in magna copia fit, quo circumſtantes populi utuntur: & ſub Salinis in ualle ciuitas quæ Sanglaudus dicitur: à qua tranſito Iura monte Geneuam meridiem uerſus itur, uerum in radice Iuræ mōtis oppidum eſt Ges nomine 19. mil. paſs. à Geneua: poſt itaque iugum montis qui ipſis ſubiacet, quiúe Iuraſſus ſiue Iura appellatur Heluetij ſunt natura undiq́ muniti, ut paulo ante diximus nam & ad orientē flumine Rheno latiſs. atq́ profundiſs. qui eorum agrum à Germanis diuidit ab ea parte tutantur: quorum oppida ad 12. uici ad 400. fuere quę omnia igne aſſumpſerūt, ut inde in reliquā Galliam ſibi latiorē melioremq́ pararent ſedē quos quū Cęſ. bello uiciſſ. &, illi qui à cæde remanſerunnt, in priſtinum redire ſolum à uictore iuſſi ſunt, & quę ſponte uaſtauerūt, coacti ſunt reſtituere, in quibus fuit Gannodurum, Forum Tiberij nunc Deue oppidum in colle ad radices montis, & in ripa Lemani lacus Loſana urbs à qua modo lacui nomē eſt: lacus enim Loſanæ appellatur: & ad eundem magis uerſus orientem Villanoua oppidum haud cæterorum quæ in ea ſunt regione infimum.

Gallia

Gallia Narbonenſis ſitus.

GAllia Narbonenſis cognomẽto Braccata, quarto nobis loco ſe offert, quæ & prouincia à Romanis tunc hominibus quemadmodũ & à cæteris hodie nationibus licet corruptæ appellatur: nam prouenza dicitur, huius maritima ora ut refert Strabo, eoſdem quos & Italia fructus producit, quod quanto magis ad arctos uergit, licet frumẽto, milio, glande, fœcunda ſit: minus ad oleam, ficum, uitemq́ idonea, quamuis ea quæ cultura uacant, bona pecori habeantur, quo in loco magna uis eſt. Hanc Plinius deſcribens: urbibus agrorum cultu, uirorum, morumq́ dignatione, amplitudine opum, nullam ei prouinciarum præferendam eſſe breuiterq́ Italiam uerius quam Prouinciã inquit. Huius latera ſeptentrionalia quæ iuncta tribus iam dictis Gallijs ſunt, Cemmeno monte, & flumine Rhodano diſterminantur: latus quod ortum ſpectat alpes ab Italia dirimunt, hoc eſt à monte Adula uſq; ad oſtium Vari fluminis excurſus: latus uerò meridionale, pars Pyrenæi montis claudit, ab Aquitania uidelicet uſque ad iugum quod in noſtrum mare prouehitur, ubi Veneris templum fuiſſe diximus, à quo deinde mari Gallico infunditur uſq; ad prędictum oſtium Vari: ignobile litus quod ad lapidem à re ipſa uocant, unde orta eſt fabula, Herculem ibi contra Neptuni liberos dimicantem, quum tela ei defeciſſent, ab inuocato Ioue adiutum, imbrem lapidum pluiſſe: qua ex re in litoralibus raræ urbes ſunt, quia locus ſterilis ac importuoſus uel raros habens portus, & omnis ora Auſtro atq; Aphrico uentis expoſita eſt, quæ ſic deſcribitur. Poſt Veneris templum Hiſpaniæ terminũ, Ceruaria locus eſt Galliæ initium, ubi Pyrenæi excelſæ rupes radices figunt, unde Illiberis fluuius in mare exit è Pyrene monte exortus, poſt eum Ruſcion uel Ruſcinon, quem amnem Salſes illi modo nominant è Pyrene ſimiliter delabitur. Poſt in ſinu oppidum eſt Copliuro ab incolis dictum. Inde Athagis amnis oſtiũ quod ipſi uernacula lingua Birra nuncupant, in Cemmeno monte Strabone teſte exortum, Plinius uerò & Mela in Pyrenæo tradunt, exiguus uadoſusq; ac leni in initio curſu, niſi ubi Narbonem urbem attingit, nuſquam nauigabilis. unde Lucanus:

Mitis Athax latias gaudens non ferre carinas.

At quum Hybernis intumuit imbribus uſq; eo inſurgere ſolitus eſt, ut ſe ipſum non capiat, quem accipit Rubreſus lacus uel Narbonenſis: ſpatioſus admodum, ſed qua mare admittit anguſtus. Tenebant hanc partem quondam Volcæ & Tectoſaces gentes: quorũ modo terra Languedoch à barbaris dicitur: apud quos aliæ etiam gentes erant paruæ ſanè & ignobiles ſub eiſdem appellationibus cõtentæ: quarum Volcæ teſte Liuio circa utramq; ripam Rhodani agrum colebant, inter gallicas gentes opulentiſs. ſed uario bellorum euentu ad occidentem fluminis conuerſi, partem illam unà cum Tectoſacibus habitantes, ex quo Volcæ Tectoſaces appel

 labantur:

labantur: quorum qui Pyrenæis propinquiores ſunt Cemmenum mont
attingentes auriferam terram quæ maxime aquilonē ſpectat inſident, quibus tanta quondam potentia & hominū robur fuit ut incidente ſeditione ſuorum quoſdam domo eiecerint, illiq; Aſiam traiecto Helleſponto inuaderent eorum fortunas communicandas alĳ alĳs ex gentibus conuenere: ex quib. ĳ ſunt, qui finitimā Cappadociæ & Paphlagoniæ Phrygiæq; prouinciā occupauerūt, ut ſuo dicemus loco. In ipſis itaq; nationibus aliquot fuere urbes neq; ignobiles, quarū una Illiberis eſt ſupra flumen eiuſdē nominis ſita nunc Sales magna quondam ac magnarū opum clara cuius hodie tenue extat ueſtigium. Hinc Ruſcinum ad amnem ſui uocabuli poſita nunc Ruclino uicus, olim urbs egregia, & in omni belli apparatu ualida: Qua in parte, ut Strabo refert, unum illud de foſsilib. piſcibus mirandum eſt: inquit Ruſcinonem lacus eſt, exiguus ſupra mare refertus ſalinis, in quo Ceſtriæ piſces foſsiles ſunt, nam ſi quis duos aut tres fodiat pedes, & in limoſam aquam fuſcinam demittat piſcem eximiæ magnitudinis fixum educet, limo enim inſtar anguillarum aluntur: quem lacū Mela Salſuſam fontem appellat aquis affluentem ſalſioribus quam marinæ ſunt, in quo inſulę abſciſæ ripis natant, iuxta quem campus peruiridis eſt gracili harundini ſparſus, cuius Ariſtoteles in admirandis meminit.

Poſt Ruſcinonem Toloſſa colonia eſt, quam Toulouſe incolæ nunc dicūt, in orientali ripa Garunnæ amnis ſita, oritur enim Garunna in agro Narbonenſi, in qua urbe templum matris magnæ ſanctitatis fama præcioſis muneribus refertum erat à Quinto Cepione Rom. Coſs. direptum. mox Cepero oppidum in colle ſitum, barbari Monliom uocant, dein Betiræ, uel Blitera illi Beſens ciuitas munita admodum ad Orobem amnem poſita, & ſub ea Carcaſo oppidulum apud antiquos. Sub quibus omnibus Narbo ciuitas eſt: colonia prius Decumanorum, deinde Romanorum fuit nam Cicero, Narbo colonia noſtrorum ciuium, ſpecula pop. Roman. ac propugnaculum iſtis ipſis nationibus oppoſitum & obiectum inquit. Hinc ad Trophea Pompeĳ quæ ſunt in Pyrenæo uerſus mare noſtrum mil. ſexaginta tria, ubi Hiſpaniæ Galliæ'ue confinia, hæc duodecim mil. paſſ. à mari diſtat, ad Athagem amnem appoſita, qui in Rubreſum ſiue Narbonenſem lacum influit, ad quam quinque millia paſſ. ex lacu aduerſo flumine ſcaphis nauigatur, eodem nunc uocabulo appellata, quæ magnæ ſemper authoritatis locum tenuit, ampliſsimum namq; regionis Emporium eſt. Poſt itaque ſupradictos populos alĳ quoque ſunt, ut Volcæ, non illi quos pauloante nominauimus, ſed alĳ quos Arecomiſcos cognominant quibus portus et nauium receptaculum Narbo dicitur iuxta Strabonem cui Ptolemæus non aſſentit, quum alĳ ſint à ſuperioribus Volcis, ideo Arecomiſci ſeu Arecomĳ cognomine ab illis ſegregantur, quorum ac Tectoſacum urbes hactenus dictæ ſunt. Inde in Arecomĳs qui

contra

contra Sallyes in altera manētes ulteriore ripa ſimul & Cauaros, primo iuxta mare poſt Orobem amnē, is enim duorum populorū diuiſor eſt à quibuſdam Orobius & Obris appellatus, nunc Soruia dicitur è Cemmeno monte deuolutus, & alter Arauris ex eodem monte decurrens in ſinum ambo quo Agathopolis urbs iacet haud longe inter ſe cadunt ipſa uerò ſupra Araurim eſt à Maſsilienſib. ædificata quam nunc illi Agde uocitant: cui 15. mil. paſſ. in mari Agatha inſula parua opponitur nūc Briſca in qua olim ciuitas fuit. Itē Segius mons uel Segion ut alij dicunt, nunc uerò mōs de terra nautæ uocant, qui duos diſterminat ſinus, nam ut Strabo ſcribit, duplex eſt Gallicus ſinus, quod in eadem circumſcriptione mons excurrit Segius, & Blaſconē prope ſitam aſſumat inſulā: his ex ſinubus maior proprie appellatur Gallicus qui tempore Iuliani Cæſ. ut apud Amianum legimus Aggradus dicebatur in quē Rhodanus exit, minor autē ad Narbonē ſpectans uſque Pyrenem eſt, et poſt montem Rhodani oſtia ſequuntur. In mediterraneo uerò Arecomiorum Vindomagus ciuitas tum fuit quam modo illi Coder dicunt & altera Nemauſus colonia Laodene nūc, gentis quondam metropolis ius Latij habens nō plebe, nec mercatorum numero uerum nobilitate atq; ope Narbonis æmula: in qua baſilicā in honorem Plotinę opere mirabili Hadrianus extruxit quę uxor fuit Traiani: ſita autem eſt in uia qua ex Italia itur in Hiſpaniam, per æſtatem quidem ad permeandum facilis, cæterum hyberno tempore ac uerno, cenoſa, fluminibusq; demerſa, quædam igitur fluenta, nauigijs traijciuntur, nonnulla pontibus partim ligneis partim lapideis, haſce aquarū difficultates torrentes efficiunt uſq; ad æſtatem alpibus decurrentes quum niues calore liquunt. Plinius, caſeo Nemauſeno pręcipua laus, Caballicis pagis. Rhodani oſtia Ptolemęus duo tantum eſſe dicit, alij plura, ſicut Liuius, pluribus inquit oſtijs diuiſus amnis (loquens de Rhodano) in mare decurrit: Plinius tria, quæ non ſolum enumerat, ſed etiam denominat, duo dicens Rhodani ora modica, ex ijs alterum Hiſpanienſe, alterum alpinum tertium idemq; ampliſs. Maſsilioticum, uerum antequam per Hiſpanienſe in mare exeat, ex quo amnis ſcinditur lacum ſiue ſtagnum facit, Laternam maiores, incolæ modo Stagnonem appellant, ubi cum hominibus Delphini ſocietate piſcātur, in quo oſtrea innumerabilia alioquin aſpectu pulchra, qui lacus ad Nemauſienſem agrum pertinet, longe enim in occaſum proiectus eſt, unde poſtea effluit, licet Strabo dicat quoſdam eſſe qui nō recte putent flumen per hoc oſtium in mare emittere, montem enim eſſe qui ab amne lacum arceat: in ſupercilio itaq; huius lacus ad dextrā ciuitas modo eſt Mompoler nomine ampla quidem ac nobilis, priſci Rhodam dixerunt, Rhodiorum ædificium in tumulo ſita: ad ſtagnum deuexa ex qua teſte Plinio Rhodanus amnis dictus, quam Liuius poſt Liguſticos montes in Gallico ſinu ſitam dicit, quia tum Ligurum nomen hinc trans alpes ex-

tendebatur, dein oppidulū quod Aquæ mortæ ab incolis dicitur, Foſſæ Marianæ prius dictum ubi Marius caſtra muniuit, ſicut in eius uita apud Plutarchū legimus: quod quando oſtia fluminis maris repercuſu accumu lato limo obtuſa animaduertiſſet, nauibus triticum cæteraq́ portantibus laborioſum & aſperum ad ſe ingreſſum foret, ocioſo milite adducto, foſſam magnam cauat, quam maximam amnis partem excipientem, illā per litus uſq; ad mare perducit, ubi ad profundam à maioribus nauibus peruium obſeruauerat, quod & Plinius & alij affirmant: quo in loco importunitate intrandi Maſſilienſes turres altas, quæ ingreſſum oſtenderent ædificauerunt, & in eius amnis inſula templum Dianæ Epheſiæ condiderunt: nunc autem Marianæ foſſæ ut diximus oppidulum in paludibus iacet, portum tamē habet, ubi quę in mediterranea comportantur nauibus euecta deponūtur, pons enim eſt ſupra Marianā foſſam per quem uectores tranſeūt, repleta penè iterum. Iuxta uero Maſſilioticum oſtium authores ſunt qui Heracleum oppidum fuiſſe dicant, nunc autem nullum. Sed quum de Rhodani oſtijs diximus, reliquum fluminis ſuo ordine abſoluamus: amnis eſt multo Galliarum fertiliſsimum non longè à Rheni ortu in alpium montibus ſurgit, & ad Sedunū primo urbem decurrens, inde Octodorum uicum Veragrorum qui hodie S. Mauritius dicitur interſecat (eſt enim in ualle quadā ſitus, altiſs. undiq; montibus ſeptus) unde lacum Lemanum quem Pelemenā alij, alij Leemenem uocant 100. mil. paſſ. pro pe emenſis, quo effunditur intrat, tantus tamq́ impetuoſus, ut quum per medium curſum faciat, manifeſtum ſe à cæteris aquis oſtendat, atq; quantus uenit, egreditur, ad planosq́ deſcendens Allobrogum, agros Viennenſem latere ſiniſtro, dextro Lugdunenſem perſtringit, ubi Arar amnis per Segoſiaborum urbem egreſſus ante eiuſdem muros excipitur Rhodano, de quo Lucanus.

qua Rhodanus raptum uelocibus undis
In mare fert Ararim. & Silius de eodem.
Auget opes ſtatim ſimilis tactoq́ liquore
Mixtus Arar, quem gurgitibus complexis anhelis
Cunctantem immergit pelago, raptumq́ per arua
Ferre uetat patrium uicina ad littora nomen.

Arar, Sagona nunc à barbaris appellāt, ab alpibus per Germaniā primā fluens, imperialē Borgundiā quam Comitatū appellāt, ad meridiem ubi Edui quondā. Regalem uerò qua Ducatus dicitur, ad ſeptentrionem relinquit, qua Sequani, ut ante diximus paſcebant, poſtmodū Dubin amnem aſſumens ijſdē è montib. delatū Rhodano, ut diximus excipit: ſegnis quidē fluuius, nā incredibili lenitate fluit, atq; ita ut oculis in utrā partē uadat iudicari non poſſit: Spatiū aūt inter duo flumina, hoc eſt Comitatū Borgundiæ, Inſulam Galli tum appellare ſolebāt: ait enim Liuius, Hannibal

quartis caſtris ad inſulã peruenit, ubi Aear Rhodanusq; amnes diuerſis ex alpib. decurrentes agri aliquantũ amplexi confluunt in unũ in medijs cã pis inſulæ nomen inditum, ſimiliter & Plutarchus: Rhodanus itaq; inde contra meridiẽ ablatus aliquandiu felicíſs. per agros fluens prouinciã me diam ſecat, neq; minus ſe ipſo torrentes, Iſſarem & Druentiã in itinere ab orientali parte recipit, inter quos alij quoq; fluunt ex alpibus. in Rhodanũ quorum duo alter Cauarorũ ſeu Quarorũ alter Vocontiorũ oppida cir‐ cumfluunt, cõmunibus in Rhodanum curſib. irrumpẽtes: tertius eſt Sul gas nunc à iuniorib. Sorga, fontem habens in ualle quæ Clauſa dicitur 25. mil. paſſ. ab Auinione, is ad urbẽ Vindolũ Rhodanũ ingreditur: horum igitur fluuiorũ acceſsione Rhodanus nõ mediocriter auctus in mare unda bundus influit, neq; ſine magno nauigiorũ periculo, ubi rapido curſu con citus marinis aquis conuoluit̃, dũ inter ſe maris fluctus & amnis impetus decertãt: Iſſaris igit̃ cui ſimile adhuc nomen eſt à montib. alpium uerſus Viennam ciuitatẽ fluit. Druentia ſimiliter & qui idem nunc uocabulum retinet ex alpib. oritur in Vocontijs ubi lacum eſſe ingentem (quem Ptole mæus Pœninum uocat) & fontes duos non multũ inter ſe diſtantes, ex al tero Druentiã effundi longe omniũ Galliæ fluuiorũ difficillimũ tranſitu, nam licet ingentẽ aquæ modum uehat nõ tamen nauium patiens eſt, quia nullis coercetur ripis, & quũ plurib. ſimul neq; ijſdem ſemper alueis fluat, pedib: incerta uia eſt, nam & ſaxa grauiora uoluit. Poſt aũt Rhodani oſtia Anatilorũ ſtatim gens occurrit, in his urbs fuerat quæ Maritima colonia dicebatur: ſupra quã Melaborius campus eſt à quibuſdã Lapideus ab eo quod accidit, nam petris refertus eſt: quem Diodorus meminit, Herculis præliorum memorabilis lõge è mari 12. mil. paſſ. ubi æſtate præſertim ab occidente ſeptentrioneq; tanta ui atq; impetu uenti perflãt, ut lapides quã tos manus poſsit continere à terra rapiant, ac ueluti harenæ lapillorũ acer uos haud paruos cumulent, & aliquando illos diſtrahi uerſariq; adeo ut mortales è currib. fractos euoluant, ac ipſos uentorũ uiolentiã & ueſtib. et armis nudent: cæterum gramen inter ſaxa exoriri quo pecorib. pabulum ſuppeditatur: In medioq; ſalſæ ſcatent aquæ ex quib. ſal abunde cõficitur, quod Strabo etiam refert. Poſt autẽ Maritimam Cænua fluuius in ſtagnũ quoddã infunditur 30. mil. paſſ. ambitu ex infuſione marinæ aquæ, ultra quẽ fluuium Cõmana gens litus habet, in quib. Maſſilia ciuitas græca cor rupte nunc Marſeglia dicitur, uetus Phocẽſium ædificium, uti authores aſſerunt, ſed alij aliter cõdendæ ciuitatis in Gallico ſolo cauſam fuiſſe ſcri bunt, Gellius, Solinusq; ab Arpalo dicũt regis Cyri præfecto ex terra Phõ cide habitatores fugati: Amianus non fugati, ſed Arpali inclementiam ui tantes Italiã nauigio petijſſe, cuius gentis pars altera in Lucania Veliam, altera in Liguria (nomen enim Ligurum iſthuc uelut antea diximus extẽ‐ debatur) ubi Maſsiliã condiderũt. Trogus aũt non Perſarum regem for‐

midantes,ſed ex Aſia Phocenſiũ iuuentutẽ ſponte egreſſam, dicit, tempore Tarquinij regis, oſtiumq́ꝫ Tiberis inuectã, amicitiã cum Romanis iunxiſſe, inde in ulterioris Galliæ ſinus nauibus profectã Maſſiliam inter Ligures & feras gentes Gallorum condidiſſe, in petroſo ſcilicet litore, ſinuoſo ac remoto & uelut in angulo maris poſita cui Lacidon portus (ita enim ante urbis poſitionem appellabatur) ſubiacet in cuius faucib. inſulæ tres exiguæ iacent, ipſa ſeſſum habens in theatri formam ad auſtrum ſpectans tribus ferè partibus mari abluitur reliqua aditum ad terrã habet, pulcherrimus circumcincta mœnibus magnitudine eximia, cuius ager oliuetis ac uinetis optime cultus, unde Plinius inter Pyrenęum alpesq́ꝫ uini palmam Maſsilia habet ſapore gemino, quando & condiendis alijs pinguius gignit quod uocant Suſſoſum, ferendis autem frumentis ob aſperitatem ſanè tenuior ac ſterilis, ex qua mercaturæ ſtudio intenti: ex qua re breui opes ingentes ſibi compararunt: unde potentes facti, nauigandiq́ꝫ arte periti, naualem pugnam cum Carthaginienſibus inire auſi, illos uicerunt (erant eis ualidiſsimæ omniũ res nauales) qua uictoria elati etiam nõnihil uicinorũ agri occupantes colonias in ijs atq́ꝫ inter Hiſpanos conſtituerũt: qui quũ aduerſum Cæſ. arma cœpiſſent Pompeianæ parti fauentes, uicti ad extremũ atq́ꝫ diſsipati ſunt: hinc ad aurorã litus ſeſe in prǫruptos attollit montes alpibus iungentes, nam qua parte Maſsiliam reſpicit, camporum nonnihil reliquit. Poſt igitur Maſsiliam Trocentium oppidum eſt, ſiuè ut alij Tauruntium Maſsilienſium ædificium, modo Caſtellum nomine atq́ꝫ re. Hinc promontorium Cithariſta quod nautæ nunc caput Circelli uocant collis eſt incinctus mare penè undiq́ꝫ ac niſi quod anguſto aggere cõtinenti annectitur inſula eſſet. mox Olbia oppidum quod Maſsilienſes etiam condidere hodie Tolom dicũt, dein Laurion aliud oppidum: nunc Eres cum fluuio. Inde poſt inſulas Stœchades promontorium Carnum exurgit. Inſinuatur hic litus in quo Argenteus amnis in mare egreditur, cuius oſtium portum facit, qui Oxybiorum cognominatur, ſupra illum enim Oxybij populi incolebant, iuxta quem ForumIuliũ colonia eſt quæ nũc Fraur dicitur in loco munito ſita, Plinius Octauianorum colonia quæ & Pacenſis appellabatur, quam Maſsilienſes fundauerunt, dein naualein ea factum à Cæſ. Aug. ab eodem denominatum fuit: quæ oppida hac de cauſa Maſsilienſes ædificaſſe ferunt quod aduerſus inſtantes barbaros eſſent cupientes mare eſſe liberum: erat enim hæc prouinciæ pars in eorum poteſtate uſq́ꝫ ad alpes. Huic oræ à promontorio Cithariſta inſulæ quinque adiacent Stœchades nomine nunc Deres, quarum tres quæ orientaliores duabus ſunt digna ſatis amplitudine exiſtunt, duæ uerò illæ perexiguæ in conſpectu Olbiæ ante ſinum, quas inquit Strabo exercebant Maſsilienſes opere ruſtico quibus impoſitam cuſtodiam contra piratarum impetum tenebãt ob egregiam portuum facultatem: Plinius Stœchades ait inſulæ tres

ſulæ tres à uicinis Maſsilienſibus dictæ propter ordinem, quas dein ſingu lis nominibus appellat Themiſcon primam: Pompeiam ſecundam quæ plana eſt: tertiam Hippeam reliquis maiorem. Poſt autem argenteum am nem Deciates populi ad pedem uſque Italiæ litus tenent quibus eſt oppi dum Antipolis in ſinu à Maſsilienſibus conditum quod Antiuari hodie dicitur in cuius conſpectu Leronis inſula eſt colonia Roman. in qua Lero nis tum phanum erat à quo denominabatur. dein in continēte in magno ſinu Varus fluuius editur cui nomen adhuc manet, ex alpium extremo pe nè monte quem alij Cemniam alij Saluium uocant effunditur, æſtiuo qui dem tempore perexiguus hyeme uerò ad mille paſſ. fermè in latum expan ditur, haud procul à Nicæa oppido in mare uadit, prouinciam ab Italia hoc loco diſterminans. Poſt autem maritimas gentes, mediterraneæ aliæ ſunt in quibus Allobroges qui inter Rhodanum Iſſaremq́ regionem ha bent, hodie Viennenſes appellantur, & ſunt in potentatus parte qui nunc Delfinatus dicitur, eſt itaque principatus iſte omnia inter Rhodanum & Druentiam compræhendens, quam terram Iſſaris amnis percurrit, ab occaſu Rhodano, ab oriente alpibus terminans, præterquam quod in ter Rhodani fontes atque Iſſaris, ubi ex alpibus Sabbaudia ſiue Sauo glia ad Lemanum uſque lacum delapſa excurrit, Antuatium quondam, Sedunorum, Veragrorumq́ patria ad ſummas alpes pertinens: quorum Nantuates Cymbrorum Theutonorumq́ prognatos fuiſſe legimus, qui poſt uariam ſuorum cædem hic locum domicilio delegerunt. In Vera gris uicus Octodorus eſt in ualle cui adiecta eſt planities: altiſsimis mon tibus undiq́ cōtinetur: diuidit uicum Rhenus. Infra uerò Druentiam uſ que mare Prouenza proprie hodie dicitur, quam olim partem, præter li toralem Sallyes tum incoluere: In Allobrogibus Vienna eſt ſic enim & hac & antiqua uocatur ætate, urbs opulentiſs. olim gētisq́ metropolis ad Rhodanum ſita, quæ ex uico in ciuitatis formam redacta fuit alterum de inde oppidum habent quod extremum eius gentis eſt Geneua nomine, quod nunc Zeneura à iunioribus uocitatur in ripa Lemani lacus ad au ſtrum ſita, qua amnis ex eò defluit, pontem habens ad Heluetios pertinen tem Rhodanus quippe inter fines Heluetiorum & Allobrogum fluit.
Mendrilli uerò ſub Allobrogibus Iſſare interlabente erant qui excelſos ha bitant montes, quorum rectiſsimus in ſublime cacumina undecim mil lia paſſ. aſcenſum habere traditur, ubi maxime Rhodanus & Iſſaris con fluunt, circiter quadraginta millia paſſ. ab urbe Vienna: in quo loco Æ rea urbs fuit, quæ ſic appellabatur teſte Arthemidoro, quia in ſublimi ſit ædificata cacumine, reliqua tota planities eſt quæ fertile miniſtrat pabu lum, tranſitus uerò Æriæ ad Durionem amnem nemoroſas locorum ha bet anguſtias quo in loco Iſſaris & Rhodanus contra Cemmenum mon tem coēūt, ubi Q. Fabius Max. Æmilianus 30. uix militū millib. 200. Gal

lorum millia ad internetionē dedit. Item ſub Allobrogib. Setalini populi ſunt quorū ciuitas Valentia colonia latina iuxta Iſſarē Vatentinois modo dicta inter reliquas huius prouinciæ ciuitates potior Iuliani Cæſ. præſertim tempore quam extollit Plinius bonitate uini. Quib. meridionaliores tum Cauari, quib. ad Rhodanū Acruſion colonia quondam: & altera Auinion ueluti nunc uocant ditiſs. nō longe à Druētiæ oſtio, pontē habens marmoreū, inter cætera Galliæ opera inſignē Rhodano impoſitum: Cui urbi ad orientem oppidū Carpentoras quā nunc Tapemereas barbari dicunt, proximū eſt, neq; à Sulgæ fonte procul. item Arauſion illi Balirea appellant oppidum ad ripam fluminis in Rhodanū procurrentis, itē & Caballionē colonia ad amnis Druentiæ traiectum: unde ad Iſſaris & Rhodani coitiones Cauarorum regio eſt. Super quam uerò Voconti et Tricorij & Iconij et Mēdylli, ut deinceps uidebimus. Poſtea Sallyes uti Ptolomęo placet ſequūtur, uerum Strabo à Maſsilia inquit initio capto & ducto per medium agrum inter alpes & Rhodanum curſu uſq; ad Druentiam amnem per ſtadia de Sallyes incolunt, & ſtatim addit. His in locis, & campeſtria & montana ſuperne, Sallyes habitant. Et inde eum Monechum, portum nominaſſet, hoc ex loco Maſsiliam uſq; inquit, et paulo ulterius gens Sallyorum incumbentes tenet alpes, & nonnullas quandoq; litoris rupes, cū græcis promiſcuæ, quorum oram ueteres græci Liguſticam appellant: tam diu olim Liguriæ nomen prætendebat. Cæterum Strabo & Troetiū & Olbiam, & Antipolim, & Niceam ad Sallyorū gentem pertinere dicit. Inde Taruſco exiguum oppidum, quod ſic adhuc dicitur. & Arelatum colonia modo corrupto uocabulo Arles, Rhodano appoſita: quod Emporium non paruum eſt, unde Amianus multarum ciuitatum inquit, decus Arelate eſt, procul uerò à flumine Glanon oppidum olim, et Aquæ Sextiæ colonia Selturum modo quæ adhuc Aquæ calidæ uocatur quam Sextius redactis in poteſtatē Sallyis, non longe à Maſsilia ſui nominis ædificauit: quare Solinus, Aquæ Sextiæ claruerunt quondam hyberna Conſulum poſtea exculta mœnibus quarum calor olim acrior exhalatus per tēpora euaporauit, nec iam par eſt famæ priori. Mox Ernatinum oppidum eſt. Verum Tricattini quos Strabo Tricorios appellat orientaliores quam Allobroges & ſi in ijs contineantur ſunt, ibi ubi nos Sabbaudios nunc exiſtere paulo antè meminimus: in quibus Neomagus olim ciuitas quæ nunc Zameri dicitur, non longè à Lemano lacu: penes quā amniculus lapſus in Iſſarem uadit, inde Voconti Tricattinis proximi profundas ad montana ualles inhabitantes, apud quos Vaſion urbs opulentiſsima olim ubi Gnopoli nunc oppidum, dein caſtella muniſsima complura in quibus Forum Neronis tunc fuit, & Albaugusta. Ambrum modo Diniaq;.

GEOGRA-

GEOGRAPHIAE
Commentarius V. Europæ, in quo Germania cum inſulis ſibi adiacentibus continetur.

GErmania Magna appellata, poſt in ſuperiorib. Gallię, cō-
memoratas prouincias, orientem uerſus iacet, quæ hodie
uulgo Alemannia dicitur, neq; nouitium ut quidam pu-
tant uocabulum, ſed Germanico antiquius & à nomine
uetuſti gentis illius Dei ſumptum, Manni uocitati, prio-
ribus additis literis, quemadmodum in quibuſdam alijs
locorū nominib. fieri ſolet, cauſis quibuſdā ingruentibus uel melioris ſo-
noritatis gratia. Legimus enim apud Tacitū de ſitu Germanię: gentem il
lam carminib. antiquis Thyſtonem Deum terra editum celebraſſe: eiusq;
filium Mannum gentis originem conditoremq; & paucis poſt. Cæterum
Germaniæ uocabulum recens & nuper additum, quoniā qui primi Rhe-
num trangreſsi Gallos expulerint, Germani uocitati ſunt, ita notionis no
men, non gentis eualuiſſe paulatim, ut omnes primum à uictore ob me-
tum mox à ſeipſis inuento nomine Germani uocitarentur. Item Strabo
à Romanis hoc nomē illis iure ait inditum: perinde ac fratres legittimos,
Gallis tum forma, tum moribus ſimiles exiſtentes: Neque mirum quum
una & eadem natio Galli atq; Germani ex propinquitate eſſent, niſi Rhe-
nus amnis intercurreret, qui diſſimilitudinis cauſa eſſe non poterat, ob
diſtantiæ breuitatem: ex qua re merito Germani appellati ſunt. At ijs qui
interius atq; à Rheno procul exiſtūt Alemannicum uocabulum quemad-
modum antea permanſit: Neque dubia coniectura, quum Tacitus dicat;
qui primi Rhenum tranſgreſsi Germani dicti ſunt, non ergo omnis na-
tio. Item Strabo: regionem trans Rhenum ad ortum uergentem Germa-
ni colunt, ac ſi diceret alteram ripam Rheni, & Plinius uerò Lemāni igno
minioſæ ac barbarę appellationis dicit: non qui circa Rhenum ſed qui ab
eo diſtāt, tanquam gentes obſcuriſsimas ac uiliſs. notauit, quum à fortiſ-
ſimis remotiores eſſent, ac minus cogniti. Prætere a idē Tacitus ut in de-
ſcriptione Vergionis inſulæ meminimus: in imperij ait penè calce inueni
mus nuper cognitas quaſdā gētes ac reges fuiſſe quos bellū aperuerat, &
alia ſimilia. & quod clariſsime patet: legitur Romæ in arcu marmoreo:
DOMINI NOSTRI IMP. CAES. FL. VALENTINIANVS PIVS
FELIX. MAX. VICTOR. AC TRIVMPH. SEMPER AVG.
PONT. MAX. GERMANIC. MAX. ALEMANNIC. MAX.
& reliqua, quod ſi omnis regio uel Germania, uel Alemania tum appella-
ta fuiſſet, nō eſſet ibi inſcriptū Germanicū & Alemanicū, ſed eorum alte-

rum.

rum. Germanicum tamē quoniā Latinum, hoc eſt, à Romanis inuentum, in uſu magis apud ſcriptores permanſit, ac omnis regio Germania uocitata eſt: & priſcum illud ab eruditis tanquā barbarum in uulgū reiectum eſt cuius uocabula iam abſoluimus. nunc regionem percurramus, quam nō ocioſe quidem Magnam Ptolemæus appellauit: quemadmodum ſuperiorib. temporib. in Superiorē & in Inferiorem: uel in primā & ſecundam diuidebatur Germania, ſicut in deſcriptione Belgicæ mentionē fecimus & hoc de illa tantū quæ Rhenum amnē occaſum uerſus erat dicebat, quā Germani à Gallis ui eripuerunt, in Obrinca flumine diſcreta: hæc uero de qua nunc agimus citra Rhenum eſt: cuius pars altera quæ ultra Moganum flumen ad ſeptentrionē uergit Inferior: altera quæ dicto fluuio ad ad meridiē tendit Superior dicitur. Immittit ſe fluuius in Rhenum è regione urbis Mocuntiaci neq; ab Obrincæ oſtio diuerſus multo: Inter totius Europę prouincias maxima ſemper ad ætatē uſq; noſtram habita eſt, quū amplis. finibus tum numeroſiſs. gentibus quib. exuberantiſs. eſt conſiſtit: quorū alterum ex illorum immanitate euenit, qua nationes conterritę loca circū adiacentia inhabitantes longius ceſſere: alterum loci eſt uirtus, animantium pręcipue generatiua, ſiquidē plaga illa ſeptentrionalis, quanto magis à calore ſolis remota & in glacialē cardinē uerſa eſt, tanto corporib. uidetur ſalubrior, & in gignendis hominib. efficatior, unde fit quod tanta mortaliū copia ſub arcturo axe oriatur, ut non immerito magna appelletur: teſtanť hiſtoriæ à quib. edocemur, multæ ſæpius è Germania (eo q̃d tantos hominū germinat quātos alere uix ſufficit) gentes egreſſę ſint, quæ & partes aliquādo Aſiæ, & Aphricæ, ſed maxime ſibi iunctas Europæ afflixerint: teſtanť hoc ubiq; urbes erutæ per totam Illyriam: Galliāq; & Italiā, quæ pœnè omnes illarum gentium expertæ ſunt ſæuitiā: Gothi ſiquidē Vandali, Rhugi, Heruli, Turcilingiq; nec non etiā & aliæ feroces ac barbare nationes inde prodeūtes, ut Longobardorū gens, quæ poſtea in Italia quemadmodū & ipſi Gothi feliciter regnauerunt, à Germanorū populis originē ducētes, ex inſulis namq; Scandinauijs profecti quæ Germanicis litorib. adiacent. Hæc regio triſtiſs. frigore eſt, quæ quamuis aliquanto ſpecie differat, in uniuerſum tamen aut ſyluis horret, aut paludib. fedatur aut fluuiorum diſcurſibus præpeditur: aut montium anfractib. exaſperatur: humidior qua arctum, uentoſior qua notum aſpicit: frugiferarum arborum impatiens, quæ licet frumenti ſatis ferax ſit: metallorum fœcunda, & pecorum, ſed plerumq; improcera ſunt, qua de re illi qui hāc terram priorib. ſæculis habitauerūt, indigenæ fuiſſent, minimeq; aliarum gentiū aduentib. & hoſpitijs mixti, Tacitus rei Germanię diligentiſs. ſcriptor putat, quū non terra olim, ſed claſsib. aduehebanť qui mutare ſedes quærebāt, at ea tempeſtate propter inſcitiam & horrorē exterioris pelagi nullum unquam ab orbe noſtro naui illuc aduectū fuiſſe manifeſtum eſt,

nam

nam quis Aſia, aut Aphrica, aut Italia relicta inquit, Germaniam petijſſet informem terris: aſperam cœlo: triſtem cultu aſpectuq́; niſi patria fuiſſet: præterea non terra olim, ſed claſsibus aduehebantur qui mutare ſedes quærebant: at ea tempeſtate propter inſcitiam & horrorem exterioris pelagi, nemo illuc ab orbe noſtro naui aduectus fuiſſe ſcripto prodit, quamuis fabulæ prædicent fuiſſe apud eos Herculem q & peregrinationis ſuæ terminos in ea orbis parte quemadmodū apud Hiſpanos columnas erexiſſet: Vlyxemq́; longo illo & fabuloſo errore in hunc oceanum delatum Germaniæ litora adijſſe, Aſcyburgium'que oppidum quod in ripa Rheni ſitum, hodiéque incolitur ab eo conſtitutum nominatúmque fuiſſe Aram, quín & Vlyxi cõſecratam adiecto Laertis patris nomine, eodem loco olim incolas reperiſſe. Quæ (ut in prouinciā deſcendamus) ita ab antiquis circumſcribitur ab occidente Rheno: à meridie Danubio: ab aurora amne Iſtula & Sarmaticis montibus: à ſeptentrione oceano Germanico. Nunc uerò prioribus euagata finibus amplius ab omni fermè parte dilatatur: nam præter id quod ultra Rhenum iacet, cis quoque Danubium ad alpes uſque Italicas Illyricás que diffunditur, & hæc Alemania alta uocatur: item orientem uerſus, Iſtulam monteſq́; Sarmaticos diu iam tranſcendit: quæ latius nobis in ſequentibus occurrent. Poſt itaque Rheni fluuij orientale oſtium (ut initiū à ſeptentrionali parte quæ oceano expoſita eſt aſſumamus) hanc à Belgica dirimentem, terra ſtatim Phriſiorum eſt nam ad oceanum poſt Traiectenſes poſiti ſunt, qui eodem adhuc nomine uocitantur, & ſi latius fines ſuos quam olim extendāt. Nam regionis tum Phriſiæ ſitus orientem uerſus ad Amaſim fluuium tantum fuit, quod oſtendit Ptolemæus, qui poſt eos inquit Cauchi qui parui appellantur uſque fluuium Viſurgim: dein Cauchi maiores dicti uſque ad Albim amnem ſunt, quo uſque hodie (Cauchorum extincto nomine) Phriſij tenent, hoc tamen à Cauchis retinuit poſteritas, ut illi qui eam terram modò incolunt, maiores minoréſque Phriſij cognominantur, planam ac paludoſam, maiori ex parte, ager parcus frugibus propter frigus, ac ligno carens, ex quo bituminoſo ceſpite, & ſicco ſtercore boum ignes fouent huius regionis pars neque immodica ex inſulis conſtituitur quæ oppidis nunc ac uicis non infrequentes ſunt, neq́; quod in ſalo iacent inſulæ dici poſſunt, quum pugnantibus inter ſe fluuiatilibus ac marinis aquis à continenti diremptæ ſint, & quæ magis dulces quam ſalſæ apparent, unde Phriſij immenſos habitare lacus dicūtur, Romanis aliquando claſsibus nauigatos, quarum pleræq́; ſicut & aliæ multę per hæc maria ob alternos oceani motus aliâs inſulæ uidentur, aliâs una continens terra: quædam quæ deſertæ ſunt, modo operiuntur aquis, modo denudantur: quarum gentes qui ea tempeſtate Ceneæ appellabantur, etiam Cauchorum quidam, miſeras Plinius uocat, tumulos ait altos

obtinentes,

obtinentes, quib. caſæ impoſitæ ſunt, circa quas fugiẽtes cum æſtu maris piſces uenãtur: alij ouis paluſtrium auium, atq; auibus ipſis tantum ueſci, ubi tanta in paludibus fœtura ut ſatietatem genti exuberantiſsime præſtent, potus non niſi ex imbre ſeruato ſcrobibus in ueſtibulo domus. Poſt igitur Rheni, ut diximus oſtium Vidrus amnis ſequitur ex montibus interius oriens, in oceanum haud longè à Rheno cadit. Mox portus qui Mararmanis dicitur. Deinde Amaſis clariſsimus fluuius nomen adhuc retinens, ſeptuaginta quinq; mil. paſſ. à Rheno diſtãs, nauigijs inter alios permeabilis, in quo Druſus Bructeros nauali prœlio ſuperauit, labit̃ enim per Bructeros minores Amaſis, ortum habens in Abnobijs montibus qui oſtium in mare iuxta Vidrin habet. Inde Viſurgius amnis Viſera hodie nũcupatus in quem Lupias amnis cadit quos in Amaſiam deferri falſo quidam putat. Poſt Albis fluuius mare irrumpit idem nunc habens nomen, inter Germaniæ flumina nobiliſsima ac latiſsima, hic in montibus ubi Albea Hermundiorum ciuitas ſedet à qua nomen accipit exoritur, qui mediam fermè Bohemiam perlabitur, primo in occidentem, deinde in ſeptentrionem uerſus, ubi regionem relinquit per anguſtias montium & abrupta conuallium præceps Saxoniam petit, quam duas in partes dirimens in oceanum fertur, ubiq; à Rheno fluuio æquo terrarum ſpatio diſtans: in hoc amne aurum purum generatur inter harenas. Poſt Phryſiã Cymbrorum Cherſoneſus occurrit, terra in ſeptentrionem admodum porrecta, quam modo Daniam Teuthones, noſtrates Datiam uocãt, quorum idioma Germanis obſcurum eſt: & ex Noruegia ueniſſe putant, qui Cymbrorum occupauerint loca: Huius Cherſoneſi circũſcriptio ſic ſe habet: oceanus qui Germanicus dicitur, occidentale eius latus abluit: ſeptentrionale quem illi Balthicum appellant: orientale Codanus dicitur: ad meridiem terræ Saxoniæ iſthmo iungitur: latus occaſum ſpectans oppida habet Ripen, Vorde, Veſtreuich, Oleborcti, & Hebro, ad ſeptentrionem Randeruſia, Hœdis, ad ortum Iralingũ, cui ex aduerſo paululum in aquilonem parua iacet inſula Sãſes nomine. Poſt Fleſeborg, Sleucti, Tril, & Lubech, oppidorum nobiliſs. maritimorum ultimum ad meridiem, penes quod Trauena amnis in mare ingreditur: Interius uerò & magis ad ſeptentrionem oppidum eſt Horſues: alterũ quod magis ad ortum tendit Viborch quod ad auſtrum Holzedeurum: & alia quæ non citra faſtidium à nobis proferri poſſent omiſimus, barbaræ nimis ſunt appellationis: nam & Tacitus Cymbros paruam ſuo tempore ciuitatem, licet ingentem gloria, habuiſſe dicit, nec eam nominat. Adiacet huic Cherſoneſo ad aquilonem inſulæ tres quas Ptolemæus Alotias uocat, quarum una longe duabus maior, nũc Vendeſis dicitur in ortum occaſumq; producta, fretũ inter Cherſoneſum Noruegiamq; coartãs adeo ut ad litus Cymbricum uix 10. mil. paſſ. interuallum relinquatur, in qua caſtella quædã ſunt. Legimus Cherſoneſum

ſoneſum hanc, prioribus ſæculis, uarias habuiſſe gentes obſcuras tamen ac nulla commemoratione dignas, ut Sigulones qui iſthmum ad occaſum ſupra Saxones tenebant, qui locus hodie ducatus Holſaltiæ appellatur, & alium in quibus poſt Saballingij, Cobandi, & ad occidentem Phundu ſij, quibus orientaliores Charules, omniũ autem ſeptentrionaliores Cym bri à quibus tanquam à principalioribus Cherſoneſus eo tempore nomi nabatur, qui omnes nunc ſub regni Daciæ uocabulo cõtinentur: quod re gnum in inſulas etiã ſe extendit, ut in ſuperioribus diximus. Verum Cym brorum originem ſcriptores diuerſe tradunt, alij à Mæotide palude huc, quidam illuc ex ea migraſſe. apud Plutarchum in uita Marij legimus, Cy= merios à Scythis è locis iuxta Mæotida fugatos eſſe qui duce Ligdamo in Aſiam tranſiſſent, quorum bellicoſiſsimos extrema penes exterius pela= gus tenuiſſe, ibiq́ꝫ loca umbroſa, ſyluisq́ꝫ conſita & ipſius ſoli ex ſpiſſo= rum nemorum crebritate inuia coluiſſe, qui poſtea Cymbri appellati ſunt. At Poſidonius, quod Cymbri latrocinando incertis errabundi ſedi bus ad paludem uſqꝫ Mæotim militiam agitaſſent, & ab eis Cymerium uocari Boſphorum arbitratur, quaſi Cymbericum, cum Græcorum lin= gua Cymerij Cymbri nominẽtur. Feſtus, Cymbri lingua Gallica latro= nes dicuntur. Vnde eam barbarorum eruptionem in Italiam manauiſſe, quos Marius in Raudio campo ut Florus ſcribit ad internetionem dele= uit. Poſt Cymbrorum Cherſoneſum oſtium ſtatim fluminis reperitur quod illi Trauenam uocant, Cymbros à Saxonibus Teuthonibusq́ꝫ ex= cludens, exortum paulo infra iſthmũ, ubi in duo ſe aperit, alterũ in mare, alterum in Albim fluuium intrat. quare Teuthones modicum terræ quod eſt in receſſu maris ad fauces Cherſoneſi habitãt; reliquum atqꝫ magnum ſanè terræ ſpatium Saxones tenent. Verum ſub Phriſijs circa Rhenũ flu= uium primo Buſactori ſunt qui parui appellantur. & Sicambri natio uali= diſs. terram paludib. inuiam de induſtria incolẽtes, quo ab externis genti bus munitiores ac tutiores fierent: & cum his Oqueui: Longobardi: Te= giatri: Eluones, unde Longobardi huc in Rugorum ſedem Rugilandam tum nomine, interfectis diſperſisq́ꝫ ab Odoacre rege incolis, ingreſsi fue= rant: qui modo populi omnes ſub uno contenti uocabulo Veſtfali appel lantur, & eam quam habent regionem Veſtfaliam uocant, frigidam uehe menter, neqꝫ frumenti abunde fertilem, uitis impatientem, quibus ceruiſia potus eſt, hos ad orientem Viſurgis amnis claudit, ad meridiem Abnobi montes, qui nunc Haſsiæ dicuntur longe in orientem occidentemq́ꝫ ex= currentes iugo arduo, eius pars quæ occidentem ſpectat Rheno imminet ex quorum latere quod meridiem excipit duo flumina haud lõge inter ſe exeunt, alterum Haſsia dicitur in occaſum ſecus montiũ radices delabens in Rhenum contra fermè Confluentiam oppidum intrat, alterum in orien tem conuerſum paulò infra Mactebürgum ciuitatem in Albim cadit, ex

oppoſito cuius ultra Albim, nec longe admodum ex ingenti ſylua amnis profluit quem illi Honclam uocant, hic in ſeptentrionẽ primo citus, dein de in occaſum conuerſus in conſpectu Regalislutter oppidum Albim influit. Verum ex ſeptentrionali dictorum montiũ latere quod ſyluis omne tegitur amnis progreditur in aquilonem declinans, Rhenũ in parte altera Coloniã Agrippinam gerentẽ, paulo ſuperius intrat. Salas quoq; fluuius Veſtfaliã rigans in Rhenum iuxta Veſtfaliã oppidum ingredit̃, inter quẽ ac Rhenum, quũ Druſus cognomẽto Germanicus bellũ gereret domitis hoſtib. uictor oppetijt, quo in loco oppidũ erectũ eſt Trophea Druſi nomine. In hac parte inter alias ciuitates Nuæſiũ eſt, quę nunc Padebarna dicitur, & Monaſteriũ Munitiũ quondam, & Oſnaburga, Canticebis tum haud ignobiles ad Amaſim fluuiũ ſitæ, quarũ ultima pontẽ ſupra eundẽ fluuiũ habet, penes cuius fontes Amaſia olim urbs fuit. Cęterũ iuxta Rhenum alia ſunt oppida ut Campis, Suollis, Aliſum, & reliqua: ſimiliter in medijs cãpis, Lippe, Luppte olim ad Luppiam amnẽ ſitum ad quẽ Ereſburgium & arx ſita eſt: quam Carolus Francorũ rex ædificari uoluit, qua Saxones ab eo domiti à rebellione terrerẽt. In ripa uerò Salis fluuij Trimonia, Suſatum, & alia minora. Ad Foldam quoq; flu men non longe à fonte Fold, Elda ſub quo Marpurg, Veſtislar, Vilimer, Limborch, & alia barbaricis cũcta nominib. appellata in radicibus montiũ poſita, qui flumini imminent. Apud uerò Ptolemæũ præter ea quæ diximus, Pheugarũ, Cesduũ, & Melochabũ ſunt. Poſt uerò has gentes quas nominauimus, ultra Viſurgim fluuiũ ad orientem Saxones ſunt, priſca recentiq; appellatione dicti. Sed quemadmodum nonnullę aliæ huius regionis gentes, ita & hęc circumadiacentium populorum extinctis nominibus proprium ampliauerunt: includebantur enim antea fluuio Albi Chaluſoq; nunc uerò ad orientem Sueuo amne hodie patria lingua Odera dicito: ad meridiemq; multo longius quã prius amplectũtur ſiquidẽ omnes hos quos enumeramus populos, qui per ſe ſuiq; iuris tum exiſtebãt. Quales fuere Chemæ ſcilicet qui ad meridiẽ Buſactorũ quos antea meminimus iacebant: Angri uarios Anglos (unde in Britanniã inſulam nomen tranſiuit) magis ad orientem expoſitos, nam qui ſub maioribus Cauchis degebãt: Teuthonarios poſt Albim, Pharodinos poſt Chaluſium uſq; ad Sueuum fluuium: ſub quib. Sueuios ſint oriẽtaliores Lõgobardis q extendebat̃ uſq; ad Albim flu. Inde ad Sueuiũ & Sẽnones uetuſtiſſ. nobiliſsimosq; Sueuorũ (diuerſos ab ijs Senonib q in Gallia ſunt) inter quos Teutonariosq; Viruni, Teuthonesq; & Anarpi minores gentes ſub Pharodinis tunc erant. Iterum ad meridiẽ Sueuorũ Dulgumni, ſub quib. Caſuarij populi indigentia noti. Inde Nertenæ: Danduti, & ſub his Maruigni, Curionesq; uſq; ad Abnobos mõtes, & ſub Semnonib. Selignæ, Calucones ex utraq; Albis fluuij parte ſub quib. Chęruſi, & Chamaui uſq; Melibocum montem longum in occiden

tem orien-

tem orientemq́ diductum, ſub quo ſylua infinitæ magnitudinis eſt, quæ apud Ptolemæum Semana, apud Iulium Cæſ. Bacenis appellatur longe introrſus pertinens inter Cheruſcos ac Sueuos diſcurrens, quorum popu lorum orientalia circa Albim fluuium Benochemæ tenent, ſupra quos Ba tini uſq́ Asbicurgium montē & Hyrciniam ſyluã: & ſub Meliboco Cau ptæ, Tubanti, ac Teuriochemæ ad Sudetem montem pertingentes ſunt ſi ue erant potius. Qui omnes hoc tempore ut diximus Saxonica appellatio ne compræhendunt, & ut eius regionis melius contemplemus fines (præ ter quos diximus) ad meridiē Franconib. Boioarijs, & Bohemijs termi natur: ad auroram Sleſitis ſimul ac Prutenis in alueo Sueui amnis: continē tur tamen in Saxonibus Turingi qui & Lothoringi à Lothario Imp. dicti Brandeburgenſes, Mixnēſes, ac Luſacij, quorũ quidem omniũ (ualidiſs. Saxonũ gens habetur) Sueui prǽſtantiſs. ſunt, qui & potentia & hominũ frequentia reliquos antecellant, partim intra, partim extra Hyrciniam ſyl uam degentes qui & Gaberitam aliam tenēt, nam & Cornelius maiorem Germaniæ partē eos obtinere inquit: ſimiliter & in Commēt. Cæſ. quib. frumenti copia quũ non ſit, lacte atq́ pecore maiori ex parte uiuũt, non e nim rei agrariæ admodũ ſtudioſi ſunt, agros circa ſe quãlatiſsime uaſtan tes, quod in maximã laudem ducũt. Nunc ad Saxoniam noſtri temporis cuius litus quod in ſeptentrionē Codano mari exponit ſic ſe habet. Poſt Taruenam amnē Marionis oppidum eſt, nũc Viſmaria dictum, alterum quod Roſtoch uocant in quo liberaliũ artiũ ſchola nequaquã contemnen da, multisq́ ac diuitibus negotiatorib. inhabitatur, tertio loco ciuitas Sun dis apud illos iuxta quam ad orientem magnus panditur ſinus, quod ma re illi Recens appellant: quũ non proprie mare, ſed ſtagnũ potius ſit, quē admodum plurimis locis per Germaniæ litus anteq́ flumina mare intrēt ſtagna ingentia pelagi repercuſsione excitent, quare modo omnes mariti mæ urbes ab ijs ea de cauſa, ciuitates ſtagnales dicuntur: quæ in hyeme cõ gelantur: quo tempore ſubter glatie dimiſſis per fractiones de induſtria re tibus piſcantur: in cuius litore Gripſoldia & Stetinum oppida ſunt, & in eius intima Sueuus amnis haud inferior multo Albi deuoluitur, ubi ma gno impetu mare irrumpit, quem Oderam uocitari modo diximus, ortũ habens iuxta Niſam urbem in montibus qui Bohemiam ad auroram cin gunt, qui in excurſu amnem alterum Vertam nomine magnum quidem poſt aliquandiu accipit: ſimiliter ab occaſu uenientem alium ex palude quadam emanantem prope oſtium aſſumit. Sunt qui Turingos (ut ad in teriora prouinciæ redeam) prius in ea terra conſediſſe quàm Saxones fe runt, eosq́ græcam ſobolem eſſe affirmantes ex Macedonia claſsibus ad uectam, quos tandē Saxones multis bellis defatigatos ſuis agris eiecerunt eſt enim Turingia nunc in extrema parte Saxonię ad meridiem prope Bo hemiam regionem, in ea nobile oppidum caputq́ gentis eſt quod illi Her

fordia uocant, ubi artium ſtudia uigēt, ſitum ad exortum cuiuſdam aquę exeuntis in amnem ſupra dictum, quod Mixinenſium terræ latus ſeptentrionale abluit. Brandeburgenſes in duas hodie Marchias diuidunt, quarum una Vetus, altera Noua dicitur, Veterem perlabitur Albis fluuius in cuius ripa hæc ſunt oppida quæ modo nominant Stendalum: Gardelenū Oſterburgium: & Lunemborch ciuitas potentiſs. ad caput exigui amnis in Albim euadentis poſita, ubi ſalis magna fit copia: habet enim Saxonia nonnullis in locis fontes amaros album ſalē coquentes, eſt & Homborch ad orientalē fluminis partē: & ſub eo Louemborch eorū lingua. Nouam Odera fluuius interſecat, in cuius margine oppidū eſt Luſurdū q̄d Francfordia nunc dicitur Emporiū diues in Germanię, & Poloniæ finib. ſitum & Lubucena ciuitas, eſt & Brandeburgiū quā uocāt ex qua Marchia nomē habet, Honela amne diuiſa, cuius pars altera in uetere, altera in noua exiſtit Marchia, ad hūc etiā amnē, Auelburgiū modo oppidū eſt, haud magni momēti, aquis circundatū, in cuius agro loco aſpero atq; deſerto paruum oppidū eſt barbarico nomine Vilſnacū: cui territoriū conterminat, haud ignobile, Prigenieza uocāt, quibuſdam ornatū oppidis in quib. eſt Vmberch, q̄d eorū lingua Liber mons ſonat, inter Honelan & Albim amnes poſitū, ubi argentū effoditur. Spręua etiā fluuius eandē terrā rigat, iuxta quē Berlinū huius tēporis oppidū eſt. Sunt & Mixnenſes qui terrā ſupra Bohemiā prope Sudetos mōtes ad occidentē Albis fluminis inhabitātes, ubi Teuriochemæ olim, ut ſitus admonet uocitati degebāt quorū ciuitas Mixna ad radices mōtis egregie munita populoſa, unde regionis nomē, quā Albis amnis pręterit & ad eundem amnē Dreſem oppidū eſt ubi aquæ calidæ ſcaturiūt, neq; longe inde prioris oppidi ruinæ uidentur, eſt & Altemburgū quam dicūt arx ſanè ualida cincta undiq; abruptis rupib. præter quæ alia quoq; ſunt oppida in quibus Martianopolis tum dicatā Marti, q̄d nunc Meſburgiū uocāt. mox Neuburga ut aiūt ciuitas parua. Inter Mixnā uerò & Sleſiā paruus quidā eſt principatus cuius caput oppidū eſt Vitemburgiū id eſt, mons albus. Cæterum qui proprie hac tempeſtate Saxones dicuntur, Macteburgū eorū lingua ciuitatē habitant in quibus etiā Goſlaria nunc oppidū eſt, ubi optimū æs in metallis olim eruebatur, nec non aurū in petrarū uenis, nunc aūt ſcrobæ ingluuijs aquarum repletæ omiſſum opus eſt. Præterea ciuitas eſt Alberſtatium nomine quam Oltena fluuius perlabitur ipſa circū tumuli radices iacet, in cuius ſummitate planities 200. et 50. paſſ. in longum extenditur, ager prope urbem optimus ferax tritici. Inde Feugarum oppidū, quod incolæ modo Brunſuica uocant, totius Germaniæ populorum frequētia memorabile. Sed præter quæ diximus multa alia ſunt, ut apud Ptolemæum legimus: primo enim poſt maritima ab occidente in orientē Phleum, Setutanda, Tecellia, Phabiranum, Treua, Leuphana, Lirimiris, Cœnognum, Æſtiua, Aliſtus uſq;

ad Sueuum amnẽ. Sub quibus ad meridiẽm magis, Naualia, Mediolanũ, Tuderium Bogadiũ, Stereontium, Tuliphardum, Aſcalingium, Tuliſurgium, Mœſuuium, Bicurdiũ, Aregelia, Galægia. Suſudata, Colãcorum, Stragona, Limioſaleum. Quibus omnib. noua nomina aſsignari difficile ac penè impoſsibile eſſet nec citra repræhenſionis notam fieri poſſe putaui: nam & multa ſimul cum nomine ſitum, quemadmodum & alibi terrarum mutaſſe credibile, ac nonnullorũ etiam manifeſte patet: Ideo quæ in dubio habuimus, poſterioris qui nobis fortaſſe erũt diligẽtiores omiſimus. Dehinc Pomeranei (gens parum cognita) ſequuntur, Sidini prius appellati, quos Saxonici iuris eſſe nõnulli uolũt, hi Prutenos ab ortu recipiunt, amne Viado interiecto, qui in ripa Balthei maris oppidum habent Selph nomine, dein aliud Louemborch, apud illos q̃d paruus amnis præterit: & in mediterraneo ciuitas Bugitium prius, & oppidum Virutium quondã ubi modo Caminum item Aſcaucalis apud maiores in ripa Viadi ſitum. Poſt Pomeraneos Pruteni ſunt qui loca nonnullorũ antiquorũ populorum inſidẽtes à maiorib. Ruticli dicebãtur: ſub quib. Bogohontę à Sueuo ad Iſtulã uſq; flumina pertingent. Verum inter Sueuum & Viadum ad Bogohontarum meridiẽ Lucij Omanij & Lugi & Diduni paruæ gentes uſq; ad Asbicurgium montem: eſt enim Asbicurgius mõs magnus ſanè ac præceps, flexus ad aquilonem in cornua, cui ad occidẽtalem partem haud exiguum terræ ſpatium denſiſs. nemorib. occupatur. In Prutenis aũt ad occidentalẽ ripam Viadi amnis Scurgiũ olim: nunc in eo ſitu Emporiũ nobile ſitũ eſt, hodie Danſeche barbari uocant, inter cęteras huius litoris urbes potentiſſ. quę 100. aliquãdo ad Britãnos uſq; rotundas naues emittit (portũ eñ inſignẽ habet) uarijs reb. onuſtas minutorũ præſertim atq; mollium animalium pellib. piſcibusq; more ſuo cõditis, ſupra dictorũ populorũ terra, quã nũc tenere Prutenos diximus ad ripã Iſtulæ fluminis extendebatur, uerũ ætate noſtra, in orientẽ longe Imperiũ Prutenii protenderunt, quare traiecto Iſtula, Sarmatiæ potius quam Germaniæ aſſcribẽdi ſunt, unde quum prouinciã illam deſignabimus, Prutenos inter eius gentes referemus, in hac tamen parte urbem quam diximus habẽt, & oppidum quod illi Rhugium nominãt, quamuis & alia multa in eo terræ tractu oppida apud eos ſint, ut in Ptolemæo notãtur, ſicut eſt Aſcaulis penes Iſtulã & Setidana, & iuxta Asbicurgium montẽ Aſanca, Iſtula flumen hanc prouinciã à Sarmatia dirimit, ut in ſuperiorib. quã noſtra ætas Viſcelã nuncupat, mare tribus oſtijs irrũpens fontes in Sarmaticis montibus habens, q montes hodie Hungariã à Polonia diſſociant, una uidelicet cum Iſtula, quę Poloniæ partẽ rigans, Pruſiã qua longa eſt percurrit, ubi in mare Baltheum è regione Scandiæ inſulæ uadit, hucuſq; Germanicum conſurgere priſci fecerunt nomen: ubi Sueuus mons ingens nec Ripheis iugis minor proſilit, Sarmatiam ad ortum ſolis excludens, ampliſſimum

ad Cymbrorũ uſq; promontoriũ ſinũ efficiẽs qui Codanus uti ante diximus uocat̃: in q̃ quidẽ ſinu nõnullę magnæ paruæq; inſulæ ſunt, q̃ cõmuni uocabulo Scãdiæ uel Scandauiæ appellant̃: quarũ clariſs. ac ſuprema magnitudine nunc Sclandia dicit̃: Ptolemæus 4. enumerat, ſed earũ maximã oſtio Iſtulæ appoſitã Scandiã proprie uocari dicit, alij Scandauiã uel ut alij Scandinauiã uocant, in qua plurima oppida eſſe appellationis barbarę: non minus 500. mil paſſ. circuitu in quibus (ſunt enim aliquot in ea populi) Igneonum gens quingẽtos incolens pagos. Item & in altera Eningia olim quæ nũc Holandia nomine dimidio minore ad occaſum eius, habitationibus frequens: ambæ orbiculari forma, ambæ mari Balthico circumfuſæ: nã ſinus quẽ diximus pars altera quæ ad Germanicum litus uergit Codanus dicit̃, quæ aũt aquilonem uerſus Balthicus: longe iſti diuerſi ab Holandinis Sclandiniſq; ijs qui prope Belgicã ſunt, & ſi ijſdem ad inuicem nomnib. appellentur, ſub quib. & aliæ minores multo iacẽt, quarum inſignes Eningia: et Auſteriana eſt à Romanis Gleſſariã Germanico Cęſ. ibi claſsib. rem gerẽte uocitatã, quod in ea ſuccinũ q̃d Germani Gleſſum appellant gigni, à quo nomen inſulæ inditum, idq; Plinius aſſeuerat: & alio loco, non eam ſolum uerum omnes illius tractus Gleſſarias appellari à Græcis uerò Electridas, uocãt enim ſuccinum electrum, idq; appellatum, q̃d ſol uocat9 ſit Helios: q̃d in Italia etiã in Padi amnis inſula naſci Ariſtoteles libro de admirandis tradit, q̃d falſum eſſe Nicander perhibet, naſcit̃ aũt de fluente medulla Pinæi generis arborib. ut gummi in ceraſis: reſinæ pinis, erupti humoris abundãtia, denſat̃ rigore: q̃d autẽ in terra cadit, ſpatio temporis nigrum fit, q̃d autẽ in mari cadit, uel intumeſcens æſtus ex inſularum marginib. eripuit, & in obiectum litus euoluit, aureo colore ſplẽdet Solinus pro facie nomẽ habere, nam melleum, et Phalernum, utrumq; de ſimilitudine aut uini, aut mellis dici, in aperto eſt quod rapiat folia, q̃d trahat paleas: Indiã etiam habere ſuccinum, ſed Germaniã plurimũ optimumq; narratur. Præter quas inſulas, aliæ ſunt Burcauia Atania, & quæ à barbaris Imbria, Lauandia, Falſtria, Mœnia, Magoq; dicuntur, ſed oriẽtalior cæteris Mago, quæ omnes à rege Daciæ dominari dicuntur hactenus de Germanico mari. Nunc uerò quæ in mediterraneis reſtant, quouſque in Danubiũ meridionale prouinciæ latus deueniemus, ponenda ſunt prius tamen Danubium ipſum quum in eo ſtatim nationes terminandæ ſint. Danubius fluuiorũ omniũ Europæ maximus eſt non procul à Rheno & Brigantino lacu ex monte Rauraco teſte Amiano exoritur: iugo Arnobe Tacitus, q̃d Plinio etiã placet, barbari nunc nominãt, unde molliter & clemẽter effuſus plures populos adit: Germanos, Rhetos, Vindelicos, Noricos: & utroſq; Pãnonios, Iaziges, Dacos, ſuperioreſq; & inferiores Myſios, quos omnes immenſo aquarũ auctu præterit: 60. quippe amnib. receptis, medio fermè eorũ numero nauigabili, donec in Ponticũ mare ua

ſtis 6. flu-

ſtis 6. fluminib. erumpat ſeptimum os paludib. hauriaт, nam Pſeudoſto- nū dicitur, nec habet q̄d amni comparetur, cui paludi Thiagola nomē eſt ex quib. tantum quatuor nauigabilia ſunt, ſingula aūt ora tanta, ut in 60. mil. paſſ. lōgitudinis teſte Plinio uincat mare, dulcemq; intelligi hauſtum ab eo: ſed alio quā exoritur nomine deſinit, diu enim Danubius eſt, dein Beſſorum accolarum lingua fit Iſter, q̄d ſcriptores omnes tradunt, uarie tamen, Plinius unde primum Illyricū abluit Iſter appellaт, q; Appianus et ſentit, poſt cōmixtionem Sai cum Danubio inquit his in locis Danubius diciт, nec multo deinde inferius elapſus uberib. aquis pro Danubio Iſtri nomē aſſumit, cōmixto Sai cum Danubio confinio Illyriæ ac ſuperioris Myſiæ fit: Ptolemæus uerò multo inferius, Danubiū dici uult ad Axium uſq; ciuitatē, & inde pro Danubio Iſter appellaт uſq; ad ipſius oſtia, eſt e- nim Axiū ciuitas penes eiuſdē fluminis pręcipites curſus ſiue Cataractas, (ex altiſs. eñ ſaxo cadit) quæ longe admodum à cōiunctione Sai cum Da nubio diſtat, Beſſorū gens Thraciæ eſt, atq; olim fluuio accolę, cūū Thra ciā Iſter ad ſeptentrionē clauderet, dein Myſia interiecta eſt. Huius amnis aliorū amnium cōtraria eſt natura; nam q̄d alij qui in eum influunt qui ip ſum ingentē reddunt, æſtate multo uberior aquis quam hyeme, in ea eñ regione per hyemem aut nihil, aut paululum omnino pluit, pręſertim ea plaga ubi Iſter appellatur, ſed ningit, ęſtate uerò nix quæ ſub hyemē deci- dit permulta undiq; in Iſtrum liquefacta delabitur, eumq; implet, nec ipſa ſolum, ſed cum ea imbres multi atq; uehemētes, quippe per æſtatē pluit: q cūū tantā aquarū uim effundat, p̄ter tamen opinionē, tacitus intra altiſs. ripas pręterit. At in hyeme adeo plerūq; congelaт, ut etiā onuſtis plauſtris equitantibusq; deſuper longiſſ. atq; tutiſs. p̄ſtet iter, unde illud Martialis.

Et ungularum pulſibus calens Iſter. & Ouidius.

Quæq; aliæ gentes ubi frigore conſtitit Iſter

Dura meant celeri terga perennis equo. & item alij.

Huius autem fluminis regionem Hyrcinia ſylua recta percurrit, quæ ab Heluetiorum, & Nemetum, & Rauricorum finibus orta, nam proxima Iſtri Rheniq; fontibus exurgit, ad fines Dacorum & Anartium pertinet, hinc ſe flectens ſiniſtrorſum diuerſis à flumine regionibus multarum gen tium fines propter magnitudinem attingit: Gręci nemus Horcynium uo cant, proceris frequens arboribus atque adeo ut ante Druſi aduentum in hanc partem inuiſum inacceſſumq; fuerit, ipſe uero patefecit, quod pro ceris frequens arboribus eſt, nam ut ſcribit Plinius, roborum ibi uaſtitas intacta & congenita mundo, quippe immortali ſorte miracula excedit, ut alia omittantur fide caritura, conſtat attolli colles occurſantium inter ſe radicum repercuſſu, aut ubi ſequuta tellus non ſit, arcus ad ramos uſque & ipſos inter ſe rixantes curuari portarum patentium modo, ut turmas equitum tranſmittant: eius latitudo teſte Iulio nouem dierum

iter expedito patet: multa in ea genera ferarum ali conſtat quæ reliquis in locis uiſa nõ ſunt quas feras Cæſ. ipſe in Cõment. deſcribit. Solinus aues ibi gigni micãtib. pennis, quib. utuntur uiatores in nocte earum enim ful gore ducti per opaca callium rationẽ uiæ moderãtur. quod meminit Dio nyſius Alexãdrinus in carminib. Sequit̃ in Veſtfalib. quos ſub Phriſijs eſ-ſe diximus Haſsia montana regiuncula q̃ Turingiæ ad meridiẽ iungitur: poſt quã ad meridiẽ ſub Haſſia amne, ubi prius Ineriones: Intuegri: Var-giones: Caritniq́ ſedes habuerant, Franci nunc habitant, regioq́ Franco-nia ſicut et olim appellat̃, nam inter Germanos, ubi Sueuos Cicero ad At ticum nominat, Francones & cõmemorat ab occaſu Rhenum: ad ſepten trionem Abnobos montes. Turingos, Haſsiosq́ ac Bohemios ad ortum ad meridiẽ Sueuos Baioariosq́ habent. Quã regionẽ Moganus perlabit̃ amnis haud ignobilis, ſuperioris ac inferioris Germanię medius, q ex Bo hemię montib. ortus in Rhenum ut ante diximus uadit. Eſt aũt Frãconia nobilis ſanè regio ac diues, nõ aſpera montib. uerum collib. leniter ſtrata, uineis multis locis cõſita unde uinum ſapore haud iniucundũ ſit, at ingra tus ager, quũ plerunq́ harenoſus ſit: in hac oppida eorũ lingua prę ter alia ſunt Herbipolis eſt Mogano amni appoſitũ ubi optimũ naſcitur uinum. eſt & Francfordia nobile Emporiũ ſupra eundẽ amnẽ magis uerſus Rhe-num, in quo ſuperi cum inferis Germanis ad nundinas cõueniunt bis an-nis ſingulis, cui etiam fluuio Vizeburga ciuitas iuncta eſt à Nerua princi-pe ædificata, ſuntq́ ad orientẽ Mectiadum in cuius agro Curtius Ruffus recluſerat ſpecus quærendis uenis argẽti, item Gauionarium, Lecoritum Intra fines uerò Frãconię Viſpij ſunt quorum terra Briſcaugia modo dici tur, inter Rhenum & Necrerũ amnẽ, ex quadã ſylua prodeuntẽ q in Rhe-num è cõſpectu Vormatię oppidi influit: in ea Friburg oppidum eſt in cu ius agro effoſſio metallorũ à Rheno 12. mil. paſſ. diſtans, & ad eundẽ Ne crerum exaduerſo dicti oppidi fermè Breiſſach aliud oppidum: ſub q̃ in eadẽ ripa Nuiburge ſitum eſt: ac Sechingẽ ſub eo, pontẽ marmoreum ue-tuſtiſs. diſruptũ Rheno impoſitũ iuxta ſe habẽs. Poſt Rheinfeldes in excel ſo colle ſitum. inde pagus in ripa fluminis nauicularum ſtatio qua aſcendi tur ad reliquum amnis excurſum. Proficiſcit̃ enim huc ex Schaffhuſen op pido per abruptos montes ac fragoſa ſaxa, declinat̃ quippe ad ſiniſtrã ob Rheni caſum ut in Belgica diximus qua parte nauigari nõ poteſt, infra au tem Heluetiorum eremus eſt uſq́ ad alpium montes qui ſuperiacent Da-nubij capiti idem cum alpibus nomen habentes ubi ſylua Nigra pullulat ad fontes utriuſq́ fluminis Rheni atq́ Danubij pertingens. Neq́ mirum ſi in Germaniam Heluetiorum nomẽ traduximus quorum ſedes in Belgi ca ſitus eſſe oſtendimus: nam quum Germanos Galli aliquãdo uirtute ſu perarent atq́ inter ſe uaria bella agri inopia committerent, trans Rhenum Heluetij: Boi, ac Tectoſacæ colonias conſtituerunt, cuius rei Cæſar. in

comment.

comment. & Tacitus in Germaniæ ſitu teſtes ſunt. Hinc reliquum Germaniæ, & primo ſub Saxonib. qui & Mixnenſes, & Turingi appellantur meridiem uerſus terra Bohemia eſt, quam ætate priſca eiuſdem nominis populi habuere, nam Bœmos in hoc membro apud Ptolemæū legimus, quorum adhuc nomen ſeruatum eſt, licet medio æuo Sclauonica à Sclauonum gente regionem tum occupante appellaretur, qui quū inde emigraſſent, Pannoniæq́ ſuperioris locum (ut ibi notabimus) ad habitandum eligerent, illa in antiquam rediјt appellationem: quæ iuxta Danubium in ſuperiori parte iacet, non eum attingens, nam inter eam atque flumen Sudini populi erant, à quibus etiam ad flumen iterum Adrabæ campi: & penes campos ad orientem Racatæ. Bohemiæ longitudo latitudoq́ penè par, nam rotundam faciem ex circumadiacentibus montibus accipit cuius diametrum trium dierum itinere expedito ægre abſoluitur, quorum montium qui ad ſeptentrionalem plagam uergunt Sudetæ appellantur ardui ſanè ac præcipites, ubi Gabrita ſylua ingens extenditur, qui montes cum aliјs Danubio proximis unde Albis fluuius ſe proripit in coronam coëunt, quos undiq́ profundiſsima nemora latiſsime occupant, Hyrcinia enim ſylua uniuerſam Bohemiā compræhendit: ex Sudetis à parte occidentali Rhega fluuius procurrit qui non longe à Ratisbona urbe occaſum uerſus in Danubium cadit. Item alter ignobilis quem accolę Iliceum uocant ex montibus ſupra Danubiū prorumpens in eundemq́ è regione Æni fluuiј labēs, aquam ſuam oleaceam atrumq́ colorem Danubiј ripam alteram nactus longe cuſtodit: reliqua autem flumina quæ Bohemiam rigant, uniuerſa in Albim exonerantur: ſunt in regione amnes Orlieze (ita ipſi uocant) quod Aquilam ſignificat, & eſt Egra qui ex nomine oppidi quod abluit appellatur ad occaſum in terra quam Aduocatorum dicunt exoriēs, & apud Litomeritiam Albi miſcetur, ſed Multauia cunctos excedit qui Metropolim regni Pragam influit, hic Sazauam, & Luſinitium, et Miſam in Albim ſecum trahit: uerum in amne Luſinitio auri grana reperiuntur Ciceris æquantia magnitudine quæ nullo egent purgamento: Bohemia aquilonaribus flatibus tota fermè expoſita eſt ideo uitibus caret, præterquam apud Litomeritium ubi colles quidam uineis conſiti ſunt ex quibus tamen acerbum uinum fit, quare Ceruiſia pro uino utuntur: frumenti ferax præcipue circa Sazauam amnem, ubi eſt totius regni optimum: Oppida in regione memorabilia ſunt Praga primo ciuitas magna quæ & nobilibus ædificiјs adornatur, & quamuis una ſit, tribus tamen nominibus appellatur, Parua, Vetus, & Noua: quarū quę noua dicitur ad Multauiā diuiſo amne lapideo ponte quatuor & uiginti arcuum, Paruæ in plano iacenti iungitur, quam à Veteri foſſa profunda diſiungit, nam Vetus colli adhæſit in quo regia. Poſt Pragam Litomalſe ciuitas eſt ad auroram regionis, uicina Morauis. Cuthna quoq́ haud paruæ autho-

ritatis

ritatis urbs, ubi argenti fodinæ ſunt atq; inexhauſtæ. Inde Buduitiū ſplendidum munitumq; oppidum quod alio etiam nomine Slagenuerdiū uocant, & alia multa ut Budignę colonia Litomeritium, iuxta quam amnis Egra in Albim influit, & oppidum Grezium, Pons, Nouadomus, Neuburga, Pogebratium, Hauſcha oppidum ad Luſinitium amnem in ripa ſitum, & Pelzina: à qua non longè oppidulum eſt cui Rochezana eſt nomen Zaziorum quoq; ciuitas, & Iglauia qua iter eſt in Morauiam. Tabor etiam oppidum, temporibus noſtris ex ruinis alterius Auſchiæ iam delectæ difficili loco conditum, in altiſs. enim rupibus poſitum eſt, quod Luſinitius amnis maiori ex parte circuit, reliquum torrens non modicus ambit, qui quum recta in Luſinitiū tenderet, ſaxeo colle impeditus, coactus eſt ad dexterã iter flectere, quo circumacto maiori fluuio miſcetur, iter tamen ad oppidum inter duos amnes uix pedum triginta relinquitur, foſſa ac muro clauſum. Boleslauu quoq; urbs quæ regionis umbilicum tenere creditur. Bizeuia caſtellum quod poſtea Melincha dictum eſt, & alterum Sedlitium nomine quod ab Auſcha mille paſſ. diſtat. poſtea et caſtellum eſt Libus à Libuſſa Croci regis filia ædificatum non longe ab Albi flumine, quod morienti ſepulchrum fuit, item caſtellum alterum Dieuizum haud procul ab arce Vicegradenſi in prærupto undiq; colle natura munitiſſima à mulieribus Amazonum more militantibus ædificatum, Bohemæ fuere uirgines Valaſca duce, quæ interemptis maribus regnum Bohemiæ occupauerunt, eſt & Vratislauia urbs ab Vratislao Bohemiæ principe nuncupata inter duos montes Mednam & Pubecham condita. Secundum uerò Ptolemæum quæ in eius ſitu cadere uidentur ſunt: Monoſgada Marobudum, Arctaunum, Bigeriũ, Phurgiſata, Coridorgis, Caſurgis, Streuinta, Meliodunum, Philetia, Eburodunum, Verum inter Bohemiã & Briſcaugiam quam in Franconia ad orientem Rheni iacere diximus, & Iudicum terra, & Boioariorum pars, & Norica regiuncula, et Sueuorum portio eſt, ſiquidem & Boioarij: & Sueui utraſq; Danubij ripas accolunt extincto Chetuorum & Parmecantorum priori uocabulo. Sequitur poſt Bohemiam ad ortum ſolis Morauia parua regio, cui ad orientem Hungari Poloniq; regnum tenent, Narabone quondam amne: nũc Morauia noui nominis diſiuncta qui uocabulũ regioni dedit, in Danubium iuxta Poſoniũ ad occaſum influit, quam Mariſci ſuperiori ætate poſſederant: quibus ager fœcundus frumento ac uino abundans. In hac regione complura ſunt oppida populoſiſs. ac opibus referta: in quibus caput regni ciuitas eſt quam illi Volegradenſem appellant, altera Olomuca: uerum inter cætera Brunna principatum obtinet: & Znoima, hac nulli tranſitus eſt pręter illi qui ui ſibi uiã ac ferro aperit, latrones quippe omnes additus obſident. Hinc ad ſeptentrionem orientemq; Sleſia eſt haud ignobilis regio, licet modica, eius enim longitudo 200. mil. paſſ. nec amplius cõſtat: 80. circiter lati-

citer latitudo, quam fluuius Odera perlabitur: gentis metropolis Vatiſlauia ciuitas ampliſs. ad ripam Oderæ ſita, eſt & Ocera. Hanonia, Peudiſim, Lignitum, Gorlitũ, Merſorg, dicto amni adiacentia: & in altera ripa orientẽ uerſus Glogouia ciuitas: ſuperius uerò ad ſeptentrionẽ Frauẽſtat, et ad meridiẽ Honffert, Oleter, Oſtraua, & alia nõnulla, apud enim Ptolemæũ hæc in hoc mẽbro ſita fuiſſe legũtur, Stetuia, Eburũ, Pariena, Arſicua, Singona, Anauũ. Hãc olim terrã Visburgij Quadiq́ tenuerãt, uſq; ad Sarmaticos mõtes, inter quos atq; Morauios Luna interiecta eſt ſylua, ubi ferri metalla: q populi teſte Tacito uelut Germaniæ frons tum exiſtebant, quatenus Danubio perageretur, nationes enim bellatrices & potẽtes, Sarmatis ob uicinitatem ſimiles. Verum enim ad ſeptentrionem Sleſiæ uſq; Asbicurgium montẽ regionem quæ interiacent uariæ enim gentes habuerant ſiquidem ad aquilonẽ ad Asbicurgij radices primo Corconti erant, quibus orientaliores Luchburgij loca ſatis frugifera incolebant. Sub iſtis Sidones: & magis meridionales Cogni à quibuſdã Cotini qui ferrum è uiſceribus magnorum montium effodiebant, ſaltus & uertices montium inſidentes. Quorum modo omnium regiones in unam conuenerunt, eam Poloniam dicunt quæ in partes duas diuiditur, in magnam, & paruam, illam ſeptentrionẽ iſtam meridionalem cognominant: tranſit Polonia modo Iſtulam flumen ad orientem ut in Sarmatia referemus. In Polonia oppida recentioris nominis hæc habent, Meua iuxta Iſtulam, mox Stariare, in ripa Sueui amnis, & Gneſna ciuitas, & Poznauia Vertę amni appoſita Leucariſtus prius dicta urbs memoratu digna, ubi mercatorum frequentia ſub qua ad eũdẽ fluuium Pijſdri, & Peteidouia, & ad Iſtulam Sandamiria ciuitas Caleſia quondã dicta. Item Noua ciuitas Arſinium ante uocitata. Item medijs uerò campis Lunziza oppidum. Calis, Coptauia minor Brezniza Zeinſtocauia, Visluza, & alia multa. Antiqua autem nomina & quæ cum ijs quæ ab antiquis proferuntur haud comparari ſiue aſſcribi commode poſſe uidentur, quemadmodum nec in reliqua Germania ſunt, Stragona, Budorgium, Lutidunũ, Nomiſterium, Hegitimatia, Redintiuum, & Budorgis, quæ Ptolemæus in hac parte deſignauit. Hactenus Germaniæ ſitus: præter pauca quæ ſeptentrionalem Danubij regionem excurrunt: ea namq; in Rhetia, in Vindelitia: in Norico in Pannoniaq; dicemus, ulteriorem enim Danubij ripam poſteriori tempore traiecerunt.

GEOGRA-

GEOGRAPHIAE

Commentarius VI. Europæ, in quo Rhetia Vindelicia, Noricum, duæq; Pannoniæ, ac tota Illyria, cum adiacentibus continetur.

Rhetia ſitus.

RHetia & Vindelitia àmne Lyco diuiſæ, apud maiores quoſdam loco unius prouinciæ habebantur: cuius deſcriptio ſic ſe habet: Ad ſeptentrionem Danubio, à fontibus uſq; quo Ænum fluuiū quem barbari modo Yhn dicunt in ſe recipit: ad occaſum monte Adula ex alpibus protendente. Ad meridiem alpium montibus qui ſupra Italiam ab ea parte extenduntur, hoc eſt ſupra Comum & Veronam. Ad orientem Æno ipſo ex alpib. orto clauditur, excurrit quippe Ænus retro, ab occidente in orientē quouſq; ad Danubium ſe immittit, per uallē nunc Atheſinam dictàm. Noſtra uerò ætate, & ſitum & nomen prouincia mutauit: namq; pro Rhetia Sueuiam dicimus quæ non intra Danubium modo, ſed etiam ultra ad aquilonem ſe porrigit: ad occidentem Danubij partem, hoc eſt à capite uſq; ad primam eius flexionem quæ ad orientem uergit: ad meridiem montes excelſos, præter quos ad auſtrum Ænus fluuius labit: ad ortum aūt Lycum amnē habet à meridionalib. montib. lapſum in quem Verta ſiue ut à quibuſdàm Vindelica fluuius præcipiti curſu ab ijſdem montibus excelſo cacumine cadens prope Lanſperg oppidum influit, Lycus eodem nūc nomine in Danubium exit: Vnde autem in hunc locum Rhetica gens deueniſſet, undeq; uocabulum aſſumpſiſſet narrat Pompeius Trogus quod Galli qui Romam incenderūt, in Italiam nouas acquirendi ſedes quum deſcenderent, ſedibus Tuſcos propulerunt, qui Tuſci duce Rheto auitis proprijs amiſsis, alpes occupauere, & ex nomine ducis gentes Rheticorum condiderunt: ſimiliter & Plinius, qui per id tempus inopes, callibus anguſtijsq; montiū inſidentes, uiatores deprędabant, quos Aug. non tamen ſine labore ac ſuorum diſcrimine deleuit: & quum ad eos tranſitus pauci ac difficillimi eſſent, ille quibuſdam locis patefecit, qui nō per profundas ſolum ualles diuertebant, eoq; hinc atq; hinc eductis in cœlum montibus exercitui erant inuij, ſed etiam homini expedito inhabiles atque aſperi erant, tentandiq; prius quā commodius euadi inde poſſet, ex quo indigenæ ipſi tuto intra præcipitiorum illorum ſinum geſtabantur: apud quos aqua in montibus in Cryſtallum ſolidatur. Cæterum ager Rheticus optimus & ferax: ubi uinum haud aſpernendum naſcitur de quo Strabo uinum Rheticum inter Italica egregie commendata

mendata nõ ſanè inferius, in montanis illorum radicibus naſcitur. Habitabant priſcis temporibus regionem inter alias gentes ad ſeptentrionem Brigantæ populi: magis auſtralia Suanetę: & Rheguſcæ, & quæ inter has erant ad orientem tenebant Calucones, & Venontes omnium fortiſs. cuius gentis nomen adhuc durat. Quorum urbes præſertim ſub Danubio amne fuerant, Bragodurum, Dracuina, Viana, Pheniana. Hodie uerò in ulteriori ripa, Vlma, Loginen, Dilingẽ, Vuerdum, & iuxta Rheni caput Taxgætium, & Brigantium à quo lacus nomen nunc habet, quod oppidum incolæ modo Bregentz uocãt, inde ad huius lacus dextrã Lindum, Merſpurg, Iberlingẽ, & in fine lacus ad occaſum Sernatingen uicum magnum, & inde Zell quib. omnib. recentiora ſunt nomina: quę nõ in arduis, ſed in humilibus collibus ſita ſunt: amœna enim atq; uberi gleba omnis ea plaga eſt. Quę autem meridiem atq; occaſum ſpectat aſpera inſurgentibus montibus, quare nulla in ĳs partibus circa lacum habitatio. Poſt autem quæ diximus, alia quoq; fuerunt in quibus Druſomagus, id eſt ciuitas Druſi & Ectodurum ad meridiem penes montes.

Vindelitiæ ſitus.

VIndelitia à uindelica amne denominata quam una in prouincia cũ Rhetia contineri diximus, nunc Sueuiæ pars, quæ ſita tunc erat intra Danubium ad ſeptentrionem: ad occaſum dictum amnem, ad meridiem Apenninum Tullum & Flagidiam ex alpibus montibus à quibus Dura: Clanis, & alĳ complures per ualles excurrentes fluuĳ in Danubium intrant: & ad ortum Ænum fluuium habuit, quam mediam ſecat Iſſarus amnis in alpibus exortus, ubi Monacum oppidum in orientali ripa habet, Danubium Ratiſponam inter ac Patauiã ad oppidum ut illi uocant Stroubing influit. Hodie uerò Vindelicia regiuncula eſt, neq; in eo loco quo prius, uerum in alio, ac longius tranſpoſita, uidelicet inter Nigram ſyluam ad ſeptentrionem, Rhenum ad occidentem, alpes ad meridiem, ad orientem Danubium: Regio ab ea parte culturæ ſatis commoda, ſub alpibus ipſis terrenos cumulos & ualles frugiferas habens: maiorem tamen partem, præſertim ad uertices incultam & infructuoſam loci aſperitate. Incolebant Vindelitiæ ſeptẽtrionalia Runicatæ gentes: ſub his Leuni & Coſuantę: poſt Velauni, & Breuni, & iuxta Lycum fluuium Lycatĳ præ cæteris ferociſs. in quibus ciuitas Auguſta Vindelicorum cognomine, quæ nunc quoq; Auguſta dicitur, barbari Augſpurg in angulo ubi Verta amnis in Lycum infunditur: ſub qua ad amnem uſq; planities ingens prætenditur: fluuius enim Lycus ab occaſu elapſus, poſtea in ſeptentrionẽ conuertitur, in cuius meridionali ripa non longe à fonte Fieſſa oppidum eſt, dein aliud Sioga, mox Lantſperg ita à barbaris uocitata & Carrodunum dirutum, & Abudiacũ, & Cambodunum Inutriumq;.

Norici ſitus.

NOricum prouincia(quod nomen gentili lingua, montuoſam re-
gionē ſignificat mōtana enim exteriora alpiū tenēt)priſca ætate,
his clauſtris continebat̄: ad ſeptentrionē Danubij parte quæ eſt
ab Æno fluuio uſq; ad Cetium montē, ad occaſum Æno fluuio iuxta Vin-
delicos ad meridiē parte Pannoniæ, quæ dicto ſubiacet mōti: & hinc mon
te ſupra Iſtriā qui Caruācas appellatur: ad ortū uerò ſolis ipſo Cetio mon-
te quē Plinius deſerta Boiorū uocat, propter quē Anaſus amnis excurrit.
Verum hoc tempore dictis clauſtris deletis, ad anguſtiſs. redacta limites
Danubiū tantū ultra uix inter externas gētes nominata cōſedit, & q̊d ma
gis admirandū eſt, priſtinū in tanta fortunæ mutabilitate nomen adhuc,
ubi nunc iacet retinet: licet quamuis nunc eos Pannones (à quib. deſcende
runt) Noropes appellent, quam uniuerſam nunc prouinciā Boiarij tenēt
nomenq; regioni ſuo de nomine indiderūt: iuniores Bauariā pro Boioariā
dicūt, per amplā quidē terrā ac diues. cui ad ſeptentrionē Frāconia: ad oc
cidentē Sueuia: ad meridiē Atheſis amnis quoad Iſſarā ſuſcipit alpib. iun
gitur: ad orientē Auſtria ac Bohemia iunguntur, quā mediā fermè Danu
bius perlabit̄, ſicut ſuperius in Germaniā ultra Danubiū poſteriorib. t̄po
rib. fines ſuos ampliaſſe oſtēdimus. Inter Auſtriā ac Boioariā Ænus nūc
fluuius terminus eſt, quodā uerò tēpore Anaſus fuit, hic ex Alpib. Styriæ
profluens iuxta Lauriacū deſertā urbem Danubio miſcetur, duorum fer-
mè dierum ab Æno fluuio itinere diſtās: eam ergo terrā quæ intra Ænum
atq; Anaſum fuit, quidam Federicus Imp. à Boioaria diremptā Auſtriæ
adiunxiſſe fert̄. Sueuos à Boioarijs Lycus amnis diſterminat. Boioariorū
nationē Gallicā fuiſſe ſatis cōſtat, q unà cum Senonib. Romam incende-
rūt Senones Romani poſteriorib. annis funditus deleuerint: Boios itē è fi-
nib. eiecerint: flumē Padum, Gallorū tum gentes incolebāt ex quib. om-
nib. ampliſs. fuerant Boi, q inde migrantes(teſte Strabone)circumadiacē
tes Iſtro locos, cū Tauriſcis(hoc eſt Noricis)habitauerūt: ex q̊ Plinius iu
xta Carnos quondā Tauriſci appellati, nunc Norici: apud has gentes fer
rum in metallis eſt, ubi & optimi gladij cuiuſq; generis fiunt, fuiſſe quoq;
aurifodinas ut Polybius atteſtat̄: nam & fluuia aurea grana ferunt, quorū
maxima pars ex auro puriſs. eſt. Ager Boioariorum trans Danubiū (ubi
diximus nūc Noricum appellari) & ſi magna ex parte Hircynia ſylua oc
cupetur, non tamen deſertus eſt, licet multis montib. ac uallib. impeditus,
quę illis animum latrocinandi quemadmodum ſuperiorib. temporib. ita
nūc quoq; dant, in quib. præſertim montib. receptacula habēt Vbi aūt in
cāpis ſe aperit, qui agricultura exercent̄, quū aërē frigidum habeant parū
fructuoſi ſunt: quod etiam ei parti intra Danubium iacenti, quæ antiqui-
tus Noricū dicebatur, accidit, quam gentes tenebant Meſuaces: Alauni,
qui & Ambeſontij dicebant̄: magis uerò oriētalia Norici: & Ambidrani:
ac Am-

ac Ambilici. Sic itaq; Noricum ea tempeſtate ſe habuit. Nunc aũt cultiſs. prouincia eſt, magnas & nobiles ciuitates habẽs in quib. Salezburga quã ſic illi uocãt ex flumine Saleza cui adiacet, Iuuaniam ueteres uocauerunt, quum in eo uideatur eſſe loco, mox ad eundẽ Purchaſia oppidũ huius ętatis nomine idq; munitiſs. arcem habens ampliſs. totisq; illis locis memorabile natura loci & murorũ ſtructura. Item oppidũ Rhoin barbare ad q̃d Lycus in Danubiũ uadit. Inde Ratiſpona urbs ampla atq; inſignis eiuſdẽ regionis primaria in auſtrale Danubij ripa ſita, põtem habẽs tota Germania celeberrimũ qui ripam utramq; fluminis iungit, in Franconiam Bohemiamq; iter præbens, Norinberga etiã præſentis appellationis ciuitas in agro ſterili & Harenoſo condita, in cõfinio Frãconiæ ac Bohemiæ, urbs nobilis, eam paruo amne Pegnitio appellato interlabit qui in Danubiũ cadit, eſt & Patauia in inſula Danubij ſita, quo Ænus infunditur: qui fluxũ ſuum nõ ſtatim deſerit, ſed ripis proprijs egreſſus Danubij ripã alterã abluit colore proprio aliquãdiu ſeruato: ac ſubinde haud ꝑcul à Sabo amne Celia oppidũ colle ſitum nomen adhuc ſeruans, præter autem dicta oppida alia quoq; illi habẽt Badacũ, Aguntũ, Vacoriũ, Pœdicũ, Virunũ Teurnia, Idurnium, Syanticum, Cœlia quæ omnia infra Danubium ſunt. Supra uero in Germania olim cõputata, Arę Flauianę, Tiuiona, Bibacũ Brodẽtia, Ruſiana, Alcimunis, quæ ſitu cũ præſentib. non ſatis conueniunt.

Pannoniæ ſuperioris ſitus.

PAnnonia nũc incipit, quam ueteres in partes duas, Superiorem, & Inferiorẽ diuiſerunt: quarum nonnulli ætatis noſtræ homines, alteram Boznã, alterã Hungariã longe decepti appellant: quũ Bozna regiuncula inter Pannoniã Dalmatiamq; ſitum habeat, quemadmodum ſuo loco aperiemus. Pãnonia amiſſis ex parte uetuſtis, alijs nunc ſe finib. continet: ſed quum in prouincijs deſcribendis Ptolemæi ordinẽ ac ſeriem ab initio ſequi ſtatuiſſemus, de ſuperiori primũ Pãnonia dicere aggrediemur. Ea quippe eſt, quæ alio nomine Pœonia dicebatur ſumpto nomine à Pœonia Autarij F. ut Appianus tradit, Autarius namq; Illyrij F. regionem in extrema parte Liburnię ſupra Scardonam tenuit: natio tum ingẽs quæ circa Danubium per longum ſpatium incolebatur, ab Iapidum populis ſupra protendens. Verum quos Gręci Pœones, Romani Pannones appellant, à quibus inter Illyrios cõnumerati ſunt: licet quæ proprie Pœonia dicitur, ea in Macedonia ſit, ubi eam aſsignabimus. Hoc uero tempore Pannonia iſta ſublato priori nomine, Auſtria ſiue Auſtorlich uulgo appellatur, quod nomen uerbo Teuthonico accepit, regnum orientale ſignificans: nam quum poſteriori tempore Franci (ut accepimus) Germaniæ partem ſubegiſſent, duplicem Franciam à ſeipſis dixerunt: alteram occidentalem id eſt Galliã: alteram orientalem in Germania, pariq; modo duo regna conſtituerunt, quæ Rheno flumine diſterminantur; at qui uero in

Germania remãſere, rurſus multiplicati, tranſmiſſo Danubio: Rhetiam, Vindelitiam, Noricumq́ coluerũt, quorum nomina curriculo temporis aut prorſus innouata ſunt, aut ex loco uno in alium trãſlata: atq; ideo hæc pruouincia Auſtria nomen ſortita eſt: quoniam Sueuis. Boioarijsq́ ad orientem uergere uideretur. Quę regio intra eos nunc fines eſt quos priorib. ſeculis habuit: pręter quam, quod ad partem ſeptentrionalem: nam ab occaſu Cetium montem, & pro parte alium Caruancam nomine Cetio cohærentem habet, hoc eſt, Boioariã: à meridie partem Carniolæ & Liburniæ, ab oriente à dicto mõte Cetio recta ab occaſu in ortum per Albanum montem, uſq; ad montem alium Bebium appellatum, hoc eſt Styriæ montes, qui longo tractu ab alpib. deriuantur, ubi amnis oritur qui Leytha uocatur, is medio in curſu lacum ſui nominis ingreditur, quo exiens, iuxta Homborch oppidum in Danubium influit, qui amnis orientalem huius regionis partem ab Hũgaria excipit, quo relicto Ptolemæus Narabonem fluuium Vab modo à barbaris è regione Leythæ intrat Danubium, prouinciæ huius orientalem limitem fixit: ad ſeptentrionem uerò terminatur prædicti Cetij montis parte, nam ut in Norico diximus medius montis excurſus ad orientem inſinuatur, & poſt montem ulteriorē Danubij ripã tranſit, ditioniq́ ſuæ partē illam iungit: quæ Bohemiæ & Morauiæ colliminat. Hæc Pannonia una cum ſequente ſolo planę ſunt, uentis expoſitæ aquilonarib. Drabo Saboq́ inclytis amnib. circumfluæ: frumento, uino, ac cæteris frugib. lætę: aëre quoq; ſalubri præditæ argentũ in uenis, aurũ aũt nõ habent: ſalem partim propriũ, partim importatum. Glorioſi admodũ ſuperiori ætate belli laude: ab his enim Romani Cornelio duce quũ reiecti eſſent, ingens fama uniuerſam formidine cõcuſsit Italiã 100. quippe uirorũ millia ætate ad bellũ integra habebãt licet in unum nondũ congregarãt, carẽtes imperio. In quos profectus Cęſ. per cõtinuos octo dies maxime confecit cladib. Nemoroſa tum regio nullas eo tẽpore urbes habens, agros duntaxat, et uicos per cognationes poſsidebãt: poſtea Romani quæ diſperſa erãt, in oppida & eorum quædam magnifica extruxerũt, coloniasq́ ſibi fecerunt. Habuit ea tempeſtate hæc pars ad ſeptentrionem populos Azalos: à quibus orientẽ uerſus Cytij erant: ad meridiem Latobici: ad occaſum Calætiani, in media aũt prouincia Iaſſij, quorum ad meridiem Oderiates conſederant. Oppida in hoc membro Iuliobona, Carnus, Phlexumq́ mox Cherotobalus, Brægetiumq́ omnia in meridionali Danubij ripa ſita. In ſeptentrionali aũt orientem uerſus Aten noui nominis oppidum, dein Mediolanum, ubi nũc Pſonium, & ſupra Danubium aliquantulũ Aduætium, iterũ iuxta flumen Celamantia. In interiore uerò parte, Sala, Patauiũ, Suaria diui Claudij colonia, nomẽ adhuc retinẽs, Riſpia, Vinundria Vindomia nunc, Bononia, Nouidunum, Sacarbantia, Lentudum, Carodunũ, Siſcia quoq; caſtellum iuxta quod Calapis amnis memoran-

memorandus à Calapiana gente quam irrigat denominatus. Fuit & urbs Segeſta intra Saum Drauumq́ꝫ & Danuuium, ubi uilla Segeſtia nunc, eſt autem uicus turrim habens in ulteriori ripa ad Pannonios pertinente Draui amnis, quem barbari Segeſt uocãt: forte aliqua de cauſa quũ defeciſſet, illuc urbis incolæ domicilia eo tranſtulere, quã qui tenent Sclaui appellantur, à quib. terra quę inter Saum ac Drauum iacet Sclauonia nuncupatur: nam ex ſuperiorib. partib. Bohemię ſcilicet deuenientes locum occupauerunt: ſupra Segeſtã duob. mil. & 500. paſſ. Mediud oppidũ nouũ in alto colle eſt, mox alterũ Crapina in ardua petra ſitũ, itẽ alia, ut Olimacũ, Valſina, Bolentiũ, Sogora, Viſontiũ, Prętoriũ, Magmanaq́ꝫ: hodie uerò ex urbib. quę in hac prouincia ſunt, Vienna & dignitate & diuitijs & populo, & pulchritudine principatũ obtinet à Vienna paruo quodam fluuio è uicinis emiſſo montib. inter ſuburbia ciuitatis excurrẽte uocitata, in Danubij meridionali ripa poſita in eminẽte colle, ex q̃ proſpectus ad amœniſs. latiſsimosq́ꝫ Morauiæ & Hungariæ emittit campos: ſunt & oppida alia clara in quib. Homborch cuius ſupra mentionẽ fecimus, q̃ in loco inſulas duas Danubius efficit quæ pontibus iunguntur, item Noua ciuitas quæ in ripa Leythæ amnis eſt. Cæterum huic Pannoniæ ad meridiẽ Styria parua terra, Valeria quondã teſte Marcellino ad honorem Valeriæ Diocletiani filiæ & inſtituta, & cognominata iacet, ad ſeptentrionẽ Murã: ad occaſum Carinthanis Carnisq́ꝫ, ad meridiem Sao clauditur: regio montana omnis, licet qua in orientem porrecta eſt, ubi Mura amnis Drauo iungitur, planities nõ paruas habeat: hanc olim regionẽ teſte Ruffo Marcomani incoluerũt: unde ab Aug. Vindelio expulſi in extrema Germaniæ parte conſtiterunt, eſt in ea oppidum Sopianum quo Maximianus natus eſt. Ex hac terra decoctum ſal ad uicinas regiones importatur: quæ & ferri metalla, & argentifodinas non ignobiles habet, ubi inter alia caſtellum Sancti Viti aliud quoq́ꝫ Lebeniza ſupra Muram fluuium nõ longe à Grezio, Boioario ubi magnam quondam fuiſſe ciuitatem marmorei lapides uetuſtiſsimi inſcripti literis indicant.

Pannoniæ inferioris ſitus.

PAnnonia altera quæ Inferior dicitur, ætate noſtra Hungaria appellatur, ad orientem ſuperioris ſita eſt: Verum Hungaria Pannonię fines longe exit, neq́ꝫ illa tam ampla olim, quam hoc tempore hęc eſt, idq́ꝫ uirtute ne crudelitate dicã gentis factũ, terminabatur enim ab occaſu ſuperiori Pãnonia in Narabonem amnem à meridie parte Illyriæ, quæ à dicto limite uſq́ꝫ ad maximũ Danubij flexum iuxta quem Saus influit extendebat̃ à ſeptentrione: & ab oriente includebat̃ Danubij parte quæ eſt ab oſtio Narabonis uſq́ꝫ ad Saum amnẽ, hodie uerò alios terminos habet. Namq́ꝫ Hungariã Danubius modo ſecat ad Polonos uſq́ꝫ Sarmatiæ populos protendit̃, & q̃ quondã arua tenuere Iaziges Metanaſtes appellati

poſſidet, quem modo locũ Cumaniã illi uocant, Tibiſcum amnem, Tiſſa nunc ad ortũ habens. Has Pannonias poſt inclinationẽ Rom. imperij uarie incurſarũt nationes: Gothi primo: deinde Longobardi: poſtremo Huni qui modo Hungari appellant, ex ultimis Sarmatarum finib. qui uſq; in hanc diem regno potiuntur & ultra citraq; Danubium late feliciter dominantur, extareq; adhuc nõ longe ab ortu Tanais alterã Hungariã huius de qua ſermo eſt, mater ut fama fert, lingua & morib. penè ſimilis. Huius uerò prouinciæ occidentalia tum maxime ac ſeptẽtrionalia Amantini populi habuere: qui maxime ad arctũ uergunt Arauiſci erant, & qui magis meridionales erant Scordiſci qui Galatę appellabant à lacte qua uiuebãt nũc uerò Boznachi, de quib. poſtea dicemus, eo tempore potentiſſ. qui & tellurem ingentẽ poſſidebãt, quos duos in partes diuiſit Strabo, in magnos uidelicet ac paruos, magnos inter duos fluuios poſuit Danubiũ ut ait illabẽtes: alterũ Noaron uerſus Boreã præter Segeſticam fluentẽ: alterũ Martum à quibuſdã Bargum: Paruos autẽ ultra Danubium incolere ait, Triballis & Myſis finitimi quorum urbes Heorta: & Capedunũ erant. Scordiſcos Appianus à Scipione uniuerſos ferè deletos fuiſſe author eſt, qui uerò è bello ſuperfuerant ad Iſtrum eiuſq; inſulas perueniſſe fuga, qui tam diu Triballorum tunc potentiſs. natione bello dimicarunt quod propria è ſede ad Gethas uſq; ultra Danubium propulere: procedente uerò tempore nonnulli Scordiſcorum iterum regreſsi Pœones incoluere ultimos ad Claudij montis meridiem ubi nunc regio eſt quę Bozna à iuniorib. appellatur, terra montib. aſpera: frigori obnoxia, uineis oleiſq; impatiens, mortalib. tantũ fœcunda qui ad bella & ad latrocinia ſicut & olim facile ruãt. Scordiſcos enim (quos nunc Boznacos ipſi ſe uocant) in initio Thraciæ regiones habitaſſe multos habeo authores, inter quos Sex. Ruffus eſt, qui eos pariter crudeles cum Thracibus fuiſſe dicit: uerum ſęuiſsimos omniũ Thracum Florus prodit: genus calidum uerſutumq; de quorum ſcelerib. multa fabuloſe memorantur: quod oſtium captiuos dijs ſuis litarent, atq; humanum ſanguinem in caluarijs potare ſoliti eſſent. Sæpe per eos Rom. eſt cæſus exercitus. quorum caliditas ad robur acceſſerat ſyluarũ & montium ſitus qui cũ ingenio conſentiebãt. Huic Bozne regioni ad ſeptentrionem eſt Saus: ad occaſum Colapis ſiue Khlup amnes: ad meridiẽ mõs barbari Prolog uocant, inter hãc Coruatiamq; erectus, id eſt Bebij mõtis: ad orientem Drinus fluuius qui Drina adhuc dicitur, quem Martũ Strabo appellauit, ex monte uerò Prolog Piua & Tarra amnes exeunt ad oppidũ Socho in pręrupta petra ſitũ coeũtes, unde uno ſimul profluẽtes alueo in Drinum cadunt, ille in Saum ingreditur, neq; ante, quam Lino fluuio uoce indigena recepto, ſecum in eundẽ trahit: Sed inter alia flumina, Verbas auri ramenta euoluens, clarus apud eos habetur, quem Pariſium antiquitas nominauit, & hic in Sabũ influit præter opinionẽ Strabonis, & Amilani.

lani. Hæc regio temporib. noſtris capto rege obtruncatoq́ꝫ in Turcorũ ditionẽ ceſſit: unde excurſiones intra Italiæ limitem factæ quandoq́ꝫ nos deterruerũt, ex præda omnis generis graues ad propria redierunt. In hac oppida nonnulla ſunt inter q̃ Iaiza eſt urbs quondã regia ad confluẽta Plieuę ac Verbas poſita: eſt em̃ Verbas amnis è montib. profluens, cui Plieua in ſtagno prius immerſa in q̃ Iſſera oppidũ in petra ſtagni aquis circundata ſitum eſt, egrediens ad Iaizam ſeptentrionẽ uerſus coniungit, ſiue in eum cadit, è ſuperiori em̃ atq́ꝫ altiſs. ſaxo in quo Iaiza ſedet magno ſtrepitu præcipitatur, deinde in Saum uadit. alius quoq́ꝫ eſt fluuius in Bozna dicitur, à quo regio nomẽ accepiſſe putatur. Indeq́ꝫ amnis Lauſa haud magnus per loca nemoroſa ſerpens ambo in Saum influentes, licet in Iſtrum ex noſtris quidam dicat, quod falſum eſt. Sunt quoq́ꝫ nonnulla caſtella in montibus diſpoſita barbaricis nominib. uocitata, ut Blagaia, Viſochi, Dubrounich, Choiniza, Bochã, Chreſeuo, Proſor, & in ſiniſtra ripa Verbas amnis Bozaz, Greben, Suezai, Frachlin, Meurichin quod in inſula fluminis eſt, & Srida, & in dextra Noui, & Vinam non longe ab Iaiza, quæ caſtella in aſperrimis petris ſita ſunt. Similiter ſub Verbas in regiũcula quam illi Scopiam uocant (eſtq́ꝫ Scopia caſtellum in Myſia) oppidum eſt in montibus Vexilaſtraxa nomine. Finita Bozna Pannoniæ reliquum perſequamur, in qua oppida non multa plures tamen ac magni uici, uerum quæ mœnibus circumcinguntur, hæc fermè ſunt, & primum ſub Danubio in auſtrali ripa. Curta, Salua, Carpis, Aquincunt in quorum ſitu ſecundum Ptolemæi ordinem locari poſſent Strigonium ciuitas quæ in colle ſita eſt. Item Vicegradum in montibus ac Buda urbs clariſsima potentiſsimaq́ꝫ regni ſedes in ſaxeo dorſo poſita, non magna admodum mœnium ambitione, ſed ampla ſuburbio, propter Danubÿ ripam deducto: cui Peſta oppidũ trans Danubium obiacet. Poſt Salinum eſt quod illi Teth dicunt, & Luſſonium ſiue Fuitur in colle, ambo ad inſulam quandam fluminis, ſub qua amnis ex Ballathon lacu emiſſus in Danubium cadat. Poſtea Lugienum cum fluuio Repſa exiguo: inde Teuthoburgium, Cornacumq́ꝫ quod oppidum modo Batha dicitur. Verum in ſeptentrionali ripa è regione fermè Curtæ, Vicus Giur, cui in Danubio inſula opponitur. Poſtea alius Vicia nomine, ubi inſula eſt ex aquis fluminis undique circumfuſa pręter quam aliæ etiam in hoc tractu ab eo efficiuntur: reliquum autem ripę poſt Viciam paludes tenent. Quæ uerò procul à Danubio per prouinciam iacebant, hæc fuerunt Berbis Serbinum inter alia oppidum munitiſsimum Iuollum Certiſſa & Murſella Bibalis, Marſonia, Vacontia, Mundia colonia, Sallis, Guntium'que, Styriæ atque Auſtriæ proximum, quæ omnia apud Ptolemæum habentur. hodie uerò præter ſupradicta non longe à Strigonio oppidum eſt quod Thata ſeu ciuitas Noua dicitur, poſita in colle haud magno ex cuius radicibus Repſa amnis exoritur

qui in Danubium inter Curetam & Saluam exit, ſub qua ad meridiem Veſperimium per quod amnis in Danubium nõ longe à Strigonio uadit, & Alba regalis, ſub quibus ingens lacus incolæ Ballathori uocãt, flumen ex ſe parturiens quo ipſe in Danubium exoneratur, in aquilonem & Aphricum uentos circiter 70. mil. paſſ. porrectus, longitudine inæquali, nam qua amplior eſt 10. qua anguſtior tribus conſtat, ad cuius occaſum excelſi ſunt mõtes, ad ortũ uerò paludes, & in eius medio oppidulũ in colle ſitũ, eſt & Caſtrũ & ferrũ. Inde ciuitas cui Quinq; Eccleſiæ nomẽ eſt, propinqua Drauo amni in radice montis, qui ad ſeptentrionẽ eius imminet. ſub qua oppidum Soclous in ſupercilio montiũ, qui Drauo incumbunt, omnis quippe eius ripa ſeptentrionalis mõtana eſt: ubi & Sachon, inter quæ oppida ab ijſdem mõtibus ingẽs nemus longe in Cercium uentũ procurrit. Poſt quod ad occaſum in ripa Muræ amnis antequam Drauum influat Rochaſpurg oppidum: ſub quo alterum Ptouia Drauo impoſitũ pontem ſuper eum habens. Verum in meridionali eiuſdem Draui parte (licet harundinetis implicita) Varaſdina urbs eſt in montibus, cuius in conſpectu Mura Drauo infunditur. Inde paulo Copriuiniza: mox Virouitiza oppida. Poſt aũt commixtionẽ Draui cum Danubio in montibus caſtellum Herduch eſt Tarſiũ olim ubi fluuius exilis in Iſtrũ uadit. Item Petrouaradim Arumictũ prius quod ſitus admonet uocitatum, exaduerſo ingreſſus Tibiſci fluminis in Danubiũ Salanchemen oppidũ Rhittiũ quondam ſub quibus ad montium meridionalem partem ac præcipue ſub Alnano monte Sirimium ciuitas poſita eſt, ea in uia ſita quæ in Italiam ducit, per quam Bacũtius amnis in Saum influit ad caſtellum S. Demitri, oritur ad occaſum in uico Petretz. Sunt prætereà nonnulla ad ſeptentrionem Danubij, ut diximus quæ Hungari hodie tenent inter quæ non longe à Polonia, Caſouia: circa quæ loca caſtella quoque in arduis petris poſita ſunt: ut Zolum uetus, Zolum nouum, Siaros, Trincinum & quædã alia.

Illyriæ ſitus.

ILlyria, Liburnia, Dalmatiaq; una in prouincia exiſtentes dictis iam regionibus ſubijciuntur: quæ quidem his complectitur finibus, ad ſeptentrionalem plagam, utramque Pannoniam iuxta montes ſupra in ijs expoſitos: ad occaſum ForumIulium ſiue Carnorum terram: ad auroram Myſiam & montem Scardum: ad meridiem Macedoniæ partem propter eundem montem: ac dehinc latus maris Adriaci uſque ad Iſtriæ limitem, ipſiúsque Iſtriæ Iſthmum habent. Hanc modo iuniores in Sclauoniam. Dalmatiam & Albaniam diuidunt: nam quæ partem ad occaſum uergit Sclauoniam appellant: dein Dalmatiam: poſt ad orientem Albaniam, ut in earum diuiſione aperiemus. Quamuis priorib. ſeculis Illyriæ nomẽ quam diximus euagaretur: nam Græci Illyrios etiam, ut Appianus teſtatur Myſios uocabant qui ſupra Macedoniam, & Thraciam uſq;

ciam uſq; ad flumen Iſtrum ſedes habebant. Romani uerò non hos duntaxat ſed cum his unà Rhetios & Vindelitios, Noricos, Pānonios, & quoſcunq; alios his finitimos, qui Danubium ſecundo fluxu à dextra nauigantibus occurrunt, cōmuni uocabulo Illyrios omnes eſſe uoluerunt: hoc eſt, ab exortu fluuiȷ, quoad Ponticum in mare cadat, omnes ſub tributo Illyrico denominatos, quod Plinius tradit. Cui nomen ut antiquitas admonet ab Illyrio Polyphemi Cyclopi & Galatæ, F. inditum eſſe. Nos uerò Ptolemæi deſcriptionem tenentes, quam propriè Illyriam, & Liburniam: ac Dalmatiam nominauit: & quæ in his poſtea mutata atque aliter denominata ſint, inde annotabimus. Legimus apud Strabonem Illyriam regionem eſſe apricam, ſimiliter & frugiferam boniſq; fructibus feraciſsimis, oliuetis, uinetiſq; ſpetioſam, niſi ſicubi rara & aſpera omnino rupibus iacet: nam quę ad Pannonios ſpectat, uniuerſa frigida & niualis eſt, adeo ut raro ibi uitem ferat. Talis quum plaga eſſet Illyrica, maritima præſertim ſpræta tamen prius fuerat, nō id quidem uirtutis naturæ loci ignoratione ſed propter agreſtes hominum ritus gentiſq; piraticam, uiuere enim ex raptu Illyriȷ aſſueti erant: unde Liuius, dextra Illyrici Lyburniq; & Iſtri gentes feræ & magna ex parte latrociniȷs maritimis infames. Quod quū uniuerſus oræ huius regionis excurſus portus plurimos atq; optimos habet, quod ex perpetuo litore, & ex propinquis ac penè connexis inſulis euenit, ex quo nauigantes ilhinc ſæpius tempeſtate aſperi maris acti, crebras confugiunt ad petras, quū Italiæ litus importuoſum totum fermè ſit. Cæterum apud has gentes aurū in metallis pluribus locis eruitur: quod nonnulli ex antiquis comprobant, in quibus in Syluis Statius.

Quando te dulci Latio remittent
Dalmatæ montes, ubi Dite uiſo
Pallidus foſſor redit, erutoq;
Concolor auro. ſimiliter & Martialis,
Ibis littoreas Macer Solonas
Felix auriferæ colone terræ.

Sed neq; auro ſolum fœcunda eſt, uerum & pecoribus & animātibus pene cunctis, ut Ariſtoteles in admirandis tradit: in Illyria inquit pecora bis ſingulis annis párere & ut plurimum geminos, nonnunquam uerò ex eetuis tres, aut quatuor, eſſeq; pleraſque feras apud regionem hanc, quæ ſæpenumero quinq; ac plures etiam educunt: nec niſi raro euenire, quod unaquęque minus quam tres mulctras in die repleat lacte, gallinas quoque non ut alibi conſueuerunt ſemel interdiu ouum párere, ſed bina, aut terna ſimiliter & alia multa quæ ubertatis eximiæ inditia eſſe noſcuntur. Nunc prouinciæ partes explicemus: & primo Liburniam, quam gentem Aſiaticam fuiſſe ab Amazonibuſq; originem duxiſſe fertur, quomodo autem in hanc deſcendiſſent regionem, nobis adhuc inuenire haud contigit.

Liburnia,

Liburnia ſequitur quæ modo à iunioribus Sclauonia dicit̃: nam legimus Sclauos tempore quo Vandalos & Borgundiones inſtigante Stillicone ẽ domo profectos eſſe (habitabãt eñ circa Meotida paludẽ) in Pannoniam poſt ac deinde in hæc loca deſcendiſſe, intra Sontiũ amnẽ ad occaſum: Titiumq́ꝫ ad orientẽ, ad ſeptentrionẽ Pannoniã ſuperiorẽ continet̃: cui ad meridiẽ Iſtriæ Iſthmus, & Phlanonicus obiacet ſinus. Huius itaqꝫ terræ occidentalia lapides quondam modo Cranci à quibuſdam Carſi, id eſt montani tenẽt, petras quæ ad aquilonarẽ partem Iſtriæ iſthmum muniunt incolentes, quamq́ꝫ regionẽ Carniola quæ irrigua cognomẽto dicitur, ad differentiam alterius, quæ ſicca appellatur, illa occidentalior, hæc orientalior, ut in deſcriptione Italiæ oſtendemus, Sontio amne diſcretæ. Terram Iapidiã à quodã lapide genere ætolo dictã ferunt qui ad hanc partem Venetiꝗ ꝓficiſcẽs ſui nominis oppidũ ibi cõdidit, nomẽq́ꝫ loco dedit. unde poeta.

Caſtella in tumulis & lapidis arua Timaui.

Vbi Saus amnis clarus & nauigabilis ortũ in alpib. quæ Carnicæ dicunt̃ habet, ac in Danubiũ uſqꝫ placide fluit: alij́qꝫ quamplures etiã Albius mõs eſt in ꝗ ipſi domicilia habebãt, qui alpibus poſterior eſt, excelſus admodũ quare hinc ad Pãnonios Danubiumq́ꝫ hinc ad Adriaticũ mare deſcenderãt: quouſqꝫ nõnulli Venetiã regionẽ extenderunt. Præter aũt lapides fuere & alij populi. Igitur in litore Phlanonici ſinus habet Liburniã primo Aluonã oppidum: ſub quo Arſia flumen regionis initium in mare uadit, nomẽ priſcum retinens, nõ longe in mediterraneo ex petris effluens, poſt illud ad ſeptentrionẽ Phlanonẽ unde ſinus omnis hic Phlanonicus uocat̃ oppidũ aliud, ambo in extremis alpium petris, ꝗ iſthic Italicũ nomen terminantes procumbunt pelago, ædificata ſunt, quib. adhuc uocabula priſca extant. Hinc in intima pene ſinus Tarſatica urbs eſt, quã Fiume modo nũcupant, ab oriẽte amnẽ habens in mare penes muros cadentẽ Hineum quondam ex ſuperiori loco neqꝫ procul emanantẽ. Inde in interioris ſinus ripa in Volcera olim. Nunc Nouigradus, id eſt caſtellum nouũ in humili colle eſt. Poſt Senia urbs, quã hodie corrupto uocabulo Segna dicũt, in plano ſita ad mare ubi uallis terminat̃, quą ſꝑpius borea uentus in pelagus nõ ſine horrida tempeſtate profunditur. Inde Lopſici oppidi: & alterius Ortopulꝑ ueſtigia inter quæ Tedianus exiguus fluuius in mare uadit. ultraqꝫ oppidũ Vetiæ nomine fuit, interijt enim locus adhuc Veza dicitur à quo paulo Scriſia pagus: ubi quondã Argiruntum fuit. Hinc fretum terrã 20. mil. paſſ. orientem uerſus intrat, barbari Obroazum mare: ab oppido illi imminente nuncupant: mare arduis utrinqꝫ uallatum petris: quemadmodum omnis ora excelſis montib. ab Iſtris hucuſqꝫ excurrit: quod quum in intima ſe recipit, coarctatur, & ad auſtrum declinans in ſpeciem lacus ſe aperit: ubi in orientali margine caſtellum eſt Nouigradum ad ſeptentrionem fluuium Odriam nomine, ſub oppido Obroazo ſuſcipit, quem Plinius

nius Teaulum uocat, quo Iapidiam finiri dicit. Relicto igitur freto, flectit ſe ripa meridiem uerſus occaſum ſpectans, Phlanatici ſinus terminus amplius 100. mill. paſſ. complectentis: in qua primo Corinium oppidum nunc Gliuba dirutum, mox in reducto ſinu Ænonum urbs quam incolæ modo Nonam dicunt, ipſa mari cingitur, auguſto ore admiſſo. In hoc uerò mari ſiue ſinu (quem ut ſupra Phlanonicum priſci, ut ait Plinius, quia Phlanates ibi gentes habitant denominatum, noſtrates Quarnari dicũt) nonnullæ iacent inſulæ ſeptentrionali uento obnoxiæ: infamis nanq; admodum ſinus obortis tempeſtatibus quibus naufragia ibi crebra fiunt. Quæ inſulæ & Abſyrtides, & Electridæ à maiorib. dicuntur Circa quas Medeam fratrem Abſyrtum dum eam perſequeretur necaſſe tradunt. Ouidius non hic, ſed apud inferiorem Myſiam penes eiuſdem nominis amnem factum fuiſſe, in quibus inſulis prouenire ſuccinum, quod Græci electrum appellant unde Electridæ dictæ ſunt. Quas Dionyſius Alexandrinus meminit, dicens:

Ionium pergens Abſyrtidas æquor ad ortus
Circuit: has enim Colchi tenuere feroces
Laſſi dum fruſtra Medeæ furta ſequuntur.

In quib. ſtatuas geminas repertas fuiſſe tradit antiquitas, unam quidem ſtanneã, alteram uerò æneã, quas Dędali olim opera fuiſſe fama diuulgabatur, ibi reliquiſſe illas in monimentum ſui atq; cariſ filiſ, quum Minoen ex Creta ac Sicilia perſequentem effugeret, atq; in eis conſediſſet locis. Sed ante quam inſulas aperiemus, ponendum eſt primo mare uniuerſum in quo & ipſæ iacent, poſtea de ijs dicemus. Eſt enim mare inter Illyriam & Italiam, 600. mil. paſs. in longitudine & latitudine, ubi amplius ducencenta, ubi minus 150. in oſtio uerò 60. duntaxat: quod ſcriptores reſpectu maris Tuſci quod Inferum appellatur, ſuperum uocant, unde poëta.

An mare quod ſupra memorem, quodq; abluit infra?

Nec Superum ſolum ei nomen fuit, uerũ Atriaticũ & ab Aria ciuitate & ab amne quę deinde Arabia dicta fuit, ex quo Adriaticum poſtmodũ, q̃d ſcribit Plinius. Theopompus à uiro Andre, qui eorum locorum imperium tenuit, unde & nationem deſcendere inquit, nec defuere qui dicerent ab Adra Græce, quod petra ſignificat quia petroſum ſit. Cuius pars ad auroram iſthuc Gargano monte, illic Dyrrhachio urbe uſque ad os Ionium dicitur: rurſus ad dextram Magnæ Græciæ, & ad ſiniſtram Epiri uſque Cretam inſulam Adriaticum, quemadmodũ & intima eius uocitari Ptolemæo placet, quod aliorum nemini, ſed unà cum iam dicto Ionium appellari, ex quo Lucanus.

Qui ſecat & geminum gracilis mare ſeperat iſthmos
Nec patitur conferre fretum, ſi terra recedat
Ionium Ægeo franget mare.

Quare

Quare autem Ionium uocetur Solinus narrat, ait enim fuiſſe in extremis Italiæ partibus regionẽ quæ ab Ione Naulochi filia, Ionia dicebatur, quã procaciter inſidentẽ uijs Hercules interemit, à qua quidẽ regiuncula Ionicum mare eſſe dictum. Appianus uerò aliter: ea dicit in pugna quam Hercules apud Epidamnum habuit ex Erythria rediens, Ionium Dyrrhachij F. per errorem occidiſſe, corpusq́ tumulantem in mare proieciſſe, ut cognomen illi imponeret, in aliquibus aũt fabulis Ionẽ Inachi filiam quam in bouem conuerſam reperitur à Iunone exagitatam œſtro, illa ſe in mare præcipitauit, quo Ionium uocauerunt. Suntq́ qui duplicem Ionium eſſe dicant, alterum magnum, alterum paruum: magnum ab Ionia regiuncula minoris Aſiæ, cui adiacet denominari: paruũ uerò quod Adriatico iungi diximus: ſed poëta omne illud Ionium eſſe uult quod ab Ionia uſque ad Italiæ frontem pertinet, quum Cretam ac Strophades inſulas Ionio in magno ſitas eſſe dicat, Strabo Auſonium mare ait quod nunc Siculum uocitatũ eſt, à Pachyno ad locros, inde ad orientẽ uſq́ ad Cretæ promontoriũ & plurimum Peloponneſi partem alluit, & ſinum quem Corinthiacum uocãt, implet. Nunc autem ad inſulas redeundum eſt quas in Phlanatico reliquimus ſinu: ac deinceps ſuis quibus adiacent locis dicemus: neque tamen omnes, quum ut refert Plinius Illyrici ora mille amplius inſulis frequentatur. Eſt igitur inſularum Abſyrtidarum haud à continenti longe Vetia ſiue Curicta, fuit enim colonia Vetię oppidi ex aduerſo in continenti litore ſiti, à quo nomen deduxit. Curricta ab oppido in ea quondam cui adhuc coloniæ nomen remãſit 80. mil. paſſ. ferè in circuitu: fertilis admodum, ac portuoſa: alterum & oppidum habuit, Phulphinon uocabant. Huic ad meridiem inſula eſt Abſorus ſiue Abſortium, quę nunc Oſſeros corrupto uocabulo appellatur & eiuſdẽ nominis oppidum alterum quoque Chrepſatum, Cherſo modo dicitur eodem quo prędicta fermè circuitu anguſtior tamen. Iuxtaq́ eam meridiem uerſus inſula altera iacet dimidio penè minor, ponte iunctæ, erant ſuperiori tempore una, ut atteſtatur Ptolemæus, Veneti immiſſo mari duas fecerũt, modico inciſo nexu, quo iunctæ erant. Hinc Liburnicæ dicuntur inſulæ, in quib. Arba eſt, quæ priſco nunc uocabulo licet Scardonam tum quoq́ uocitatam fuiſſe legimus: ad orientem Vetiæ pari penè magnitudine: oppida duo quondam habẽs Collentum, & Arbam à quo inſulæ nomen eſt, habitaturq́ adhuc: Collentum uero interijt. Eſt & Portunata, q̃ & Chiſſa dicebãt ex uocabulo oppidi q̃d in meridionali ripa ſitum fuit ubi eius ueſtigia cernuntur, & adhuc locus Chiſſa dicitur, quibuſdam paſtorum caſis inhabitatus: quæ inſula hodie Pagus dicitur duabus prędictis orientalior, anguſto ad aquilonem orientemq́ freto à continenti diſcreta, illiq́ obiecta ſinui qua mare terram prorumpere paulo ante diximus: oppidum habens præſentis appellationis ad ſeptentrionẽ in ſinu, ubi mare litus excauat, in occaſum auroramq́

diffuſum

diffuſum, in quo oppidum ſitum eſt, aëris inſalubritate his tempori-
bus derelictum, reædificatumq́ in parte altera: inſula antedictis ambi-
tu haud minor, quæ & inter ſe omnes, & à continenti æqua dimenſio-
ne feré diſtant. Sunt & aliæ per multæ paruæ omnes, quas uero diximus
eo in ſinu clariores habentur: Poſt itaque Aenonum ad mare: Iader ſiue Ia
dra colonia Liburnorum metropolis eſt, zara à iunioribus appellata, in
humili cherſoneſo exiſtens, ſinum habens ad dextram, cuius urbis pars
maior, ampla enim tum fuit, Attilæ Hunorum regis bello exciſa iacet,
quam ad Italiam colonias quinque miſiſſe conſtat, cuius à tergo iugū ex
Italicis alpibus elapſum in orientem procurrit. In hoc mari è conſpectu
Iadræ nonnullæ ſunt inſulæ, ab ortu in occaſum anguſtis diductæ lateri-
bus quas Plinius Liſsiceas appellare uidetur, quarum unam quæ conti-
nenti propior eſt, fretum modicum à duabus alijs ad auſtrum iacētibus
pariq́ tractu excurrentibus diuidit, quibus innumerabiles pené tum ma
gnæ tum paruæ circumſtant petræ, quibus retro alia eſt, dictas iam ma-
gnitudine ſuperans, Magna à nautis dicta: omnes ad paſcua derelictæ.
Præterea inſulæ aliæ, & quę harum ad occaſum uergunt, Trucones Li-
burnicæ cognominabantur, ſimiliter ad auroram Cregræ aliter nūc bar
bari. Hic relicta Iadra, & locis quibuſdā præteritis, terra paulo in altum
euehitur, ubi fragmenta cuiuſdam uici apparent, quem locum nautæ Za
ræ falſo appellant, priori enim ætate Iadram ibi ſitam putātes. Mox ma-
re litus aperit, ſurſumq́ mille paſs. infertur, inde in occaſum ſolisq́ or-
tum 14. mil. paſs. gracili freto diffunditur uocitat̄q́ apud maiores Scar-
donius ſinus in quem ab occaſu lacus exonerat̄, qui lacus Titiū flumen
in ſe anteq́ mare ingrediat̄ recipit, quem Titium Variecham nunc acco-
læ uocant à ſeptētrionali plaga effuſum, quo Ptolemæus ac Plinius Dal-
matiam Liburniæ occurrere uolunt: ab Iadra 50. mil. paſs. illa ab Iſtris
120. diſtans, hactenus quæ ad mare Liburniæ ſunt. Interius uero ad ſe-
ptentrionem, terra ſatis ferax, tritici maxime, ubi multæ ualles: multi col
les, multiq́ lacus atq́ amnes ſunt, pręcipuus tamē Drauus qui ex Noricis
haud procul à fontib. Iſaræ, iuxta oppidū Toblach nūc appellatū, exor-
tus, uiolentior per Carinthiam, Styriamq́ regiunculas ac Pannoniam in
Danubium fertur haud inferior Sao: in quem Mora & ijſdem montibus
quibus ipſe exoritur cadere ſupra diximus. Hæc eſt illa regio cuius gen-
tis naues plurimum inſignes fuiſſe memorantur, quia citis uſi nauigijs le
uitateq́ præcipuis Ionium inſulasq́ late diſcurrentes deprædabantur, à
quibus Romani, naues quæ celeritate alijs præſtarent, Liburnicas appel
lare conſueuerant: nam & ab ijs captum exemplum ipſi quoq́ ad eūdem
modum claſſem fabricauerunt. In his populi nonnulli erant, quorum là
pides tantum ſuperius meminimus, ſed pręter eos, Autarios quoq́ fuiſ-
ſe gens ampla quam in Pānonia ſuperiori aperuimus (nam reliquos tan-

quã minoris famæ omiſimus) ſed Iapidũ natio ſyluestris admodum nu-mero ac feritate nota, Gallis cõmixta, à quib. Romani bis per annos ferè 20. expulſi ſunt: Aquileiãq; excurrere, & Opitergiũ Ro. colonias, ac de-prædari ſolitos, qui ab Aug. magna difficultate debellati ſunt, loca enim altiſs. montib ac nemorib. aſpera incolebãt, in quib. erant oppida, Arup pinum: Monetium, & ciuitas Metulium, quæ primaria apud eos habeba tur, ea ſita erat in mõte nemoroſo, duos complectens tumulos, quos ual-lis modica interſecabat à Romanis incendio conſumpta, ita ut nullũ in-gentis urbis ueſtigium remaneret. Terponum etiã oppidũ, & Vẽdonem priſcum adhuc nomen ſeruans, pontẽ ſupra Leuonem amnẽ habens, lo-co infœcũdo ſita, in quorũ montib. & in ijs maxime quib. Los noui no-minis caſtellum eſt longe in ortũ occaſumq;, amplius 100. mil. paſs. ex-currẽtibus latitudine 14. qui omnes ſyluestres ſunt, Aggreſtes equos bo-ues'q; eſſe plurimos, & alia quædam loci illius peculiaria. Ex ſuperioribus montibus complures labuntur amnes, per quos ex Italia in Pannonias in Noricum, in Retiam Vindeliciamq; ac in Germaniã nauigari poteſt, ex Aquileia conſcendentibus ad Nauportum 50. mil. paſs. iter eſt Ocra monte humillima prorſus Alpiũ parte intercedente, qui nunc ab ijs Car-ſi uocitant. Nauportus uero urbs Tauriſcorũ colonia erat, fluuio adia-cet quem Pamportum, Strabo uocat Nauportum Plinius, quia ex Iſtro ait fluuio in hunc Argonauis traiecta eſt, qui in Sabum fertur. Naupor-to proximus eſt fluuius Corcoras qui onera excipit, hic Saum intrat, hic ſtatim nauigabilis defertur, qui Labacus Sur Lubiana hodie una cũ op-pido nominatur: item circa Iſtriam quædam alia oppida ſunt. Vipaus, iu xta quod amnis ſui nominis exortus, per planitiem in Sontium uadit. Ca ſtelium Nouum, & reliqua in collibus omnia ſita. Hinc autem ad orien-tem magis Calapis amnis memorandus, à Calapiana gente quàm irrigat denominatus Noarus quondam fluuius, Coupa nunc nauigabilis ex Al bio Strabo inquit monte, hoc eſt, ex quodam Albij promontorio qui mo domons maior dicitur, Phlanatici ſinus intime erectus in Sabũ fluit qui-bus & ad orientem alius naſcitur quem Breſnizã barbari uocant, in Cou pam ſub Sloino caſtello intrat, item in eundẽ ab occaſu Lipa huius tem poris appellationis ex rupe cadens per uallem nemoroſam prius dein-de immiſſus per campos rigat. Titius uero fluuius ab aquilone ueniens in nemoroſis montibus natus, radices prius ingentis petræ in qua oppi-dum natura munitiſs. eſt Tariona quondam nunc Tnina lingua indige na dictum, ab oriente uadit, in modum laci expanſus, petræ maiorẽ par tem complectitur, inde ab occaſu amnem haud magnum ex paruo excur tem lacu in ſe recipit: poſtea Scardonium lacum, nunc Procliam à bar-baris appellatum (quem paulo ante meminimus) intrat. Cæterum poſt Calapim tellus hac tẽpeſtate in regiunculas duas diuiditur, in Titio flu-

uio ab

uio ab ea parte terminātes: quarū una quę ad arctū uergit ad Saū uſq; Pannoniorū quondam Calapiaq; uocitata, Carbauia nūc, & ſub ea, altera quę Lica modo ad meridiē magis, ſolo pene plano omnis intercurrētib. montibus diſcretæ, erat priſca Mæzæi Derriopes, & Derei populi inhabitabant, in quibus caſtella nonnulla ſunt, inter quæ ad occaſum Modruſſa primariū regionis Fregepanorū oppidum in ſitu ubi olim Siſcia colonia fuit, arcē in ſaxo habens, reliquum ad radicem in ſolo plano ſedet, pręter quod aliud eſt Chreglia nomine, circa quē locum Stluſpis oppidum interijt, mox Bregnà ubi Aruccia olim in colle, magna planitie cincto exiſtēs, item Belai, tunc Sidrona item Poziteglium iuxta quod Curcum fuit, & Rhadinum omnia in montib. poſita. Rurſum ad orientem dictorū populorum uſq; ad amnem Titium Ceraunij ad ſeptentrionē erant, ſub quib. Detiones, & ad meridiem uſq; ad montem Adrium Dindarij, in quib. caſtella Gradanum Mogonicha ubi Ardotium quondā. Stramitiū. Blanona apud antiquos, cui ad ſeptentrionem Adra oppidum fuit, in quo nūc lōco caſtellum Zerunaz, & ad orientem Burnum illi modo Grachouam dicunt, ſub quibus ad amnis ſiniſtram in Titiū cadentis caſtella in montib. ſunt Prozor, & Ceglienizagrad, ſupra quæ Suonigrad barbarorum lingua eſt Suonigrad in rupe ad radices altiſs. montiū, ualli imminens per quam Odria eorum lingua amnis labitur petramq; in qua caſtellum eſt lambens, unde Paulo Litta liſtizaq; fluuij ſimul in ualle iuncti uno excurſu in Odriam influit, ipſe in Obuazū mare, ut diximus cadit, item ad meridiem Nadin oppidum altiſsimū ut ſtructura indicat, nunc deſertum uicū ſui nominis iuxta ſe habet, ſub quo lacus haud magnus & qui in æſtate arefcit, & Cliccuaz, poſtea Oſtrouiza ubi Arauzonatū. ſupra quod in cāpis Eſſeſia ciuitas quondam, nunc locus (ęquata ſolo iacet) Beribir dicitur, ubi epigrāmata Gręca Latinaq; & alia antiquitatis monimenta uiſunt, & Cuporū exciſum, ſub quib. neq; à mari procul Aurana oppidū eſt haud uetuſtū in aperto campo ſitū, inter quod atq; litus ad eurum uentum lacus eſt 20. mil. paſs. circuitu oblongus in ortum occaſumq; qui & Aurana appellat. in quem fluuioli duo ex propinquis montib. alter ab occaſu, alter à ſeptentrione penes Auranā oppidum tranſiens uicinis oſtijs influūt, auctus prius ex alterius laci aqua in quo Aurana oppidum ſedet. Verū ſub Tariona in ripa Titij amnis Cruſcuaz caſtellū in arduo ſaxo: ſub quo flumen ad aurorā conuertit, ubi Cherchā barbare appellationis amnē haud magnum ab origine, minimeq; flexuoſum in ſeex altiſs. petra ingenti aquarū ui ac ſonitu cadentē ſuſcipit, unde occaſum repetēs à mari circiter 10. mil. paſs. Scardonę ciuitatis liburnicæ tū nobiliſs. nūc dirutæ idem retinentis nomē in uici formā iacentis litora abluit, eſt eñ in cherroneſo ſita, ex quo Plin. in amne eā eſſe dixit, unde modico excurſu amnis in lacū uadit quē Scardoniū ab urbe ipſa uocitari diximus, quouſq; mare

in fluminis modū penetrat, quare Ptol. inter maritimas urbes poſuit. Hactenus Liburnia, hinc Dalmatia, q̄ & Illyria dicebatᷣ, quod probat Maro.

Antenor potuit medijs elapſus Achiuis
Illyricos penetrare ſinus, atq; intima tutus
Regna Liburnorum & fontem ſuperare Timaui.

Et itē Liuius ſupra notauimus, nā primo quādo ſuperum ingrediť mare, Illyrios ubi Dalmatia eſt, dein Liburnos, poſtea Iſtros poſuit. & Plinius de Liburnia ac Dalmatia, & in hac de oppidis quibuſdā ac populis quū loqueretᷣ, eo nāq; tractu fuere, ait qui proprie dicti Illyrij, & ſi totum uno nomine dicatᷣ Illyriū, eodem authore teſte. Nūc Dalmatiæ litus, quod ad hunc modum deſcribiť. Poſt Titij amnis oſtiū ſtatim Sicum oppidū eſt, in quem locum Diuū Claudiū ueteranos miſiſſe legimus, unde quōdam coloniæ quemadmodum Liburnicæ in Italiā deductæ ſunt, quæ ciuitas nūc Sibenicus diciť eā Veneti olim captā diripuerūt, incenderūtq;, in Scardonico ſinu in cōſpectu irrūpentis freti, in radice montis abſoluti cōdita, quo arx inſidet, fertili campo reliquis partibus cuncta, cui retro ad ſeptentrionem mons continuatᷣ qui à tergo ſimiliter Iadræ (licet procul) imminet, Adrius nomine, is Dalmatiā in duas diuidit partes, alteram ad mare, alterā ſurſum relinquens. poſt dictū promontorium peninſula eſt, Diomedis à quibuſdam, & à quibuſdā Hillis uocitata, quę Turcorum terrore clauſo iſthmo incoliť, nautæ modo caput Ciſtæ dicunt. poſtea Tragurium oppidū ciuium Rom. ab Iſſeis in humili petra conditū, ad aquæ uerticem denudata mari circūflua quod ideo marmore notum legimus, quoniam exciſum inde marmor in ædificijs Romæ tranſportabatur. eſt enim mōs oppido proximus, multis in partibus ad hoc excauatus: eſt huic inſula ad auſtrū Buba olim à paſcendis bobus dicta, nūc Cicouum, cui oppidū ponte iungiť, alteroq; continenti. Sunt ante hoc litus in mari inſulæ duæ in dextra leuaq; freti, Sicū adnauigātibus & quędā aliæ circum illas exiguæ, præter quas ad aurorā, nec ab ijs diſgregatæ Laduſæ prius, nunc Azuri, & ſi earū una potiſsime, ſcopuli quippe frequētes uno in loco ſunt. Item poſt Tragurīū fluuius ex propinquis montibus per profundā uallem breui curſu in mare cadit, quem barbari nunc Solinſchiza uocant, ad quem Solonæ colonia Dalmatarū quondam emporiū nobiliſs. ſita erat, cuius fragmenta quibuſdam locis adhuc in occidentali ripa extant, Solonaſq; illi appellant; iungit amnem pons marmoreus antiqui operis admirandus à mari procul, arx uero urbis & loci natura, & colle munita reſtat, incolæ modo eam Cliſſam uocant, cui arci ad ſeptentrionem orientemq; ſubeſt uallis iam dicta, Mox Palatiū oppidulum, Euſebius haud procul Solonis in uillæ ſuæ palatio moritur, quod hæc noſtra ætas Spalatum appellat in margine curuati litoris ſitū, cui ad dextrā campus arborib. conſitus eſt, deinde Xernoniza exiguus amnis. Poſtea Zetina fluuius (ut acco

læ uo-

læ uocāt)in mare lato oſtio irrūpit, ubi in ſiniſtra oppidum Almiſſa nūc, Piguntium quondā, arcē munitiſs. in ſaxo habēs, is longe ex ſuperiorib. locis per planitiē hinc inde conſidentib. montib. effuſus, qui quū ab occaſu in orientē fluat, in hoc quē diximus loco deflexus in mare editur: circiter 50. mil. paſs. à Tragurio. Poſtea peninſula Macarica modo, ubi Rhatonæum oppidū putaī, quod loci facies indicat. Hinc Naron fluuius. Narenta modo dictus, ab oriente occaſum uerſus excurrēs in auſtrū uerſus in mare aliquot fluminib exit, quem in originib. Cato pulchrū piſculentūq; eſſe dicit, cuius ad oſtia inſulæ obiacent, ſaxis aſpere. Cæterum ab Almiſſa uſq; huc ora iſta cui montiū iugū à tergo imminet Craina Dalmatæ appellāt, tractus omnis in radicibus præcipuę montis pagis refertus eſt mox cherſoneſus eſt magna ſanè lōga ceruice in occaſum tendēs anguſto collo continēti annexa humili adeo, ut nauiculæ trāſuehunī, ac ſtatim in ſaxo erigiī in quo Stagnum oppidū haud uetuſtum ſedet, totāq; occupās illud, idemq; in dorſum erectū hinc atq; hinc planitie relicta mediam cherſoneſum diſcernit, cui Corcyra olim ſiue Corcura cognomēto Melęna, id eſt nigra opponiī mil. paſs. freto, uulgo Curzola oppidum habens quod Gnidij cōdidere: q à Cęſ. deficiētes eodē ſupplicio quo & Meliteos affecit: In hac Antenor à Troia nauigans, poſt aliquas barbaras deuictas gētes, Ditis Cretēſis author eſt, regnum primum obtinuit. Itē litori inter Epetium, Piguntiūq; Bratiaſſa modico interuallo trib. enim mil. paſs. ubi propius à cōtinenti, quæ nūc uulgo Braza diciī in qua oppidū erat ciuiū Ro. in uicū modo Nereſi ut illi uocāt redactum, capris laudata tota ſe in monte attollit lōga paſs. 32. mil. Altera eſt, nec ab ea longe trib. duobusúe mil. paſs. quibuſdā locis diſtat Paros antea à Parijs ædificata, poſtmodū aſpiratione interiecta, Pharia dicta eſt, nūc uero Lexina, Bratiaſſa maior 70. mil. paſs. in orientē occidentēq; diducta cuius latus quod ſeptentrionem reſpicit, mare uadis repertis plurib. locis inferī: oppidum ſui nominis ad occaſum in parte meridionali cum portu habens, cui à tergo ſinus iſthmū facit, peninſulā ad occaſum relinquens. Priſcis uerò tēporib. ciuitas in ſeptentrionali inſulæ parte, haud procul ab iſta, ad quā per anguſtum maxime fretū penetrabatur, eam Aemilius cos. funditus euertit, deſerta adhuc, ad cuius meridionale latus, ubi exciſe attollunī rupes, inſula Torchola in mari, neq; ab ea longe eſt tertia, q̃ & auſtralior eſt Iſſa prius, id eſt, Liſſa, à quib. Tragurium oppidū conditum fuiſſe diximus, in qua erat nobiliſs. totius regionis oppidum. Quinta ad meridiē quę Auguſta nominaī, nihil mentione dignum in ſe habēs. Circa quas nōnullę alię minores, atq; ſcopuli multi ſunt, ac in medio mari quę uulgo Pelegoſa diciī, inuiſa nautis inter Diomedeas Auguſtāq; pari penè ſpacio iacens. Cæterum ad orientē Corcyre eodem tractu neq; ab ea longe, ex aduerſo dictæ cherſoneſi, Melita inſula eſt, nunc cōparato uocabulo Meleda, quæ cū in

Caeſ poteſtatẽ deueniſſet, quoniã mare claſſe prędabanĩ rebellaueran tq́ impuberes iuſsit interfici, reliquos preciũ uẽdidit. Poſt itaq́ Stagnũ oppidũ in cõtinenti longa excurſu ripa, circiter 40. mil. paſs. cõſtat, in cuius conſpectu aliæ quoq́ ſparſæ ſunt inſulæ, Rhaguſium eſt ciuitas poſterioris temporis ualidiſs. cincta muris, ciuibus ac diuitijs clara, quam ferunt ex cineribus Epidauri coloniæ tũ inſignis excitatã, traiecto enim modico ſinu, abſumptæ urbis reliquiæ cernunĩ, Gothi illam euertere, nautæ Rhaguſiũ uetus uocãt. Relicto Epidauro, iuxta orã petris aſperã, altero tanto ferme nauigatur, ſuperataq́ ſaxoſa peninſula Rhizeorũ magis ſinus & ex pluribus cõſtitutus receſsib. occurrit, qui Cathari hodie colpus appellaĩ, in quo primũ ingredientib. trib. mil. paſs. ad leuã oppidum ſe offert, incolæ Noui dicunt, id eſt ciuitas noua, loci natura munitũ duas arces in petris conditas habens, alterã ad aquilonẽ, alterã, ad meridiem. Inde 9. mil. paſs. in flexuoſum litus, uerſus occaſum diuertiĩ, qui ſinus proprie Rhizoniſcus ab incũbentib. populis denominabatur, cui eodẽ nomine oppidũ, hoc eſt Rhizoniũ quondã imminebat Rom. colonia, arcẽ gerẽs in monte ſitã, quæ adhuc reſtat, uocaĩq́ Riſanũ, reliquũ urbis ad mare diminutum eſt, cuius meridionale latus Rhizonius fluuius uerberat, unde ad orientẽ (ſinus enim aurorã uerſus ſe laxat) relicto à ſiniſtra ingenti pago quem Peraſtũ illi uocãt Aſcriuiũ oppidũ eſt ciuiũ Ro. quod Degurtũ apud Plinium legimus iuniores modo Catharũ appellãt, à quo uniuerſus denominatur colpus, occaſum ſpectãs, arcem in prærupto ſaxo ad orientẽ habẽs, cui altiſs. imminẽt montes, inter quos & arcẽ uallis profundiſs. ſubiacet, dextra leuaq́ exiguis amnib. abluunĩ, ac ſubinde modico interuallo alius in ſinũ influit quẽ barbari alij Drynum, alij Fliſiza nominãt, ex lacu quẽ Scutari nũc uocant prouenire fama eſt, quo affirmãt indigenæ ac demonſtrãt, qui tranſitum huc per anguſtiſs. ualles, & abrupta loca, atq́ quibuſdam locis ſubterranea facit: Inde terra longe in occaſum procurrente, fit trãſitus maris breuiſs. ex quo in amplum iterum ſinũ perfunditur, relicto ad ſiniſtrã receſſu quodam maris ubi Odolia Vziaq́ amnes ita à barbaris nominati non multo à litore coniuncti, uno in mare oſtio exeunt, & alius Coloſus nomine, barbaræ uidelicet appellationis, unde qua initio intrauimus, in apertũ denuo pelagus delapſi, reducto ſinu Bulua ſiue Butuanum oppidũ, Budua nunc in peninſula ſitũ eſt ciuium quondã Rom. habens fluuiolum ad dextrã, aliquanto tamen ſpatio à mœnib. amnẽ in mare occaſum uerſus delabentẽ, alterũq́ qui planitiem ſecat in mare uadit. Poſtea Rhata amnis, in quo Dalmatiæ orã terminare, & Albaniæ inchoare ætas noſtra cenſetur, antiquitas uero ad Macedonũ uſq́ Dalmatiã continuare uoluerũt, & à Dalminio ciuitate gentis metropoli nomẽ deducere, quam ſimul cum alijs gentis feritate, ac latrocinijs Aug. uaſtauit incendio, gentẽq́ ferro perdidit. Vnde pauci uero qui euaſerãt, interius atq́ à mari longius

gius quum latrocinijs cuncta turbarent, ut incolerent & ad culturã terrę, & ad extrahendũ ex uenis aurũ coacti ſunt, ager aſper ac ſterilis, & hominũ minime culturæ deditorũ. In Dalmatia gẽtes plures apud Ptolemæũ ſunt, uerum in primis Dalmatię limitibus iuxta Titium amnẽ ad partem ſeptentrionalem Adrij mõtis Comenij qui modo Coruati uocant̃ & terra quam inhabitãt Coruatia uſq ad Zetinã flumen protendens, homines proceri corporis, ac ualidi uenuſti facie & qui Latina (licet corrupte) interloquendum non pauca proferant uocabula, ſeq Romanos fuiſſe, ibiq prioribus temporibus in coloniam deductos pertinaciter aſſeuerant: iſti regionem montanã pene omnem tenebant, nã his Turcorũ crebris incurſionibus deſerta iacet, ſed neq hæc ſola, etiã quæ hactenus ac deinceps in prouincia ſcribemus, interius à mari, ab illis gentibus aut deleta aut diſſipata ſunt, præter quæ in montibus ſita, ea enim reſtant ac in eorum poteſtate, præter pauca quæ ad mare eſſe diximus, ea maiori ex parte Veneti obtinẽt. Poſt itaq Comenios ac ſub ipſis in altera Dalmatiæ parte quæ ad mare eſt (nam Comenij alteram ſuperius tenent) Siculi uel Siculotæ (in quibus Sicum metropolis) ſunt: quibus ad orientem Narenſij & Scodroatæ, ſupra quos ad aquilonem Docleatæ. Item ad Scodroatarũ orientem Piruſcæ, & Scirtones penes Macedones. In hac parte oppida ſunt. Aleta, quod incolæ modo Moſth dicunt in ſaxo Naroni fluuio appoſitam poſtea ad auſtrũ Narona colonia ſub lacu ſiue palude ſuperius memorata duobus mil. paſs. à mari fuit, cuius nullum reſtat ueſtigiũ: quod in media palude ubi aquis terra eminentior ſit, habitationes quædam ſunt, locus aëris inſalubritate notus magis quàm colonum frequentia, attolluntur ex aquis ſtagnantib. & circum pullulantibus ſyluis graues nebulæ, quibus continuo fermè, imminens cœlum obducitur. Poſtea à mari circiter 10. mil. paſs. è regione Solonæ urbis, atque ex eius interitu oppidum renatum eſt Cliſſa nomine in aſperrimo ſaxo poſitum. deinde Aquum colonia Saloniana. & Nedinum quod loci incolæ nunc Suſied uocant, præter quæ nonnulla alia etiam caſtella ſunt barbaræ appellationis: nã Titio amni ad orientem, Bogozin, ſub quo Cameniznich, & ſub eo Cliuz in petris ſita, Cliuz uero Charchæ amni imminet, deinde alia uſque ad Plicuam flumen: quæ ſunt Petrouaz, Gracchouan, Vipachi, & reliqua, quæ omnia montana ſunt. Poſt autem Titiũ amnem, & ea quæ in orientali eius ripa eſſe diximus, cachuina caſtellum Zetinæ amni proximum eſt, trans autem amnem ad orientem Imoſchium in monte ſitum ſub quo ad meridiem lacus eſt haud magnus, in quo quidem ſitu Dalminium ciuitas olim, ſanè ampla ac munita poni poteſt, ſi Ptolemęi numeris illam adaptemus quam Naxica exilem reddidit, agrum deſolatum pecori omiſit, cui ob altitudinem in prærupto enim colle quemadmodum & iſtud nũc eſt collocatur, machinæ bellicæ ullo modo adhi-

beri nõ poterãt, quod aũt ibi Dalminiũ extitiſſet uocabulũ, adhuc ſubiectæ ad ſeptentrionem planitiei montibus circumcinctæ reſtat, licet corruptę dictũ, nam incolę illam Dumnium dicunt, & inde Dalmatiã traxiſſe nomen omnis aſſeuerãt, & poſtea ſub eo Lubuſchi caſtellũ in colle: mox Pozitegla, & ultra Naronẽ amnem Blaglaium alterum in mõte, in cuius radice foramen eſt, ex quo flumen proſilit, ac in Naronem uadit. de cætero ad auſtrũ uerſus mare, aquę hyberno tẽpore in montiũ conualle ex torrente Tribiſtgmza gẽtis uocabulo nõ longe emanante ſtagnant, ingẽsq́ lacus per id tempus efficiũt, æſtate uero areſcit, ſeriturq́ ab circũſtantib. amplisſ. enim cãpus eſt. Poſt aũt uerſus Rhizeorum ſinum, quædam caſtella ſunt, ubi Tutieſca amnis (ita barbari nũcupant) intra montes exortus, quod quũ dici parte altera iter ad auſtrũ perfecerit, in magnorũ montium radicibus caput in terra condit, neq́ quo iterum renaſcatur comprehendi poteſt, à quo paulo ad orientem in planitie montib. ſepta tres lacus haud magni ad eorũ radices in trianguli formam iacent, quorum unus ad aquilonẽ reliqui duo ad meridiem uergunt. Hæc de Dalmatia noſtri temporis. Hinc ad eã peruenimus partem quã poſteri Albaniã uocauerunt, neq́ in Macedoniæ limite duntaxat, uerũ ad Ceraunios uſq́ montes, quæ Macedoniæ tũ pars fuerat ad Ioniũ mare expoſita terminauerunt, eo appellata uocabulo quia Albanos quondã huc à iugis Caucaſi montis deueniſſe fama fert, aut (quod propius uero eſt) ab Albanorũ gente Macedonica, huic regioni cõtermina, ut ſuo loco dicemus, homines efferatis moribus ac bellicoſi neq́ infidi minus, ac ſubdoli, quiq́ raptu uiuere aſſueti ſunt. Igitur poſt Rhatæ fluminis oſtiũ primũ Albanenſium oppidum ad mare Vlciniũ eſt ciuium quondam Ro. quod Colchiniũ prior appellauit ætas à Colchis conditũ, hodie uero corrupto uocabulo Dulcignũ diciť, à nõ longe fluuÿ oſtiũ pręalti eſt, uulgo Boiana nuncupať ex ingenti emiſſus lacu qui Scutari cognomento dicitur. mox cautes in mare prominẽt ubi Nympheus portus inſinuatur. inde oſtia Drylonis amnis in cuius orientali parte ubi ſcinditur, Liſſus oppidum eſt Ro. colonia, arcẽ in tumulo habẽs, quã Acroliſſos, id eſt, cacumẽ Lisſi ſcriptores uocãt, ea nũc reſtat, quæ Aleſſus à iuniorib. diciť, cætera quæ urbis erãt deleuit antiquitas, in quo oppido Ptolemæus, & Plinius Dalmatiæ pedẽ ponunt. Drylo prope Scardum montẽ quem Candauiæ Plinius uocat, 78. mil. paſs. à Dyrrhachio, nã ſubiacet monti regio Cãdauia nomine quã Ptolemęus Aeſtreros Iororesq́ populos inhabitare facit qui à ciuitatib. in ea denominãtur, ex magno lacu Cochreda, uulgato nomine profluit, occidentẽ primo per medium regionis quo excurſu quibuſdam aſſumptis amnib. in quib. Dryloalbus longo quidẽ tractu ab occaſu delabens, ille in auſtrum conuerſus Dagni oppidi occidentalem partem abluens ac inde Gladia à barbaris torrente abſorto, quo diximus loco in ingentem maris ſinum

uadit

uadit, quẽ Dryni colpũ nautæ modo uocant, apud hunc fluuium & alterũ Naronẽ Iris laudatiſs. naſcit̃, q̃ tãtum commẽdatur unguẽtis & medinis. Interius uerò à mari poſt Rhatã amnem ſtatim oppidum eſt Antibarrus prius, quod nomẽ adhuc retinet, nã Antiuarrus hæc ætas uocat, qa è regione Barij oppidi Italiæ ſitum eſt, ſupra petrã ſedens, quod montes à tergo ac laterib. cingunt, in quorũ radicib. ſcaturiẽtes aquę, dextra læuaq́ corriuatæ in flumina cãpos rigant, 5. enim mil. paſs. oppidum à mari diſtat. ſupra quod uſq; ad lacum Scrutari regio montana eſt, cui nomẽ Criana uernacula lingua eſt, ſonatq́ apud nos, loca ſaxis ac montib. impedita, ubi & Craina caſtellũ, magnus uero ille lacus, ut paulo ante diximus nomen à Scodra oppido traxit caput quondã gentis 10. & 8. mil. paſs. à mari abſens, quod nunc Scrutari dicitur, lacui ad orientem imminens, in arduo quippe ac præcipiti ſaxo ædificatum eſt ad emiſſorium Boianæ fluminis) quo munimine oppidani ſæpius per ſuperiora tempora ab oppugnationib. obſidentibusúe ſtrenue ſeſe liberarunt: Drylo. ſuperq; eum oppidum ciuium Rom. Scodra inquit, quod aliter nunc ſe habet, fluit enim Drylo ab oppido longe, priſtino mutato curſu, quod manifeſte apparet, ſub ipſo nanq; oppido ad montis radices alueus repletus cernitur, & magni pontis fundamenta, qui pons ripas iungebat, atq; quum ex imbribus modo reliqua flumina excreſcunt, alueus ille, qua cognoſcitur, inundat̃, & in Boianam paulo ſupra mare exit, quẽ barbari ad hanc diem Drynax corruptè appellant: De lacu uero nulla apud maiores mentio extat, quẽ nos (quum mentione digniſs. ſit) ponere hoc loco ſtatuimus: 100. quippe, & 30. mil. paſs. circulari penè ſpecie implens, montib. undiq; præterquã, quod ad ſeptentrionem ambitur, à qua parte duo amnes per ingentem planitiem excurrentes in ſe recipit, alter qui orientalior eſt ſaxũ præterit in quo Driueſtum oppidum eſt Enderum olim, quod eius ſitus docet, 9. mil. paſs. à Scodra, alter exiguus eſt. Moraza etiam, magna aqua ad ſeptentrionalem plagã latiſs. oſtio, tracto in ſe prius Seta fluuio ab occaſu, & altero ab ortu iuxta Bodonen oppidum exorto, ad occaſum quoq;. Viecha lingua indigena, in eundem lacũ cadit: In eo aliquot inſulæ emerguntur, inter quas peninſula connumeratur, ijs omnib. maior ad Morazæ oſtium ſita, Xabiacum caſtellum habens in aſpera petra poſitum. Reliqua aũt regionis oppida ad uſq; Drylonem amnẽ, in quo nos Dalmatiã ex antiqua deſcriptione terminauimus, hęc fere ſunt: Doclea ad amnem Morazã qui locus adhuc ſic uocat̃, quo & urbis ueſtigia uiſunt̃, cuius circũ adiacens regio Senta dicebatur nã & Seta nunc quoque dicitur: ſupra quod ad ſeptentrionem in monte Medon recens oppidum Docleæ extinctione exortum. Item Thermidana. Siparuntũ. Epicaria. & Eminatium fuerant, quorũ pars interijt, pars in uicos redijt. Reliqua uero quæ modo in Albania eſſe dicunt̃, quum in Macedoniã peruenerimus abſoluentur.

GEO.

GEOGRAPHIAE Commentarius VII. Europæ in quo Italia in tribus partibus diuiſa continetur.

ITalia terrarum omniũ clariſs. famoſiſsimaq́ dehinc nobis ſcribenda eſt, quam princeps gentiũ populus deuictis cæteris gentibus poſitis finib. longe lateq́ conſtituit (non enim quemadmodũ poſterius initio ita ſe habuit) à iugis alpiũ intra Varũ & Arſiam flumina cõſurgens, procero tractu, quouſq́ in cornua duo ſcindatur, alterũ Epirum, alterũ Siciliam ſpectãs, adlatrantibus æquoribus hinc infero, illinc ſupero Apœnini montis dorſuoſa excurrit. Non minus decies centenis mil. paſs. in lõgitudine ab alpibus recta in Iapygiũ promontoriũ. Vbi uerò latior 200. fermè, idq́ ab Ancone uſq́ Hoſtiam. Quam quidem alij alijs tum nominib. tũ formis præfigurarũt. Plinius demum querno aſsimilauit folio. Heſperiã à Græcis, à Latinis Saturniam uocitatã illi ab Heſpero ſtella quod ad occaſum uergat: ſiue ut Iginus ab Heſpero Atlantis fratre ab ea regione quæ nũc Hiſpania dicitur expulſo, qui ea loca ubi nũc Italia eſt occupãs Heſperiã à ſe ut priſtinam alterã prouinciam nominauit, Latini Saturniã, quoniã Ianus & Saturnus una regionem partiti (ille enim à Saturno terrã colere, & uites putare edoctus) ubi aũt Saturnus nõ cõparuiſſet, in eius honore omnem Italiã Saturniã appellauit, hoc eſt ad extremum uſq́ orientale eius litus. terra enim dũtaxat, Iſthmo inter Laum fl. quod in Pęſtano ſinus eſt uſq́ ad Metapontũ Leucopetrãq́ proiecta, Italico tũ nomine contenta fuit 500. & 50. mil paſs. nauigatione, quæ Oenotria prius eſt dicta ab Oenotro Sabinorum rege ut Varo ait, at Dionyſius Halicarnaſſeus, Pelaſgi qui è Græcia in Pelopõneſum ſedes quærẽtes traiecerant, parentes oraculo iubenti ſe in Italiam nauigare quæ tunc Saturnia uocabatur, præparatis nauibus duobus fratribus Oenotro & Peucetio ducibus tranſmittũt Ionium, Peucetius in quam partem Italiæ curſus tenuit, ſupra uerticem Iapygem ſuos collocat, ex quo qui circum ea loca habitant Peucetij dicti ſunt. Oenotrus aũt maiorem exercitus partem ducens, Auſonũ orã appulit ab Auſonio Vlyzis ſocio Calypſi. F. denominati, quæ dein ab eodẽ Oenotria appellata eſt. Italia poſtea ab Italo quondam Oenotriæ terræ rege: quidã ab Italo Siculorum rege, à quo mutato nomine, pro Oenotrijs Itali uocitati ſunt ex eo quod agriculturã Oenotrios edocuiſſet, legesq́ quãdo prius paſtores eſſent uagi palantesq́ tradiſſet. Ellanicus uero Lesbius de Italiæ uocabulo aliter ſentit, quũ dicat, Herculem boues Geryonis agentem in Argos, poſtquam ſibi dum eſſet

in Italia

in Italia iuuencus quidam exiliens è grege, fugiensq́ oram omnem peragraſſe, tranſnatoq́ freto intermedio in Siciliam adueniſſe, quum obuios incolas aſsidue percũctaretur, num aliquis iuuencum alicubi uidiſſet? hominibus illis Græcæ linguæ pauca intelligentibus patrio ſermone indicationes de eo animali oram omnem quantam uitulus permeauit dictam eſſe Italiam. Nam & Timeus Græcia antiqua tauros uocabat Italos ait: non ea tamen ratione qua Ellanicus, ſed à multitudine & pulchritudine, & fœtu uitulorum in ea naſcentium. Quod Varo in re ruſtica probat, ubi ait bos in pecuaria maxima debet eſſe authoritate, præſertim in Italia quæ à bobus nomen habere ſit exiſtimata. Cæterum poſt Italum, ut Antiochus teſtis eſt, Morges ſucceſsit in regno à quo Morgetæ item nominati ſunt, quod quum regnum non eſſet duorum capax, Siculus qui tum hoſpes Morgeti erat, diſtincta gente, proprium ſibi ad occaſum imperium conſtituit. Poſt hos habitabant Auſones auitis iam expulſi ſedibus. Inter quos & Latinos, regionem Opici & Oſci qui quandoq́ Spici dicti ſunt, incolebant, quidam Auſones ſupra in montanis locis, alij inter hos & Latinos degere, idq́ nimia gentium uetuſtate apud maiores in obſcuro eſt. Verum enim Aborigines antiqui Latij incolæ pulſis umbris in finitimos Siculos irruunt, quibus fugatis regionem eorum occupauerunt (fuiſſe Aborigines Oenotriorum progeniem Cato author eſt, uocari autem Aborigines ex habitatione ipſa montium: Feſtus eos multo errore nominatos Aborigines) cum quibus communem habuiſſe habitationem Euandrum Dionyſius ſcribit, qui ex Palanteo urbe Arcadica ſecundam gentem poſt Pelaſgos in Italiam regnante Pico Patini patre duxit: Trogus regnaſſe tum Faunum, quod Euſebius ſenſiſſe uidet. Eſſeq́ Aborigines Tyrrhenos qui nomen traxiſſe à locis munitis dicũtur, quæ illi extruxerunt, Tyrſes enim à Tyrrhenis appellantur, muro in altitudine circumſepta, ab eo igitur accidẽte nomen datum uolunt: alij ſunt qui à duce Tyrrheno gentem denominatam fuiſſe aſſerant, ipſum Lydum genere, profectumq́ in Italiam eſſe poſt Troiam captam, populi egregij fortitudine, & qui magno potiti imperio ſint, ciuitates condentes plures atque opulentas: claſſe quoque potentes, qui quum diutius mari imperitaſſent Italum pelagus, Tyrrhenum ab ſe denominarunt: pedeſtri ſimiliter exercitu prævalidi, tubam primi adinuenerunt bello admodum utilem, & ab illis Tyrrhenam appellatam. Vnde Silius loquens de Tyrrheno gentis duce ait.

Is'q́ inſueta tuba monſtrauit murmura primus
Gentibus, & belli ignaua ſilentia rupit.

Veniſſe quoq́ in Italiam eodem tempore Troianos Aenea duce, à quib. Romanus populus quãdo ederet' isq́ uniuerſam Italiam armis uinceret, eamq́ terminare tanquam ſuam factam uolens, dictis finibus quaque na

ra ipſa

tura ipſa præſcripſit ſtatuit, qui ad hanc uſq; noſtram ætatem, ſuis locis infracti perſtiterunt. Cæterum terra Italia quemadmodum apud ueteres ſcriptores legimus, quum optima, beatiſs. bonorumq́; omniũ affluentiſs. ſemper fuerit, ita nunc quoq; ſeſe habere, experientia rebus omnibus comprobatur, adeo quòd nulla in toto orbe terrarum prouincia reperiri hac ipſa copioſior, utilior, commodiorúe poſsit. Quippe aquilonares & auſtrini uenti longe contra ſe flantes media fermè occurrit, quo quidẽ cādẽtes, aër inter frigus æſtumq́; tẽperatus, ac per hoc ſaluberrimus efficit, ſolum ipſum frumento, uino, oleo, pomisq́; omnis generis abundat, ex animantibus quadrupedibus feris cicuribus, uolucribus ac piſcibus copioſiſs. eſt, quod ſi ad animi leuandi gratiam uoluptatemq́; attẽdere uolumus, quæ illa pulchrior, ſpectabiliorúe eſt? in ea uirent, ubique colles, apricant ualles, campi ubertate lætantur, ſtrepunt frequẽtes amnes, aperiunt ſe paſsim magni ac nobiliſs. lacus, ſcaturiunt ſalubritatis uariæ latices, quæ opportunis ac locis pluribus uolentibus præſto ſunt, ſcilicet quæ optabilius dulciusúe, quàm mare currentibus portubus ſalutaribus recipi poſſent, quibus ipſa magna ex parte aut litorum receſſu, aut ingentium fluuiorum oſtijs cingitur, taceo metallorum omnis generis effoſſiones, quę ex terris nullis cedãt, q̃d notauit Maro ubi de Italiæ laudibus.

Hęc eadem argenti riuos ærisq́; metalla
Oſtendit uenis atque auro plurima fluxit:

Quod interdictum uetere conſulto patrum (inquit Plinius) Italiæ parci iubentium. Præterea uirorum in ea probitas quanta ſit, quantaq́; ſuperioribus ętatibus fuerit non minus ſæpe experientia quam frequentibus hiſtorijs edocemur, qui tanto cæteris nationibus bonarum artium diſciplina, reiq́; militaris peritia præſtitere, quanto profligatæ illę atque deuictę, Italicis ipſis per omnes mundi partes conceſſere, ex quo (nec immerito quidem) terra omnium terrarũ alumna, eadem & parens, numine Deum electa ab antiquis cõclamata eſt: hactenus quæ de Italia in ſumma dictum uolui. Nunc ad eius partes, & quoniam Alpium mentionẽ fecimus quibus Italiam initio inchoare atq; ab ea parte cingi paulo ante diximus, eas conuenientiſsime hic deſcribere uidebimur, quum populos ſub ipſis degentes primo nobis aperire, ac dehinc reliquos latiſsime ſit: Diuiſimus enim Italiam in partes tres, una quę intra alpium ſinuoſitatem & Apœninum montem uſque ad Scultenam amnem continetur, altera quæ ultra Scultenam uſque ad Troentum, Piceni amnem, trãsq́; Apœninum in Liris Latini fluminis ripam. tertia uerò hinc ad orientem quanta eſt percurremus, & quæ in ijs habentur, paulo accuratius quam in alijs connumerabimus, ſic enim ſcriptores alij de ſuis fecere, etiam minutiſsima deſcribentes. Alpes igitur montes ſunt qui uno iugo flexi, altero cornu in Liguſticũ mare, altero in ultimas Adriatici ſinus oras, Italiam illinc ueluti

inacceſ-

inacceſsibili muro claudunt, ex quo nomen illis impoſitum, Alpes enim Gallorum lingua montes alti dicuntur, licet Græcum Feſtus eſſe dicat, quod eſt candidum, quia perpetuis niuibus albicent, quam altitudinem Silius meminit.

Nubiferos montes & ſaxa minantia cœlo.

Nam & amplitudine, & celſitudine, & aſperitate tanti ſunt, ut ne quinto quidem die aſcendi homine expedito poſsint, quum uia omnis præceps, anguſta, geluq; perpetuo lubrica ſit, & ut qui ex propinquo aſpiciunt cacumina cœlum propè immittere uideantur, neque qua illinc peruenire mortali fas ſit coniectari poſsit: altis continuo niuibus preſſa ueteribus nouæ ſuperuenie͞tes. Quibus difficultatib. Hannibalem in Italiam quum tranſcenderet, ſupra 30. hominum millia, maximumq; iumentorum numerum amiſiſſe authores teſtant͞, quod aduerſus anguſtias aſperitatesq; uiarum ſic ei laborandum fuit, ut quibuſdam locis per ingentia ſaxa igni acetoq; putrefacta ſibi aperuerit, iter, quod adhuc tranſitionum una in Gallias proficiſcentibus patet. Verum ut eſt apud Strabonem per tota hæc montana quidam terrarum extant tumuli qui commode coli ualea͞t uallesq; bene conditę, maiorem tamen partem, præſertim ad uertices ubi latrones conſiſtebant, incultam & infructuoſam fuiſſe conſtat. Cęterum multi nominis mons, ut ſuis locis in ſeque͞tibus notabimus: quiq; pectore ad Italiam conuerſo, multas concauitates receſſusq; habet, ex quib. flumina non obſcura, alia in Venetorum paludem, alia in Padum amne͞ dilabuntur. Padus clariſs. Italiæ Gallicu͞ angulum medium penè ſecat, non mediocris ſanè campus, felix admodu͞ & fructuoſis collibus uarius, ac nobilibus oppidis nite͞s: hinc Ciſpadanum Apœnino adiacente͞: hinc Tra͞ſpadanam alpibus ſubditam, paludiq; expoſitam relinquit Item Apœninus mons imis alpium iugis propè adhæret, humilibus enim prius collibus: dein Genuam uerſus ſe attollit, adeo ut quidam hinc Apœninas, alpes ex Sabatijs initium capere dicant, ac ita ſublimis perpetuo dorſo mediam penè Italiam percurrat, dextra ſiniſtraq;. relinquens populos, ab Adriatico mari diſcedens minus, Anconem primo uerſus, dein Garganum, poſtea inclinatus ad meridiem in Leucopetra agri Rhegyni freto Siculo imminente ſe condit, ſic à Deo quodam cognominatus ut ait Liuius, quem in ſummo ſacratum uertice Peninum montani appellaueru͞t, non ergo à Pœnis ut quidam putant. Hinc poſt montes ſcribendæ ſunt regiones non eo tamen inſtituto quo alij, in Varo amne ad meridiem: nos in Arſia ad ſeptentrione͞ cœpimus, eſt quippe pro noſtro arbitrio à quacunque nobis placuerit initium ſumere, quando quidem nullo aſtringimur præcepto, quo omnes uno & eodem ordine in deſcribendis uel Italiæ, uel aliarum prouinciarum regionibus ſequi debeant.

Iſtriæ regionis ſitus.

ISTria prima Italiæ regio, idē quod prius nomē retinēs, in Arſia ſtatim ſe aperit: eſt enim Arſia fluuius inter Italiam Liburniāq́ delabēs: ea in cherſoneſi formam 30. mil. paſs. iſthmo: nauigatione circiter 150. conſtat: terra licet aſpera, oliuetis tamen uinetisq́ ac pomiferis arborib. abundat: nec minus ſale quod affatim coquit, omne enim occidentale litus ſalinis refertum eſt: frumento uero ac cæteris leguminibus ingratus ager. Ibi ad mare primum orientem uerſus, Caſtellum Nouum in ſaxo, Nexātium olim oſtio Arſiæ imminens. Inde poſt nonnullos portus Mentoriū extrema, nunc Polmontore, eſt totius cherſoneſi prominens angulum, cui ſcopuli quidam eiuſdem nominis obiacent. mox in reducto ſinu Pola uetuſtum ſanè ac nobile oppidū priſcū retinens nomen à Colchis in ſolo plano cōditū quod Græcorū ſermone exulem ſignificat: ab ĳs enim ædificatum eſt qui aduerſus Medeam miſsi fuerāt, ĳ uotorum impotes, & fugæ deſperatione ſolliciti ut ſcribit Strabo, Polam appellauere locū, quæ deinde colonia Rom. fuit Pietas Iulia uocitata, ubi (in agris præcipue) antiquitatis ſemirupta opera, ac ſepulchra uetuſtis inſculpta literis paſsim reperiuntur à barbaris, & à Genuenſibus ſæpe diruta, ex quo ad breuiorem orbem redacta eſt. Hæc ante ſe paruas quidē uerum portuoſas, & fructuoſas habet inſulas. Poſtea in ora quæ occaſum ſpectat Rhouignū oppidū eſt, eandem quæ Pola calamitatem paſſum ubi ſaxifodinæ, quibus Venetiarum urbs tam in p. quam in priuatis ædificĳs, tum fundamenta, tum cæteraq́ ipſis opportuna ſunt exornatur. Inde mare ſurſum 5. mil. paſs. per cauam uallem uelut fluuius ingreditur, Lemen ipſi uocant, poſt Parentium oppidum antiquæ appellationis eſt ciuium Rom. quondam, in mare porrectum. Inde paulo, lato oſtio Quietus amnis recenti nomine in mare it, ex Carſſis demiſſus, quem Iſtrum antiquitas nominaſſe uidetur Diodorus author eſt (licet quidam de Riſano intelligant, quum nō procul Tergeſte mare influere dicat, nō tamen ex aduerſo padi hiſtoria delaberet) ait enim ſcriptores nonnullos tradere Argonautas per Iſtrum nauigantes atq́ ad eius fontes delatos, poſtea ad ſinum Adriaticum perueniſſe, exiſtimantes Iſtrum pluribus oſtĳs Pontum defluentem, eumq́ qui in Adriam deſcendit ab eiſdem locis decurſus initium ſumere, uerū nominis fluuiorū ſimilitudo cauſam erroris ipſis dedit, in quib. Nepos Cornelius Padi accola eſt, qui ex aduerſo Padi oſtia delabens concurrentibus aquis interiectum mare dulceſcere. Item Ariſtoteles ubi de natura admiratur: Danubiū poſt fontes in duas diuiſum partes, alteram ad Cyaneas, alteram in Adriaticum profluentem, quod multa paſsim Iaſonis ueſtigia notant, multasq́ extare in ripis aras ab eo poſitas: quod etiam ſcribit Plinius, ſed eos deceptos credere, quoniam Argonauis flumine in mare Adriaticum deſcendit, nec procul Tergeſte, nec iam conſtat quo flumine, humeris traiectam

Alpes

Alpes diligẽtiores tradunt, ſubijſſe aũt Iſtro, deinde Sao, deinde Nauporto, ex quo à Colchis regio originẽ ducere fama eſt, ubi enim tędio lõge nauigationis ducti cõſedere, & ab Iſtro ſiue unde uenerãt, ſiue in quẽ deinde deſcenderãt, Iſtriã appellauerũt, uel ſicuti Trogo placet, & regioni & flumini Colchi per Iſtrũ uecti uocabulum intuliſſent. In dextra igit̃ ripa oſtij Quieti oppidũ eſt Aemonia cognomine flaua quondã nũc ciuitas Noua. mox Hunagũ oppidum alterũ. Inde extrema quã Saluoa ipſi uocãt, & in ſinu poſt eã Pyranũ oppidũ in promontorio ſitũ à quo uocabulũ traxit, nã in Pyramidis formã erigit̃. Eſt & aliud nomine Iſola. mox Aegida quę deinde Iuſtinopolis, hodie Caput Iſtriæ dicitur quã diripuerunt Genuenſes ignięꝗ deinde incenderunt, uetus ſane urbs & à Colchis ſicut Pola ut fama eſt condita totius cherſoneſi primaria, in inſula Capraria, prius Ciſſa pularia (ut eſt apud Pliniũ) appellata, ſita eſt, unde illi nomẽ fuit, nã Egas Græci Cappã uocãt, quam poſteriori ætate, Iuſtinus ſenior uetuſtate iam dilapſam reædificauit, à quo poſtmodũ nuncupata eſt, idꝗ eũ feciſſe quo Iſtriæ populi à frequentib. barbarorũ incurſionib. ſeſe recipere, ueluti in munitiſs. arcẽ poſſent, ponte enim aggeri à continente prominenti iungitur, in cuius medio caſtellũ eminet, ipſumꝗ aggerẽ dextra leuaꝗ ingentes paludes cõmuniunt, prope urbẽ Formio fluuius in mare deſcẽdit, quem nunc incolæ Diſanũ uocant, ubi antiquus auctæ Italiæ terminus fuit, q̃d idem author ſcribit. poſtea in ſinu caſtellũ Mignũ, nunc Mugia, & in intima ferè ſinus ad ſeptentrionẽ Tergeſte colonia, eodem adhuc nomine, colli appoſita, in cuius agro uineta in tumulis miro exculta modo ex quibus pretioſum uinũ cõficiũt, ſed præcipue in ſaxeo colle à Timaui amnis fonte haud procul quo nullũ aptius medicamentis iudicat̃, Græci uel Pictanũ appellant miris laudib. illud celebrãtes, incolæ nũc Ribollã dicunt. Hinc ad Timauum uſꝗ amnẽ in quo Iſtrorũ litus terminat, ut Strabo ait, aſperrima ſaxis ora percurrit, in qua poſt Tergeſtẽ Pucinũ caſtellum eſt uino nobile, nunc Proſecũ dicitur, in extrema ſinus parte ſitũ paulo ſupra mare. Poſtea in mari inſula eſt perexigua modico freto à cõtinẽte diuiſa cũ ædificio iam tempore collapſo, quod templum Dianæ fuit à Medea tum conditũ, cui Duinũ caſtellũ imminet, quaſi Dianiũ corrupto uocabulo à Diana dictũ. Hæc de ijs quæ circa mare ſunt. In mediterraneo uero ſimiliter caſtella nonnulla eſſe, in quib. ad partẽ ſeptentrionalem ſub Carſsis, qua planities propter montiũ radices extenditur, ardua exurgit in iſthmi penè medio petra in qua Pinquentũ oppidũ ſitum eſt. natiuũ ad hoc tempus nomẽ ſeruãs, ex qua petra altero fonte (duob. enim exoritur ſontib.) Quietus emanat inter quẽ Formionẽ flumẽ alterũ, caſtella poſterioris appellationis ſunt: Petrapelloſa, Portole, Piumõs, Griſignana, Mumia, Buge, & nõ longe à ſinu in quo Pyranũ, caſtellũ Veneris, omnia in collib. ſita. Poſt aũt Quietũ ad orientẽ, Rhozum, Cherſam, Suuignacũ, Pixinũ, &

ijs præcipuũ Montona in colle ſyluis cincto prope Quietũ, ſubinde Dignanum, Docaſtelli, S. Laurentius, Valle, Nexantiũ olim nunc Iſatium, cuius rudera tantum ſuperſunt, & Roſara ſunt. Hactenus Iſtria. Verũ huic ad occaſum Iapidiæ ora, nõ niſi 5. mil. paſs. ab oſtio Timaui ad alterũ Sontij eſt, cuius mediterranea in Liburnia ſcripſimus. Eſt Timauus q̃ Larechia modo dicit̃, 9. capitib. ſurgens, uno oſtio in mare uadit, 7. ut Mart.

Et tu Ledæo felix Aquileia Timauo
Hic ubi ſeptenas Cyllarus auxit aquas.

Item Strabo quum illum ſcriberet: In Tergeſtino ſinu Diomedis eſt templum inquit opus ſanè mirabile, & Timauus portus, & lucus miro decore 7. adſunt fluuiatilis aquæ fontes mare mox irrumpẽtis, & lato & profundo ſane fluuio, reliquos uno duntaxat excepto ſalſas habere aquas Polybius author eſt, locumq́ ipſum maris fontem, & maris matrem ab indigenis uocari, quod Varo affirmat, hũc fluuium ab incolis mare nominari, matremq́ à nonnullis Adriatici maris ait. Item Plinius Timauus in Aquileienſi campo merſus poſtea redditur, quod uel ad eum uſq; amnem Aquileiæ agrum pertendiſſe, uel quod ipſam iuxta Timauum in primordio ſui (quod non eſſet abſurdum) extitiſſe, contra illos qui uolunt eum per Patauinum campum ſerpere, quem errorem peperit Lucani uerſus.

Atque Antenorei diſpargitur unda Timaui.

Qui Martialem quoq; in eandem ſententiã deduxit, quum Timauum Euganeũ cognominet, uerius Maro. Caſtella in tumulis, & Iapidis arua Timaui. quum per Iapidam terram fluat. Eratq; in mari contra oſtiũ Timaui parua inſula parumq́ à continẽti diſtans cum fontibus calidis, qui pariter cum æſtu maris creſcebant, nunc interueniente è locis ſuperiorib. limo ab amne iniecto, & oſtium & inſula eſſe defierunt, calidæ ſimiliter aquæ euaporauerunt. Poſt autem Timauum ad occaſum neq; à mari longe arx eſt Veruca quondam incolæ nunc Monfalconem uocant, à Theodorico Gothorum rege in tumulo à fundamentis ædificatam ut eſſet ab ea parte Italiæ Clauſtrũ, in finibus enim Italiæ Noriciq; eminet, cui à tergo regio inæqualis iacet in qua tres lacus haud magni ſunt, qui Carſi appellantur, quippe loca illi ſaxis impedita Carſos uocant: à fonte planities uſque mare ſternitur, hinc Sontius fluuius prorumpit in pelagus.

Carnicæ regionis ſitus.

CArnorũ terra poſt ad occaſum Iapidiæ ſequitur, Forum Iuliũ appellata quod ſic etiã adhuc dicitur, licet corruptæ à uulgo Patria Freuli dicatur. Cui ad ſeptentrionẽ alpes ab ſe Iuliæ uocitatæ imminẽt, & ſi Ptolemæus Pœninas, & Strabo partẽ illam alpiũ Apẽninum uocat, ad occaſum Liquẽtia amnis, ad meridiẽ Adriaticũ mare, ad orientem Sontius fluu. Liſonzius nũc ex alpib. per anguſta & cõfragoſa loca, hinc inde quaſi uadum de induſtria captãs crebris tortuoſitatibus lapſus

Carnos

Carnos ab Iapidibus diſterminans, qui ponte iungiť, quo Goritiã pro‑ficiſcitur, apud uero maiores Natiſo Tarro Sontioq́ʒ in ſe receptis in ma‑re ferebatur: oritur Natiſo haud procul à Sai fontibus ex ĳſdem montib. ad orientem primo, quo in meridiem cõuerſus antequã Sontio iungatur, per aliquot ſtadia, minime profundo alueo penè areſcit. Igitur poſt Nati‑ſonis oſtium quo Aquileienſis panditur ſinus, Gradus caſtellũ eſt in inſu la plana ſitum, marinis aquis circumflua, ab Aquileienſibus per ſuperio‑ra tempora dirutum, piſcatorũ nũc domiciliũ, cui à tergo ſtagna ſpatio‑ſiſs. pelago infuſa iacent, in quibus nõnullæ paruæ inſulæ ab aquis denu datæ emerguntˀ. Item uniuerſum litus paluſtre, haud minus 50. mil. paſs. extendiť, arbuſtis harundinibusq́ʒ impeditũ, portus tamen plures habẽs tum fluminũ, tũ cedentis litoris, non nauigĳs grandiorib. ſed paruis nõ‑nunquã ſalutares. Poſt aũt dictum caſtellum parui quidem fluuĳ ex locis circum Aquileiam manãtes in ſtagna uadunt, rũpit litus Alſa amnis, qui Aquileiam influit nunc Auſa corruptæ dicitur: ſequitur oſtium amnis ex plurib. dilabentib. aquis efflati qui uulgo Ceruignanus uocatur dein ſpa‑tioſum marinis aquis ſtagnum efficiť anguſto ore, quo Varianus in mare exit, caſtellum in inſula eſt quod icolæ Maranũ modo uocant, corrupto fortaſſe uocabulo, Varianũ dicere uolẽtes ab amnis nomine, prope enim ingreſſum amnis in ſtagnũ ſedet. Hinc Anaſus fluuius in mare it, Lugna nus modo dictus in media penè regione exortus quem Stellam appellari à noſtri tẽporis ſcriptore quodã audio, à quo Tilauemtũ nauigabili dedu citur foſſa magnã ad mare inſulam relinquẽs Pineã nomine à pinis, quib. arborib. referta eſt. Tiliauemtum flumẽ nõ procul ab Anaſo magno oſtio in mare exit, quod nũc Taiamentũ diciť, in alpib. monte Mauro fontes ha bens, quũ q aliquãdiu orientẽ uerſus, quo in curſu quibuſdã torrentib. au ctus in auſtrũ retortus aquã ſtatim è Cauacĳ lacu ſuſcipiens per latiſs. re‑lictis montib. campos in mare uadit, periculoſiſs. hiberno tẽpore trãſitu quippe repente adeò è ſuperiorib. locis aquã in ſe præcipitẽ inuoluit, ut ne in alterã quidem ripã euadere poſsit ingreſſus iam, quin ipſis inundatio‑nib. obruatur. Poſt illud portus aperitur quẽ Baſellege nautæ appellãt, et eſt aqua nõ longe ex paludib. manãs, hinc Rhomãtinus fluuius & portus cui opponiť inſula cũ oppido Caporle à Genuenſibus quondã euerſo is Limene à iuniorib. diciť, nõ in alpibus ſed in cãpis tenui origine ortus, ac inde in regionis limite amnis Liquentia in mare uadit. Hæc ad mare ſunt. Hãc regionẽ Carniolam ſiccã ſuperius appellauimus, quæ Venetię quon dam pars fuit, cuius rei teſtis eſt Liuius, ait enim eodem quoq́ʒ anno Galli tranſalpini trãſgreſsi in Venetiã ſine populatione aut bello, haud procul inde ubi nũc Aquileia eſt locũ oppidum cõdendo ceperunt. Terra (ut res ipſa indicat) aëre ſalubris, raro quippe ibi peſtis corpora hominum inua‑dit, fructifera tota ac plana, præter eã partem q̃ alpib. uicina eſt, ubi colles ...arduí deſcendũt. In quib. caſtella nõ pauca ſunt, omnia fere huius no

ſtri temporis no:ninib. appellata, ſiquidē inter Verſam, Indrinꝗ amnes (orit paulo altius in montibus uerſus mare deſcendentibus) oppidū Cormon eſt ſatis eminens. Inde oppidum à Gallis conditū fuit in alpium radicibus quod interfluit Natiſo. Poſt uero in montib. in Sontij ripa Tolmin caſtellū à quo nō procul Tolmin amnis infundit, & occaſum uerſus alpib. Soſumbergum, Zuchū, Cuchagna, Atis, Partiſtagnū, & alia quædam. deinde à Ciuidale 9. mil. paſs. ad occaſum Vtinū nobile ſanè oppidum totiusꝗ regionis metropolis haud antiquū, ut annales noſtrorū temporum tradunt, nā poſt euerſionē Aquileiæ urbis, factū ab Attila Hunorum rege fuiſſe uolunt, uel quod uerius eſt reſtauratum ab eo, & eſſe illud quod Ptolemæus Forumlulīū coloniā dicit, nā & illud in hoc loco poſitū fuiſſe uidet, reperiturꝗ ſi quis aliqua in parte tumuli in quo eſt oppidum effoderit nonnihil antiqui operis, ex quo nomen deinde toti patriæ obuenit, ad cuius oppidi orientalem partē forum quippe ibi (iacet enim in amplifs. campo) à diuo Iulio celeberrimū, armentorū, equorū præcipue fuiſſe legimus quorū prouentu Italię magna pars tū uſa eſt. Tarrus amnis ex alpibus cadens pręterit Natiſoniꝗ inde iungit, qui hodie Tor dicit, inter quē & Natiſonē à ſuperiorib. montib. alius excurrit fluuius, illi Malinā, in quem Griuonus torrēs, qui ſimul iūcti in Tarrū profluunt, inter quos Natiſonemꝗ caſtella ſunt Boriū, & Manzanū, ſupra quæ in Italiæ limite ſub Norico iuxta alpes oppidum fuit Iuliū Carnicū, Strabo pagus Carnicus puto lib. 7. cuius hodie rudera incolæ Iul Zuliū alij ſunt qui Zugliū appellant, Gemona pręſentis tēporis oppidū eſt haud ignobile cuius per agrū Ledra amnis in Tiliauemtum labitur, ſub quo caſtrū Pamper. Inde intra montes, Venzonū eſt ad oſtiū Venzonaſiæ torrentis in Tiliauētum exeuntis poſitū, primū Italiæ ab ea parte, ſub quib. Tarzentū, Sauorgnanum, & haud procul à Taliauētum oppidum eſt S. Danielis. ſub quo Fagana ſub quo Codroipū, & ſub eo caſtellū Belgradum ad exiguum amnē in Tillauemtū exeuntē, inde in Tilauemti amnis ripa iuxta paludes Tiſſana caſtellū. Inde aliud ad ortū ſolis Pallazolum nomine, poſt iuxta aquā Porpetū, & Straſoldum caſtella exigua. Poſt nō longe à cōfluente amniū Natiſonis, Sontijꝗ Aquileia uetuſti nouiꝗ nominis ciuitas 6. mil. paſs. à ſinu maris, & à Forolulio 13. à Romanis cōdita incūbentib. impoſita barbaris. nā Strabo quum Vindelicos meminiſſet propriores ait ſinū Adriacū ad Aquileiā, nonnulli Norici Carniꝗ tenēt, horum impudentiſs. incurſiones repreſsit Tiberius & frater Druſus ęſtate una, ditiſs. olim populoſiſsimaꝗ & ciuitas multi populi cognominabat, hæc nūc urbs in paludib. proprijsꝗ ſedet, neꝗ poſt barbari illius regis excidiū ſe extolere ut prius ualuit, nā minima eius modo pars circa Alſam flumē habitat, & ea quidē rariſsime, reliquū urbis priſtinæ cōplanatū ad ſolū iacet, aërē morbidū habens ex adiacentib. ſtagnis. Hanc urbē haud hoc loco in quo nūc eſt, ædificatā primis temporib. fuiſſe Liuij uerba ſuperius atteſtata probant,

bant, ubi nũc Aquileia eſt dicẽs. ergo tũc alibi, & Strabo extra Venetiæ fines Aquileia eſt flumine ab alpib. deſcẽdenti diſterminat̃, neq; quòd de Tiliauemto dixiſſet credẽdũ eſt, quũ ab Aquileia circiter 20. mil. paſ. diſtet, ſed de Natiſone quẽ ſtatim nominauit, per quẽ ad urbem ipſam emporiũ gentes ad litrũ Illyricæ ſubuehunt̃ ait, nunc ab eo occaſum uerſus 3. mil. paſs. fermè diſtat, quod ſi extra Venetiæ fines erat, ad ortũ fuiſſe neceſſario eſt. modo ad reliqua. Ad occaſum aũt in Tiliauemtũ primo ex ſuperioribus mõtib. Coſſa torrẽs infert̃, inter quos ad montiũ latus Flagona caſtellũ eſt, & alterũ Pinzanũ, ſub quib. Spilimbergũ oppidũ natura munitum. Inde fluuius Meduna latiſs. immiſſus alueo in ſe prius Coluerã, deinde Cilinã torrẽtes receptos in Liquentiã magna aquarũ mole, magnoq; impetu, imbrifero cœlo, ubiq; ſtagnans infundit̃, eſt & Medunũ caſtellũ penes eũ, ſub quo aliud Solumborgum nomine, ad cuius meridiẽ Voluſon, & ad exortũ Rhomantini amnis (excurrit enim inter Liquentiã Tiliauemtũq;) oppidulũ eſt Produlum, inde ad orientẽ caſtellũS. Viti. Poſtea Cordiuanũ, ſub quo Erata locus paruus. Poſtea Portũ gruarium oppidum ex Cõcordiæ internitione ortũ 24. mil. paſ. ab Aquileia ad occaſum, Rhomantinis aqs in fuſum, ſub quo mille fermè paſs. uerſus paludes Concordiæ urbis ueſtigia, uel nudũ potius nomẽ extat, ab Attila rege cõminuta, diuidebat, eã Rhomãtinus amnis, ſicut murorũ fundamenta, epigrammata, urnæq; cinerib. plenæ, & alia urbis ſigna, quũ ſolũ euertit̃ oſtẽdunt. Rurſus ſupra Produlũ, neq; procul à Miduna amne caſtella duo ſunt, Zopola, & Culam, quæ fluuiolo abluuntur in Liquentiã poſt Midunam exeunte, & ad occaſum Midunæ in radice montis caſtellum eſt Fana. inter aũt Colueram & Cilinã, Maniacũ in petra ſitum. & ad Cilinã in occidentali ripa Monrial in colle poſitũ, ſub qb. haud modico interuallo à Miduna parũ, oppidũ eſt Portus Naonis, id eſt, Pordenom, foſsã in dictũ fluu. habẽs, ſupra uero in mõtib. ad Liquẽtię fontes Pulcinũ, & Auianũ caſtella

Venetiæ regionis ſitus.

VEnetia regio, deſcripta Carnia cui annexa eſt) dehinc ſeqtur, terminat̃ enim ab oriente Liquẽtia amne, quo ab ipſa Carina dirimitur, & intima Adriatici ſinus, à ſeptentrione extremis alpiũ montibus, ab occaſu Abdua fluuio antiq̃ termino, quẽ quũ Lõgobardi abſtuliſſent: Mintio Benacoq; lacu reſtricta. Pado, à meridie q̃ ad mare inferat̃. Huic regioni (maxime à Liquentia uſq; ad Medoacum ſuperiorẽ) Euganea primo nomẽ fuit, à gente in ea ſic quondã uocitata. Plinius enim ubi alpinos populos commemorat, ex cõmitatu ait Herculis in alpibus relictos Lepõtios, Euganeoſq;, inde tracto nomine, in quib. oppida 24. fuiſſe enumerat Cato. qb. eiectis Veneti habitarũt Troiana ſtirpe orti, nomẽq; terræ ſuo de nomine imponẽtes, quod Trogus aſſerit. igit̃ Liuius Troia capta Antenor cũ multitudine Enectũ qui ſeditione è Paphlagonia pulſi ueniſſe in intimũ maris Adriatici ſinũ, Euganeiſq; qui inter mare alpeſq;

incolebāt pulſis Enectos Troianosq́ eas tenuiſſe terras, gens uniuerſa Veneti appellati, ſimiliter Curtius, & Silius: Strabo ancipitem fuiſſe opinionem inqt, quidā ex Paphlagonia an ex Gallis eiuſdē appellationis oceani accolis colonos fuiſſe dubitāt, licet qdā ex Illyria ueniſſe quēdā Enetū regē qui Venetiā tenuit à cuius nomine Enetia dicta, poſteri Venetiā nominauerūt. Homines uero noſtri tēporis regionē hāc in Marchiā Teruiſanam conuerterunt. Demiror Strabonē de Euganea gente nullam prorſus mentionem feciſſe, quū præſertim de reliquis omnibus (quorū permulti nullius quoad hiſtorias utilitatis ſint) accurate, ac ipſis Venetis ſcripſiſſet, quib. à tergo in alpiū radicib. Medoaci incolebant quos ipſe nominat. Venetiæ itaq; ad mare hæc ſunt, Liquentiæ primo oſtia, cui fluuio uetus adhuc nomen eſt, nā Liuentia à iuniorib. dicit̄, ex lacu quodā ultra Italiā ad Rhetiā pertinente exortus, qui aliquib. locis perforato mōte exilit, ubi aquam expreſsis quibuſdā fontib. in ſe recipit, quo fit, ut quidā ex ijs hūc naſci dicāt, Plin. ex Opiterginis montib. naſci dicit. Hinc poſt Liquentiā ad occaſum Plauis amnis in mare procurrit, lōge ſupra in montib. fontes habēs, q uel liquatis niuib. uel imbrib. ingruētib. torrētior ac uehemēs fit, ſyluas, ſaxa, & quicqd obuiū eſt in pręceps cōuoluit, qui poſteriori ætate exortus fluuiusq́ factus à quibuſdā ex iuniorib. putat̄, quū magnus ac famoſus apud nos ſit, apud aūt maiores neq; nominet̄, ſed quemadmodū à poſteriorib. tradit̄, eius priſtinus alueus fuit, qui ſupra ortū Liquētię manifeſte nunc intuentib. patet, colle quodā ab hodierno curſu diuertēte inter Liquentiā Tiliauemtumq́ in mare, ſignata humo pertendit, diciturq́ Plauis ſicca, iſta uero Maior, quæ modo fluit: Verum alterū fuiſſe Tiliauemtum haud ab re creditur, quū Plinius Tiliauemtū maius minusúe dicat, de Plaue aūt nihil dicat, amne memoria digniſsimo, qui quū mutaſſet locum (ab altera enim collis parte, qua modo it, curſum retorſit) mutaſſet quoq; nomen facile fuit, nā poſt Liquentiā ſtatim Silim ponit, neq; eſſet inconueniens Plauem ſuperfluere Liquentiā, dum Liquentia ſubterraneo alueo laberet̄, fit hoc nonnullis etiā locis. Iacet cōtra Plauis Maioris oſtiū, magna inſula Equilium nomine, ſtagnātibus ex paludibus aquis à cōtinente diuiſa, in qua oppidū ſui nominis priſca ætate fuit, Ieſulum nunc locū appellāt, ab Heraclienſib. tū uicinis ædificatū ipſa quoq; Heraclea (ut annales tradūt) ab imp. Heracleo cōdita denominataq; fuit, ſublata nunc incenderunt eā Pannones, licet locus intra paludes aliquib: habitet̄ caſis piſcatorijs, dicat̄q́ ciuitas Noua. poſt Plauē Silis ueteris ac noui nominis fluuius profundus ſatis nec tortuoſus minus limpidas uehit aquas, is ex aduerſo Torcellanæ inſulæ paludē ingredit̄, unde in mare cedente litore, per os, quod tres portus modo dicit̄ exit, qui amnis nō in Tauruiſanis, ut olim mōtib. exortus, ut Plin. ait in ſolo plano, & à mōtib. lōgiſs. interuallo, ex corriuatis aqs, neq; ꝓcul ab opp. Tauruiſio immiſſus alueū cāpos ſecat. Eſt Torcellus, Mazorb, Buranus, Muranusq́ ſparſæ ꝑ

paludem

paludem magnæ inſulæ, marinis aquis irriguæ habitationib. haud infre-quentes, quarũ Muranus cæteris grandior nobiliorq́; eſt, à Venetorũ ur-be parũ diſtãs, ad aquilonẽ ſimul cũ reliquis expoſitus. Siquidẽ poſt Pla-uis oſtiũ, tenue quoddã litoris ſupercilium circiter 60. mil paſs. longũ in-clinatũ ad occaſum magnã illam atq; famoſam paludẽ claudẽs quæ apud maiores Gallica adpellat̃, uadoſam habẽs nauigationẽ, quod litus tamen nonnullis locis magnorum fluminũ impetu dilapſum eſt, qua paruis na-nauigijs ſæpenumero ſuffugiũ fit, periculoſum admodum mare, circum enim omne litus in mari longe fundi breuitate formiduloſum eſt, uentis omnibus facile expoſitũ atq; apertum quũ longius undiq; montes abſint, quod ſi nõ dictis pateret ingreſsib. Adriaci ſinus intima inacceſsibilia pe nitus forent, etiã quum tendentib. curſus adeo difficilis atq; anceps ſit, ut in eius ſæpius uada nauigia hærẽtia diſſolui ac diſsipari fluctib. cõtingat. Cæterũ omne fermè litus uinetis ac reliquis arborib. & olerib. præcipue cultũ perpulchre extat. Cõtinentisq́; ora ſimiliter, ob dulciũ & inſipida-rum aquarũ confuſionẽ ubiq; ſtagnantiũ inutilis reddit̃, arundinetis ſci-licet ac cedente ueſtigijs limo inuia, neq; penes mare tantũ, uerum etiã ſu-pra illud 5. mil. paſs. aliquib. in locis huiuſmodi effici, neq; aliunde in me-diterranea quã fluuiorum oſtijs aditus eſt, quod nauigationi cõmodiſsi-mum ſit, propter eorũ magnitudinẽ, curuaturq́; ora ad ſimilitudinem li-toris cuius à litore ad continentẽ per mediã paludem, non minus 6 mil. paſs. trãſuerſa linea cõſtat. Verũ poſt Silim Merzenigus fluuius in palu-dem exit è campis manãs cuius lapſus unà cum alijs aquis, eam partẽ uer ſus præparat, quæ in medio litoris flexu eſt, quam noſtra ætas Brentã uo-cat, is ex ſuperiorũ montiũ iugis neq; à Tridento oppido amplius 6. mil. paſs. ex diuerſis fontib. per uallem quã Suganã incolæ appellant, ac inde per ſubiectã planitiem in paludem uadit, poſtea in mare per litoris fractu ram quem portũ Malamochi noſtrates uocãt, à uico iuxta illum eiuſdem appellationis, quod oppidũ olim fuiſſe fama eſt, per Hedronem tum por tum in mare edebat̃ quẽ iuniores deinde corrupto uocabulo portũ Sablo nem dixere, quo quãdo magni ſępius fluctus ac inundationes in paludem fierẽt, oppoſito aggere ſaxeis cruſtis utrinq; munito ſpatio tẽporis occlu ſus eſt, locus modo portus ſiccus appellat̃. Hoc igit̃ clauſo, trãſuerſo ag-gere, impetente eũ Medoaco curſus obiectione illa deuoluit̃, atq; ad hũc ſe locum artulit, cuius impetũ non ferente litore in portũ ſeſe indies amplia uit, nauigia nihilo minus grãdiora impatientẽ, latior enim q̃; profundior eſt. Poſt aũt Medoacũ oſtium fluuius alius exilis ſequitur, accolæ Siocum nominant, qui ſuperius à dicto Medoaco ſcinditur: ulterius uero 16. mil. paſs. ferè Medoacus alter, hoc eſt inferior in eãdem paludem infunditur, qui ueluti ante nomine uno ambo, ita & poſt, mutato uocabulo appel-lati ſunt, quamuis enim per Vincentinorum agrum quà excurrit (oritur

enim

enim ſupra urbem Vincentiam circiter 5. mil. pals. in campo, neq; tamen à montibus procul ex reptantib. hinc inde aquis) Bachion ab incolis uocetur, per Patauinorum tamen qua pleno profluit alueo, Brenta uetus appellatur, ingrediturq; paludem è regione penè Clodiæ, qua tranſmiſſus, litus magno oſtio ac omnium huius loci profundiſs. aperit. eodem cũ fluuio nomine Strabo author eſt, à quo mille paſs. fere in parte dextra Clugia urbecula eſt in inſula poſita, foſſa quæ Clodia uocabaẽ à maris litore intra paludem diſcreta qua foſſa ponte tranſitur, quæ etiã adhuc ab incolis foſſa dicitur, unde fortaſſe urbi nomen quum poſtmodum ædificaretur, datam fuit, Clodiaq; dicebatur, nũc aũt corrupto uocabulo Clugia, non tamen in ea antiquitatis ueſtigium ullum apparet, quo inter illorum temporum urbes reputanda ſit: Ligurum manib. diruta maxima ex parte iacet, huc ſiquidem magna aducti claſſe paludem (portus ſine præſidio tum erat) ingreſsi, urbem poſt aliquandiu obſidione protracta capiunt: Veneti à tergo adorti, occupato portu naues ſaxis onuſtas in præceps dant, caſtellum in altero latere ædificant, ne illis facultas inde abeundi ſit, qui uelut in cauea cõcluſi, uaſtata prius ac direpta urbe, ad unum in oſtium manus perueniunt: Venetijs inde cui maximo paulo ante terrori fuere. in uincula coniecti, breui fame ac peſte omnes cõſumpti ſunt. Poſt itaq; Brondulus ſequitur uetuſti ac recẽtis nominis portus, quem foſſa facere uidetur Pizonẽ iuniores uocant, ſiquidem Medoacus in Brentonem amnem ſupra paludes circiter 10. mil. paſs. ſcinditur itẽ Brentonus medio in curſu in Pizonem, ille Clugiam uerſus, iſte Brondulum petit, etiam Atheſi fluuio duobus interciſo locis, nonnihil aquæ per foſſas in eũ infundit, quarum altera (manu uidentur ad filum factæ) ad Bebannicum in Pizonem, altera paulo ſupra litus in dictum portum exeunt, diſtat Atheſis oſtiũ in mari à Brondulo 7. mil. paſs. nam Brondulus in extremo paludis cornu litus dirimit, fluit Atheſis quẽ Strabo Athagem uocat, nũc Ladeſe à iunioribus in mare extra paludem ad orientẽ portuoſo oſtio, quod Foſſiones hæc ętas (quemadmodũ & priſca) uocauit, is primo aſper fit intercurrentibus ſaxis, gurgitibusq; uerticoſus ac uelox, dein amœnus dũ campos rigat, cuius fontes in Rheticis alpib. ſunt, ab Aduæ fontib. haud multo plus 7. mil. paſs. diſtantes, monte qui S. Nicolai dicitur, cuius è uertice præceps, tris lacus primò unum, ſecundò alterum, deinde tertium implens haud magna inter ſe diſtantia in planum deſcendit ad uicum quod illi Malz dicunt: poſt autem eius oſtium, Adrianus amnis in mare labebatur, ut ſuperius diximus, eratq; nobiliſsimæ urbis Atriæ portus nunc autem in paludes diſperſus euanuit. Inde eſt Padi oſtium Carbonaria, in quo Venetia ab hac parte terminatur, medio litoris flexu (non minus ſtadio) aperto fluctus in paludem ſe recipit, ubi hinc munitiones duæ oſtio imminent, quarum altera ne Venetorum uectigalia frau-

dentur

dent Venetiarum urbi eſt portus, altera quo nauibus longe in pelago ad ancoras ſtantibus opem munimentaq́; cōtra ſæuientes procellas, ab ijs ſe rantur: etiā ut erecta in haſta pilla, quæ mari cōflatio uel inſeſsio tunc fue rit ſignificetur. Non enim magnæ naues niſi conflato mari fallacibus uadis accederent: neq; ſic quoq; portum tenerent, niſi ductores profundum, per uada, nauim aſcenſi demonſtrarent, quaq; gubernator clauū conuer tat ſæpius admonerent. Qua quidem intrandi anxietate: Venetiarū urbs magna atq; magnifica intra paludem ac penè in eius medio ſedens muniſſ. redditur. Hæc ciuitas non nimia inter reliquas Italiæ uetuſtate ueneranda eſt, poſt enim Antonini Imp: tempora ædificatam fuiſſe à Patauinis præcipue hominibus conſtat, licet caſis ſemper piſcatorijs locus habitaretur (piſcibus quippe diuerſarum ſpecierum, & qui alibi non uiſuntur abundat palus) uerum ex multarum deinde urbium Italicarum excidione condita: Attila (ut ante) Hunorum rex quod hiſtoriæ poſterioris tem poris narrāt. Italiam populabundus aggreditur, captisq́; primo impetu nōnullis claris oppidis atq; uaſtatis, immani efferatus crudelitate lōge ac late omnia quæcūq; adierat loca ferro atq; igne inuoluerat: qua ex re uniuerſa regio exanimata terrore, qui à cæde ſuperfuerant ſeſe in aliquo abdito occultare loco cupientes, undiq; profugi à continente in Gallicam paludem cōijciunt, ubi nudatis ab inundatione marinæ aquæ campis (nāque reciprocatio maris in palude fit) aggeribus muniti, quibus erectis habitationibus indies magis magisq́; aucti, ciuitatem conſtituunt, cui à regione qua dilapſi fuerāt uocabulū indiderūt: Vrbs non muris, nō turrib. nō propugnaculis ullis munita, ſed aquis tātum diffuſiſsime circum ſtagnantibus nam & cimbis tota excurritur coniungentibus quāplurimis pontibus inſulis, canalis autem ille qui ciuitatem magno aquarum diuortio in duas partes diuidit, unus duntaxat. Quæ ciuitas quum ſemper antea tum maxime ætate noſtra, & principe & ſenatu, reliquorumq́; ciuium ordinibus floret, qui imperio ac iuſtitia nullis populis ſuperātur. reliqua uero plebe frequens admodum diuerſis commixta linguis ob rem maritimam huc confluente incolitur: Stationem ſi quidem optimam, magnarumq́; claſsium capaciſs. habet: item nauale nobile 200. longarum nauium, ac cætera tum p. tum priuata ædificia multis urbis locis eminentia, quæ quum plurima ſint, eorum nonnulla ad ciuium uſus, digna principe reputantur, non minus ingentium parietum ſtructura quam pulchritudine ac ornamentis, quibus nobiliſsime inſignita ſunt. Hæc plurima ac maxima cum hoſtibus bella terra mariq́; exercuit quibus proſpere ac feliciter geſtis, inter reliquas huius temporis Italiæ urbes clariſs. ac poten tiſs. habetur, uela quoq; commertij gratia (in his maxime ſtudium adegit) in diuerſa nec mediterranei ſolū maris, ſed oceani ad ultimos uſq; Britannos mittit. Tēporibus tamen noſtris, Turci (execrabile nomē) maximus.

atq;

atq; ferociſs. hoſtis, clauſo Helleſponto, nonnihil intercepit, cum quibus ſupra 25. annũ armis non iam de gloria ſed de ſalute conflictauimus. Cæterum quum patria noſtra Venetiarum ciuitas ſit, ne me ſupra uerum eam extollere aliquis fortaſſe putauerit, quemadmodum de ſuis quidam nimia ducti charitate fecere, in medium relinquendam cenſui. Tenuit nos à reliquo litoris curſu aliquantum Veneta urbs: Quod (ut ad eum redeamus) Medoacus ſuperior inde flumen perrumpit. Venetiæ regionis maritima deſcripta ora, quæ interius ſunt, ad hunc modum ſe habent, uerſus alpes Sacilum oppidum eſt ſub quo Brugnera: Portus bufoleus, ac Mota caſtella in Liquentiæ amnis inſulis poſita ſunt. Poſtea ad occaſum ubi ex paruo quodam lacu Liquentia naſci uidet̃, caſtellũ eſt Caſamata in montibus, à quo modico interuallo amnis Meſchius emanat, oppidũ primo inanguſtijs montium Serraualle nomine interluens, unde paulo poſt Sacilum in Liquentiam cadit, inter quos amnes Cancua caſtellũ eſt. Inde ſed inferius torrens euoluitur iuniores Monteganum nominant, Coneglianum oppidum ad ortum abluit arcem in colle habens, qui Cogienſes facile ſunt, nam Plinius eos ſtatim poſt Taruiſanos meminit. Poſt illud ad eundem amnem Opitergium oppidulum nunc Ouederzium appellatũ, ſuperiori ætate magnum atq; famoſum, & qui claſſem Cæſaris ac Pompeij diſcordijs in mare mittere auſi ſunt, quod Rhotarius Longobardorũ rex diruit: poſtea Grimoaldus alter rex euertit funditus, diſperſo per regionem populo: licet prius à Marcomanis exciſum eſſet: hinc Monteganus in Liquentiam iuxta Motam uadit: prope quem, neq; ab Opitergio procul Caminum oppidum interijt, ex 34. unum in Euganea gente, cuius adhuc ueſtigia ſuper ſunt, ubi nunc eodem nomine uicus, quæ omnia in ſolo plano exiſtunt. Item iuxta Motã ad occaſum locus eſt qui Marſia nũc dicitur, quem nemus occupat, ubi (ad culturam enim modo deducunt) murorum fundamenta, & alia multa priſci operis monimẽta reperiuntur cuius fortaſſe interitu exortum eſt caſtellum Mota. In Plauem autem ad ſeptentrionem Cadorbius à quibuſdam Calorius, ſiue ut accolæ Cordol amnis inuadit per uallem ſui nominis fluens quã Cadorem uocant, ſupra aũt Cadurbium in occidentali ripa Plauis Bellunũ oppidum eſt ubi amnis ponte iungitur, iuniores nunc Ciuidalem belluni appellãt in ualle ſitum, in qua ſub eo 15. mil. paſs. ad meridiem Feltria oppidũ inſigne, antiquũ retinens nomen quod in epigrãmate ibidem legitur, modico à Plaue interuallo quo humiles quidam colles iacẽt. Verum ſupra his in radicibus alpium à quibus torrentes aliquot dimittuntur, nonnulla caſtella ſunt quæ barbara habent nomina, quemadmodum & torrẽtes ipſi: inter quæ Boiteſtan ad Boitem amnem ex lacu prodeuntem, ubi plũbum nigrum in montibus eruit̃: ſunt & Caurile, & Gardona, & alia, poſt quę ad alteram partem Olauis orientem uerſus, ex lacu quodam in montibus
ſupra

ſupra Sarauallē amnis Soligus in Plauem decidit, ſub quo lacu Acedum, id eſt, Ceneda oppidum haud obſcurū in colle ſitum, & ad Soligum Collatum oppidum, alterum ab effectu ſic appellatū, nam ſupra collem eminentem ſedet, & ſub eo Taruiſium urbs eodem nunc, ſed corrupto nomine, Treuiſium enim dicūt in ſpatioſiſsimo campo ſita, Sili amne diuiſa. Poſt ad Silis ripam iuxta Gallicam paludem Altinum clarum tum oppidum fuit, ſimilem Rauennæ ſitum habēs, lana teſte Columella famoſum, amœnitate quoq; agri celebre: unde illud Martialis.

Æmula Baianis Altini littora uillis.

Qui locus modo deſertus atq; inſalubris eſt, nihilq; ubi oppidum fuit prę ter inane nomē. Poſtea Muſio amnis, cuius pars altera circa paludem Ruſtica dicitur, ex Taruiſanis montibus ortus ſub Acelo oppido quod Aſolum modo nuncupant in colle in defectu montium ſitum, præterit: iuxta Caſtellum francum delabens in paludem exit, inter quem & Silim Merzenigus fluit qui Anoalem caſtellum primo: inde Meſtrē haud longe à palude lambens in eandem mixtus quibuſdam aquis ad Mergariā turrim cadit. In ſuperiorem autem Medoacum Ciſmon amnis per ſaxa excurrens influit, ortum ſuperius circa Feltriam habens: in quem Arcinagus: Vauariusq; exigui torrentes delabūtur. Hinc aūt ſub Ciſmone procul Baſſanū oppidū eſt in faucibus eius uallis qua Medoacus fertur in plano ſitum eodem infuſum amne, inter quod & Acelum in colle Romanum caſtellum, nunc exciſum antiquo adhuc nomine uocitatum, ſub quo aliud Citadela ad orientē magis, parum à Medoaco diſtans. Inde ad eundem flumen uerſus paludem Limene caſtellum eſt ubi Medoacus Brentellæ foſſæ iungitur. Inferius uerò ſub Patauio urbe quinq; mil. paſſ. caſtellū Strata nomine turris quo in loco foſſa ex Patauio in Medoacum fertur qua ad urbem ipſam enauigatur: ipſe uerò ad mare ambitioſus contendit, atq; quum infundi in id, ex aduerſo Venetæ urbis cuperet, iniecto aggere, qua nauiculæ traijciuntur, detorquetur ad meridiē quoad paludem immergatur. Poſtea eſt Medoacus inferior, Vincentiam in excurſu diuidens, is inter alias aquas quibus augetur ea pręcipuè eſt quę ex lacu Laſtego effluit paulo ſupra in montibus exorto. dein Reron (ſic appellant) ijſdem montibus emanans oppidum ipſum influens: & alter Teſena Monteganum ſecum trahens, qui antequam ingrediatur Medoacum, Arleſegam locum petit: inde Brentellæ commiſcetur: eſt enim Brentella foſſa in tranſuerſum deducta utrumq; Medoacum ſupra Patauium duobus mil. paſſ. iungēs quod ab ea parte urbi munimento ſit. Non autē ut quidam noſtri temporis putat, Medoacus inde ſciſſus Clugiæq; ex aduerſo in paludem excurrens duplex factus ſit, hoc eſt, Medoaci duo (ut ſcribit Plinius) ob diuerſionem illam. Supra uerò in montium latere in colle inter Vincentiā Baſſanumq; Maroſtega oppidum eminet: prodiens autem Medoacus inferior, Pata-

uinæ urbis meridionale latus abluit: hæc urbs Antenoris ædificiũ eſt, q̃d poëta poſtquã fontem illum ſuperaſſe Timaui. Hinc tamẽ ille urbem Pa-taui ſedesq́; locauit, inquit, quæ & Padua dicitur 25. mil. paſſ. à palude di ſtans, unde nauigationes aduerſo flumine habet, opulentiſs. atq; nobiliſſ. quondam cunctasq́; regionis urbes excellẽs, uti Strabo & Liuius atteſtan tur: Hanc Attila Hunorũ rex diruit: deinde à Longobardis deficiens Agi lulfi regis iuſſu igne incendit, & ad ſolũ complanatur, ac poſtea erecta, nõ obſcura permanſit: in qua literarũ ſtudia uigent: Huius ager tritico ac ui-no bonus ſemper habitus eſt: nam Plinius, ſaliceæ redolent Patauinorũ in paluſtrib. uindemiæ. Poſt Patauium, uertit ſe Medoacus ad occaſum ad caſtellum Bouolentã, unde recta in paludem fertur, ſed antequam ad hæc loca deferat, paulo ſub Vincẽtia ſcindit, occidentẽ uerſus: pars altera Cu-ſtozam uicum præterit: ubi ſaxifodinæ priſcis temporib. patefactæ ſunt, quæ adhuc miraculo à iuniorib. ſpectant, inde Ateſtem oppidũ petit ubi in duos diuertitur amnes quos unico uocabulo ſicut & hæc ætas noſtra, Vigiſonum, ſeu Togiſonum, uocauit antiquitas, nam ad utrũq; modum ſcriptum apud Plinij exempla legimus: nos uerò corruptè, quem lacum Vigizolũ ex ſe facit, cuiusq́; in ripa antequã in lacu exeat Vigizolum & caſtellũ, in Atheſim per foſſam Budeli Lupi nomine, exoneratur: alteram uerò partem quę ad meridiẽ inclinatur Viginzonã uocat, qui curſu ſe Bre te ueteri ad Caſtellum Boletã iungit. Supra uerò Vincentiam in collibus Montembellum oppidulum, & inde alterũ Soaue q̃d amnis Albis à qui-buſdã Tramegna præterfluit in Atheſim cadit. contra aũt Montembellũ ad Vincentinos colles Brendule caſtellũ eſt, ad fluuij fontẽ qui Nouus di-citur: cui Leonigũ oppidũ haud ſpernendum adiacet, q̃d in extrema col-liũ in eorũ radicib. iacet. et in altera eiuſdẽ amnis ripa, procul tamen, aliud Colonia nomine infimum, ſub quibus Montagnana celebre oppidum ad amnẽ in Vigiſonũ lacũ exeuntẽ poſita, ſub quo Ateſte nũc Eſte oppi-dum aquis irriguũ: à quo 5. mil. paſſ. ſecundo amne in lacũ Vigiſonum ut diximus defertur piſculentis auib. frequentẽ, inſulisq́; uento mobilib. ſub Ateſte Monſilicis oppidũ aliud à Longobardis & hoc unà cum Patauio flagrauit, arcẽ in ſaxo ſitã habens, q̃d fluuius Viginzonus radice colliũ lã-bens præterlabitur ex quo deductus in foſſam illi Riuerã dicunt, Patauiũ adnauigat, quippe ad ſolis ortũ colles ſupra Patauiũ 7. mil. paſſ. iacent, ui neis, oliuis, ac cæteris fructiferis arborib. referti: ubi & Apponus uicus fa moſus, eodẽ antiquitus nomine appellatus, q̃d latine beneficialis ſonat ad pedes collium poſitus, Liuij hiſtorici clariſs. patria, ubi aquæ calidæ ſcatu riunt ad uarios morbos perquam accommodatiſs. quas muro Theodori cus Gothorum rex cõcludi, ædesq́; ſuperædificari curauit, quarum Clau-dianus longo ordine meminit, ut,

Fons Antenoreæ uitam quæ porrigis urbi

Fataq́;

Fataq́ꝫ uicinis noxia pellis aquis, & reliqua.

Lucanus uerò non uicum ſed fontem Aponum uocat, ubi ait.

Euganeo ſi uera fides memorantibus augur
Colle ſedens Aponus terris ubi fumifer exit.

Quibus in aquis teſte Plinio uirentes naſcunt̃ herbæ. Similiter à Vincentina urbe exurgunt colles pauci admodum, neq́ꝫ eminentes multo quemadmodũ Patauini ſunt, occaſum uerſus 15. mil. paſſ. porrecti, pari tractu cũ Patauinis excurrentes, relicta in medio conualle, nulla ex parte ſe cum alpinis coniungentes montib. ſed abſoluti undequaq́ꝫ circumadiacente planitie. Ad meridiẽ igitur Patauinorum collium, Montagnanę, Ateſtisq́ꝫ ac Montiſilicis circiter 3. mil. paſſ. interuallo paludes ingentes diffundunt̃ à fluuio Nouo ad Atheſim uſq́ꝫ è regione Bouolẽtę extenſæ, quæ ad ſeptentrionẽ aggere, ad auſtrum Athe continent̃. Supra inter paludes ad fluuiũ Nouum ad ripã Atheſis caſtellũ eſt Baldum nomine: ſub quo ſciſſo Atheſi inſula quã Poleſenẽ uocant, efficitur, in qua Abbatia caſtellũ & alterum Lendenaria: & Rhouigũ oppidũ haud ignobile Atheſi infuſum põtibus iunctũ. Poſtq́ꝫ inſulã ad eundem amnẽ in meridionali ripa oppidum eſt, Cauarzere, id eſt, caput aggeris, ab effectu, ut diximus, in paludib. Deſcripta itaq́ꝫ regione quæ proprie Venetia appellat̃: modo ſupra eam ad alpes Medoacorũ loca ponenda ſunt: quando huic ad ſeptentrionalẽ partẽ immineãt atq́ꝫ per eam gentẽ eadẽ flumina quæ per Venetiam euagantur delabere paulo ante meminimus: licet regio aſpera inculta ac modica ſit ad orientẽ enim Plaue, ad occidentẽ Lauo fluminib. cõtinetur, hæc anguſtis diſcernitur uallib. quarũ apertior longiorq́ꝫ ea eſt quæ nunc ab incolis Sugana dicitur, quam quidã contendũt Euganã olim uocitatã, per quã Medoacus ſuperior fundit̃, in orientẽ primo, deinde ad auſtrũ per Baſſaneũ oppidum, unde ad Venetorum paludẽ curſu penè recto it: ad hunc amnẽ in Medoacis ſecundo fluxu in dextra caſtella ſunt. Perzene, Lieuegũ Burgum, Iuanium, & Scalla: inter quæ duo ultima fluuius in Medoacum fert̃ qui modo Teſinus dicitur, loco per quẽ ſerpit nomen ſuũ relinquens, quo incolę Teſinaces appellantur, in iſtis tum Teſana oppidum fuit nunc uici aliquot nõ exigui, & qui habitant paſtoralẽ agunt uitam, æſtate in ſuis ſe cõtinentes, hyeme in Venetos deſcendunt paſcui gratia, prata conducentes, quib. lac et caſeus, proq́ꝫ pane polenta omni uitę ſpatio cibus eſt. Verũ ad Medoaci leuã Enegum oppidũ iacet. Hinc aũt ad Lauum fluuium Sogozanum caſtellũ, & quædã alia minuta ſunt, barbaris nominib. nuncupata: ſiquidem omnibus huius loci incolis Teothonicus ſermo eſt.

Cenomanæ gentis regio.

RElictis Venetis, occaſum uerſus Cenomani, inter Ciſalpinos Gallos gens haud obſcura campeſtrẽ regionem tenẽt: hanc modo una cum reliquis Gallorum Lombardiã, ſiue Longobardiã iunio-

res appellāt: q̄d uocabulum ad Ciſpadanos etiā tranſit, his nanq; includūt finib. ad orientē Scultena & Mintio amnib. ex cōtrarijs regionib. in Padū concurrentib. ad ſeptentrionē occaſumq; alpib. ad meridiē Apœnino. Igit in Cenomanis primo iuxta Venetos, Tridētinis Tridentū oppidū eſt nunc Trentū, non ignobile in ualle per quā Atheſis fluit exiſtens, neq; eminens, pontē ſupra eundē amnē habens radit enim oppidi muros ad partē ſeptentrionalē, Gallorum ſtructura qui ciuili diſcordia ſedes proprias relinquētes, nouasq; ominati alpes in Italiā tranſierunt, Lepontijs proximi. nam Strabo, quū Tridentinos nominaſſet, alia inquit ex parte Lepontij & Tridentini. Sub Tridento in eadē ualle in radicib. montiū Rhoueredū eſt aliquantulū ab Atheſi diſcedens, cuius oppidi latus torrens ex ſuperioribus montib. prēteriēs Atheſim ſub eo intrat, poſtea caſtellum eſt Cluſa Veruca prius eodē montiū latere ſub quo Atheſis præfluit, qua ex re diffi cilis ibi trāſitus fit, ex q̄ Verucā appellatū cōtigit, dein qua colles alpium in planitiē deſinere incipiūt Verona ciuitas ampliſs. eſt 7. mil. paſſ. ambitu quā Atheſis latiſs. fluuius mediā diuidit, arcem habens in colle ex altera amnis parte, ex altera urbs in plano ſedet: hāc Galli cōdiderunt: deſtruxeruntq; Longobardi, q̄ immiſſo igne, eam penè totā corruere fecerūt. Sub qua haud longe fluuiolus Aureus nomine Atheſim petit. Ad alteram aūt Atheſis in alpib. ripā caſtella quædā, paruiq; amnes ſunt, inter quos Nus torrens (ſic uocant accolæ) per uallē quæ appellatur Solis excurrens. Inde lacus haud magnus S. Andreæ nomine intra montes concluſus qui in Atheſim riuulo poſt Rhoueredum exoneratur. Longe dein ſub Verona intra caſtellū Baldum in altera Atheſis ripa Lignagū prēſentis nominis oppidū eſt cum ponte rurſus ad occaſum Lacus Bænacus aperitur, qui Gardæ nunc cognominaī ab oppidulo Garda ei impoſito, ad ſeptentrionem porrectus qua anguſtior eſt, nam duob. & 20. mil. paſſ. in longitudine cōſtat, tempeſtates nonnunquam maritimas imitatur: quod ait poeta.

Fluctibus & fremitu aſſurgens Bœnace marino:

Cingitur enim ubiq; altiſs. montib. præter meridianū amœniſs. latus omnis generis arborib. oleis præſertim frequentiſs. Ipſeq; nobiliſs. piſciū magna copia refertus in quē nōnulli parui ex imminentib. petris decurrunt riui: oppida uerò circū in eius ripis, ad ſiniſtrā ſeptētrionē uerſus, unū mētione dignum Riua ab incolis dicitur. ad dextrā introrſus paulo Peneda in ſaxo poſitum, interius uerò Archū & hoc in acuta petra ad fauces magnorum montium quas obcludit, unde planities uſq; ad latum ſternitur, eam Mintius, nunc Sarcha amnis ſecat ortū habens in Tridentinis montib. ad ſiniſtrā oppidi profundā uallem ſerpens, lacumq; plurib. oſtijs infundiť. Poſt autē Penedam meridiem uerſus, Malſeſinum, Benzonum, & quod paulo ante diximus Garda, Bardolinum, Laziſiumq;. In altero latere ſub Riua, Madernum & in Receſſu Salo primariū huius loci oppidum quod

aquis Bęnaci abluit. in meridie uerò Manerbiū. Defenzanū. Riuoltella, et in peninſula Sirmio nomē adhuc priſcū retinēs antiquitatis etiā ueſtigijs memorabile, magis tamen poëtæ Catulli cuius patria eſt, de quo ipſe ait.

Belle inſularum Sirmio: inſularumq;
Ocelle quaſcunq; in liquentibus ſtagnis
Mariſq; uaſto fert uterq; Neptunus.

Hodie maiori ex parte à piſcatorib. hominib. habitat. Poſt illud Peſcaria arx eſt minutiſs. ea in parte poſita quæ Mintius amnis ex lacu emittit, ubi ponte iungitur, leniter intra ripas arundinib. refertas fluit, eſſeq; eodem tenore cum ſuperiori, Bænacumq; permeare ſcribit Plinius: is lacum primo circum Mantuā implens, deinde in Padum prorumpit: Mantua urbs inſignis, uetus ac magna eſt, quod nomē poſteritas nō mutauit à muliere græca Manto nomine Tireſiæ filia ut antiquitas tradit denominata, quæ quū ad Italiā ueniſſet gręcis ſocijs urbem poſuit, quam mœnib. Ocnus eius F. ex Tiberino Tuſcorū rege ſuſceptus circumdedit: unde Plinius ſola trās Padum Tuſcorum illud eſſe ædificium inquit, & Virgilius:

Ille etiam patrijs agmen ciet Ocnus ab oris
Fatidicæ Mantus, & Tuſci filius amnis
Qui muros matriſq; dedit tibi Mantua nomen.

Ipſa medio in lacu ſiue palude ſedet, quā ſuperfundit Mintius ex q̄ nō niſi pontib. ad eā uia eſt, circūquaq; fertiles adiacent cāpi: ut nō illud ocioſe eſt dictū. Mātua diues aruis: ſed nō minus felix ciue Marone: q̄d notat Silius,

Mantua Muſarum domus atq; ad ſidera cantu
Euecta Achiuo & Smyrneis æmula plectris.

A'Longobardis maxima ex parte diruta. Poſt autem Mintij coniunctionem cum Pado, medio fere tractu antequā ille ſcindatur in flumina Hoſtilia caſtellum uetus eſt ſimili adhuc nomine cui per aggerē turrib. munitū ex agro Veronēſi iter eſt: ſiquidē paludes in ea parte amplæ ſunt, qua Padus naui traijcitur altera in ripa Reuero caſtello altero exiſtente. medio uerò ſpatio inter Atheſim Mintiumq; duo torrētes Tartarus priſco etiā nomine. quę & Philiſtena foſſa uocitabāt & Menacus, & alij quidā exiles in Tartarū corriuantes: unde haud procul ex earū aquarum cōmixtione paludes efficiuntur, quæ Septem maria Tartariq; ueluti nunc appellabantur diffuſæ adeo ut recte quidē maria appellari poſſe uiderent, ſeptē enim uoragines in ijs depræhendebant, ſicut etiā nunc depræhendunt, accedentibus Atheſis Padiq; ſciſsionibus quæ modo paludes (non ita effuſæ uerſus mare erāt) ſex mil. paſſ. ſupra illud in Padū perueniunt, ſiue in eas ipſe euomitur, quū ſupinus alienis aquis feratur, Ad has paludes 12. mil. paſſ. à littore maris Adria urbs Græca Adriano infuſa amne ſita fuit Atria prius appellata, quo in loco multa uetuſta ſanè, ut murorum fragmenta, ac marmora iacentia ubiq; indicāt, uaſaq; complura, tum uitrea tum teſtacea æui

illius forma ſanè admiranda quæ uel effodiunt, uel à piſcatorib. immiſsis retib. per paludes extrahũtur: cuius adhuc urbis pars in inſula paluſtribus aquis circumflua reſtat piſcatorijs caſis habitat, quæ corrupto uocabulo Adria Ari appellat, in quã tenuitatẽ qua deinde ſemper fuit Veneti Vrſeolo duce, bello eam deuictã perduxerũt. Sunt quidã noſtri temporis qui 7. maria, Venetorũ paludes eſſe putent, non aũt quas meminimus: nos uerò Plinio magis credimus: ipſe eñ ait, ubi de Pado loquit. Vrgetur quippe aquarũ mole, et in profundũ agitur, grauis terrę quanquã deductus in flumina, & foſſas inter Rauennã Altinumq́ paſſ. 120. mil. tamẽ quia largius uomit 7. maria dictus eſt facere, ac ſtatim ſubdit. Omnia ea foſſas fluminaq́ primi Aſſagi fecere Tuſci, egeſto amnis impetu per trãſuerſum in Atrianorũ paludes quæ ſeptẽ maria uocant, nobili portu oppidi Tuſcorũ Atriæ à q̃ Atriaticũ mare ante appellatũ q̃d nũc Adriaticũ. Similiter Strabo, Atriã quidem inclitã ciuitatẽ fuiſſe memorię proditũ eſt à cuius nomine modica tranſpoſitione ſumpta & ſinus appellatus eſt Adriaticus. Inde oſtia plena, Carbonaria, Foſſiones, ac Philiſtena: & quæ ſequunt. Quare nõ mihi uidet ſeptẽ maria eſſe Venetorũ paludes, tum quia Atria non Venetorũ paludib. adiacet, ex q̃ illis hoc nomẽ cõtingere poſſet: quippe non Atrianorũ ſed Venetorũ, aut Gallorũ, nam & Palus Gallica, nõ aũt ſeptẽ maria à Victruuio nominat, qui Galli paludib. ipſis expoſiti erãt, à quib. gentib. uocabulũ accepit: tum etiã quia portus Adriæ haud in noſtris paludib. ſed procul orientẽ uerſus (ut paulo ante ſcripſimus) in Adriatico litore conſiſtit, itẽ q̃d ipſe deinde ponit, oſtia plena, Carbonaria, Foſſiones & reliqua q̃ inter dictum portũ & paludes Venetas interiacẽt. Inſuper q̃d magis procul à falſo eſt, Venetorũ paludes nõ ex fluminũ abundantia, ut ait, licet iſthuc multa inferant, ſed ex marinis æſtib. p̱ uarias litoris portas replent qui quum ab reliquo mari ſubducunt, præter canales quoſdã, reliquũ totum ueluti planities aquis denudatũ emergit, quãuis aquæ dulces perenniũ fluuiorũ in eoſdẽ locos cõtinuo ingruãt: quarũ excurſus per paludes canales excauaſſe uident: ſed de hoc ſatis. ad ea quæ omiſimus redeamus. Sequit ad Mintiũ ubi in Padũ influit, Gouernũ caſtellũ, et ſupra Mãtuã Vallezum Mintiũ lapideo ponte iungens: ſub q̃ Goitum: & ultra flumen, ad utranq́ Padi ripã caſtella duo Burgofortis ambo nomine, ubi ferrea catena amnis nauigatio prohibet. Iterũ ad ſeptentrionẽ non lõge à Bænaco occaſum uerſus lacus eſt, illi Ider uocãt apud quem caſtellũ ſui nominis, quẽ amnis ex alpibus ueniens Chieſſus nomine medium percurrens, longo excurſu paulo ſupra Padũ Olio fluuio, torrentib. Touero, Degno, & Bicollo auctus iungit: quẽ etiã lacũ Chaffar torrẽs ſub Lodrono caſtello in altiſs. montib. poſito inuadit: Chieſſus ſub Gauardo oppido ſcindit quam ſciſſurã Nauiliũ uocãt, nõ procul à Brixia diuertentẽ, Olio ad Marchariũ caſtellũ cõmiſcetur. adiacet Chieſſo Monſclarus caſtellũ in colle,

cui

cui ampliſs. iungũtur campi. Inde ad occaſum Brixia urbs potens claraq́ in priſtino perſeuerans nomine, Genomanorũ metropolis condita à Gallis Semnonibus qui Romam incenderunt teſte Trogo: Liuius uerò à Germanis tranſeuntibus in Italiam duce Cineo, quorum lingua apud nos ſpeculam deſignat: ex quo Catullus.

Brixea Cinea ſuppoſitum ſpecula
Flauus quam molli percurrit flumine Mello
Brixia Veronæ mater amata meæ.

Hanc interfluit fluuiolus Garza nomine in Mellum paulo infra Bagnolũ caſtellum cadens, ſi adhuc Mello dicitur, iuxta urbem ad occaſum fluens, qui nõnullis aquis grandior factus in Olium cadit, nam & Mormam torrentẽ apud Peſatium caſtellum in ſe recipit. Inde Sebinus lacus eſt, Iſei nũc ab oppido ſibi adiacẽte, quem Olius uetere nouoq́ nomine fluuius (quia leuioris eſt aquæ) ſupermeat, ſupra ex alpibus non longe ab Aduæ fonte, ex lacu Frigidolfo naſcitur, per uallem Camunegã effuſus. Padum irrumpit, imminet quo exoritur fonte Tonal caſtellũ, cui ex oppoſita parte mõtis torrens qui Nus dicitur fluit, quem ſuperius meminimus, uallem ſolis à Camunega ſegregãs, interiemus paruo diſcrimine ſed altus mons Sunt in hac ualle uici uillæq́ complures, ſatis enim lata eſt, hinc atq́ hinc ad mõtium radices, ex quibus riui ac torrentes in Olium per mediam excurrentem concauitatẽ præcipitãtur. Quo aũt loco ipſe in Sebinum infunditur ad aquilonẽ (lacus in longum meridiem uerſus protendit) caſtellum Piſognum eſt: ſub quo Velum, Meron, Sali, Sulzam & ad exitum penè Olij laſcuni. In altero margine Loure, Ripã, Auernole, Prador, & Sarnego, quę caſtella haud magni momenti ſunt. Sub lacu autẽ ad Olium oppidum eſt Palazolum amne ipſo infuſum. Poſtea aliud cum ponte ex quo Pontoliũ dicitur ubi Cher fluuius ex paruo lacu Spino dicto ab oppido eiuſdẽ nominis, profluẽs Olium ingreditur. Pauloq́ ſupra alter minori orbe lacus Hendenis nomine, ambo in Caualina cõualle exiſtentes. Inde ad Olium Quinzanum: Pontemq́ Vicum, & Senega caſtella ſunt: ubi Mello cõfunditur Olio. Hinc Oſtianum: & Canedum ab altero latere Sonzinũ Bordelanũ, Pebechum, Labina olim Bebryacus duab. iam Rom. cladib. notus infauſtusq́, et Platina oppida, et poſt cõmixtionem Olij cum Pado oppidum eſt Viadana Vitelliana quondam parum à Pado diſtãs, quod Vitellius direpta Cremona pro caſtris primo habuit, poſtea ut pro oppido habitaretur cõmunitum reliquit. Inde aliud ad Padum Caſſalem appellãt. Poſtea Cremona colonia uetus retinẽs nomẽ iuxta Padum, foſſa ex Olio dicta urbẽ amplectente in Padum, emiſſa, qua Cremonã ex Pado ſubeũt, quæ urbs maxima clade Veſpaſiani principatu perpeſſa eſt: nõ enim direpta ſolum, ſed etiã ſtupro ac cæde ſine ætatum aut dignitatum diſcrimine ab irruptione 60. millia armatorum, calonum, lixarumq́ amplior nume-

 rus fee-

rus fœdata: inſuper igne priuatis ac pub. immiſſo tectis incendio tota corruit: hunc exitum Cremona urbs memoranda anno 286. à primordio ſui habuit: Quæ quum ægre tandem caput extuliſſet, Agilulfus Longobardorum rex iterum ad ſolū diruit. hodie uerò ſuperſtes ac celebris eſt. Relicta Cremona Serrius amnis ex ſuperiorib. montibus per uallem ſui nominis 20. mil. paſſ. longā defluens in Aduam prope Padum ad oppidum Pizegatonum acre nobile ponteq́ munitiſſimo Aduæ impoſito uadit, orit̄ Serrius prope caſtellum Berlinum ubi ferrum in fornacib. excoquitur, ex propinquis erutum. Item ad eundē in campis patentibus Martinengum oppidum. dein Caſtillionum, Poſtea in inſula fluminis Rumanum: inter q̄d & Cremonā Romanengum, ad alterā ripam Mōzanega. Sub quo oppido non longe à fluuio alterum eſt haud ignobile. Crema nomine, quod Federicus barbariſs. Imp. poſtquā Cremonā diruit (nam & ipſe Cremonam adortus eſt) ædificauit, cui ad ſeptentrionem neq́ longe paluſtris locus eſt, ubi Forum Iuguntorum oppidum temporib. priſcis excelluit, feruntq́ ibi adhuc licet pauca antiquitatis ueſtigia uideri: ſupraq́ ad amnē Riuum nomine qui Cremā diuidit Carauazum oppidum eſt, ille in Serrium cadit, inde Riuolta non longe ab Adua, Treuium et iuxta eundem Serrium Bergomum ciuitas eodem tunc nomine à Gallis condita, in eius ſitu oppidum Orobium uel ut alij Cenomanorū Barra interijſſe Cato author eſt, unde Bergomates ortos fuiſſe: Cornelius autem eam ortam à Græcis, interprætatione etiam nominis, ſiquidē uitam in montib. degentes ſignificat, eſt enim petroſo in loco ſita. Poſt dictā urbem flumen ex montib. labitur Bremus nomine in Aduā ſub Trezo oppido cadens, ac ualli qua decurrit nomen reliquens, torrentib. nonnullis auctus frequentes in ripis habitationes gerens, in quem ſub fonte paulo Zumelus breuis lacus exoneratur. Inde ipſa Adua amnis nobilis. qui ſic quoq́ antiquitus nominabat̄ in alpib. ex monte ſui nominis quondā nunc Mobrai dicitur: unde et Rhenus in contraria parte exoritur, lacum Larium in alpium radicibus tanto impetu percurrit, ut colorem nomenq́ per omnē lacum retineat, quidam quū leuior Laria ſit non ei miſcere, ſed ſuper natare dicunt, inde in Padum ad caſtellū Nouum infundit: fertur Adua per uallē quā incolæ Voltolinā dicunt, 60. mil. paſſ. longā ubi latior quatuor multis habitata caſtellis: nā qua demittit̄ Bromin caſtellū eſt, ubi in proximo uico aquarū calidarum balnea ſunt: ſecat deinde huius uallis latus dextrū ingēs fluuius Ronta nomine in Aduā cadens: item alter ſub eo Puſchlauinus ex eiuſdē nominis lacu ab oppido ei imminēte profluens, lacus ipſe circiter 10. mil. paſſ. in circuitu, ſiniſtrū uerò Tartanus torrēs ad caſtellum Tallamonā in Aduam erumpens 11. mil. paſſ. à Lario: Eſt enim Larius lacus ſiue Comanus ab oppido nuncupatus, Bænaco maior, à ſeptētrione in auſtrum productus 60. mil. paſſ. ambitu, quidā Larius denominatus à grẹco uocabulo quod

eſt laros

eſt laros auis, quæ latine fulica dicitur, nam ijs maxime abundat, etiam piſcis ut ſcribit Plinius, in eum multi, exigui tamē, torrentes inuadunt ex circumadiacentib. montib. quorum cacumina caſtanearum arborum nemora habēt: latera uineæ, oleæq́, radices uerò ſyluæ in quib. ferarum uenationes frequentes: in margine autem lacus, caſtella conſidunt, quorum ad auſtrum Lechum ubi pons quo Adua traſmittitur utranq́ ripam iungēs, ulterius in ripa quę ad orientē uergit caſtella in montib. (coronatur quippe montib. lacus undiq́ præter occidentalis ripa à qua, & ſi nō magno interuallo, recedunt) Mandellum, Varena, Bolanum, Coreum, Prona & Volognum turris ubi Adua lacū intromittitᷣ, Cenomanorumq́ regio ab ea parte terminatᷣ. Igitur ſupra eos ad alpes Bechunorum loca ſunt: quib. ad aurorā Medoaci in Laui amne, ad occaſum in Adua, gens montana per quā Atheſis & alia quædā labunᷣ flumina: ſiquidē poſt Lauē ad occaſum Iſſara, & alter Sentinus, & Caſſarus torrentes præſentis ambo nominis, omnes ab alpib. in Atheſim deſcendentes non aūt Atheſis in Iſſarā uel ab Iſſara in Adriaticum trahitur, Iſſara ex modico lacu in radice mōtis Pænini, ut in Carnis diximus quem montē Preuer barbari nunc uocant profluit: nō procul à fontib. Draui amnis. Item alius in contraria parte Atheſinus nomine fluit Vennonum gentis terminus ad orientē, quorum adhuc terra Vennoſt ab incolis nuncupatur, qui amnis nō in Iſtrum ut quidam, ſed in Ænum labitur. Ptolemæus in his gentib. quatuor tantum oppida ponit. Bretina quòd Brixina modo dicitur uerſus alpes iuxta Iſſaram ad aurorum ſitum: Anauium ubi nunc Egna caſtellum haud procul ab eo loco quo Iſſara in Atheſim exit, reliqua uerò Vannia: & Carraca ſunt quorum recentiora ſecundum eorum ſitum uocabula nō reperiuntur, multa iſthic loca cecidiſſe in annalib. nouis legimus, quod præcipuè Francos in hæc loca tranſitis alpib. deſcendiſſe, à quibus multa tum oppida, tum alia deletaeſſe in quib. Fagitana, Cimbra, Ennemaſſe, Veloneſq́ quod Velos modo dicitur. Cæterum ſub Bretina ad eundē amnē Chiuſa caſtellum, & ad Atheſim aliud Lauis eo loco q̄ eiuſdem nominis amnis congrediᷣ Atheſi poſitū, ſuperius uerò Pienna Apianū olim ad Lauem, & inter confluenta Iſſare Atheſiſq́ Bolzanum oppidum ſupra q̄d Serentina Sermiana quondā, nunc uilla iuxta ipſius appellationis fluuiū: ultra aūt torrentē Caſſarū, in ripa Atheſis Maranū oppidū Maletum quondā. Similiter et alia nōnulla haud mētione digna. Poſt igiᷣ Cenomanos ad occaſum Galli Inſubres ſunt, inter Aduā Ticinumq́ amnes, ac ulterius ad torrentē uſq́ Gognam (uocant ſic incolæ) ex alpib. effuſum qui non longe à Pado in medijs cāpis diſperdiᷣ: qui & occidentalē Larij lacus partē tenent quorū metropolis Mediolanū eodē adhuc nomine, ciuitas potentiſs. quidē ac populoſiſ. in apertis campis ſita, uicatim olim habitabatur: nunc uerò eximiæ dignitatis urbs eſt, nam & cum nobiliſs. Venetorum gente pluribus amnis de

finibus

finib. uaria bella geſſit, à Gallis, temporib. Tarquinij regis cōdita: ſiquidē in Gallia multitudo abundans, Ambigati Celtarū regis nepotes accepta ſorte ut regnū gētib. exoneraret, Segoueſus in Hyrciniū ſaltū, Belouagus in Italiā nouas ſedes quærentes domo proficiſcūtur, iſte diuerſarū gentiū multitudinē ſecū ducens haud procul Ticino flumine cōſedit, ubi quum agrū in quo ſteterat Inſubriū appellari audiſſet, felici omine indutus urbē condidit, Eduorum antea pagus, quam Mediolanum appellauit. Hanc ſicut & alias nōnullas Attila Hunorum rex deuaſtauit: deinde Longobardi: Gothiq́ ac poſtea imp. barbariſs. ſolo proſtratam reliquit. Poſt autem ſupra in montib. Grauarū alpium, ac earum initio oppidū eſt inſigne cui nomē Belenzona, quæ Axima urbs antiqua eſſe poteſt ratione ſitus, in Cātianorū gente alpina, in ualle quæ Lauentina dicitur, cuius occidentale latus Ticinus fluuius abluit, orientale rupes muniunt, fuit etiam iuxta Cantianos, & Inſubrum parua gens Caturgidorum, in quib. ciuitas Eburodanum circa Verbanum lacum, quo in loco æs in metallis exquiritur. In meridionali aūt ripa Larij Comū clarum oppidū à Gallis Orobijs, quidam Cenomanis conditū, grecam habens interpretationē quemadmodum in Bergomū diximus, Rom. colonia à diuo Iulio ultimo loco deducta in quibus quingēti illuſtriſs. fuere Greci, author eſt Strabo, ex quo nouū Comū deinde appellatū eſt: in amœniſs. loco poſitū, adeo ut ad ſolas delitias excogitatū uideať, nam à fronte pulcherrimū lacum, à tergo campeſtria culta & omni genere fructuū feraciſs. habet: accedit etiā aër ſaluberrimus iucundiſsimusq́ cui neq́ miracula & ea quidē gratiſsima deſunt: nam ab eo haud longe fontē largū oriri in monte ambo teſtanť Plinij, qui per ſaxa decurrens in Lariū decidit, huius mira natura, ter in die ſtatis auctib. ac diminutionib. creſcit decreſcitq́. Poſt aūt Comū Briſsia torrens lacum intrat, neq́ longe ab oppido. Inde ad Comi dextrā ſecus lacū caſtella in collibus ſunt Villanen, Riua, Rhes, & Lexen, ad leuā uerò in parte occidentali Burgouicus, Tremezū, Menas, Auarena, & in ardua petra Mus, Dunge, Grauidone, Domas, Soregum, & in extremo angulo ad ſeptentrionem Semoleg, ſub quo Mera amnis ex ſuperioribus mōtibus Clauenā oppidum interſecans in lacū influit quib. montibus iuxta fontē amnis oppidū dirutū iacet Curia Rhetiorū quondā (ad Retiam enim prouintiā pertinet) Caſtel nūc Marmorer appellatur. Ad meridiē autem huius lacus regiuncula eſt Monsbriganzis nuncupata frequēs uiculis, ubi optimum uinū naſciť, in qua non procul à Como Eupilus lacus eſt, qui Montiſorfani, ſiue Buſis à caſtello ei proximo ad auſtrū: & alterum ad ſeptentrionem Monguzum: ex quo lacu Lamber amnis effluit. Sub Lechum ad flumen Aduam, Breuium: & Trezum, caſtella ſunt. Poſtea Caſſanum, & ſub eo Laudepompeia inſigne oppidū, quod antea à Gallis Boijs conditum fuit qui Laudē uocauerūt, dein à magno Pompeio qui piratas colonos quos nauali bello

uicerat in eam deduxit Pompei cognominatur: fæcitq́ ut Ligurum fero-citati bellicoſiſs. homines ueluti propugnaculũ quoddã oppoſiti eſſent. diſtat enim æqualib. prope ſpatiȷs à trib. ualentiſs. urbib. Mediolano, Ti-cino, Cremonaq́ q̃d quum deletũ iaceret, ex eius cinerib. aliud Lodũ no-mine 3. mil. paſſ. ab eo Federicus Imp. Mediolano exciſo ędificauit, pontẽ turri munitum Aduę impoſitũ habens. Poſtea in Padi ripa Caſtellũ No-uum, Lamber fluuius Pado miſcet̃ apud Somaiã caſtellũ, ad cuius fluuȷ̃ occidentalẽ ripam ſub Como oppidũ eſt egregium Monzá nomine, olim Mogontia ut uetuſtiſs. ibi literæ ſaxo inſculptæ atteſtanť, quæ hæc ſunt. TERTVLLIANVS VETERANVS LEG. XVI. CVRATOR CIVIVM ROM. MOGONTIACIS. Quod Theodoricus Gothorũ rex ampliauit. Poſt illud Marignanũ eſt ad eundem amnẽ. Sequitur in radicib. alpium Verbanus lacus qui maior nunc appellať, per quẽ Ticinus amnis deuoluiť fontes ſu pra in alpib. habẽs monte qui à iuniorib. S. Gotardi nuncupatur ſummo è uertice demiſſus: ex q̃ alter Rhuis nomine ut in Belgica diximus in Rhe-num uadit: ſed antequã Bellenzonã Ticinus attingat, Mœzã amnem Sui-zarorum in hac parte terminũ ex ſuperiorib. montib. procurrentẽ ſecum trahit, inde Ticinus lacu egreſſus (grandis ſané) in Padum influit, Aduę natura ſimilis, nam quũ dulciorem aquã deferat, Verbanã ſuperfluit. Ver banus ex ſeſe lacũ alterũ paruum quidẽ parturit ad auſtrũ exiſtentẽ qui S. Iuliȷ̃ dicitur: quib. nonnulla caſtella appoſita ſunt. Verbano ad oſtium Ti cini in parte orientali q̃ altiſs. attollitur montib. Magra: & ubi in Luganũ ſcinditur Lauẽ. Eſt enim Luganus lacus magnitudinis haud modicæ, ſed adeo tortuoſis anfractib. receſsibusq́ implicitus, ut eius circuitus mẽſura cõmode tradi nõ poſſit, q̃ in Verbanũ Liteſſa fluuio exonerať, cui in pro montorio Morchũ caſtellũ imminet: item Luganũ à quo lacui nomen eſt: Poſtea Valſoldũ, Prolezũ, Oſtenum: Campionũ, Biſon, Condelanũ, Bru ſinum, Portumpontẽ, & ad fluuiũ quo in Verbanũ exit Vareſe. Hinc aũt ad occidentalẽ Verbani partẽ quæ plana tota eſt, Gardola, Caruiũ, Aſco na cum fluuio, Brixigũ, Canobiũ cum fluuio, Pallanzanũ, & ultimo loco ubi ſinuatur litus Mergotium à quo quidã lacum denominãt: quæ caſtel-la in hac parte omnia in plano ſita ſunt: ad occaſum uerò & ubi ſe lacus in-ſinuat quo Vergontam torrentẽ recipit, qui ex intima uallis ruit, non pro cul lacus S. Iuliȷ̃ etiam in ſe anguſto ore trahit: circa quem hæc ſunt caſtella Amagna, Acabium, et Aimon, in receſſu uerò ad orientem Bozium, hinc ad meridiem Vpai, & Apella: in medio uerò lacus inſula eſt in qua caſtel-lum S. Iuliȷ̃ à quo lacus nomen habet, & ubi Verbanus ſe arctat ut inde Ti cinum expellat Arona oppidum, & in altera ripa contra Angiera ambo in eminenti petra ſita, & ſub ȷ̃s Sextum, ubi Ticinus poſt lacum eſſe cœ-pit. Poſtea Caſtelletum Ticino diuiſum. Inde ad eundem amnem in ripa ſeptentrionali, Vrbs Ticinus magna ac nobilis eodem nomine cum am-

ne cui

ne cui appoſita eſt, quatuor mil.paſſ.à Pado abſens,quę nunc Pauia dicit̃ à Gallis Inſubribus condita pontem habens lapideum amni impoſitum, ſitu & aëris ſalubritate amœniſſima,quam Attila primo: deinde quum inſtauraret̃ Odoacer Herulorum rex: poſtea Salodus Pannoniorũ dux,ferro peremptis ciuibus immiſſo igne ad ſolum uſque complanarunt. Verum inter Ticinum, & Lambrum flumina ubi Mediolanum eſt,ſed Lambro propius,foſſa quæ Nauilius dicitur abunde profluit,initiũ ſub Verbano lacu aquã ex Ticino hauriẽs in Lambrũ Mediolanũ primo præcinctum terminat,ad cuius dextram Liginiforum ut appellat Plinius, Gallorum ędificium fuit,idq́ꝫ Cato memorat,Lignanum noſtrates dicunt.Sed inter amnea etiam regione caſtella multa & oppida quædam ſunt: ſicut inter Aduam & Lambrum, Vilmercatum, Melzum,Gorgozolla,ſub quo foſſa eſt manufacta prope Caſſanum ex Adua transq́ꝫ Lambrum Mediolanum petit.Inter autem Lambrum Ticinumq́ꝫ primo uerſus montes ad occaſum, Cantu, Carchanum,Marlianum, Galleranum,Somma,Lona, & Buſti. Item Cuzonum,Caſtenum,Rubechum,& Biagraſſa quæ in collibus ſunt, qui ab ea parte ad Ticinum iacent. Poſtea Binaſcum ea impoſitum foſſa qua ex Mediolano recta Pauiam fertur. Vltra quam Belzoioſum: & in tumulo, S. Columbanus, & ad Padum,Sanctus Iacobus, neq́ꝫ à Pauia procul Rhena ſunt.Sub Ticino uerò labitur Graualonus, is iuxta caſtellum ex ipſo Ticino exit, ac in eundem nõ procul ubi ipſe in Padum erumpit, influit,inſulam efficiẽs,in qua Cerea: Mortara: & quod diximus Vigeuenũ,caſtella ſunt,trans itaq́ꝫ Graualonum Nouaria urbs eſt & ſuperioris & noſtri temporis nomine,tempore Plinij Pagus ex Vertamacoris Vocontiorum ortã ait, cui Cotiarum alpium altiſsimi montes, ac omniũ totius Italię eminentiſs. poſt tergum ſunt.Sub qua Gogna torrens elabitur inter quem & Graualonum in radicib. alpium unde ipſe prodit,Cochium: poſtea Triuium, & ad ipſum Vignalum, & ab eo longe Nebloſa caſtella ſunt.Sub iam dictis gentibus Galli Libici ſunt ad uſq́ꝫ Seſſiam amnem in his oppidum eſt Glaumellum inſigne olim: ad breuiorem modo orbem redactum Laumellũ ad amnem Gongam ſitum: Inde gentis terminus Seſſis fluuius ita etiam nunc uocatus ex alpibus per uallẽ Tarranteſsiam, Vercellarum urbis latus abluẽs in Padum uadit. Plinius Vercellæ Libicorum ex Salyis ortæ,haud procul à radicibus alpium, urbs olim potens, & quę ſuperiorib. annis aurifodinã habuit Euſebio teſte: & Plinius in Vercellenſi agro lex cenſoria cauebat̃ ne plus quinq́ꝫ homines in opere auri fodiendi publicani haberent. Intrat in Seſſiam Saruus torrens ſub Vercellas neq́ꝫ longe in cuius dextra Andurnum: in ſiniſtra Bedulum oppida ſunt. Sed præter iam dicta caſtella, alia quædam ſunt ut Burgum,Romagnanum,Bicella,Confienza, Paleſtrum, & ad amnem Seſſiam, Villata, & in ripa Padi Saturnana, & Bremium: horum ad occaſum

alpes.

alpes Cotiæ à Cotio rege dictæ ſunt, quæ ut Marcellinus perhibet, perdo mitis Gallis ſolus in anguſtijs latens locorum aſperitate confiſus deníque in amicitiam Octauij principis receptus eſt, qui muneris uice compendia rias & uiatorib. opportunas, medias inter alpes uias extruxit: quo defunctо in prouinciæ formam Nero redegit.

Salaßiæ gentis regio.

HInc eſt Salaſſiorum regio ad ripam uſq; ſecundæ Doriæ, priſco ac recenti nomine fluminis, quæ pars modo una cum ſubſequentib. alpinis gentibus Pannonios, hoc eſt, pes montis ab incolis appellatur, continetur q; intra Lombardiæ nomen, magna quidem ac rupibus maiori ex parte aſpera, omnis quippe ab imis alpium radicibus in cacumina porrecta extenditur: ubi eorum profundã uallem agrumq; arcta ac difficili uia, inacceſſa undiq; ſaxa præmuniunt, qua qui ex Italia in Galliam tranſeunt, iter eſt: inde bifariam diuiſa, una quidem per alpium ſummitatem qui Pœninus tum dicebatur, nunc S. Bernardi in cuius uertice ſacellũ eſt: altera per Ceutrones, id eſt, Tarãteſsios prolixior: quibus anguſtijs ac difficultatibus muniti Salaſsij ſe continebant, uectigaliaq; à prætereuntibus accipiebant, apud quos aurifodinæ erant: unde poſtmodum à Romanis expulſi ſunt, præter eos qui montium excelſa inſidebãt latrocinijs intenti, quos deniq; Aug. funditus deleuit. In his gentibus Auguſta prætoria colonia eſt, quæ ſic adhuc dicitur in radice mõtis ſita, ubi uallis qua ad eam iter eſt diuortiũ facit, uiarum altera Graia, altera Pœnina dicitur ambo in Narbonenſem ducentes: dextra quæ nunc Taranteſsia uallis nominatur in Allobroges: leua in Prouinciam, qua Hannibal in Italiam deſcendit: ſed antequam ad Auguſtam penetretur: Eporedia colonia eſt Doriæ amni appoſita, Inurea nũc, quod oppidum teſte Plinio Sybillinis libris à populo Roman. condi iuſſum: Eporedicas enim Galli bonos domitores equorum uocãt: Hinc ad urbem Vercellenſem foſſa manufacta intra colles deducitur, cui caſtella hinc inde ſunt, ad orientem Liuorhium, Bianze Salugia, ad occaſum Samzermanus, Santia, Cauaglia, Viuerón, Piueron, Moncrauello: in hac uia lacus haud magnus iacet. Poſtea uerſus uallẽ quã ad Auguſtam prætoriam itur unde Doria elabitur Ocelum antiquo nomine oppidum Garocelorum qui Lepontiorum populi ſunt apud Ptolemæum, nam Strabo Lepontios in Rhetis locat, ubi ab ea parte, quæ Cotiorum erant, terminabãtur quibus Caturiges hærent, populi alpini omnes. Item Aſtubia, Gatinara, Lamota, & orientem uerſus Moranum. In ripa uerò Padi Trinum, & ad ingreſſum Doriæ in Padum Creſentinum. oppidum nobile. Sub Doria autẽ quæ Baltea cognominatur (duæ quippe ſunt Doriæ ut ſtatim apparebit) caſtella ſunt Vopium, Caluſum, Mãzanum, Marzenaſcum, Candia cui modicus ſubeſt lacus, Geruaſumq; omnia in tumulis: & ubi Orchus amnis in Padũ uadit Ciuaſiũ inſigne op-

M pidum

pidum: & ubi oritur Caſtellum forte: cui amnis alius Mallus nomine ex ijſdem montibus naſcẽs iungitur ad caſtellum Sancti Benedicti ſupra aut tem, locis iſtis alpes quas Graias uocauit antiquitas imminent, à Grais ut inquit Plinius qui ab Herculis exercitu in ipſis remanſerunt. Hercules enim ab Iberis in Italiam tendens, iterq́ per alpes faciens, difficiles aditu, aſperam uiam ſtrauit, ut poſtea exercitibus cum iumentis impedimentiſque facile iter eſſet. Poſt autem Morgum nunc Orchum fluuium, alius eſt qui Scura dicitur, eodem etiam uocabulo apud antiquos, ex alpibus cadens in Padum intrat. Sub quo Doria altera cognomine Riparia in alpib. Cremone monte, nunc Seneſa iuxta Pœninum ingentem lacum exoritur neq́ procul ex fonte altero cõtraria ex parte Druentius: Doria intra alpes delabens Sangono fluuio nunc Suana ſecum tracto in Padum uadit, ubi Auguſta Taurica eſt Roman. colonia, antiqua Ligurum ſtirpe, ingens etiam nunc oppidum, nobileq́ quod iſti Turinum uocant unde Padus nauigari incipit: non longe ubi induſtria urbs Bodicomagum ueteri appellatione fuit, ad Sangonum amnem Seguſium oppidum quod Suſa modo dicitur eſt, ubi Cotium finit nomen: proximumq́ oppidi mœnibus ſepulchrum Cotij reguli fuiſſe fama fert, duplici tum ueneratione cultũ, quod iuſto moderatione rexerat ſuos, & aſcitus in ſocietate Reipublicæ Romanæ quietem genti præſtitit ſempiternam: oritur Sangonus amnis in alpibus ubi oppidum Eſena eſt. Poſt quem alter Cluſinus cui Pellexe torrens iungitur præter labens Vmbriaſcum oppidum in Padum infunditur: ad Cluſini fontes in alpibus Præceſella: & inde ad eundẽ Peroza caſtella ſunt: & ubi Pellexe oritur Hoſpitale caſtellum in monte. Poſtea ad dexteram amnis Mombobium: Brigantinumq́ modo Bricaram dicitur: & antequam Cluſino iungatur Pinarolum. Sub Taurinum autem ad Padum caſtella ſunt Chargnam, Panchaler, Villafranca, Rhouellũ, Paiſana, & Criſtum: hæc duo ultima ad torrentem quendam in Padum exeuntem poſita ſunt. Præter quæ uerſus Liguſtici maris litus Neruſiorum Neruſium & Vintium oppida ſunt poſtea Suetricorum Salinæ caſtellum, mox ad mare magis Vendiatiorum Cemenelum: & Samitium oppida: ubi nunc, uel quod illa ſint, uel quod alia ex locorum mutatione dici poſſint, oppida in iſtis populis ſunt: Clans haud procul à Varo amne, in quo Italiæ litus à Narbonenſi diuidi initio diximus: & penes ipſum Gileſta, & circa mare Aſpermons: Torrectaq́ in præruptis quælibet petris ſita: quos populos Plinius capillatos appellat, ex quo Lucanus.

Et nunc tonſæ Ligur, quondam per colla decora
Crinibus effuſis toti prælatæ comatæ.

Prius enim Ligures quam modo regionem latiorem tenebant, ut in Narbonenſi diximus.

Taurinæ gentis regio.

POſt autem citra Padum, dictos iam populos contra, Taurini alteri populi ſunt uſq; ad Trebiam fluuium porrecti, appellabanturq; Ligures circumpadani. In quibus primo ad alpium radices (colles enim cis Padum alpium radices ſunt, quum initio Padus ipſe medius per infimas alpium petras deferatur) Vntinum caſtellum eſt unde torrens modici curſus in Padum ad Montenfortem intrat. Inde procul in Padi ripa caſtellum Fortepaſſum, ſupra quod Varaita amnis: & alter Maira non procul à Pado in ipſum penes Moncheler oppidum coniuncti influunt: & ubi coniunguntur, Rachones caſtellum: aliudq; inter amnes Arpiaſa. Item Lāmanta, & SamPetrus ad dextram Varaite, & ubi Maira oritur Colla: indeq; ad leuam Dragona, ad alteram ripam Volſca: & Saluzia magnum oppidum. Poſt autem Monchaler in Padi dextra caſtella ſunt, Sactus Morus: Caſtiglionum, Gaſſum, Sanctus Sebaſtianus. Verua, Caminum, Ponſcuræ, penes quod in Padum Scura fluuius uadit. Inde Caſal ſanuas egregium oppidum regionis caput, Marchionisq; (ſic enim loci principem uocant) ſedes. Poſtea Grana paruus amnis apud Calianum exortus in Padum ad Pomai caſtellum intrat: mox Valētia uel Valentinum oppidum Forum Fuluij antea dictum: licet quidam uillam Fori eſſe arbitrentur, nam in uetuſtis eorum ſcriptis uilla Forifuluij legitur, ubi & antiquitatis multa reperiuntur ueſtigia: diſtat ab Alexandria quatuor millib. paſſ. uerſus Albam. Inde ad orientem Valentiæ Baſignana oppidum eſt, Auguſta Batianorum quondam, ubi Tanarus in Padum influit ſitum. Hæc Taurinorum pars intra Padum Tanarumq; regio hac ætate eſt quæ Monferratus dicitur, & eſt in Lombardia cum antedictis, terra inæqualis attamē frugifera omnis. In ea interius à fluminib. caſtella in tumulis ſunt, Chier, Villanoua, Finale, Lugium, Burgius, Sancti Martini, Monbel, Sanctus Georgius, Moncalui, Vignale, & inter Granam & Tanaram flumina, Sanctus Saluator, & Fonzanū, Tanarus amnis nomen adhuc priſcum retinet, in Apœnino è regione Albingauni, & ab eo ſex mil. paſſ. apud Ormeiam uicum exortus duodecim in ſe torrentes antequam Padum immergatur recipit, octo ad ſiniſtram: ad dexteram quatuor. In hac itaquē partē amnis caſtella ſunt, Garexum, Ceua oppidum nobile, Carru, & Sancta Victoria, in ſiniſtra Bagnaſcum, Noxetum, Beni, & ad confluenta Scuræ cum Tanaro Caraſchum. Oritur Scura apud Dimie caſtellum, cui amni Sandalmazius imminet, caſtellum enim in monte eſt, mox Cuuium: ubi in Scuram torrentes duo in excurſu iuncti exeunt: prope fontem unius Antragerium caſtellum eſt: & ubi unà congrediuntur aliud Rochagiua nomine, & poſt Cuuium, Foſſatum inter quem & Tanarum, Modenimum oppidum haud obſcurum, ad leuam autem Scuræ neque ab eo procul Sauianum. Superius uerò Polenta clarum quondam oppidum, ubi

nunc Polentia turris, & poſt dictorum amnium confluenta Alba Pompeia ciuitas quæ ſic adhuc uocatur, infuſa Tanaro eſt. inde in amnis dextera Barbareſcum, Naiue, Caſtegnola, Iſola. Poſtea Brebus torrens in Tanarum influit circa Cortoneiam caſtellum exortus: cui Trem, Anciſa, & Rhobeta caſtella adiacent: ad alteram uerò partem Gurena, Maiam, Gunonum, & ad torrentem exiguum in Tanarum Antignanum: uerum ad fontes torrentis Canachium. Sub quo Carmignola oppidum, neque ab Alba Pompeia procul, & in medio torrentis lapſu, Sanctus Damianus. Superius autem ex aduerſo penè Brebi torrentis, duo alij ad Aſtam coloniam concurrunt ubi uno immiſsi alueo in Tanarum cadunt. Aſta urbs clara eſt prope Tanarum ſita quæ ſic etiam nunc appellatur. Item ad eundem in dextra ripa eſt, Zam, Rocha, cui ad orientem caſtellum Rochier, & Rocheta, & Mas, moxq; Alexandria oppidum inſigne, licet poſteriori ætate ortum, ſiquidem per tempora Federici barbari Imperat. Mediolanenſes: Placentini: & Cremonenſes: quibus à circumſtantibus populis cura & loci ædificandæ urbis demandata fuerat ut eſſet Ticinenſibus, Dertonenſibus, Liguribusq; circum Padanis infeſta (fauebant enim Imper. contra Pont. Max. Alexandrum in cuius honorem: & hoſtis obprobrium, nata urbe Alexandriam uocauerunt) quam Tanarus diuidit: in quem paulo poſt Burnia torrens, Vrba prius, & in hunc Lemo recepto cadit: oritur Burmia apud Melleſum caſtellum, cui Burmiæ in leua Turris caſtellum eſt, & Bobium eo in ſitu quo Libarnum olim oppidum fuit. eſt & Aquæſtatiellæ famoſum oppidum, ab aquis eo in loco manantibus quæ morbis auxiliabantur uocabulum deducens, nunc Aqui nomine, quod Burnia medium excurrit: namq; terra inter Tanarũ Scriuiamq; flumina quam Burmia ſecat Statiellorum prioribus temporibus uocitabatur. Poſt autem oſtium Brumariæ Montem caſtellum, & ubi Tanarus in Padum exit Sari, uerum in ſiniſtra ſupra Alexandriam, Lapræda, item ubi Vrba torrens incipit Fiaſcon caſtellũ in monte: & ad Lemi caput Gauium, ubi autem Vrba in Burmiam Noue. Hinc Scriuia torrens ex Apœnino quemadmodum & alij quos diximus profluit, ſub Taiollo caſtello exortus: cui ad leuam caſtella in petris imminent Buſala, Burgus, Ronco, Iſola, Arqua, Serauallisq; ex aduerſo aũt Staſam, quouſq; Scriuia per uallẽ ſaxis aſperã labitur, qua in Liguriam tranſitus eſt: ante uerò quã Scriuia in Padum exeat caſtellũ nouum opulentiſsimũ in dextra habet: & in oſtio Zelura, fuitq; Iria ac Barna tum oppida. Vltra autem torrentẽ hunc Dertona colonia inſignis quondam ciuitas & mentione digna, iuxta quam uetus Derto fuit, eam Imp. barbariſs. diruit, medio inter Placentiam & Genuam itinere iacens ab utraq; 50. mil. paſſ. diſtans oſtea Coronus torrens ex Apœnino in Padum uadit ubi Idoxi uicus: & medio excurſu caſtellum Pontecoron, item Caſtellar uerſus montes procul à torrente mox torrens

alius

alius Saffora nomine Iria quondam ſimul cum oppido in eius ſiniſtra Vogera nunc dicto, ubi antiquitatis ueſtigia nonnulla apparent, torrentulus exortus habens in Apœnino ubi Vorcum caſtellum, & ubi in Padum è regione ferè Ticini influit Pancharanum. Hinc Placentiam uerſus cuſtodia oppidum interijt, ſequitur ad Padum Arena oppidum, inde torrens Copa & à quibuſdam Vtidon breui tractu, cuius in dextra Tronconara, & Claſtidium uicus olim à Roman. incenſus, nunc Clauſtrezum oppidum, & Stradella ubi olim ſecundum ſitum Iellia oppidum fuit: & ad oſtium torrentis in Padum Balbianum, & in medijs campis Boſenaſcum et in Padi ripa Stella, inde Tunus exilis fluuius in Padum exit: iuxta quem Trebia ex Apœnino in Padum defertur, habens ad fontes Montembrunum caſtellum haud procul à fonte Scriuiæ, & ſupra dictum caſtellum, in dextra fluminis Iouegnum, & Otunum, in ſiniſtra autem Organaſcum contra quod Auantus torrens Trebiam augens, ſe prius ab altero Algretia nomine irrumpit: & in congreſsione Auanti cum Algretia caſtellum eſt Sancti Ioannis, item in Trebiæ ſiniſtra Bobium Cotianum cognomine Padum Runcouerum.

Aemiliæ regionis ſitus.

POſt igitur Trebiam orientem uerſus ad Scultenam uſque fluuium inter Apœninum Padumque altera togatæ Galliæ pars fuit: quæ dein Æmilia regio dicta eſt, quoniam per eam Æmilia deducebatur uia, nunc autem Lombardiæ pars, ut in Cenomanis diximus, huius regionis prima urbs Placentia eſt ueteris ac noui nominis Roman. colonia, magnatum quidem ac celeberrima trib. mil. paſſ. à Trebia iuxta Padum loco campeſtri ſita, in quam Cornelio Scipione patre Aphricani prioris & T. Sempronio longo Coſs. ſex millia hominum noui coloni deducti ſunt, ut opponerentur Gallis qui eam partem Italiæ tenebant Aſconius author eſt, quam quum Galli inuaſiſſent, diripuerũt primo, deinde per iram magna ex parte incenſa uix duo millia hominum inter incendia ruinasque reliquerũt Liuius Caſtellum Emporium prope Placentiam eſſe ait opere ualido munitum: quod non aliud eſt, ſi modo extat, quàm Ponſnudus, ita nunc ab incolis appellatur, ad Nuram ſiue ut alij Niuolam fluuium quinque mil. paſſ. à Placentia in Padum quatuordecim ab eadem influit, cuius ad fontem ſub Apœnino Noxeum caſtellum eſt. Poſt ad ſiniſtram, Rouengonum, Riua, poſtea Clauena fluuius longo tractu in Padum exit, inter quẽ & Nuram iuxta Padum Canorſi caſtellum eſt, dein Larda torrens cui ad fontem Vigollanum caſtellum imminet: & in ſiniſtra aliud Arquata nomine uino inclytum: poſtea in dextra Fidentia quondam, nunc Fidenzola nobile oppidum, mox Columba: & prope Padum Soagria, Hinc Tarus flumen in Padum cadit, in quem ad ſiniſtram Conius torrens è regio-

 ne Fo-

ne Fornouij oppidi influit: inter hos amnes neque longe ab eorum congreſſione Rocha caſtellum eſt in acuta petra ſitum ſuperius Burgus Sancti domini oppidum non inualidum ulteriusq́ uerſus Padum Boſchetũ ad exortum uerò Conij in Apœnino caſtellum eſt Ruinum: inde in ſiniſtra Cariſius in colle: inter q̃d & Noxeum, Cornulum in petra paruus torrens in Conium uadit, cui Scoparius caſtellum adiacet, & ſupra eius oſtium Ramugola. Item ad Tari fontes (propinqui Conij initio ſunt) Zizum caſtellum eſt in monte, inde ad leuam Compianum, Bargonum, Solignanumq́ in quorum medio in amnis dextra Alpenum. Supra autem Fornouum, Caruna, & in ſiniſtra caſtellũ Gelſum inde in altera amnis ripa oppidum Sanctus Secundus & Regazola non procul à Pado: in cuius ripa circiter mille paſſ. ab oſtio Tari Torreſelle caſtellũ. Sequitur Parma fluuius ex Apœnino duobus diuerſis fontibus ad caſtellum Belforte iunctis Pado ad Colornum caſtellum committitur, huic in excurſu obijcitur collis quo præcincto inſula efficitur, in quo Tizanum caſtellum eſt, inde ad ſiniſtra in aſpera petra Tuniſclarà ſub quo uerſus Padum in petra Felinum, et ad orientem retro in montibus caſtellum Breſignana noua nomine: inter quæ Bagantianus torrens in Parmam uadit quo augetur, licet ille contractus ſit, cui ad initium Caliſtanum caſtellum eſt. Poſt autem torrentem Parma Romana colonia ab eiuſdem nominis amne diuiſa, idem ſemper cum fluuio nomen habens, tenuis impoſita campis, poſt Parmam Nicia amnis apud antiquos, nunc autem Lenza in Apœnino exortus, in Padum decidit. Huic in dextra montibus primo caſtellum Beluedér, poſtea Roſana & Montechium,, & in ſiniſtra uerſus montes Guardaſonum. Inde Padi margine ab oſtio Niciæ mille paſſ. Brixellum oppidum antiquo adhuc nomine, à Longobardis captum & inçenſum ex quo ad breuiorem formam redactum eſt. Item caſtellum Guardaſcallum, quod nunc Guadala dicitur, in eadem Padi ripa: retro uerò à Pado Tanetum noui ue tuſtiq́ nominis, Couriagum, & Sampaulo caſtella ſunt. Inde Cruſtullus amnis ex Apœnino cadens Treſenaram torrentem recipit, alteri Canoſa, alteri Sarzanus caſtella in montibus prope eorum fontes adiacent, & in medio antequam coeant Paolle. Supra uerò Treſenaram circa coniunctionem Groſſetum, inde Mozadella. Poſtea ad Cruſtulli dextram Regium Lepidi Romana colonia primæ adhuc appellationis à Lepido ædificata unde illi cognomen eſt, opulenta ac potens quondam: in cuius foro quatuor millia hominum, eius legionis quæ in præſidio miſſa erat, ob interfectos per ſcelus ciuitatis primores ſecuri percuſsi ſunt: per decem enim annos obtinuerunt eam, quam urbem longiſſima foſſa quæ Tarra modo uocatur diuidit, ea manufacta eſt, aquam ex Gabello fluuio in Cruſtulum antequam in Padum fluat deducens: cui foſſæ primo ſub Regio caſtellum

caſtellum eſt Arce: ſuperius Bagnolum, & inde Butifreum, & ubi iungitur Cruſtullo Rezolum, & ad oſtium Cruſtulli ad Padum caſtellum Lucera, ſequitur Gabellus fluuius qui nunc Sechia dicitur, in quem primo circa Apœninum Dollus torrens ad Salcinum oppidum, ad quem in radicibus montium Fraxanorum: & in ipſis Pelegrinum caſtella: ſub hoc Regnanum, item augetur Gabellus ſiniſtrorſum poſt Salcinum Luſento torrente & inde altero Regiolo, ubi urbs Nuceria olim, nunc Ruberia caſtellum in plano, quæ cum à Romanis caperetur Nucerini ad internitionem cæſi ſunt: interſecat Regiolum torrentem ſoſſa Tarra ad caſtellum Arcem: ſub quo Scandianum ad dextram, & Zeſſum, & Bæſe, & in Apœnino ad eius fontem Caſtellumnouum. Inter autem foſſam Tarram & Gabellum Corezum undecim mil. paſſ. à Regio: & alterum Carpi (forte Campi antiquitus dicebatur: nam Strabo huius loci oppida commemorat, eſt Acra Rhegium Lepidum, Nuceria: Campi, ubi quotannis forum conficitur, non enim fora in Capis procul ab oppidis fiunt, qui Campi pro planitie intelligerentur, quippe dixiſſet. Acra Rhegium Lepidum Nuceria, ubi in campis quotannis forum conficitur.) ab eodem quindecim ambo poſterioris ætatis oppida inſignia quidem in campis ſita. Sub quibus Rhegium uerſus caſtellum Sancti Martini eſt, & inter Corezum ac foſſam Tarram Nouelaria: ſupra uerò Carpium Caſtellumnouum, mox uerſus Padum Rolum, & non procul à Pado prope Cruſtullū Gonzaga. Igitur ad Gabellum circa Apœninum, Volognum, Piolum, Carpenea, cui ad occaſum Feligna eſt, caſtella in montibus & in Gabelli ſiniſtra Liuizarium, & ad ſciſsionem foſſæ caſtellum Aranum, & ſupra Nuceriam uerſus Padum Campuſgaianus caſtellum in dextra uerò poſt ſciſsionem dictam Saxola inde Magreda olim Nacri, & contra Nuceriam Marzaia. Hinc autem decem mil paſſ. Scultena ſiue Scutana fluuius eſt, Æmiliæ ſeu Lombardiæ terminus in hac parte, in Apœnino exortus unde antiquum medium penè excurſum uſque nunc retinet nomen reliquum uerò quo ad Padum intrat Panarium iuniores appellant augetur imbribus uehementer: cui circa fontem caſtellum Fananum à quibuſdam Flumenalbum dictū imminet, unde in Etruriam ad Piſtoriam itinere haud difficile multo deſcenditur. Poſtea in dicti amnis ſiniſtra, ſed al. ..aremotum Maranum caſtellum: & in ripa Vignola oppidum non ſpernendum ſupra humile ac planum ſaxum ſedens, & Spilimbertum, inter quæ procul à fluuio Campium quod adhuc priſcū nomen ſeruat in petris poſita. Poſtea ubi Labinius torrēs Scultenæ iungitur uicus eſt Bonusportus, & ad dextrā caſtellū Francū & Nonantola. Labinius nunc Formigo dicit̄, ex Apœnino multis effectus riuulis decurrit, ubi caſtella ſunt Spezanū, Fioranū, & Formigo à quo fluuius nomē accepit ſupra quæ caſtella in cāpis

patentib. Mutina urbs eſt, quæ corrupto uocabulo nunc Modena dicitur ſplendidiſs. ac feliciſs. Rom. populi colonia, non quę modo extat, uerum antiqua illa quæ ab hac aliquantum interijt urbs captu difficilis, quum ex una tantum parte adiri poſſit, in peninſula enim Labinij fluminis ſita eſt, circum uerò omnia pene inuia ſunt, inundat quippe campũ fluuius quũ excreſcit ex quo foſſas paludesq́ uarijs in locis iacent. Vbi mollia & longe alijs omnibus præſtantiora proueniunt uellera, quod ſcribit Columella. Poſt aũt Bonumportũ ad ſiniſtram oppidum Finale eſt, & in eadem ripa haud procul à Pado caſtellum Bondenũ, quod ante (ut quidam aiũt) Bodincomagũ Ligurum appellatione dicebatur, quoniã Padus ibi profundiſs. ſit, quod falſum eſt, nam Bondincomagum oppidum non in Togata Gallia ut Bondenum eſt, ſed in Liguria: neq; padus profundiſsimus ibi, ſed quod Plinius ait, id eſt, Ligurũ quidẽ lingua amnẽ ipſum Bodincum uocari q̃d ſignificat fundo carentẽ cui argumẽto adeſt oppidũ iuxta Induſtria, uetuſto nomine Bodincomagum, ubi præcipua altitudo incipit. Verum Induſtria intra Liguros circumpadanos fuit ut ipſe atteſtatur Inde Scultenam autem & Gabellum flumina Mirandola oppidum haud infimũ eſt in paluſtri ſolo ſitum duodecim mil. paſſ. à Pado diſtans: inter quod & Finale, caſtellum eſt Sancti Felicis, rurſus inter ipſum & Gabellum Quileſtum. Supra uerò Padi ripa Sermedum antiqui nomen oppidi & alterum Stellata nuper erectum. Hactenus earum trium partium una, quibus Italiam noſtram initio diuiſam eſſe ſtatuimus.

Altera Italiæ pars ſequitur, cuius primò quæ ad ſinum Adriaticum ſpectant, dein quæ ad Tyrrhenum mare expoſita ſunt.

FLAMINIAE REGIONIS SITVS.

POſt itaque Venetos, Gallorum Boum regio eſt, altera togatæ Galliæ ab ea quam deſcripſimus pars, in Rubicone fluuio exiſtens, quæ deinde in Flaminiã à uia per eam conſtrata authore Flaminio conuerſam, etiam Semnonũ partem uſq; ad Iſaurum flumen in uocabulum ſuũ traxit, q̃ poſtmodum à iunioribus Romandiola eſt appellata. Igitur Padi oſtia in his primo gentibus ſunt quinq; numero: & ſi Mela dicat quod aliquando fluuius alijs amnibus augeſcat atq; alatur, ut ſæpe ſeptẽ oſtia effundat. quod Plinius etiam ſcribit. Polybius duobus tantũ, quod poëta quoq; his carminibus cecinit.

Et gemina auratus taurino cornua uultu

Eridanus: quo non alius per pinguia culta
In mare purpureum uiolentior influit amnis.

Scinditur Padus ſupra mare ſexaginta millib. paſſ. ferè in duas partes quarum quæ occidentalior eſt Boios à Venetis diuidit: cuius oſtium in mare ueteres Carbonaria, noſtrates modo Fornaces nuncupãt: quæ uerò orientalior eſt, magnitudine ſui portum in oſtio facit, quod Vaternum ſeu Vatrenum, Eridanum ante: & à quibuſdam Spineticum dicebatur nunc Primarium. Sciſſio occidentalis antequam mare ingrediatur, medio fermè curſu diuiditur ac flumen facit, accolæ Arianum, quidam Gorum appellant, qui duobus oſtijs paulo ſupra mare diſcidens, alterum Frixium, alterum Gorum dicunt quindecim mil. paſſ. à Carbonaria diſtans. dein oſtium Olanæ, quod nunc Volanę dicitur octodecim mil. paſſ. ab Ariano ſcinditur à Vaterno decem mil. paſſ. à prima diuiſione Padi: Iungit Volanæ fluuium cum Ariano tranſuerſa foſſa quæ etiam foſſa Gorus dicitur; & uidetur earum una eſſe quam Aſſagi in Adrianorum paludes apparuerunt, ut Padi impetus leniretur, quæ licet hodie ad eas paludes non perueniat, tum peruenire poterat. Poſt autem octodecim mil. paſſ. os ſtagni circiter duodecim mil. paſſ. in circuitu quod Plinius Capraſiã nunc Magnauacca uulgo appellatur, connumeratq́ inter oſtia Padi, quum in eum Padus aquas ſuas non infundat: in cuius ſtagni inſula dextro latere Comachius uicus à quo nunc ſtagni nomen eſt, urbs olim, quæ claſſem quandoq; comparaſſe fertur: cæterum in ſtagno magna piſcium anguillarum præcipue captura fit. inter cuius os & Volanæ, Plinius oſtium aliud ponit Sagis nomine, quod nuſquam hodie apparet. Sequitur Spineticum, nouem millib. paſſ. à Capraſia, ſic dictum quoniam Spina ciuitas Græca celebris appoſita illi fuit, licet quidam urbem ab oſtio dictam uelint, quam Pelaſgi duce Diomede ſtruxerant, fortunati maxime omnium circa Ionium habitantium ut Dionyſius ſcribit, ac mari uictores uſque ad multum tempus decimas Delphos miſerunt Deo, ex emolumentis marinis, & quidem clariſsimi, ut Strabo etiam tradit, ſua tamen ætate ut ipſe ſcribit uiculus: nam magna eis accolarum barbarorum manu ſuperueniente urbem reliquerunt, quæ quum per id tempus mari ablueretur ab eo nunc longe ſupra undecim mil. paſſ. locus eſt qui dorſum Spinæ adhuc appellatur. Padus autem ipſe de quo tot in locis hactenus mentionem fecimus: è gremio Veſuli montis (ſic adhuc nominati) celſiſsimũ in cacumẽ alpiũ elati editus cuius montis accolæ Ligures Gabieni ſunt, paruis ſe primũ è fontibus colligens, & aliquatenus exilis ac macer profluẽs, mox ſeſe cuniculo condit, et in Foro Vibienſiũ agro nũc Viuiana iterum exoritur, nulli amniũ celeritate inferior cunctosq́; Europę fluuios præter Iſtrũ magnitudine exuperans nomẽ (ut Metrodorus ait) ſortitus quoniã circa fontem arbor ſit multa picea quæ Pades gallice uocatur à græcis uerò Eri

danus

danus: Phaëtontis pœna non ſolum illuſtratus, ſed etiam cognominatus ut Polybius & Plinius atteſtantur, nam quum alio nomine diceretur Eridanus, Phaëton ab Irato Ioue fulminatus concidiſſet in Padum illi fluuio nomen ſuum dedit: unde Martialis.

Et Phaëtontei qui petis arua Padi.

Is imbribus ac liquatis niuibus augetur, agris quamuis torrentior, nil tamen ex raptu ſibi uendicans atq; ubi linquit agros ubertate largior: nec amnes tantum Apœninos, alpinosq; capiens maiori ex parte nauigabiles, ſed lacus quoq; immenſos q in eum ſeſe exonerant: neq; alius amniũ tam breui ſpatio maioris incrementi eſt, omni enim numero triginta flumina in mare Adriaticum defert celeberrima. Igitur poſt Vaternum Padi ultimum ad orientem oſtium, rumpitur mari litus, illudq; os Pirotulum iſti uocant quod in paludes elanguitur. Inde circiter octo millib. paſſ. Rauenna urbs uetuſtiſſima eſt, tumq; maxima, Sabinorum ædificium à Theſſalis dein condita, eam totam ſcribit Strabo ligneis compactam ædificijs fuiſſe, aquis diffuſam, pontibusq; ac lembis peragratam, & quum à mari fiunt inundationes, non mediocrem accipiat maris partem, adeo ut uniuerſa cœnoſitas, hinc fluctu marino hinc fluminibus abluentibus tetrum medicatur odorem, hoc igitur pacto ſaluberrimus comperitur locus. hæc ille. Nunc uerò duobus millib. paſſ. urbs à mari abeſt, inter paludes, quemadmodum ſemper fuiſſe uideatur: ut his duobus carminibus probat Silius.

Quiq; graui remo limoſis ſegniter undis
Lenta paludoſæ proſcindunt ſtagna Rauennæ.

Eam cingunt amnes duo, qui ſub ipſa urbe iuncti, uno alueo excurrentes Bedeſum uocant ſiue ut alij Badalenum, cuius oſtium ad mare portum facit Portellum nomine, duorum uerò amnium alter ad ſiniſtram Montonus, alter ad dextram Vitis olim, nunc Aquæductus dicitur, ortum in Apœnini iugis haud procul à Tiberis Romani fluminis fontibus habens, ager frumento uinóque abundans quod quum arbores celeriter producat enutriátque uites præcipue, quarto tamen aut quinto, anno corrumpuntur, cuius uuam quum Plinius bonam eſſe dicat: Martialis negat in hoc diſticho.

Sit ciſterna mihi quam uuæ malo Rauennæ
Nam poſſum multo uendere pluris aquam.

Commoditas uerò accedit urbi, præter quam à mari habet, foſſa quæ antiquitus Meſſanica ſeu Meſſaniſcus appellabatur: Aſconis deinde ea modo Canale Sancti Alberti dicitur ex Pado deriuata, quæ modico interuallo à Montono amne mœnia attingente terminatur duodecim millibus paſſ. longa, per quam nauigia in Padum ad urbemq; deferuntur. Sequitur poſt Bedeſum: ſtagnum Candianum nomine oſtium in mare habens,

in hoc

in hoc ſtagnũ Sapis fluuius per ſuperiora tempora inferebatur ac inde in pelagus eodem oſtio edebatur efficiebatq́; portum ampliſsimum ac celeberrimum, in quo ut Suetonius & alij Octauianus Auguſtus claſſem inſtituit, quæ circumiectas maris oras tueretur, uti in Miſeno quoque portu fecit, quod ibi dicemus: illa ut Aphricæ ac cæteræ occidentales: iſta ut Europæ orientalesq́; ſicut, Illyria, Macedonia, Epirus, Achaia, & reliquæ in tutela eſſent, & ut ſcribit Plinius in oſtio huius portus turris pharea exiſtebat omnium maxima & breui ab inſtituto eò portu factum eſt, ut à naualibus turmis, conuenientibusq́; undique mercatoribus urbs ibi ſit ædificata, & quidem opulentiſsima de qua Helius Spartianus in Iuliani uita, quæ poſt à Longobardis capta atque diruta eſt, unde & urbe ſublata, & Sapi fluuio in remotũ auerſo curſum eſſe factum, ut nec urbis mœnium, nec turris pharеæ, neque portus, niſi minima ex parte ueſtigium aliquod appareret: influũt autem ſtagnum ipſum torrentes duo parui Aueſa & Beuanus appellati. Sapis fluuius eſt qui hodie Sauius dicĩt in Apœnino exortus in mare ab antiquo Sandiani oſtio paſſ. mil. octo uadit, quouſque à Padi oſtio omne litus pineis arboribus refertum eſt. Poſt autem Ceruia oppidum eſt, remotum aliquanto à mari ubi ſalis ingens modium conficitur: circundatum quippe eſt aquis ex mari per riuum influentibus quibus longe uerſus portum quem Cæſænaticum uocant, totus ferme campus ſtagnari uidetur: hinc oſtium fluminis eſt, dictum portum facientis ex Apœnino cui nomen Flumexellus, illud habens nomen à turri quadam in eius dextera cum ponte paulo ſupra mare, quæ Cæſænaticum appellatur: dein Rubicon fluuius eſt Galliæ Ciſalpinæ, Italiæq́; olim terminus ut authores teſtantur, & antequam in mare perueniat circa litus clangueſcit, quem Lucanus cum deſcriberet, inquit:

Fonte cadit modico paruiſq́; impellitur undis
Puniceus Rubicon quum feruida canduit æſtas
Perq́; imas ſerpit ualles: & Gallica certus
Limes ab Auſonijs diſterminat arua colonis.

Qui fluuius modo perexiguus eſt, duplicíq; uocabulo appellatus, hoc eſt pars quę ſub Flaminia uia eſt Piſſatellus, quę uerò ſupra ad fontẽ uſq; Rugon pro Rubicon à iunioribꝰ accolis dicĩt: deſcendit eñ ab Apœnini collib. dictã uiam in excurſu ſecans: fuit olim ſtãte Rom. repub. lex prohibẽs ne quiſpiã armatus illũ iniuſſu magiſtratuũ tranſgrederetur, ea modo lex loco mota, in q̃ ab initio fuit poſita, marmoreis literis hoc modo inciſa.

IVSSV MANDATV'VE P. R. COS. IMP. TRIB. MILES, TYRO, COMMILITO, ARMATAE QVISQVIS ES, MANIPVLARIAE'VE CENTVRIO, TVRMAE'VE LEGIONARIAE HIC SISTITO, VEXILLVM SINITO, ARMA DEPONITO, NEC CITRA HVNC AMNEM RVBICONEM SIGNA, DVCTVM, EXERCITVM, COMMEATVM'VE TRADVCITO, SIQVIS HVIVSCE IVSSIONIS ER-

NIS ERGO ADVERSVS PRAECEPTA IERIT, FECERIT'VE ADIVDICATVS ESTO HOSTIS P. R. AC SI CONTRA PATRIAM ARMA TVLERIT, PENATES'QVE E' SACRIS PENETRALIBVS ASPORTAVERIT, S. P. Q. R. SANCTIO PLEBISCITI S. VE. C.

Mediterranea aũt Bouḿ ad occaſum Scultena fluuio terminari diximus, cui ad dextrã in collib. Apœnini Sauignanum caſtellum huius ætatis eſt. Poſtea Rhenus fluuius antiquo nouoq́ꝫ nomine ex Apœnino ueniens, ubi Monſmaior caſtellum: in quem Lauinus torrẽs ad caſtellum Louolcum exit, cui torrenti iuxta originem Granarium: & inde Caſsium caſtella adiacent. Rhenus ſub finale caſtellum quorundam torrentium concurrentibus aquis admiſcetur, ex quibus foſſa illa redundatur Paduſæ ultima Fiſtorena nomine, quæ apud Bondenum in Scultenam ſe exonerat: irrumpit Rhenum torrens Samogianus: inter quem & Scultenam Perſicetum à Longobardis euerſum ubi poſteà Cetum eſt ædificatum & Creuacor caſtella ſunt & caſtellum Francum ubi quondam (ut fama eſt) Forumgallorum oppidum fuit. Item ad torrentem ipſum, Plumatium Bazanumq́ꝫ & quoniam Paduſæ mentionem fecimus, hoc loco eam dicemus: compræhendit Paduſæ nomen quicquid ſtagnorum paluſtrium ue eſt hinc ſecundum Padi ripam uſq; ad Meſſanicam foſſam ex Pado ad Rauennam pertingentẽ atq; interius adeo ut ſupra quinquaginta mil. paſſ. circuitu agrorum culturam intercipiat, eam amnes multi ex Apœnino procurrẽtes implent, ibiq́ꝫ emoriũtur ut in ſequentium uno quoq; loco uidebimus: cuius & nomen apud maiores fuiſſe legimus: nam Poëta.

> Haud ſecus atq; alto in luco quum forte cateruæ
> Conſedere auium, piſcoſæ ue amne Paduſæ
> Dant ſonitum rauci per ſtagna liquentia cygni.

Et paulo poſt Rhenum amnẽ, Bononia urbs eſt, Feſulina appellata: quũ princeps Etruriæ eſſet, Plinius ait, principatũ enim Feſulę urbs in Etruria tum tenuit, quę colonos in Bononiã miſit, ex quo illi cognomẽ cõtigit, & quia legimus Gallorum Bouḿ quondã fuiſſe caput, qui Tuſcos inde expulerãt, fuit et colonia Latina: circiter ſeptem mil. paſſ. ab Apœnino in ſolo plano ſita, per quam aqua ex Rheno deducta in Seuanam flumen exit, etiam foſſa manufacta paulo ab urbe diſtans, prope padum pertingens paluſtribus aquis repleta, quæ ultro citroq́ꝫ magna urbis commoditate nauigatur ad alteram eius partem, id eſt orientem uerſus ac à mœnibus procul Seuana fluuius ex ſuperioribus montibus præterit, in Paduſam influens, ad cuius ſiniſtram Butrium caſtellum eſt, eodem nomine quo ante, licet Strabo arbitrario ſitu inter Rauennam & Altinum eſſe dicat, quod omnino incongrue ponit, niſi alterum fuiſſet Butrium, ut quidam uolunt, hoc eſt poſt Rauennam in litore maris neq; ab oſtio Padi procul, quod etiam ſine ratione proportionis dictum eſſet. Poſt Padi autem diuertigium ubi

iterum

iterum in Volanam fluuius ſcinditur, Ferraria urbs eſt memoratu digna. à Smaragdo quodã uiro patritio muris cincta quæ deinde amplior facta, ædificijs populoq́ frequenti inter reliquas Italiæ urbes euaſit clara: cui nõ exigua regio circumcirca adiacet, duos habet pontes, alterum ueteri Pado (ſic illi uocant) quo Bononiam proficiſcitur alterum Volanę ſciſsioni im poſitum, poſtea Arzenta oppidũ eſt, in ſiniſtra Vaterni ripa ſitum, quod eundem Smaragdum mœnibus ſepſiſſe fertur. Poſt autem Seuanam fluuium, alius eſt Idex iuniores uocant, ex Apœnino in Paduſam apud Muliellam turrim diſperditur, habens ad dextram in radice montium caſtellum Alianum, & alterum in ſiniſtra Medeſinam Inde eſt torrens Claterna quondam nunc Schieza in Apœnino originẽ habens, in Paduſam cadit: cui ſub montibus Claternę oppidum ad ſiniſtram poſitum fuit, cuius parua extant ueſtigia: unde (haud procul) Fiagnanum: & caſtellum S. Petri, & caſtellum Gelſum: & inter torrentem dictum atq́ Idex iuxta Paduſam Zagonara caſtellum eſt. Poſt hæc, Siler amnis in Paduſam ex ijſdem montibus uadit. Item Vaternus amnis alter ex Apœnino Saturnus nunc, qui ſuperiori ætate ut ſcribit Plinius Spineticum Padi oſtium augere ſolitus erat, ex q̃ & Vaternus ſimul appellatus eſt, hodie uerò auerſo curſu longe à priori quo influebat loco, per Paduſam euagans, ægre tandem in Padum penes Zaniollum turrim emittitur: à quo duodecim mil. paſſ. ad Lugum oppidum Saterno appoſitũ per ſyluam oppidi nomine iter eſt, quæ paucis ante amnis inuia erat, late quidem patens, Vaternus ſub Apœnino ſiniſtra ripa Forumcornelij oppidum nunc Imola abluit, à Narſetis militibus diruta rurſus à Clephi Longobardorũ rege condita Imolæq́ nomẽ impoſitum ab Arce eius uocitabatur in tumulo ſita. Inde circa Paduſam Maſſa & Conſilicis caſtella ſunt. Poſtea modico interuallo Sanguinarius labitur amnis Paduſam & hic ſubiens: ac inde Sennius ſiue Senus fluuius fontem habens in Apœnino, per ſyluam iam dictam in Paduſam deuolutus: huius in leua ſub montibus Cunium uetus oppidum ſitum fuit. Sub quo nunc Bononienſe caſtellum eſt: denique Condignola. Hinc Anomo flumen præterit, nunc Amon appellatum in Apœnino exortũ, perq́ uallem ſui nominis excurrens Fauentiam urbem antiquum retinentem nomen in radicibus montiũ poſitam diuidit, indeq́ in Paduſam fertur, Gothi urbem primo deleuerunt, dein quum aliquali reædificatione emergiſſet, Imp. barbariſs. euertit: ac tertio Bertones in Italiam deſcendentes ſpoliatam, ac ſemiruptam reliquerunt: ſupra quam caſtella in Apœnino ad dextram Biforcum, Callamelum, Modiana, & ad ſiniſtram Pelegrinum: Maradiumq́ ubi ponte amnis iungitur, & Rotana, & iuxta Fauentiã Brexigella ſunt: iuxta uerò Paduſam ad ſiniſtram breui interuallo, Tiberiacum olim oppidum quod & Ad Cabalos dum pagus eſſet nunc Bagnacaualum dicitur. Pæterea fluit ab Apœnino Montonus quem apud Rã-

uennam meminimus, ad cuius amnis dextram urbs eſt Forum Liuij ad i- ma Apœnini, hodie iuniores Forlinium uocant, quam riuus aquæ paulo ſupra apud Medolam caſtellum ortus urbem pene mediam diuidit, inde in amnem haud procul Aquæductum parum ſub urbe elabitur. inter quã & Fauentiam Aureolum caſtellum eſt in amœniſs. colle ſitum: ſub quo in Montonem, Martianus torrens defluit, qui latera Mutilianæ oppidi uetu ſtiſs. nũc Modiana (paulo ante dicta) abluit. Poſt ad Montonis ſiniſtram prope montes oppidum eſt Scaldubium à ſcatente ibi ſalſo fonte dictum, quod incolæ modo caſtrum Carrum uocãt. Poſtea Aueſa & Beuanus torrentes ex ijſdem montibus in Candianum ſtagnum prorumpunt, ut in litoralib. diximus, quorũ Aueſa Forum Pompilij latera prçterit, quæ urbs modo Forlimpopuli dicitur, eam Longobardi non ſolum diripuere, ſed etiam ſolo æquauere, iterumq́ erecta exciderunt: à qua parum Forumbritannorum oppidum diſtat in colle ſitum, quod Plinius Brintum appellat nunc Bretenorum uocatur. Supra quod in eminenti petra Pollentia Polẽta nunc uicus honorio quam urbem Aueſa præterlabitur, in cuius agro teſte Silio oues omnes naſcũtur nigrę. Inde Sapis amnis ex Apœnino prope Cæſenam urbem priſco nomine occaſum uerſus elabitur: ſupra quam ad montium radices Saſsina ciuitas uetuſtiſsima & Plauto ciue clariſsima eſt, quę nunc corrupto uocabulo Sarſena dicitur diruta, agerq́ relictus pecori. Hactenus togata Gallia.

Semnonum regionis ſitus.

SEmnonum ſequitur regio in Æſij fluminis alueo ad orientẽ Ariminum à Romanis unà cum Flaminia antedicta quandoque appellata eſt, quòd Liuius in diſtributione prouinciarum dicens Ariminum (ita Galliam appellabant) Sp. Lucretio obtigit, & alio loco Sardiniam P. Lentulus, Siciliam G. N. Iulius Ariminum Quintilius Varus eſt ſortitus. Cui in Adriatici maris litore poſt Rubiconem flumen hæc ſunt: Ariminũ Vmbrorum colonia priſco recentiq́ nomine inter duos amnes poſita, alterum ad occaſum eodẽ cũ urbe tum uocabulo, nunc Marechia dicit̃, portum ad oſtium in mare habentem: Cruſtumia urbs deinde ad amnem ſui nominis fuit is ex Apœnino deſcendens in mare editur de quo Lucanus. Cruſtumiusq́ rapax, qui nunc Concha dicitur, cuius urbis interitu uicus qui Catolica nominatur erectus eſt. Poſtea Piſaurum Pheneſtris colonia ex Peloponneſo Laconiæ huc deducta, licet non eo fuiſſe loco (ut uidet̃) in quo nũc eſt quũ Plutarchus dicat. Piſaurũ urbem non longe ab Adria in qua Antonius colonos deduxerat hiatu terræ abſorptã periſſe, idq́ belli ciuilis tempore accidiſſe, huius mœnia ad occaſum Iſaurus amnis attingit, Flaminiæ tum Romandiolæ modo ut antea diximus in hac parte finis & Marchiæ Anconitanæ initium: qui amnis nunc Folia appellatur ex Apœnino deſcendẽs, portum in oſtio efficiẽns, grandioribus nauigijs

non aper

non apertum, cui torrens Idaſpis ex aduerſo oppidi Abbatis iungitur, ut Lucanus. Et iunctus Idaſpis Iſauro, qui nunc Apſa dicitur: Item alius à dextra Aſpela nomine, quibus ipſe augetur, erigitur ſtatim ac Piſauro propinquum Necate promontorium quod quidam Focariam uocant. Inde Argilla torrens nec interius multo exortus in mare it, à limo quem altum & tenacem habet dictus: Vltra quem Phanum Fortunæ Roman. colonia eſt: quæ urbs etiam nunc à iunioribus Fanum dicitur à Vithigetæ Gothorum rege, ſicut et Piſaurum incenſa. Poſtea Methaurus fluuius rapide mare ingreditur, neq; amplius mille paſſ. ab urbe, qui Medrus nunc appellatur: de quo Claudianus.

Lætior hinc Phano recipit Fortuna uetuſto
Deſpiciturq; uagus prærupta ualle Methaurus.

In quem Cantianus amnis ad dextram influit. Poſtea Ceſanus torrens in mare uadit ab Apœnino demiſſus. Dehinc Miſa fluuius alius præſentis nominis litus aperit, ubi in dextra Senegallia urbs eſt à Gallis Semnonib. condita à quibus denominata eſt: Rom. deinde colonia facta, quæ ſic adhuc ferè appellatur, mox Nouda torrẽs breuis curſus. ac longe poſt Æſis fluuius in mare cadit, Flumeſinus modo dictus in quo Galli Semnones terminant: Piceniq; incipiunt uſq; in Matrinum fluuium ad orientem: qui Æſis aliquando quemadmodum Rubicon Italiæ terminus atq; Galliç circa mare fuit, ut atteſtatur Strabo. In mediterraneo itaque Semnonum hęc habentur, ad Arimini amnis fontẽ caſtrum Ilicis eſt, & in prærupti montis cacumine oppidum Acermos olim nunc Samarinum & in petra uerſus mare in ſiniſtra amnis oppidum Sanctus Archangelus, aliudq; quod Sauignanum uocãt Pluſa torrente diuiſum, qui inter Rubiconem Ariminumq; in mare ad caſtellum Belaiære it: in radice aũt montis in quo Samarinum eſt fluuius Concha exoritur. Inde eſt Sueſa nunc Soana oppidum. Hinc Carpegnũ à quo mons nominatur arduus ſanè atq; amplus, paſcua præbens per æſtatem animalibus uberrima. ſub quo monte oppidum Caſtellatia, mox aliud Oſtra nomine antiquiſs. et inter Concham & Iſaurum Monſcaluus: & Gradara uerſus mare caſtella. & in Idaſpis dextra Macerata: & Saxumcorbarium oppida poſterioris ætatis, in montibus & circa Idaſpis cum Iſauro congreſsionem caſtellũ Planum montis in colle ſitum. Inter uerò Iſaurum & Methaurum amnes in editiſsimo monte Vrbinum oppidum egregium iuxta fontem Aſpelæ torrẽtis eſt, quod memorat Plinius Vrbinates cognomine Methaurenſes dicens: ſimiliter Tacitus in Vitellienſi bello. Eſtq; inde mõs fabrorum oppidum, & ForumSempronij, id eſt, Foſambrum ad Methauri ſiniſtram quouſq; à Fortunæ fano pleræq; olim ſyluæ inſurgebant, ad uiam flaminiam diffuſæ. Superius uero prope Cantiani cum Methauro coniunctionem perforato duriſsimo petræ monte ducenta paſſ. longitudine octo latitudine curribus iter præbe-

tur, cui à forma Forulum appellatio loci eſt; quis uero opus fieri inſtituiſſet, literæ indicant in fronte exciſæ, ut.

IMP. CAES. AVG. VESPASIANVS PONT. MAXIM. TRIB. P. XVIIII. P. P. COS. VIII. CENSOR FACIVND. CVRAVIT.

Poſt in ſiniſtra ripa Cantiani parũ ab ingreſſu cum Methauro Calliũ ſiue Cai oppidũ eſt, & ab eiuſdẽ fluuij fonte modico interuallo fragmenta Luceolli oppidi à Longobardis exciſi uidentur, & exortũ Cantiani Cantianum caſtellũ in petra poſitũ, ad Methauri autẽ ſuperiora in Apœnino uia eſt qua in Etruriã proficiſcitur, quib: in locis inmẽſæ magnitudinis abies arbor creſcit. Itaq; ſub monte ad Methauri dextrã Vadium oppidũ eſt inde Marchatellũ. Poſt planities extendit in qua Caſtrũdurante Methauro penè circumfluũ. & in Ceſani torrentis leua Mondoffum oppidũ in colle ſitum. & interius ad eius fontẽ aliud eſt Pergula nomine. Poſtea in Miſæ amnis ſiniſtra Saxumferratũ oppidum in aſpera petra ſitũ, ſub cuius mœnib. Sentinus torrens uetuſti nominis in Miſam cadit cuius exortus in Apœnino eſt, unde Foſſatum Vmbrię oppidum iter eſt, & ſupra ad eundẽ fluuium oppidum eſt Rochacõtrata in colle poſitum aſcenſu difficili atq; arduo ſupra autẽ Saxumferratum 150. paſſ. Sentina urbs fuit uetuſtiſſ. ad amnẽ ſui nominis ſedẽs quam Longobardi exciderunt, ex cuius excidione Saxumferratum emerſit, cui ualidiſs. eſt arx oppido imminẽs. Inde Fabrianum oppidum inſigne ad Apœnini radices in plano ſitum Æſio amne infuſum, ex propinquę ſimiliter urbis Sẽtinę eruptione renatũ ut fama eſt: mox Serra oppidũ ad Æſis leuã. Itẽ ad eandẽ, Æſis ſiue Æſiũ urbs pręſentis quoq; nominis eidẽ amni apposita, à q̃ amne 500. paſſ. arduo in colle ex aduerſo Fabriani, Matilica eſt, oppidum nobile, ſic nũc appellatum.

Picenæ regionis ſitus.

PIcenorum dehinc regio eſt, quam iuniores Marchiam cognominè Anconitanam appellant: quamq; ad Iſaurum uſq; fluuium prorogant. In ea poſt Æſis amnis oſtium Ancon ciuitas gręca à Syracuſanis cõdita Dionyſij tyrannidẽ fugientib. Cimmerio promõtorio appoſita eſt, cui portus mõtis gremio, aquilonarib. flatib. tutus adiacet, quẽ Traianũ Imp. cõmuniſſe literæ in marmoreo arcu eidẽ imminẽti portui indicant: ſic appellata quia in ipſo flectentis ſe oræ cubito ſedet: Ancon enim græcè latinè cubitum ſignificat, hęc aliquãdo à Gothis ferro & igni uaſtata eſt. Poſt autem promontorium dictum Aſpicus amnis in mare uadit, ab Apœnino paulo ſupra Auxumum defluens Muſio ibidem uocitatus in cuius oſtio Ricinotorum nunc Rechanati caſtellum ſiue portus eſt. Inde Numana urbs interijt à Saracenis eandem calamitatem paſſa. Vini ac frugum uberrima, à græcis condita. Item Potentia urbs alia cuius nomen fluuio cui hęrebat ſolum manſit, in ea Apœnini parte exorto, cui ad meridiem Nuceria poſita eſt. Deinde Aſinus torrens exiguus in mare labitur. Item alius Chientus ex Apœnino: & alius poſt illum qui Lectuſmortuus di-

tuus dicitur quibus omnibus poſterioris ętatis nomina ſunt. Inde Tignia fluuius Tenna nunc in mare influit, ubi caſtellum eſt Firmanorum Emporium, ſtatio nauigijs nequaquam commoda, Tignia fontem in Apœnino habet ubi oppidum eiuſdem nominis quondam fuit, S. Maria in Georgio nunc appellatum, loci primarium. Mox Aſon flumē in mare it, ubi in dextra turris eſt Pedaſum quę & Palma ſicut & olim dicebatur, nam eius agrū Plinius Palmenſem uocat: iacet circa Aſonis oſtiū rudera quidē antiquitatis ueſtigia ubi fama eſt urbem Picenam nomine fuiſſe à qua regioni Picenū inde obueniſſe. Inde Troëntij ſiue ut alij Truenti fluuij oſtium eſt Tronti modo ex Apœnino demiſſi, iuxta quod oppidum eiuſdem nominis interijt, quod ſolum Liburnorum in Italia Plinius relictum eſſe dicit: nam Liburni et Siculi plurimi hunc tractum ea tempeſtate habuerunt, nō Siculi illi à quibus Sicilia inſula denominatur: ſed qui in Dalmatia Sicum urbem incolebant: in quo flumine terminari Marchiam Anconitanam diximus, licet Picenorum terra (uti Ptolemæo placet) in Matrino conſiſtat. Poſt autem Troëntium flumen, Cupra ſeu Cypra oppidum quondā cognomine maritima (eſt enim altera Cypra interius à mari) iuxta fluuij oſtium ſita qui Albula à colore aquæ tum dicebatur. Librata modo, in quo Picenum finire ait Plinius: Strabo nō oppidum Cypra, ſed templum Tuſcorum ædificium, nam illi Iunonem Cypram nominabant, neq; hic quemadmodum Ptolemæus, uerum ad occaſum magis ultra Troëntum flumen. de quo Silius.

Hic & quos paſcunt ſcopuloſa rura Meuaniæ
Et quis littoreæ fumant altaria Cypræ.

Ad Albulam litori imminentem oppidum Iulia noua diebus noſtris erectū eſt à cōditionis nomine. Hinc Tordinus ab Apœnino in radice Corni montis exortus delabēs in mare it: ſequitur Homatrinus idē quod Matrinus, Vomanusq;, q̊d corrupte dicitur, à iuniorib. Plumba, flumen q̊d hic in mare exit, ab Hadrianorū urbe fluens, cui oſtio ad occidentē emporiū eiuſdē tū appellationis hoc eſt Homatrinū appoſitū fuit. Hic in Picenis ad mare quos è Sabinis ortos eſſe, idonei authores ſunt, qui quū ductu & auſpicio Pici auis iter ineuntib. authoribus proficiſcerentur, nomen inde nacti fuere tradunt: ſiue q̊d auis illa in eorum uexillo conſedit, ut ait Feſtus: quia hanc auē Marti dicatā uetuſtas perhibet. Terra cui Apœninus à tergo ſpatijs inæqualibus imminet ex quo in Adriaticum mare per plana excurrit, ager bonus ad omnia, cæterum lignarijs quam frummētarijs fructib. longe præſtantior, cui laus in oleis præcipua quod ait Silius, quū in Vmbria exortæ nebulæ, huc ſe in palladios diues agros Picenum proiectent. Verum in mediterraneo regionis hęc ſunt. ad meridiem urbis Anconitanæ, Auxumum oppidum uetus, nunc Oſimum in Arduo monte ſitum, cuius montis ima Muſio amnis radit: ac deinde petram in qua Cin

gullum oppidũ iacet q̃d Labienus conſtituerat ſua enim pecunia ædificauerat prope Apœninũ. inter quæ Stafilũ eſt oppidũ haud ignobile: & ſuperius dextroſum inter colles Lapirius caſtellũ ſanè antiquum, & uerſus litus Recinetũ urbs in dextra Muſonis ripa quæ Helia Ricina priſcis temporib. uocitabat̃, quod Helius Pertinax illã ædificaſſet, ut epigrãma illud antiquiſs. in ea affixum meminit, in quo legitur. IMP. CAES. L. SEVERI AVG. F. L. SEPTIMIO COLONIA HELIA RICINA CONDITORI SVO. nam à Septimio reparata eſt, & ab hac aliquantulũ diſtabat cuius fragmẽta prope Maceratã in aperto campo indicant, Gothi enim ciuitatem dirutam ac ſolo æquatã, in colle oblongo iterũ illam exædificarũt, corruptéq; Rechanatium modo eam uocãt. Dehinc eſt S. Seuerinus nobile ac magnũ oppidum, ex cinerib. Septempedæ urbis uetuſtiſs. exitum, quã olim Longobardi demoliti ſunt in dextra Potentiæ fluminis non longè à fonte qui in Apœnino eſt. ſub quo oppido in eadem ripa Cypra urbs montana cognomine ſedit. Poſtea Montemſanctũ oppidum loci illius haud infimũ in rotundo colle poſitum. mox ad torrentẽ Aſinum dextro latere uerſus mare Ciuitas noua eſt Caſtrũ nouũ Strabo. Hinc Tolentinum ad montes uetus oppidũ Chiento amni appoſitum, & ad alteram amnis partẽ orientem uerſus antiquum oppidũ Polenta. Influit in Chientum ſupra Tolentinum Fiaſtra torrens in Apœnino proximus fontib. Naris fluminis exortus, cui Fiaſtrũ caſtellũ imminet. quaq; torrens ipſe Chientum labitur Caldarola oppidũ eſt non exile, & ſuperius torrentẽ alium Letũ cognomine Viuum in ſe recipit. Inter autem Chientum & Potentiam amnes in mõtibus Camarinum urbs quæ & Camertes dicebatur, uetuſta ſanè in arduo montis cacumine ſita, populoſa ſatis, quã Ptolemæus in Vmbria poſuit. Item in Apœnini radice Serranum oppidum infra quod quinq; mil. paſſ. ad torrentem Letumuiuum urbs Saluia priſci nominis fuit, nam eam Plinius nominat, Ptolemæus uerò Vrſabauiam uocat, quam Alarichus Gothorum dux ad ſolum euertit, quo in loco oppidum eſt Vrbiſalie corrupto uocabulo appellatum, circum quod ruinæ ingentes cernuntur. Inde Traiana oppidum, poſt quæ ad Tigniæ fluminis dextram in Apœnino Monsfortinus oppidũ nobile: ſupra quod in Apœnini iugo fons fluminis eſt. & in Apœnini radice Amandula oppidum noſtri temporis haud obſcurum, & in Tigniæ dextra trib. mil. paſſ. ſupra mare urbs Firmium, ueluti nũc quoq; appellata clara quondam, & aqua uniuerſa Marcha quæ Anconitana nunc Firmiana ante dicebatur. rurſus in ſummitate Apœnini ſub fonte Aſonis Monſmonachus oppidum eſt. ſub quo ad ſiniſtram Seruilianum & inter torrentem Letummortuum atq; hunc Monſrubianus oppidum. ſub fonte iterum ad dextrã oppidum eſt Comunalia aſculana appellatum. Inde Monſaltus: poſtea Monsflore oppida. dein orientem uerſus Coſsignanum oppidum nobile, interius uerò ab eo mille paſſ.

Auffida

Auffida oppidum inſignenatura loci munitiſſ. & in Apœnino antrum ingens Sybillæ à uulgo appellatum, cui paulo ſuperius lacus eſt Nurſinorum, habens ad occaſum excelſum totius regionis montem Victorem nomine, ad auſtrum duo colles altiſs. ipſius montis in profundo inter ſe diuiſi furculas facientes, qua Troëntius labitur, ad cuius fontem Amatrix oppidum eſt nobile, in altiſs. Apœnini collibus impoſitum, & mox ab ipſis furculis per arctam & tanquam manufactā decurrens foſſam Arquatę oppidi muros attingens. Inde ad ſiniſtram Accumulum oppidum egregium. ſub quo ad eandem ripam aliud eſt Aquauiua, & in medio Apœnino fluuius oritur Caſtellanus nomine cui Traſſimiū oppidum adiacet Teſſuinum quondam. dein ad dextram Ciuitella arcem habens natura munitam, qui fluuius breui excurſu per uallem ſui nomiuis appellatam ad mœnia Aſculi defertur, & modico inde interuallo Troëntium à latere dextro infunditur, quo in loco Aſculum urbs ſita eſt, antiquum retinens nomen cuius mœnia duob. lateribus abluūtur hinc Troëntio, hinc Caſtellano quæ urbs gētis aliquando caput fuit, & locus munimine prævalidus cui circumſtantes montes ſupereminent, nullis penetrabiles exercitibus.

LVGVRIA.

HInc tranſgrediemus Apœninum, & alterum huius ſecundæ Italię partis latus quod ad Tyrrhenum mare uergit, aggrediemur, ut in ſuperioribus agere propoſuimus. Igitur ab infimis alpiū radicib. iuxta mare, in Varo amne Italiæ initio ad occaſum, uſq; Macram amnem, alterum, Liguria olim nunc Genuenſis regio appellatur, ſub Apœninis montibus ad auſtrum iacens: aſpera omnis ac multis in locis præceps, & quæ mare anguſtum tranſitum prębeat: amplioribus tum finibus contenta, ultra enim alpes ad Rhodanum teſte Liuio, ut in Narbonenſi meminimus: unde & Strabo, priſci græci Sallyos Ligures uocant, regionemq; Liguſticam, quam Maſſilienſes habitant. Quam gentem ex græcis hominibus deſcendiſſe nōnulli authores ſunt, & quod Strabo ſenſiſſe uidetur, ubi Liguriam aperit: ait enim non multi admodum equo militant, pedites uerò in tumultuarijs præſertim pugnis optimi, æreis autē utentes parmis coniecturam dedere ſeſe origine græcos eſſe: & quod altius eſt, Ptolemæus ipſe, Tuſcorum apud Græcos dicit, quum Tuſcorum loca Ligurum regioni adiacentia deſcribit. Terra petris aſpera ac omnino ſterilis, nihil memoratu tunc dignum habens, præterquam quod in montib. maximæ arbores nutriebantur, quod etiam nunc fit, quare in ædificandis apud illos nauibus copia abundatiſsime erat, ex quo prædatorijs nauigijs mare uſq; ad Herculeas columnas infeſtabant: Nunc uerò priſca illa ruditate exuti præter eos qui montani ſunt (quamuis factioſi admodum ſint, & qui ſæpius inteſtina cæde excogitati principatum permutent) in communi uita, in ciuitatis regimine, ac præcipue in re mercatoria

plurimum ualent, qua ſe continuo in uarijs orbis partibus exercent, unde magnas ſibi opes compararũt, magnas præ omnibus noſtri maris accolis fabricantes naues. Vnde illis potentia in tantum creuit, quo rebus ſtrenue ſæpe geſtis mari præſertim nulli Italiæ urbi deinde uiſi ſunt cedere, qua fama apud omnes gentes ad ætatem uſque noſtram magnæ æſtimationis habentur: qui & maritimas urbes, & inſulas nonnullas in diuerſis regionibus colonias ſibi conſtituerunt. Quod ſimiliter in ſolo (quemadmodum in hominibus contigit) cultior deinceps terra facta eſt, uino præſertim, quibus tum modicum picatum, & auſterum fuiſſe, nunc contra, nam uinum multifariam abunde, ſaporeq; optimo habent. Præterlabitur maritimam Liguriæ oram pelagus eundem cum regione nomen habens, & ſi nonnulli Sardonij partem, quidam Tyrrheni eſſe uelint: circiter ducẽta quadraginta mil. paſſ. diffuſum, quod ab auſtro atq; Aphrico uentis maxime infeſtatur. litus uerò ac uniuerſum à Monœchi portu uſque Tuſciam continuum omnino ſine portibus eſſe Strabo ſcribit, exceptis paruis quibuſdam ſtationibus ad iactandas anchoras minus ineptis. Imminent immanes rupes atque præcipites, quæ iuxta mare anguſtos relinquunt tranſitus. In eo coralium gignit, difficili tamen captu, ideo in profundo relinquitur. In hoc litore primum Varus fluuius quod adhuc nomen retinet in mare fere fertur è Saluio monte in alpibus demiſſus, ex eo famoſus quòd Italiam à Narbonenſi Prouincia exemit, mox ad orientem Nicæa oppidum corrupto modo uocabulo Niza dictum, alpium radicibus hærens à Maſſilienſibus conditum. Inde portus Herculis olim, nunc Villafranca, à caſtello illi imminente dicitur. Item alius Monœchus nomine, ſtatio quædã eſt non magnarũ nec multarum capax nauium, cui caſtellũ adiacet, incolæ nũc Monachũ uocãt, ubi Herculis tum ædes fuit cognomẽto Monœci. à quo duob. prope mil. paſſ. introrſus in edito iugo Trophea Auguſti, nunc Torbia caſtellũ. Poſtea promontoriũ in Cherſoneſi modo quouſq; priori tempeſtate Maſſilienſiũ expulſis Ligurib. litus extendebaẽ: ex quo loco Strabone teſte Maſſiliã uſq; & paulo ulterius Salyorũ gens incumbẽtes tenet alpes. Mentoriũ inde caſtellũ q̃d ſic nunc etiã appellatur in petroſo litore ac ſterili poſitum. et alterũ Rocha bruna in ſaxo retro à mari. Item Albintimiliũ, ſiue Albion Intimelium ab Intimelijs eñ iuxta alpes conditũ urbs olim ingens, quæ nũc Vintimilia dicit̃ penes quã ad orientẽ Rutuba amnis in mare uadit. Hãc Otho Rom. princeps uaſtauit. cui parua inſula obiacet Gallinaria nomine à gallinis dicta non diſsimilib. uillaticis, ruſticæ tamen, quæ non in uillis oua nec pullos faciunt, ſed in ſyluis. Sequitur Mauricum caſtellum unde aperitur Venelia uallis. ac ſtatim caſtellum Dianum eſt retro à litore in colle: item promontorium Cherſoneſum, & Andoria in ſaxo uineis cincto poſitũ. Mox Arbenga oppidulũ in plano ſitum Albingaunum quondã. In Gauniorũ

ſimiliter

ſimiliter colonia. Tum Alpia quoniā in radice alpium ædificata ſit, cuius orientale latus Merula flumen, Centa nunc quia ex centenis fermè torrentib. excreſcens abluit. Deinde petra caſtellum, & aliud Finarium in ſaxo ſitum ubi uallis trāſitus arctatur duob. mil. paſſ. à mari. item Nori caſtellū portu nobile. Poſtea Vadorū Sabatiū portus, locus eſt paludoſus q nūc Væ dicitur, eſt enim in Apœnino oppidū Sabatia olim nunc Vuada, ſex mil. paſſ. ab hoc portu diſtās. Poſtea Sauonis urbs memoratu digna recēti ac priſco nomine nō hæc Sabatia, ut quidā, ſed quā nos diximus. Hinc poſt aliquot caſtella & uicos Cheruſamq; torrentē Portifera nunc Polcifera amnis præcipiti curſu in mare uadit, ualli qua delabitur nomen relinquēs. Neq; multo poſt Genua urbs præclara gentisq; emporium uetuſtū eſt, quā quū Mago pœnus diruptā exceſſiſſet Rom. eam inſtaurarūt: poſteriori uerò ętate ab Aphricanis capta, ſpoliata ac incenſa eſt, è colle in q̄ arx eſt ad mare in portū manufactū deuexa, uentis Aphrico maxime apertum, in cuius faucib. altiſs. turris ad nocturnos ignes nauigantib. pręuios fundata eſt. Vrbis ager quāuis ſaxis aſper, lætus nihilominus uinetis pręcipuè q̄d quum in multis eius regionis locis cōſiti uitib. colles ſint, palmā tamen Genua ut ait Plinius Liguriæ uuæ habet: Hanc ad ortum Feritor amnis præterit, quem nunc Bixamnē uocant, per uallem ſui nominis elapſum, in quem minor quidā proxime exoriens intrat, incolæ Ferixanum dicunt: iacet igi͞t Genua inter has duas quas diximus ualles amœniſſ. neq; minus incolę frequentiſs. Hinc in litore plurimi uici ac ciuiū palatia eminent, quod nil pulchrius ac uiſu delectabilius. Hinc Sumariam promontoriū eſt q̄d illi caput montiū uocant arduū ſanè, & aſperū acutis petris in mare exit. Cuius ad leuā cedēte litore undas anguſto meatu portus admittit, quæ Delphinē, ſiue ut illi Finum uocant ubi intranti ad dextrā caſtellū eodē nomine eſt. Sequitur inde magnus ſinus quē Rapalli nautæ dicunt, q̄d nomen eſt uallis in eum terminantis, ubi & uicus eiuſdē appellationis, quæ quamuis montuoſa ſit nō tamen fructifera olearū præcipuè & in intima ſinus Chiauarū oppidū à quo nō procul Entella fluuius mare illabi͞t. Lauania nūc in cuius ripa Lauania uicus, in eum torrētes exeunt Graucia Olus & Sturla. Inde parū Tugullia oppidū fuit, q̄ in loco nunc uicus quē incolæ Seſtrū nuncupāt cui obijci͞t parua inſula tenui admodū freto à cōtinēte auulſa, duob. portub. famoſa. hinc poſt nōnullos uicos caſtella ſex parib. penè ſpatijs inter ſe diſtincta ſunt. Leuantū, Monſrubeus, Vernatia, Cornelia, Manarolla, Riuus maior, uini nobilitate celeberrima. Poſt q̄, Lunæ portus, uel ſinus potius, ingēs ac profundus patet, neq; unus, ſed plures in uno, q Veneris nunc dici͞t. cuius faucib. natura inſulam obiecit, qua tutus ab Aphrico & auſtro uentis exiſtit, in qua templum Veneri dicatū fuit, à quo portus nomē poſtea traxit, q̄d adhuc illic durat: & in occidentali promontorio inſulæ propinquo oppidulum eſt quod etiam Veneris modo

neris modo

neris modo dicitur: promontorio Lunenſi ab oriente portum arctatur in quo Ilex: & Telar caſtella ſunt: & in intima ſinus Spetia poſterioris ætatis oppidum: qui portus tantæ magnitudinis eſt ut omnium qui maris tenẽt imperium facile fieret receptaculum, refugit enim introrſus terra ſex mil. paſſ. latitudo longitudini impar traiectu minus duorum, celſis montib. circundatus, ubi effoſsio candidi ac uarij lapidis eſt. Poſt autem Lunenſem promontorium quod nunc Coruum à colore appellatur, Macra fluuius eiuſdem modo nominis in mare infunditur, amœnus, piſculentus, et qui Liguriam ab Etruria ſecernit, in quẽ Boactus amnis ab occaſu qui Vara nunc dicitur, & alij torrentes præcipitantur.

Etruriæ regionis ſitus.

TVſaia quæ & Etrúria appellatur Liguriæ ad occaſum iungitur: ad orientem et ſeptentrionem Tiberi fluuio: ad meridiem Tyrrhenum mare habet, quæ ad hãc quoq; ætatem (licet corrupte) ſic nominatur, Toſcana enim dicitur, ea nihilominus pars quæ ad mare uergit à torrente Piſsia Senenſis agri uſq; Tiberim modo à iunioribus patrimonium Sancti Petri appellatur: ad Apœninum traiecto Tiberi Vmbria, ut in ſequentibus. Strabo uerò etiam uſq; ad litus Adriatici maris inter Rauẽnam & Æſim flumen Vmbriam extendit: hi enim à Rauenna inchoantes propiora deinceps tenere inquit. Saſſinam, Ariminum, Senam, Camarinum, ibi & Æſis fluuius eſt & mons Cingullus, & Sentinum amnisq; Methaurus, & Fanumfortunæ, cæterum Tuſci à Tuſco rege Herculis F. uel à ſacrificando ex Græco, quod Plinius aſſerit: ait enim Lydi à quorum rege Tyrrheni mox à ſacrifico ritu lingua Græca Tuſci ſunt cognominati: qua in re præ cæteris excelluere: quorum opes ut ait Liuius ante Rom. Imperium late terra mariq; patuere. Regio arboribus ubiq; conſita, armenti pabula ferens, irrigua fluminibus & agrorum beatitudine nulli Italiæ regioni poſtponenda, cuius ora iuxta Tyrrhenum pelagus ad uſq; Tiberis oſtia circiter ducẽta ac ſeptuaginta mil. paſſ. præter nauigationem habet: quod mare noſtri Inferum & Etruſcum: Græci Notium dicunt: Tyrrhenũ uerò aut quod Tuſciam quæ prius Tyrrhenia uocitabatᷓ abluat, aut à Tyrrhenis nautis qui ſe in hoc mare præcipitauerunt, ut eſt Bacchi fabula. Quod autem late tum opes terra mariq; illis patuiſſent, æquorum uocabula hinc atq; hinc Italiæ latera pulſantium argumẽto ſunt, quod alterum Tuſcum, alterum Adriaticum ab Adria ipſorum colonia uocauere Italiæ gentes. Huius itaq; oræ quæ tum grauis ac peſtilens, maximaq; ex parte ſyluoſa, ſicut etiam nunc eſt, prima ciuitas Luna fuit portu nobilis quem ſupra Veneris appellari diximus, interiacente Lunenſi promontorio, inter portum uidelicet ac urbem, non procul à Macra amne ſita: græci & urbem & portum Selenes, id eſt lunæ appellant, urbs haud magna, inter capita olim regionis cõnumerata, quæ demum interijt, loco ac circumiectis

campis

campis nomen relinquens, nam & adhuc regio Lunenſis appellatur: cui laus tum uini fuit. Poſt Lunam ad orientem Ptolemæus promontorium eodẽ nomine ponit, quod falſum eſt, ſed eſt ubi nos illud poſuimus nam omne litus à Macra uſque ad Arnum planum eſt, quod accidere tranſcriptorum incuria poteſt. Poſt autem lunæ locum Æſaris flumen qui & Mera apud antiquos Serchius nunc dicitur, fontem in Apœnino habens: unde per uallem initio Carfagnanam: deinde ſui nominis delabens, multis utrinque torrentibus auctus in mare uadit. mox aliud Mortuus nomine haud magnus. Ac paulo inde Arni fluuij oſtia, eiuſdem ſemper nominis is in Apœnino exortus tenuis primum per cõfragoſam uallem altiſsimorum montium ſerpens, non longe ab Aretio externis iam aquis magnus in occaſum conuerſus Fluentiam urbem ſecat, indeq́ in auſtrum Signiam caſtellum ad ſiniſtram relinquens quouſque à mari nauigabilis eſt, Pilas diuidens in mare exit. dein litus introrſus recedens Stagnum, duodecim mil. paſſ. in circuitu fit, in quem mare duobus oſtijs ingreditur mox Piſanus portus manufactus, ubi ad occaſum caſtellum eſt Ligorna nomine, olim ut quidam Liburnium, à quo haud procul ſtagnum amplitudine ſui diſtat: eſt & turris prę ualida ad orientem portus, mille paſſ. remota in ſcopulo fundata cuius in uertice per nox flamma nauigantibus portum indicat, de qua in ſyluis Statius.

Thelebonumq́ domos trepidans, ubi dulcia nautis
Lumina noctiuagæ tulit pharos æmula lunæ.

Inſula hinc in mare longe à continente triginta mil. paſſ. ferè occidentem uerſus iacet Vrgo ſiue Orgos olim nũc Gorgona uocatur. dein Capraria inſula alia naufragalis propter humilitatem eius, nõ enim procul nauigãtibus apparet, antiquum retinens nomen, quam Græci Ægilon dixere, ab Gorgona 30. mil. paſſ. ad Notum uentum, à cõtinente propius 50. diſtat Poſt aũt Piſanum portum 5. mil. paſſ. mõs ingens in litore ad mare eſt q Niger dicitur, cui ad orientẽ amnis haud magnus Lafine nomine in mare exit. Mox Volaterana fuit, id eſt, portus Volateranorum, ubi caſtellum adhuc Vada dicitur, quod ſubcedit Cecina fluuius eodem apud maiores nomine. In Populonia ciuitas Tuſcorum quondam ædificium nobile, nõ autem ad Vmbronis oſtia, ut quidam noſtri temporis ſcribit Plumbinũ à iunioribus dicta, in ſublimi tum locata promontorio in mare prærupto Cherſoneſi faciem habenti, hac ætate deſerta ac diruta, & in altero promõtorij latere ad aurorã trãſpoſita in fertili colle, cui portus ſubeſt, non tamẽ multarũ nauiũ capax: à q minus 10. mil. paſſ. interuallo Ilua inſula eſt nũc Helba 100. mil paſſ. ferè in circuitu, in qua optima omnia ad uictũ prouenĩũt, q̃ à græcis Æthalia appellat̃ ab Æthalio q ei præfuit: Ptolemęus uerò Iluam & Æthaliã diuerſas eſſe uult, q̃d non cõſtat: In hac ferrũ ex metallis eruitur: Diodorus petram effodi inquit ex qua ferrum excuditur: Ariſto

teles non

teles nõ ferro olim, ſed fœcundiſsimam plurimo ære fuiſſe dicit: ac poſtea metalla illa prorſus euanuiſſe, uerum ibi longo tempore poſt ferrũ inuentum eſſe, quod quum loca exhauſta effoſsionibus ſint, rurſum temporibus repleta cernuntur Strabo author eſt. unde Virgilius.

Inſula in exhauſtis Chalybum generoſa metallis. Et Silius.
Non totidem dabit Ilua uiros, ſed lectos gignere ferrum
Armarat patrio quo nutrit bella metallo.

Cui inſulæ portus eſt Argous ea tẽpeſtate ab Argo naui dictus, nam quãdo Medea Circem uiſere cõcupiſceret, Iaſonẽ illius domicilia, quæritaſſe ferunt, ad hancq́ in portum uenit. Poſt ad meridiem dictæ inſulæ alia occurrit Planaſia, ſic etiam nunc dicta, cui nomen à ſpecie contigit, nam æquatur freto, ideoq́ nauigijs fallax, in quã teſte Varone Pauones agreſtes tranſmarinos uiuunt. Vltra autem Populoniam rumpit mare litus ac intus lacum facit Prille quondã, num Orbiteli, in quem ad orientem Corna amnis exiguus Maſsiera torrente auctus ingreditur, mox Stagnum mari aperitur anguſto ore, Traianus tum portus à conditore Peſcara nunc appellatus, ſtatim aliud paulo ſupra mare, minus duobus iam dictis. Sequitur Vmbronis fluuij (etiam huius ætatis nomine) oſtia nauigabilia. & paulo poſt Telamon oppidum: cui iungitur promontorium peninſula: eodem olim nomine & portus, ſic ab Argonautis ibi appulſis cognominatus, nunc mons Argentarius dicitur: hinc in parte orientali Herculis portus ſubeſt, circa quem uetuſtiſs. operis fragmenta conſpiciuntur: ibi enim Coſſæ oppidum fuit Conſa à quibuſdam à quo Coſſanum uel Conſanum litus, nunc Lancedona locus dicitur, erat in monte ſupra portum, nec inde multo Coſſa flumen in mare uadit Piſsia modo dictum, iuxta quod litus: Menaria, Columbaria, Niuaria à quibuſdam Venaria, inſulæ exiguæ ſunt: contra quas aliæ duæ decem mil. paſſ. fermè inter ſe atq́ in mari longe poſitæ, quarum occidentalior Igſlium tunc, modo corrupto uocabulo Ziglio, uino ac marmore cognita: orientalior Dianiũ quã & Arthemiſiam appellabat antiquitas, nunc autem Ianuti: inter quam & Corſicam occaſum uerſus Oglaſa, nautæ hodie Montemchriſtum dicũt. Poſtea & Martæ exilis amnis oſtium: quo Volſinus lacus in mare effluit: ſtatim Grauiſſæ fuit urbs exigua à mari paululum à Coſſis triginta octo mil. paſſ. ferè Grauiſſæ quidam ex antiquis Intempeſtas uocant, ut Virgilius, Intempeſtæq́ Grauiſſæ, non ut uentis tempeſtatibusq́ careant, ſicut aliqui putant, ſed ut ait Plinius, id eſt, peſtilentes: quod Cato in originib. aſſerit, ut Intempeſtas intelligas ſine temperie, id eſt tranquillitate, nam ideo Grauiſſæ dictæ ſunt quod grauem aërem ſuſtinent, in cuius nunc ruderijs Monſaltus caſtellũ ſedet: ubi in ſubiecto mari teſte Plinio coralium naſcitur. nec multo poſt Minio amnis in mare labitur nomen adhuc ſeruans licet corruptũ: Migno enim uocant, iuxta quem ad dextra Caſtrum

nouum

nouum fuit. mox ciuitas uetus Centumcellæ quondam, ita uocitabatur, quoniã ibi (ueluti in amœniſſ. ſeceſſu) anni æſtu Hadrianus Imper. centum ædificauit cellas: quibus centum iudices inſedebant cauſas pub. coram principe cognoſcentes, ubi portus, cui ante oſtium inſula præiacet, columnam cochleam tum ſuſtinens ad nocturnos ignes nauigijs ad portum prælucentes. Hinc paulo Pyrgi ueteres (ita appellatur) oppidum fuit, ut ueſtigia nomenq́ loci adhuc indicant. Poſtea Ceretanus amnis in mare fluit, ubi Ceretanorum emporium erat, habuit Luciniæ templũ à Pelaſgis conſtructum quondam opulentiſs. quod Dionyſius Siciliæ tyrannus depeculatus eſt. Hinc Alſium urbs, à quibuſdam Allium dicta à Pelaſgis & Aboriginibus condita, habitataq́ ubi nunc S. Seuera caſtellum eſt, ac inde Fregena interijt, unde ad Portum Hoſtienſem peruenitur, quem alij Hadriani portum uocant, modicum ſupra mare, à diuo Iulio ſępius deſtinatum, ac propter difficultatem omiſſum, à Claudio principe deinde (ut ſcribit Suetonius) perfectum, alij ab eo inchoatum à Traiano poſtea abſolutum, circumducto dextra ſiniſtraq́ brachio & ad introitum profundo iam ſolo mole obiecta. Quam quo ſtabilius fundaret, nauem ante demerſit, qua magnus obeliſcus ex Ægypto fuerat aduectus, congeſtisq́ pilis, ſuperpoſuit altiſs. turrim in exemplum Alexandrini phari, ut ad nocturnos ignes curſum nauigia dirigerent, in cuius portus aut lacus ſupercilio, Portuenſis ciuitas fuit, ubi nunc rudera, ſemiq́ rupta magnæ urbis ædificia cernuntur: ad hanc itaq́ urbem naues cuncta quæ mari feruntur deponebant, inde rurſus terra, uel flumine Romam portabantur, nam ex ipſo flumine pars altera in lacum per foſſam deriuat, ad ripam enim dextram Tiberis iacet, nam poſt puſillũ Tiberis in pelagus influit, in quo Etruſcorũ terminati oram diximus in cacumine Apœnini montis exertæ petræ ortus, minus quadraginta paſſ. à fonte Sapis amnis in eadẽ ſcatentis per Aretinorum fines profluit, tenuis primo nec niſi piſcinis corriuatus, emiſſusq́ centum & quinquaginta mil paſſ. per loca aſpera & confragoſa nauigabilis exiguis nauigijs, inde magnarum nauium capax efficitur, nam 42. fluminibus auctus teſte Plinio, præcipuis autem Nare, & Aniene creber & ſubitus incrementis, in auſtrum conuerſus (nam ad orientem longiſs. tractu poſt agrum Aretinum diſcurrit) Romam præterit, inſulamq́ prope mare è regione Hoſtię circũplectitur, ac ſtatim in mare infunditur: Qui quũ priſco nomine Albula à calore uocitaretur, à Tibri uicino regulo Veientium Tibris appellatus eſt quod ait Virgilius.

Tum reges aſperq́ immani corpore Tibris
A quo poſt Itali fluuium cognomine Tibrim.

Poſtea Tiberis, propter Tiberinum regem Latinorum mutatum, quod ibi interierit, ait enim Dionyſius Halicarnaſeus: Tiberinus q octo regnauit annis in prælio mortuus eſt, quod ſecundum fluuium fuit raptusq́ à

profluente flumini nomẽ dedit, Alba prius. Liuius uerò non prælio occiſus, ſed in Albulæ traiectu ſubmerſus, alij ſunt qui dicunt ab eo rege denominatum quem Glaucus Minois F. in Italia interemit. quadam Tybrim quaſi Tubrim, id eſt, iniurioſum, aiunt enim Siculi ex Athenienſibus captis oſtibus foſſam factam qua munitior patria redderetur, qui quum in Italiam transfretaſſent, eaq́ loca ubi nunc Roma eſt tenuiſſent, Albulæ fluuio ad ſimilitudinem Syracuſanæ foſſæ nomen impoſuerunt. Nonnulli itidem ab iniuria ſed quam Tybris rex intranſeuntes exercebat, nam iuxta fluuij ripas iter agentes uel per flumen ipſum nauigantes deprædabatur, qua ex re Ancum regem Ianiculum ubi Antipolis per ſuperiora tempora muro muniſſe duobus mil. & 500. paſſ. à Roma diſtantem, mons eſt editus trans Tiberim, præſidium ei impoſuiſſe idoneum tutelæ cauſa, ponteq́ ligneo flumen iunxiſſe. Qui Tiberis quandoq́ Lydius cognominatus eſt, à Lydio Tyrrheni fratre, ut quidam perhibent. Maro etiam:

Longa tibi exilia & uaſtum maris æquor arandum
Et terram Heſperiam ueniens ubi Lydius arua,
Inter optima uirum leni fluit agmine Tibris.

Nec non Rumor ab antiquis dictus, quod proprium fluminis eſt, quaſi ripas ruminans & exedens, etiam in aliqua urbis parte Teretum, eo quòd ripas terat. atque Velitrum, qui antequam Aug. deriuaret eum, qua nunc incedit per Velitrum terram fluebat. Hinc Tuſcorũ mediterranea ſequuntur octo quandoq́ & denis urbib. clara Plutarcho authore, & ijs pulcherrimis ampliſq́ ſeu opes contrahere, ſeu uitam ciuiliter agere, ad utrunq́ opportuniſs. Strabo uerò duodecim tantũ: quibus condendis Tyrrhenis Lydius Tarchonẽ præfeciſſet. ut Palatiũ: Trebola: Vesbola ceräñijs mõtibus proxima: Sinia inſignis, Mephyla, Orminiũ illuſtris et magna, Curſula iuxta Coritũ montem & oppidũ ita à conditore appellatum, Maruuium: Vatia, Tiora; Matiera, Liſta metropolis, quã Sabini olim nocte adorti ex urbe Amiterna incautam capiunt: & Cotylla urbs nobilis montibus adiacens: Item apud Liuium, Volana, Palumbinũ, Herculaneũ, Troiliumq́ circa quod caſtella quinq́ locis ſita munitis, quæ omnes tum bellis tum alijs malis euerſæ, atq́ deletę ſunt: prӗter quas alię quoq́ fuere, quarũ nonnullæ adhuc durant, ſed mutato nomine, quædam exciſę ſolum ueſtigia ſignant, in quibus Foſſæ Papyrianę urbs circa loca ubi nunc Petraſancta caſtellũ eſt. Item Bondelia, Biracellũ, et Luca colonia eadem tũ appellatione ad Lunæ montes incumbens, cuius occidentale latus Æſaris amnis radit, in cuius agro caſtella nonnulla ſunt, inter quæ Peſsia ad ſiniſtrã Colodi fluuij in lacum quem nouum uocãt euntis, manu ut ferunt effoſſum qui ſe in Arnum exonerat: inter quem & urbem Lucam, alter ſcaturit Biẽtinuus à caſtello quodam non procul ab Arno amne, denominatus, ubi in Arnum exit hinc lucus Feroniæ colonia Faliſca fuit cognominabaturq́

turꝗ Etruſcorũ lucus. Supra autem ad Arni dextrã oppidum eſt Puppiũ Puppi nunc, inde ad ſiniſtram Bibiena prope quod Larchianus torrens, in Arnum cadit. Iterum ad Arni dextrã ſupra Fluentiam quindecim mil: paſſ. ubi nunc planities fertilis, uino præſertim, quæ uallis Arni appellat̃, palus olim, qua ut ſcribit Liuius, Hannibal ſtagnante Arno elephanto ue ctus hyberno frigore altero captus eſt oculo. Poſt ab Apœnino Seua am= nis uerſus orientem primo deuolutus, multis torrentibus grandis ad me= ridiem per apricam delatus uallem in qua Scarparia oppidum præſentis temporis eſt in Arnum iuxta caſtellum ad pontẽ Seuæ, deinde influit. Po= ſtea meridiem uerſus Fluentia eſt inter Italiæ urbes nobiliſsima pulcherri= maꝗ. Etruriæ nunc metropolis, cuius origo poſteriori tempore earum ci uitatum quæ uetuſtiori nomine inſignes referuntur fuit, nam quo tempo re is ager ubi ſita eſt, militibus à Sylla aſsignatus, eam extuliſſe caput fama eſt dictaꝗ Fluentiam ab Arini fluenta, quia milites illic primum ſedes ce= piſſent: quod Plinius atteſtari uidetur (neque tamen ante eum quiſquam eius meminit) Fluentini profluenti Arno appoſiti inquit: quidam noſtræ ætatis à floribus appellatã ferunt, quibus omnis circum locus operitur, ideo Florentiam quam Arnus fluuius mediam penè diuidit, marmoreis pontibus iunctus, in conualle amœniſsimo exiſtentem, undiꝗ ciuium pa latijs frequentẽ: huic ad ſeptentrionẽ in ſupercilio montis duob. mil. paſſ. ab ea Feſulæ oppidum fuit fama apud ſcriptores inclytum quod nomen loco adhuc remãſit ſitu munitiſsimo ſub quo fertiles imprimis Italiæ cam pi ad Aretium uſꝗ iacent. oritur ex montibus Feſulanis qui ad orientem uergunt Mugno torrens Florentina radens mœnia in Arnum uadit. Po= ſtea Pratum oppidum eſt, cuius apud ueteres nulla mentio fit, nobile ſatis quod Viſentius amnis prẹteriens Arno iungitur, mox Piſtoria ueteris no uiꝗ nominis urbs in campis patentibus ſita, cui Vmbro amnis alter ab eo quem in maritimis nominauimus, ad meridiem dilatens in Arnum iuxta Signã caſtellum defertur, ſub ijs aũt procul Ventulonium oppidũ eodem adhuc nomine ubi fontes calidi, nõ procul à mari quibus aquis piſces in= naſcuntur. Ad alteram uerò Arni ripam Peſa amnis eſt ab ortu delapſus in occaſum fluens, Arno ad Montemlupum caſtellum cõgreditur. Poſt= ea Elſa eodem tractu per uallem ſui nominis emanans Arno recipitur, ad huius dextram torrens Elſæ admiſcetur, qua in inſula Sanctus Geminia= nus, & collis caſtella ſunt. Poſt non longe à confluenri Samminiatum op pidum in ſiniſtra eſt. inde balneum aquarum in quibus ſolis calentibus à ſulphure aquis ranas gigni Plinius author eſt. Hinc Piſæ colonia quinꝗ mil. paſſ. à mari, quam Arnus fluuius interfluit, urbs antiqua græcorũ æ= dificium adhuc nomen ſeruans: unde poëta.

Hos parere iubent Alpheæ ab origine Piſæ
Vrbs Etruſca ſolo.

Et Strabo Piſæ ab ĳs conditæ ſunt Piſanis ex Peloponneſo qui cum Neſtore aduerſus Ilium militarunt, renauigantes autem errore diſiecti, ĳ quidem Metapontum, alĳ Piſanum tenuerunt agrum, cuncti Pylĳ uocati: ciuitas autem ipſa felix quondam fuit: hoc uerò tempore ciuib. uiduata deſerta pene iacet. Inde Cecina fluuius eſt, parum ſupra Volateranenſem urbem exortus, ipſa ad occaſum in profunda ualle, ſublimis & præceps undique collis eſt, cuius in uertice planities aperitur in qua ſita eſt urbs, ad quam duobus mil. ferè paſſ. aſcenſus eſt è cuius baſi rupes tota ardua atq; difficilis eſt à Tyrrhenis ante Troianum bellum condita, quod ait Plinius in cuius agro haud procul à mari calidorum fontium aquę ſunt in quibus piſces gignuntur. Poſt Cecinam Sena urbs eſt antiquum retinēs nomen. nam Plinius coloniæ Ruſellana: Senienſis, Critona. Senia fortaſſe tum uocitata: uel ſcriptorum culpa factum ut pro Senēſis, Senienſis notarent, cæteris Etruriæ ciuitatibus excepta Fluentia pręcellēs, in montanis locis poſita, adeo ut in media penè urbe concauitas exiſtat in hoc etiam tractu Ruſellæ urbs interĳt, ubi eius ueſtigia cernuntur, in quibus balneum Ruſellanum modo eſt, & in montibus oppidum Monſaltinus. Inde Compagnaticum arduo in colle ſitum, uino cęteriſq; frugibus feraciſsimis habens agrum. Poſtea Paganicum, Manlianum, & uerſus mare Maſſa ciuitas parua. Inde Vmbro fluuius haud procul à Cleana in montibus exoriens, ad cuius dextram Groſſetum oppidum eſt quod ex internitione Ruſellæ urbis renatum quidam putant. Cleana ſiue Clana quæ ſic etiam nunc dicitur palus eſt ab ortu in occaſum protenſa, medio inter Vmbronis fontes, & Arni flumen initium capiens, in qua torrentes aliqui euoluuntur, ipſa uerò ex ſe fluuium ſui nominis facit, in Palliam amnem exeuntem. Pallia uerò in Tiberim inter Ameriam & Ortam uadit: iuxta autem Clanam ad meridiem Cluſium urbs uetuſtiſsima potentiſsimaq; olim fuit: unde Silius.

— & antiquus Romanis mœnibus horror
Cluſium uulgus.

Eodem modò nomine, quam à Tyrrhenis ante Troiam captam ędificatā fuiſſe traditur quæ Camars tum appellabāt per cuius agrū Cleana amnis decurrit, apud quam urbem Porſenam regem monumentū ſibi extruxiſſe Varo ſcribit: in quo ut refert Plinius mirabili opere Labyrinthus fuit: cui ad occaſum nec longe à palude Pollientianum oppidum nobile amœnis in collibus ſitum. Dehinc Lucianum, Corſignanum'que in Pientiam mutatum à Pio Pontifico Maximo ætate noſtra oppidi conditore nuncupatum, & nō procul inde in prærupta petra Radicoſanum arx. Poſtea ultra Cluſium ad orientem Sartianum eſt, ſub quo Cotona oppidum Critona quondam. Superius uerò ad Tiberis fontes Cotullum caſtellum æreū. Sub quo ad fluminis dextram contra Burgum oppidum Anglarium eſt.

Poſt

Poſt ſupra paludem Cleanam Arretium urbs ualida ex nobilibus Etruriæ una, eodem quo prius nomine in locis montanis poſita à Tyrrhenis ante excidium Troiæ condita cuius per agrum amnis labitur Frigidus olim, Quemadmodum & nunc ab incolarum quibuſdam dicitur, illum Tibullus meminit dicens.

Dulcius urbe quid eſt? an uilla ſit apta puellæ?
Atq; Arretino Frigidus amnis agro.

Vbi uaſa fictilia optime fingebantur dicente Plinio: uaſa Samia in æſculentis laudantur, ſed retinet hanc nobilitatem & Arretium in Italia. Inde eſt caſtellum Leonis editiſsimus in monte ſitum. Dehinc ſequitur Cortona urbs in petra, nomen priſcum nunc habens à Pelaſgis condita, quibus pulſis, urbem & agrum poſsidere Tyrrheni, iuxta quem ſub Cortonenſibus montibus lacus eſt Thraſimenus nomen à puero ibi ſubmerſo deducens, quum uada Agyllina ante uocitatus eſſet, nam Tyrrhenus Lydius ad quærendas ſedes domum diſcedens filium Thraſimenum ſecum habens & in Italiam deſcendens quum ad Vada perueniſſet nympha loci Agyllina Fauni filia pueri pulchritudine capta, eum allectum claritate aquæ & ripæ amœnitate, ſub undis traxit, quo nomen de pueri nomine lacui obuenit: quod Silius meminit, qui poſtquam dixiſſet, ſtagnante lacu effigiem uaſti pelagi locus imitaret, inquit. ut inerti.

Et late multo fœdabat proxima limo
Quæ uada Faunigenæ regnata antiquitus aruo
Nunc uoluente die Thraſimeni nomina ſeruant. & reliqua.

Qui modo lacus à iunioribus Peruſinus appellatur: hinc totum quondã arſiſſe Plinius author eſt: qui cæterorum Italiæ aſpectu pulcherrimus, & amœniſsimus ac piſculentiſsimus eſt, triginta mil. paſſ. ambitu, litus maritimo ſimile harenoſum, forma penè rotundus, auroram occaſumq; reſpiciens, aqua colorem maris præferens, inſulasq; licet exiguas, habitari, qui & caſtellis & interiectis in margine ſyluis undique adornat, inter quæ ad ſeptentrionem Paſsignanum eſt: Monſoppidum ſitu & natura munitum nam tribus lateribus abluitur lacu. Item Malborgetus Caſtiglionum cognomine Cluſinum. Monſpontignanus, ubi amnis exit, qui traiectis occulto meatu montibus in Tiberim exaduerſo diruti oppidi cadit, in quem haud longe à Tiberi Neſtor amnis excurrit, licet quidam Thraſimenus alienis aquis expers, nec ſuam effundere dicat. Inter autem lacum & Cleanam caſtellum Plebis eſt. Sequitur Peruſia urbs clara ab Achæis condita, Trogus author eſt. Appianus ex Tyrrhenis in editiſsimis collibus ſita, proſpectum habens in omnem partem late pulcherrimum, uelut i celſa in arce ſpecula: à Romanis quondam cæde incendióque conſumpta. Poſt autem torrentem Piſsiam quæ terra uſque ad Tiberim nunc Patrimonium Sancti Petri (ut in ſuperioribus) dicitur, Soana antiquum op-

pidum eſt, inter quod & Montemaltinum, & Radicotanum, & Pitigliānum oppida montes ſunt altiſsimi neque Apœnino inferiores qui monſ amiata nunc appellantur, quibus caſtella quædam inſident. Vltra quos montes ad orientem Aquapendens oppidum eſt in aſpero colle ſitum. Hinc Volſinium urbs diues olim ac potens, nunc Bolſena nomine, ad occaſum lacus ſui nominis in proprijs cineribus renata, nam ut ait Plinius tota cum Volſinis fulmine concremata eſt, quo nullum eſſe in Italia agrum feratiorem olea in quo ſata primo anno fructificet: lacus quatuor & uiginti mil. paſſ. in circuitu eſt oblongus ab ortu in occaſum, piſcib. abundans anguillis præcipuè in quo duę iacent inſulæ: ex eo ad meridiem emanat fluuius Marta cuius oſtium meminimus in litoralibus & ad emiſſorium, eiuſdem nominis oppidum ſiniſtrorſum eſt. Hinc ad meridiem Toſcanella oppidum memoriæ dignum iuxta ripam dicti fluminis. Poſtea uerſus mare Caſtrum ciuitas eſt inter rupes iacēs cuius ad orientē trans Martam Cornetum oppidum nobile in colle poſitum undecim mil. paſſ. à mari, ex internetione Caſtri Noui in litore tum ſitum, cuius ad ortum ſolis Minio amnis, in mare uadit: quem poēta meminit.

Qui Cærete domo, qui ſunt Minionis in aruis,

Ad meridiem autem dicti lacus in ripa oppidum eſt Caputmontis nomine cui propinqua ſylua ingénsque eſt. Inde ad aquilonem arduo in colle MonsFlauij oppidum, corrupto nunc uocabulo MonsFlaſconus dictū, uini bonitate notum: unde orientem uerſus ampliſsimus extenditur planities, in qua Viterbum oppidum haud obſcurum: Cyminio monti conterminum eſt, in quo Suriana imminet arx omnium regionis huius loci ſitu munitiſsima. Et intra eius montis colles ad orientalem partem Viterbi lacus non magnus, olim montis nomine, nunc lacus Vici dicitur: à caſtello illi appoſito, diruto nunc qui lacus in Tiberim tenui amne effluit ubi & Cyminia ſylua maxima denſiſsimaq́, ac tum inuia quam Fabius aperuit. Contra autem Viterbum inter Romam & Ocriculum rudera Faliſcæ ſiue Faleriæ urbis latius: difficillimoq́ loco extant quam quidam Haleſcum uocabant: quod probat Ouidius.

Venerat Atride fatis agitatus Haleſcus
A quo ſe dictam terra Faliſca putat.

In cuius agro amnis eſt teſte Plinio cuius aqua potata candidas boues facit. Capena item ciuitas ijſdem locis interijt, ambæ Veijs proximæ. Inde Corcianum in ardua petra oleis conſita ſedens, natura magis quam opere munitū, aſcenſu difficili, magna enim ex parte prēruptis cingit rupib. Poſtea Marſianum oppidum munitione tutum loco fertili ſitum præter quod Neſtor fluuius labitur. Iuxta deinde Cleanum amnem ad meridiē duo egregia ſunt oppida Bagnorezum: & Vrbſuetus, id eſt, Oruietus, cuius admirandus eſt ſitus, iacet enim in ſummitate mōtis undiq; prærupti,

duobus

duobus aditibus patens, quorum alter erectus ac tortuoſus, cui arx immi-
net, alter minus difficilis, ſunt præterea, Sudernum, Ferentiáque & Sutri
um oppidum uetuſtiſsimum Saturnia colonia quondam, quam Aborigi
nes conſtruxerũt Etruriæ clauſtra ab ea parte. Hinc locus eſt decem mil.
paſſ. à Corneto ubi rudera Tarquinæ antiquiſsimæ urbis apparẽt, quam
Tarchonem Lydium condidiſſe, ut alia quoque oppida legimus, quo po
pulus è Corintho, duce Demaracto habitatum uenit. Hinc paulo Tarqui
niæ lacus ante, nũc Anguillariæ ab oppido illi iuncto denominatus. A Su
trio quindecim mil. paſſ. duo nemora in inſulis flatu circumferuntur, ad
dextram uerò Tiberis Orta urbs eſt. inde ſub ea uerſus Romam ad ean-
dem ripam ciuitas Caſtellana in altiſsimis rupibus quibus ita circundata
eſt ut ſine mœnibus inexpugnabilis ſit. Intus Veíj urbs pulcherrima ac ua
lidiſsima fuit uiginti mil. paſſ. ferè à Roma diſtans in excelſo iugo poſita
abſciſſæ rupis, olim Tuſciæ munimẽ, armorum quidem numero, & mul
titudine militum Romæ non inferior, permagna enim erat, amplam'que
regionem habens, nam Veientanus ager teſte Liuio uberior amplióṙque
Romano, urbs quoque urbi Romanæ uel ſitu, uel magnificentia Pub. pri-
uatorumq́ꝫ tectorum ac locorũ præponebantur, quod & Plutarchus per-
hibet, quam dictator Camillus incendit ad ſolumq́ꝫ æquauit, hoc in agro
ut ait Plinius ad aras Mutias loca. ſunt in quibus in terram depacta non ex
trahuntur: ſic & in Cymina ſylua. Hinc ab Orta haud procul Nepeta op
pidum eſt, ſic adhuc uocatum. Et in Faliſcis non longe à Tiberi Soracte
niuoſus mons, qui hodie Sancti Silueſtri dicitur, tum Deo Diti ſacer, ſiue
ut alíj Apollini ſub quo urbs eſt Feronia, ut Strabo ait, Ptolemæus diuer-
ſiſsimo ſitu atque ad occaſum Lucæ urbis cui uicina eſt, ſylua in qua iu-
xta montem (Varone teſte) fons eſt, cuius altitudo quatuor pedibus extat
oriente ſole exundare ſolitus feruenti ſimilis, auesq́ꝫ ſi ex eo guſtauerint, iu
xta mortuas iacere: neque procul hinc Anciæ urbis magnæ ruinæ extant
Et uerſus Tiberim Flaminiũ uetus oppidum eſt ex quo poëta. Hi Sora-
ctis arces habent: Flaminiaq́ꝫ parua. Poſt Romam uerſus Vetralla oppidũ,
olim Forum Caſſíj appellatum: & ad Siniſtram Sutríj Blera ſiue Bleda an
tiquum oppidum in colle & aliud Plimartium, ſupra aũt Sutrium in mon
tib. Roncillionum oppidũ eſt ad exitum anguſtæ uiæ, manu (ut uidetur)
factæ unde ad aurorã campi aperiunt. Inde & Crapanica oppidũ in loco
aſperrimo ſitũ. Poſt iuxta Bacchanũ uicũ: ex paruo lacu amnis emittitur
Cremera nomine, qui inter Veios Romamq́ꝫ excurrit, minus tamẽ à Veíjs
diſtat in Tiberim apud Valchã exit, clarus Fabiorum morte. ſupra quem
in rupe quadam abſciſſa & prærupta Romani caſtellum ædificauerunt
contra Veientium impetum, uocatumq́ꝫ eſt caſtellum ſupra flumen Cre-
meram. Hinc ad montem Roſulum lacus Vadimonis eſt profundus ſanè
circuitu breuis equo à Sutrio Nepetáque ſpatio diſtans in quo inſulæ ena

tant. Falernum poſtea eſt, quaſi Flauernum Plinius, quod ante Amyne dictum fuerat, ſecunda uini nobilitate inclytum: unde Virgilius

Sunt & Amyneæ uites firmiſsima uina.

Et item Silius: nam Falernum agrum ſumme laudat. Inde Cære ſiue Cætere urbs eſt prope Minionem flumen ſita, nunc Ceruetere dicitur, eſt tamen ſupra eam quæ modo extat, aliquantum uetuſtæ urbis locus ut murorum fragmenta indicant, quam Pelaſgi extruxere Agella ſiue Agellina tum à conditore uocitata, ſed quum in poteſtatem Etruſcorum ueniſſet, mutato nomine, dicta eſt Cæreta: nam quum Tyrrheni aduerſus Agellinos belligerantes conſiſterent, eorum aliquis murum ſubiens, urbis nomen percunctaretur, cui è muro Theſſalus quidam pro reſponſo ſalutem nuntiante chære, id eſt ſalue dixiſſet, Tuſci bonum hoc accipientes omen captam urbem ſubmutato uocauere nomine: detracta deinde aſpiratione eam Cære nominarunt: quæ magna inter Græcos gloria Strabone teſte fuit, quum hominum fortitudine tum uerò iuſtitia claruiſſet, nam quum potentiſsimus eſſet ab latrocinijs prorſus abſtinuit: erat autem ea felix ſi qua alia in Etruria atq; populoſa, exq; ea exiuit exercitus de regione dimicaturus: cuius Pythij Apollinis templo Agellinorum nominatim poſitus erat theſaurus: cuius etiam felicitatis meminit Liuius dicens: Inde Turnus Rutuliq; diffiſi rebus ad florentes opes Etruſcorum, Mezentiumq; regē eorum confugiunt, qui Cære opulēto tum oppido imperitabat. Quod etiam Maro in ſubiectis carminibus aſſerit.

Haud procul hinc ſaxo colitur fundata uetuſto
Vrbis Agellinæ ſedes, ubi Lydia quondam
Gens bello præclara iugis conſendit Etruſcis
Hanc multos florentem annos, rex deinde ſuperbo
Imperio, & ſæuis tenuit Mezentius armis.

Cui loco nūc uicina ſunt balnea recuperandæ hominum ſanitatis famoſa quæ uulgo Cæretana uocantur.

Vmbriæ regionis ſitus.

VMbria regio quam modo in Tuſcia meminimus, Ducatum Spoletanum à iunioribus appellatur, ſuperioribus temporibus per ſe erat uocabatúrque, ut ait Liuius Tribus Sappinia inter Apœninum montem, Tiberim'que amnem, ſecundum Etruriam: ad ortum uerò ſolis Velinum fluuium uſquequo Tiberi admiſcetur contenta: At regionis partem quæ ad Tiberim ac Narem amnes appropinquat, Vilumbriam Ptolemęus nominat quaſi ad Velinū Vmbria antiquiſs. Italiæ gēs Gallorū ueterum progenies, Vmbrinos à gręcis, q̄d inundatione terrarū imbrib. ſuperfuiſſent, quos Aborigines ad hæc loca migrare cōpulerunt, inter enim Tiberim & Vmbronem flumina ad mare Inferum ſedes antea

habebant

habebant: quorum trecēta oppida Tuſcos debellaſſe reperitur: erat quippe regio fertiliſsimo licet montana, ſiliginiſq; quam tritici ferax, unde alimenta illis facile abundeq; ſuppeditabant. Secat Vmbriam Teneas amnis nunc Topinus ex Apœnino delapſus in Tiberim ad Torſanum oppidum ſimul cum Clitumno (Cherſio modo) decidens, & eò uſque Topinum nomen retinet quoad Clitumnū ad Cannariam oppidum intrat ambo in Apœnino fontes habentes: ſubeſt Clitumni fons eo colli in quo Treuium oppidum eſt, perlucidus quidem & qui totus in Tiberim ſuo nomine influit, quo nullo alio Tiberis præter Narem Anienemq; maiore augetur fluuio, fertur ſi ex Clitumno bos quum conceperit bibet, partum albū edet, unde quum Romani magnam hoſtiam Ioui deſtinaſſent iſthuc accipiendam mittebant: quod ait poëta.

Hinc albi Clitumne greges & maxima tauri
Victima ſæpe tuo perfuſi flumina ſacro
Romanos ad templa Deum duxere triumphos.

Similiter & Silius, & Propertius in carminib. ſuis. Oppida autem in Vmbris & primo ad Tiberim hæc ſunt. Burgū poſterioris temporis. & poſt illud Tiphernum urbs cum amne ſui nominis iuxta ſe in Tiberim cadente, quæ nunc Ciuitas de caſtello dicitur. ſupra quam uiginti mil. paſſ. Iuſicum oppidum Augubium modo diſtat, ad radices Apœnini in edito colle ſitum. inde eſt Pitinum, & Iſuuium, & Gualdum oppidum opulentum ac munitum in Apœnini colle poſitum cui in campo ciuitas ſuberat, eam Longobardi exciderunt. Poſtea Nucera colonia Alphatemia appellata intra Apœninos montes ſita, ad itineris olim tutelam, nunc digna ſatis ciuitas Teneo amni appoſita, à qua duodecim mil. paſſ. Folginum eſt urbs quam dictus amnis interfluit ForumFlamminij ante appellata, quæ ſimiliter ad uiæ præſidium initio fabricata fuit, eam Longobardi deleuerunt, alios quoq; Folginates ab his, qui hodie ſunt, haud procul à Tudertinis. Cuius oppidi meminit Silius, Patuloq; iacens ſine mœnibus aruo Folgina. Sternitur ante Folginum ſiue ut nūc Folignū planities ampliſs. nec aſpectui delectabilis minus apud quā ad Foligni dextrā Iſpellum oppidum nūc Spellium eſt, & aliud Iturū antiqui nominis. dein pari penè ſpatio Eſiſium ſiue Axis ut Propertius ait urbs arduo in colle ſita Aſiſia nunc. Eſtq; ad ripam Tiberis Frata nouum oppidum, & interius aliud Montonum. ſupraq; Folignum in excelſo colle Triuium, quod aliqui Trebullam eſſe exiſtimant, Ptolemęus eam longę inde in Cāpania ponit niſi alia fuiſſet ab iſta, neq; à Triuio ꝓcul in radice Apœnini, colli in quo Falcū nūc oppidū eſt, Meuania urbs appoſita iacet clara olim præter cuius rudera Teneas amnis labiť cui amœniſſ. illa paulo ante planities adiacet: ut eſt illud. Lætis Meuania pratis, quæ Clitumnos cum Tenea quibus nebulę effumigantes herbidam reddunt, circumiectoſq; urbi campos impinguant: unde Co-

de Columella, armentis ſublimibus inſignẽ Meuaniam eſſe dicit, quod e- tiam Silius ait. ſupra uerò Folignum in montibus caſtellum eſt Caput a- quæ à fonte ibi ſcaturiente qui amnis ex ſe tranſmittentes breui curſu Te- neæ iungitur, neq; longe inde Collisfloridus caſtellum iuxta paruum la- cum ſui nominiss intra altiſs. montes tenui riuulo in Teneam ſe exoneran tem. Nunc ad Narem fluuium ubi Centinum oppidum, quod Ceretum nunc uocant. inde Caſsia oppidum populo frequens, Cornus torrens at- tingit in radicibus ardui mõtis eiuſdem nominis exortus in Narem apud Tripontium caſtellum uadit. Poſtea Coniſſa magnum ſanè oppidum ſu pra Caſſiam. Nar fluuius fontes habet in Ficello monte duobus orificijs ad Narium ſimilitudinem, unde illi nomen eſt, quorum paulo infra petrã coeuntes aquæ Narem conſtituunt qui tanta uelocitate delabitur ut nuſ- quam uado raroq; nauiculis tranſiri poteſt in Tiberim ex àduerſo fermè Ortæ urbis collectis ſulphureis aquis è Roſidis collibus manantibus iu- xta Vacunæ nemora irrumpit: Intra quem ad occaſum procul Spoletium urbs ſita eſt, idem nũc nomen habens caput modo Vmbriæ cuius arx in- ter cæteras Italiæ munitiſsima eſt, in eminenti ac prę rupto ſaxo poſita, cu ius altero latere urbem reſpicit, altero altiſsimis præcipitijs cingitur, ubi profunda uallis à finitimis diſiungit mõtibus. Hinc recta ad ſolis ortum pons Sublitius Narem iungens (licet uetuſtate collapſus) reperitur. Sub Spoletio autem non longe à Tiberi Tuder clara olim ciuitas nunc Todi, ſitu & loci natura munita, pendet enim deuexa lateri montis, proximaq; urbi loca collibus ac uallibus omnia præpedita ſunt. Inde ad confluentia Clitumni cum Tiberi Betona oppidum magnum montanumq; poſitio- ne egregie tutum, & ad ſolis ortum in ripa Tiberis Ameria urbs ab Ame- rio eius conditore appellata: priſcum adhuc nomen ſeruans, & poſt Sub- litium pontem uerſus auſtrum Velinus amnis, Melino nunc qui in Na- rem ingreditur, in Apœnino è Velino monte Fiſcello nunc ab incolis ar- duo ſanè qui Brutios à Marſis diſterminat duobus fontibus exortus, in curſuq; iuxta Vacunnæ nemora Reatem urbem mediam penè interſecat, unde egreſſus neque longe paludem illabitur quæ ex aliquibus fontibus, Neptuno præſertim efficitur, qua ungulas iumentorum indurari ſcribit Cicero: ac ſtatim collectis in unum aquis, lacus conflatur, eodem nomine, qui modo Pedelupus dicitur ab imminentis ei caſtelli nomine, in quem li gnum deiectum lapideo cortice obducitur: eſſeq; Italiæ umbilicum Va- ro uult: ex quo loco effluens (ubi ſaxum natura aquæ creſcit) in Narẽ pau lo poſt ex alta rupe mirabili caſu ac ſtridore decidit. Quam lacus deriuatio nem in Narem à quodam Coſs. fuiſſe factã author eſt Varo, quo magna eſt per ea locã ſecuta fertilitas ut ait. Reate nunc Rieti dicitur, fuit ea urbs Cybeles conſecrata: quod probat Silius.

Magnæq; Reate dicatum Cælicolum matri.

In cuius

In cuius agro mulorum nobilis progenies alitur, qui ager ad Velinum uſque lacum pertinet Roſulanus antea, nunc Roſa. Cæterum trans Narem ad ortum ſolis Interamnem oppidum eſt in montibus ſitum, quod nunc Ternium dicitur. Inde Nequinum oppidum dein Narnia dictum à fluuio ſub ipſum labente: quod ait Liuius, Item Claudianus.

Celſo dehinc patulum proſpectans Narnia campum
Non procul amnis abeſt urbi qui nominis author.

Vrbs tum dignitate præcellens, Romanorumꝙ aduerſus Vmbros colonia in loco arduo atꝙ in parte una præcipite ſita, qua lapideo ponte diruto nunc iter continuabatur. mox fluuiolus Imelia ex montibus cadens inter Ocriculũ Mallianumꝙ oppida in Tiberim labitur eſt Oriculum uetuſti quoque nominis. fuit Item haud longe ubi Anio, in Tiberim exit, Fidenæ urbs uetuſtiſſima.

Sabinæ regionis ſitus.

SAbinorum gens in Apœninis montibus Vmbris ad orientem: Picenis ad ſeptentrionem, ad occaſum Tiberi fluuio ad meridiem latinis finitima eſt à religione ut quidam exiſtimauere, & Deum cultu, Seuini appellati, quod colo ſeu ueneror latine ſonat, quod aſſerit Feſtus. Silius alter, nam à Sabo nationis principe Sabinos dici uult, ubi ait.

Ibant & læti pars ſanctum uoce canebant
Authorem gentis, pars laudes ore ferebat
Sabe tuas, qui de proprio cognomine primus
Dixiſti populos magna ditione Sabinos.

Cui aſſentit Cato, eosꝙ Vmbricæ gentis fuiſſe indigenas, circaꝙ agrum Reatinum habitaſſe, unde à Pelaſgis pulſos in hanc terram deueniſſe, ubi nunc habitãt, mutantesꝙ nomen ſimul cum loco, uocatosꝙ eſſe pro Vmbris Sabinos, cuius rei Zenodotus author eſt. Strabo autem diminutiuo ait uocabulo à parentibus Sabellos appellatos fuiſſe, Sabinos quidem aliam ob cauſam quos Græci Saunitas uocitant. Item & Plinius, Samnitium quidem Sabellos & Græci Saunitas dixere: aliqui uerò Laconas quos ſibi ſocios habitandi feciſſe, memoriæ traditum eſt: Iſtis prima habitatio prope urbem Amiternã uicus quidam fuit Teſtruna nomine, ex quo mouẽtes in terram Reatinorum irrumpere ſoliti ſunt: qui deinde potentes adeo facti ut pedeſtrem exercitum octoginta mil. & equitum mil. ad bellũ cogerent: urbes plures inhabitantes, quarum nonnullæ à Romanis poſtmodum funditus euerſæ; quædam attenuatæ, ac uaſtatæ ſunt anguſtum incolẽtes agrum longe protenſum à Tiberi uſꝙ Nomentum oppidum egregie oliuetis & uinetis conſitum, & qui glandes paſsim producat, quare gregibus & armentis maxime ſtudioſi erant, ex quo Cicero agrum Sabinum florem eſſe Italiæ dicat. gens uerò antiquiſs. Indigenæ, & aborigines à quibus Picentini Samnitesꝙ in coloniam deducti atteſtatur Strabo;

quibus

quibus potitis, Romanos tum primum diuitiarum ſenſum accepiſſe Fabius rerum ſcriptor meminit, & ſi magna eorum pars forulos petræ inhabitarēt, ad rebellandum aptiores magis, parsq; ciuitates ſine mœnibus incolebant uicum ſupra Tiberim iacentem præter Cotylas tum clariſs. urbem muris ſeptam, ad ſeptentrionalem partem Cotyli lacus ſitam. unde Nurſia ciuitas eſt, cui nomen adhuc reſtat licet à uetuſta aliquanto diſtet, nam illa extincta eſt arduo in colle intra præruptos montes tum poſita, regionem habens frigidam, ut illud.

Nec non habitata pruinis
Nurſia.

Quam paruus torrens præterlabitur, medio inter Caſsiam, & Narniam, tractu uadit in Cornum amnē. fuitq; Interocrea pagus Reati finitimus castellum modo Interiocū nomine: fuit & Conſiſcula, in qua frigidæ aquę, quarum potus & inſeſſio morbos curabāt. Sub Velino autem lacu ad meridiem penes fluuium Aliam (is Equiculos à Sabinis diſterminat) in quā partem tanquam eam quæ propinquior urbi Romæ erat, colonias deduxerunt, ne Romanum populum fama tum coaleſcentem pertimeſcere uiderentur, in quibus Curres fuit urbs maxima & inter eam gentem authoritatis plurimæ ad dextrā Imelæ amnis in ualle ampla ſita, Strabonis tempore in uiculum reddita, nunc oppidulum in eodem loco, eodemq; nomine eſt, è qua exciti fuerāt. T. Tacitus, & Numa Pompilius Romæ quādoque regnātes, eſt & ad eandem fluminis ripam Nerula oppidum non obſcurum. Poſt autem ab urbe Reatina iugum montium incipit arduis ac præruptis petris auſtrum uerſus excreſcens, propeq; Tyburim urbem defertur, Lucretilis & Seuerus olim Equiculorum, nunc mons Niger dicitur, ſiue Taliacotij, nam in ijs oppidum eſt Taliacozium nō obſcurum quidem, ex iſtis montibus Imela amnis à parte ſeptentrionali exoritur, ad cuius dextram Mallianū oppidum præſentis temporis eſt arduo in monte poſitū regionis facile caput. Poſt Calentinus breui lapſu torrens in Tiberim cadit. Inde poſt aliquot caſtella, aqua elabitur Riuus ſolis dicta, itē Mandela uicus ubi Riuus Digentia. de quo Horatius:

Me quotiens reficit gelidus Digentia riuus
Quem Mandela bibit rugoſus frigore pagus.

Iuxta cuius aquæ originem Montopolis oppidum in ſaxo eſt. Mox Farfarus amœnus fluuius qui & Fabaris appellabatur, ſub Imelæ ortum fontem habens neq; longius multo, qui quum è ualle qua delabitur exit, ampliſsimam pulcherrimamq; uiſu planitiem, cultam atq; arboribus diſtinctam ſecat, & in Tiberim ſupra Aliam amnem infunditur. In ualle autem ſupra in ſaxo ad ſiniſtram Imelæ amnis Vacunna oppidum eſt uocabulum quondam templi Vacunnæ deæ: ſub quo nemus, & in eo fons ſplendidiſs. Brānduſiæ quem Horatius item meminit. Poſt Aliā amnis ex Cruſtumeris

ſtumeris montibus ad ortum ſolis prælato fluens alueo in Tiberim ad undecimum lapidem fertur Curteſius nunc nomine ubi terminus regionis Sabinæ: apud quē Galli duce Breno Romanos ſtrauere, & poſtriduo urbē deleuere, præter Capitoliū, mox Collatia ciuitas iuxta Tyberim haud procul à Roma. Hinc Romam uerſus propter Tiberim Cruſtumerij Sabinorum populi uſq; ad Montemrotundum oppidum è regione Veienſiū Tiberi interlabente incoluerunt & in ijs Cruſtumeria urbs quorum in agro natum fenum ibi noxium Plinio teſte extra ſalubre eſt naſcunturq; pira quæ Cruſtumia appellantur cunctis gratiſs.

Equiculorum terræ ſitus.

EQuiculorum gēs ad orientem Sabinorum iacet, regionem paruam & montuoſam habens, quam Sumbruuius amnis percurrit in Anienem cadens: de qua gente Silius, quum nil penè de ijs dicere habeamus, poëtarum carminibus ſaltem in lucem eos reddamus.

Quiq; Anienis habent ripas, gelidoq; rigantur
Sumbruuio, raſtriſq; domant Equicula rura. Et Maro
Horrida præcipuè cui gens aſſuetaq; multo
Venatu nemorum duris Equicula glebis
Armati terram exercent, ſemperq; recentis
Conuectare iuuat prædas & uiuere raptu.

In quibus quadraginta oppida Liuius ſcribit: quæ omnia intra dies ſexaginta oppugnando Romani ceperunt: quorum pleraque diruta atque incenſa ſunt: cæterum, Cliternum: Carſeoliq; colonia integra permanſerūt. Ouidius.

Frigida Carſeolis nec oliuis apta ferendis
Terra ſed ad ſegetes ingenioſus ager.

Fuere quoq; Verrugo ciuitas: & Vetellia colonia In quibus hodie Riuuſfrigidus oppidum connumeratur in excelſo monte ſitum.

Latij regionis ſitus.

LAtium regio ſequitur ad orientem Tiberis amnis in Liri amne altero: Sabinis Equiculiſq; ad ſeptentrionem, ad meridiem Tyrrheno pelago terminatur, quo adhuc nomine apud ipſos appellatur, quòd ibi Saturnus latuiſſet, quum Iouis arma fugeret hiſtoriæ tradunt: licet alia de cauſa Varo dici putet. apud autem reliquos Italiæ huius ætatis populos Campania Romæ, ſiue Maritima dicitur: ad Circæum ante promontorium tantum, qui per idem tempus priſci Latini appellati ſunt, 50. mil. paſſ. longitudine, in qua uſq; ad Troianum bellum fuerunt Aborigines: Verum ſub Latino qui Iliaci belli temporibus regnabat Latini dici cœpti Dionyſius Halicarnaſſeus author eſt: quū uerò urbs Roma erecta eſt, & eius uirtus in circumiectos populos exagitaretur, prius Rutulis & Aboriginibus ac dein Equis, & Hernicis, inſuper Reſis, & Argyruſcis,

& Priuernatib. è ſedibus eiectis, cuncta cum eorum plaga nomini Latino ceſſit, ac Latium uocitata: quamobrem ad Campaniam uſq; & Samnium & Pelignos & incolas Apœnini extenſa poſtmodũ eſt: Quæ præ cæteris uniuerſi orbis partibus urbe Roma clara ac immortalis facta ad noſtram uſque ætatem permanſit: terra ingenio uaria, intus opulentiſs. ac fertiliſs. quum omnis ager aquis riguus ſit. In montib. pinus & abies: litoralia uero laurus & Myrtus habent, præter paluſtria pauca in litoribus ipſis, quæ morboſa reddunt loca, & ſi qua petroſa ſunt, non ocioſa omnino quin uel fructus uel pabula præſtent. Latinorum itaq; ora iuxta Tyrrhenum mare Oſtiam nauale urbis Romæ primum habet, ubi Tiberis fluuius mare irrumpit, locus modo importuoſus propter limum quem Tiberis multis refertus amnibus aggerat, quod oppidum Ancus Martius rex Romanus condidit, animo futurum ut totius mundi opes, & commeatus illò ueluti maritimo urbis hoſpitio reciperentur, circa quod oppidum ſalinæ multę factæ ſunt, unde Turia fluuius qui paſſ. 5. mil. ab urbe Roma in mare editur. Inde Antium cognomine Aphrodiſium Volſcorum quondam urbium illuſtriſsimum cuius hodie locus caput Antij à nautis uocatur ubi Neptunum modo caſtellum eſt in Laurenti litore poſitum, cui litori nomen ab Apolline qui totus Latij regionis tutela fuit, quo primum Æneas appulit, quum Italiam peteret: erat Antium in rupe poſita portu carens, licet naues haberent quibus latrocinabantur, capta à Romanis, coloniam in eam deduxerunt: ubi poſtea Nero Cæſar. operis ſumptuoſiſsimi portum fecit: fuit apud Antium Fortunæ templum famoſiſsimum multorum & principum donis ornatum, unde eſt quod ciuitas Fortunæ dicta ſit. Hinc omne litus longe lateq; ſyluæ occupant, uocaturq; nunc Spiagia Romana, mox flumen Storas in mare labitur Aſtura nunc, ubi caſtellum eſt Aſtura nomine ab ipſo mòdo flumine appellatum, mari penè circumdatum inde Cloſtra colonia quondam fuit, poſt Circæum promontorium excelſum eſt, iuniores caput Circelli uocant, formam Cherſoneſi habens, in quo Circæam Solis filiam fama eſt habitaſſe, à qua nomẽ illi contigiſſe: de quo Maro.

Proxima Circęæ raduntur litora terræ
Diues inacceſſos ubi Solis filia lucos
Aſsiduo reſonat cantu.

Refertus quippe mons eſt robore, lauro, & myrto cęteraſq; ad medicamẽta radices germinans. Inſula ante, facta continens ex aggeratione fluminũ uehentium limum de Albanis præcipuè montibus manantem: ubi & caſtellum & ſacellum Circæs nomine fuit, item & Elpenoris tumulum: cui promõtorio campi iunguntur Pomentini: ad cuius radices caſtellũ nunc eſt S. Felicitatis nomine. Iuxta quod Hyphormus amnis quẽ Nympheũ Plinius uocat in mare uadit exiguum portum efficitur. Dehinc Pontina

palus

palus quæ in mediterranea regione extendebatur in mare ſe exonerabat, quem locũ uigintiquatuor fuiſſe urbiũ fertur & quibus Norba arx in mõtibus quam regionem priſcis temporibus & ante urbis ædificationẽ Auſones incoluiſſe memoriæ proditũ eſt qui & Campani agri magnam partem habebant: nam Auſones huc habitatum ueniſſe ferunt quum ab Oenotrijs, ut initio diximus è ſuis ſedibus eiecti eſſent à quibus Auſoniũ quidam mare illud appellauere paludes uerò, ut Liuius refert à Cornelio Cethego Cos. cui ea prouincia obuenerat ſiccatas agrumq́ ex ijs factum eſſe, mox Terracina ſiue Terracinæ urbs opulenta olim, quod nomen adhuc retinet, prius inſula nunc cõiuncta eſt, quod ſcribit Solinus: Terracina dicens inſulã ante circumflua immenſo mari, nunc æuo nectente addita continenti: quæ & à quibuſdam Trachina, id eſt, aſpera uocitabatur: item Anxur Volſcorum lingua qui quondam illam habitauerunt, difficili loco poſita: ideò Silius.

Quis Circæa iuga, & ſcopuloſi uerticis Anxur
Hernicaq́ impreſſo raduntur uomere ſaxa. Et Lucanus.
Iamq́ & præcipites ſuperauerat Anxuris arces.

Eidẽ Põtina quoq́ palus obijciebat, nam ingẽs fuiſſe diximus, cuius adhuc pars ſtagnat q̃d amnes duo efficiũt, per ea labẽtes loca, quorũ maior iuxta Terracinã in mare it, qui Aufens (non aũt ut quidã Amphidus, quũ in Adriaticũ mare per Apuliã Amphidus euadat) & Vfens à maiorib. dicebatur, igitur Liuius Taracinæ urbs prona in palude ait. Sed neq́ ſolum Iupiter Anxurus (unde urbi nomẽ) hic colebatur, uerũ et Iuno uirgo, quã ipſi Feroniã cognominabãt: quare Plinius, inter Terracinam & ædem Feroniæ turres bellicis temporib. deſiere fieri, quia nonnullę earum fulmine dirutę ſunt. Erat iuxta ædem fons ſaluberrimus qui & ipſe Feronia appellabatur quem lucus circumdabat: de quo fonte ait Horatius.

Ora manusq́ tua lauimus Feronia Limpha
Millia quum pranſi tria repſimus atq́ ſubimus
Impoſitum ſaxis late candentibus Anxur. Et Martialis.
Siue ſalutiferis candidus Anxur aquis.

Templum autem hoc loco, ut Dionyſius Halicarnaſſeus tradit ex eo poſitum eſt. Nam quo tempore Licurgus Spartæ leges dedit, grauatos nonnullos ob legũ duritiẽ, diſsidentesq́ ab alijs, urbe exceſsiſſe, poſteaq́ multum mari delatos, uouiſſe deis ut in quamcunq́ primum terram ueniſſent ſedes in ea ponere, aduectos autem circa Pomentinos campos, locum in quo primum conſtiterãt, Feroniã ab æquorea latione denominaſſe, phanúmque conſtruxiſſe deæ Feroniæ: quod à Sabinis præcipuè ac Latinis communiter honoratum eſt: ubi ad præſtitutos dies feſtos multi quidem ſoluentes uota ſacrificiáque reddentes deæ, multi uerò lucri cauſa ob celebritatem, negotiatoréſque & opifices & coloni (erántque fora ibi

omnium clariſs. quæ in alijs Italiæ locis haberentur, conueniebant. Sed ubi Terracina eſt, ibi olim Amyclæ oppidum fuiſſe à ſerpentibus deletæ, atteſtatur Plinius à Laconibus conditum, hoc eſt ab Amyclis Laconiæ ciuitate, qui comites Caſtoris & Pollucis fuerunt huc transfretantes, quod ait Varo, qui quum ſecundum Pythagoream ſectam (ut ſcribitur) à cæde omnium animalium abſtinerent, & qui tanquam homines ex uicinis paludibus natas ſerpentes occidere nefas putarent, ab ijſdem interempti ſunt, eſt et alia opinio: quum frequenter falſò nuntiarentur, hoſtes, & inani terrore ciuitas quaſſaretur, lata lege cautum eſt, ne quis unquam hoſtis annũtiaret aduentum: Poſtea uerò quum hoſtis ueniret nemini annuntiãte ex improuiſo ciuitas capta eſt: Vnde tacitæ Amyclæ dictę, quod periere ſilẽtio. Hinc eſt quod ait Lucilius: mihi neceſſe eſt loqui, nam ſcio Amyclas tacendo perijſſe. Cæterum penes Terracinã Romam iter facienti, foſſa ad Appiam uiam apponitur, quã paluſtres & fluuiatiles implent aquæ, per eam nocturna maxima fit nauigatio: ut qui primis inſcendãt tenebris oriente ſole egreſſi uiæ Appię reliquum euadant. Strabo. Inde oppidum eſt Spelũca modo appellatum: ubi dixit. Strabo Speluncas patere ingentes, domicilia magna ſumptuoſaꝗ continentes. In cuius litoris aſpectu inſulæ duæ, triginta mil. paſſ. in pelago propoſitæ ſunt, Palmaria: & Pontia, Palmaria modo Palmarola dicitur, quæ occidentalior eſt, & ab altera modico diſiuncta freto, habitaculis frequens, in qua ut ſcribit Varo, homines totas uineas opplẽt muſcipulis, ſi quando parit humus mures, nec non minor uindemia fit. In hac Octauia Neronis cõiunx ab eodem relegata moritur. Pontia Palmaria maior aliquãto eſt incolis et ipſa frequẽs: eodem prius nomine, his ad orientẽ aliæ duæ paruæ ſunt inſulæ quarum altera orientalior Pandataria ab antiquis dicitur, Plinius ex Æolijs una à recentioribus uerò Bentelien. Pòſt Caieta portus uel ſinus aperit̃ de curuitate denominatus Straboni: curua enim omnia Lacones Caietas appellauere. Virgilius ab Æneæ nutricæ, ut in ſubiectis carminibus habetur.

Tu quoꝗ littoribus noſtris Æneia nutrix
Æternam moriens famam Caieta dediſti
Et nunc ſeruat honos ſedem tuus oſſaꝗ nomen
Heſperia in magna ſi qua eſt ea gloria ſignat.

In medio huius ſinus Formiæ urbs eſt ab Antiphate Lami F. condita, q̃d ait Horatius, quam prius Hormias uocabant à ſtationis bonitate, ubi Leſtrigonum ſedes fuiſſe haud in obſcuro eſt, nam Plinius Formię à Leſtrigonibus habitatæ: item Homerus, ſexta die ab Æoli inſula ad altam magnamꝗ Lami, Leſtrigonũ ciuitatẽ attigimus, à qua Eęam inſulã planam ubi Circæs habitabat peruenimus. Verum ubi olim Formiæ, nũc Caieta dicit̃ nomẽ à ſinu obſtinatè traducẽs. Hinc portũ Antoninus pius ingentibus extructionibus communiuit. Hinc paulo Molæ oppidum quod &

nunc

nunc Mola dicitur: Cicero, ad Molas Formianas, uel propter propinqui-tatē uel q̃d ab ijs conderetur. Hinc Liris amnis in mare uadit, ſic dictus à Nympha eo delectata qui antea Clanis ſiue Clanicus uocitabatur, hodie Gaurianus dicitur Latiæ regionis finis, ex duobus fontibus in radicibus Apœnini & agro Veſtino initiū capiēs, quorū alter 8. mil. paſſ. ſupra Soram ad Capiſtrellū in Apœnino, alter 4. ad Poſtā modicus quidē primū & uado tranſiri facilis, ſed mox paululum infra. Poſtquam ſub Sora fluuij ex fontib. iungit̃, magna aquarū ui auget̃, & nuſquam uadoſus alueo lato profundoq́; ad Minturnas Romanam coloniā in mare delatus ubi ſtagnat locaq́; paludoſa efficit, ſed quam diu effluit pulcherrimus ac fertiliſs. Italiæ orām ſecat, nam Auſonios, & Sinueſſanos agros aureis (ut aiūt poetæ) arbuſtis conſitos præterlabitur, qui quum Fibernum amnē gelidiſs. apud Arpinas profluentem, modicamq́; prius inſulam complectentem in ſe recipit, frigidiſs. & ipſe fit. Quorum commixtionē memorat Silius: quod autem Lucanus dicat.

Et umbroſæ Liris per regna Miricæ,

Et Horatius ubi Formiarum mœnia à Lamio ait dicta.

Mœnia, & enantem Myricæ
Littoribus tenuiſſe Lirim.

Fuit enim Myrica uxor Fauni litoris Minturnēſis dea, qua ille in mare it; retro aūt à mari in mediterraneo ad occaſum primo urbs cunctarū prȩclāriſs. reginaq́; Roma ſita eſt Tiberi amne infuſa, altera partē Latio, altera in Etruria marmoreis iuncta pontibus exiſtens: magna ſanè quondā ambitu (licet omniū quas orbis ſuſtinet, imperio, fama, opibusq́; maxima) nā cæteris omiſſis, Plinius ſuo tempore uiginti mil. paſſ. compleſſe aſſerit: Vopiſcus uerò Aureliū principē mœnib. eam ad triginta ampliaſſe dicit, portasq́; 30. habuiſſe ac ſeptē intra ſe colles cōtinuiſſe: cuius uocabuli, ædificationis, quum uariæ ac diuerſæ inter ſcriptores tam Græcos quā Latinos opiniones ſint, & Romulo tamen uocitatā atq́; conditam fuiſſe perhibetur Palatinū munientem collem quo ipſe nutritus erat: ita nominatū ut ait Varo quia Palatini & Aborigines ex agro Reatino qui appellat̃ Palatium ibi conſediſſent: alij Palatium à Palatia uxore Latini regis dictum: quidam Pallanteum ab Euandro Pallantis regis nepote, ſiue à Pallante urbe ex qua Euander ipſe diſceſſerat ex Arcadia huc appulſus locum inhabitauit. Sunt item qui ab eodem Romam, oppidum in loco inuentum appellatum fuiſſe (Saturnia tunc) quod græce robur ſignificat, ſcribiq́; in principio cum aſpiratione, ex quo illud Latini Valētiam uocauere. Quare Strabo coloniam ex Arcadibus deductam ab Euandro fuiſſe inquit: Et Cæcilius Romam origine græcam eſſe urbem, quod penes eam more patrio ſacrificium grȩcum Herculi dicatum exiſtat. Nonnulli uerò à Troianis initium habuiſſe ferūt qui ad Italiā cum claſſe Ænea duce nauigaſſent.

ex quibus poſt oppida Lauinum atq; Albam à ſe cōdita, Romam quę ad hanc uſq; ætatem ingenti ſui gloria perdurauit, natam eſſe in hiſtorijs ſuis tradunt. Hanc itaq; urbem in ſui primo exordio 400. per annos circumſtantes populos bella proprijs exercuiſſe uiribus memoriæ proditū eſt, quibus 53. populi (tot enim Latium tum habuit) ſine ueſtigio interiere: deinde 150. Italiam omnem ſubegit: totidemq; deinceps uniuerſum orbem pacauit: Non enim inuia, ſed quæ ab hominibus colitur, omnibus imperauit: neq; mediterraneo ſolum, ſed etiam oceano qua nauigari poteſt: Solaq; omnium quæcunq; ex omni æuo referuntur, ortumq; & occaſum terminos imperij fecit. Quæ licet afflicta uarijs (uoluentibus annis) cladib. deniq; eſſet: gentemq; ſuam mutaſſet, ac ritus: imperium tamē nullatenus mutaſſe conſtat: quo illud poëtæ diuinitus ex ore prolatum tonantis audiuimus.

His ego nec metas rerum, nec tempora pono
Imperium ſine fine dedi.

Quod in Max. quidē Pont. ſummo imperio æternā Italiæ felicitatē datū eſt propagari: Quorum ſplendidiſs. ſanctitate, iuſtitia, clemētia: rerumq; geſtarum pro fide Chriſti gloria, Roma iterum illuſtrata maximo exornata decore perfulget: Nam poſt Cæſarum tempora annales ſiquis inſpexerit ingenti cum admiratione, ampliſsima, ſacratiſsima ac magnificentiſsima patrum acta inueniet. In quo quidem numinum hoc tempore (quo ætas noſtra uehementer lætatur) ſuperiorum nulli poſtponendus Iulius tertius Pont. Max. uelut clariſsimus ſidus oportuniſsime emicuit: cuius diuino ductu res publica Chriſtiana adeo prudēter: adeo ſapienter: adeoq; ſancte gubernatur, atq; extollitur, ut nihil ad bene beateq; uiuendum amplius Chriſtiana mente deſiderari poteſt. Quare immortalis benignusq; Deus nobis te incolumem ſaluet uitamq; in æuum tranquillam proroget, cūcti merito cupimus: optamus, totoq; corde pater beate precamur. Poſt autem Romam, ſupra uerſus Apenninum Tybur græca urbs eſt nomen primum retinens quam Cathyllus Arcas Euandriæ claſsis. præfectus condidit ut aliqui uolūt in quibus eſt Cato: & Silius. Hinc Tybur Cathylle tuum. Plinius uerò à Tyburto Aphiarai F. qui apud Thebas obierit, una ætate ante Iliacum bellum cum quo poëta ſentit, ubi ait.

Tum gemini fratres Tyburtia mœnia linquunt
Fratris Tyburti dictam cognomine gentem.

Fuerunt nāq; fratres tres Tyburtus, Corax, & Cathyllus: nec deſunt qui dicant, ſingulum fratrem ciuitatem ſingulam condidiſſe: teſtemq; montem eſſe qui adhuc Cathyllus dicitur, in quo oppidum eiuſdem nominis fuiſſe non longe à Tyburi & Corax oppidum famoſum in Volſcis: Tybur in procliuo ſaxo poſitum eſt: ut illud. Et proni Tyburis arce. Situ nihilominus amœno ac fertili unde dicitur.

Po-

Pomoſi Tyburis arua.

Nec minus lapide quem Thyburtinum uocant ex metallis abundans locus eſt iuxta quam Anio flumen ex ſublimi loco in profundã uallem præceps defertur, & per uicina urbis ipſius nemora, ex quo nauigari incipit: oritur in Hernicorum, ſiue Trebanorũ mòtibus ex lacu Sublaqueo Subiaco nũc ex aquarum illic abundantia completo qui inde alios duos amœnitate nobiles ſecum trahens multis per campos cõtra Romam inter prę altas ripas Sabinum à Romano agrum diuidens labitur aquarum profunditatem habens non tranſmeabilem, aſpectu tamen pulcher (nam perſpicuus & frigidus) & potu dulcis eſt in Tiberim editur: Frontinus ab Aniene Tuſcorũ rege cognominatus ſcribit (Pareſius anna uocitatus) qui ob filiam eius Saliam à Catepto raptam, & inrecuperatã ſeſe in flumen pręcipitauit: & quũ duo ſint Anienes hic uetus appellať: alter nouus. Quod uicinum urbi nemus diximus, illud eſt Albuneæ nymphæ à qua nomen accepit: quare Martialis locum deſignans fontem Albulam eiuſdem nemoris atq; deæ meminit dicens.

Itur ad Herculei gelidas qua Tyburis arces
Canaq; ſulphureis Albula fumat aquis
Rura nemusq; ſacrum dilectaq; iugera muſis
Signat uicina quartus ab urbe lapis.

Nam quia Tybur in tutela Herculis erat, Herculei dixit. Sic & Virgilius.

Gades Herculis: humidumq; Tybur.

Vbi etiã reſpõſa dabanť. Neq; à Tyberi procul urbs Saſſula interijt: ſupra uerò Tyberim in excelſis montib. oppidũ eſt Subiacũ, q̃d antiquitas Sublaqueũ appellat, cui nomen lacus ſubiecti dedere ex quib. Anienẽ emiſſũ diximus. Poſt aũt, haud à Tyberi procul, Præneſte urbs interijt fuiſſeq; ubi nunc Pelleſtrina oppidum eſt, Polyſtephaniũ aliquando id eſt, multarum coronarum appellata, æſtiuæq; delitiæ, loci amœnitate cognominata, ualida ſanè olim, ſita in monte qui Aretinus nuncupať: Hanc Zenodotus à Præneſte Vlyxis nepote Latini regis F. conditã ſcribit: alij à Cæculo Vulcani genito: quod nõ negat Virgilius. Feſtus uerò Pręneſte dicta quia is locus quo cõdita eſt montib. præſit, græca urbs, ubi Fortunæ templũ illuſtræ fuiſſe ſcriptores tradunt, quo certa edebantur oracula: Fluit per huius urbis agrum Vereſtis fluuius in Anienẽ exiens, fuit inter hanc atq; Tyburim Pedũ oppidũ. Dehinc Gabij urbs fuit, ab Albanis condita ut Dionyſius ait: Solinus à Gallato & Bio fratrib. ſiculis, media inter Romã Præneſtẽq; ex æquo 12500. paſſ. diſtãs in Præneſtini mõtis radicib. ubi Latomia ſita, quę nũc Gallicanũ dicitur haud procul ab Aniene fluuio cuius in agro non procul ab urbe Roma, equitantiũ curſu iugera fermè 200. ad ingreſſus tremunt, q̃d ſcribit Plinius. Inde Paulo in uia Præneſtina Fidenæ nunc uicus quondã ciuitas ad confluentẽ Anienis cum Tiberi in alto colle

ſita ſuapte natura tutiſs. magna tũ quidẽ ac populoſa q̃ Romana colonia fuit, Albanorũ prius Veientiũ quoq; ultra Tiberim deducta inter Cruſtuminũ Nomanumq; agrũ ſita. Vnde Romam uerſus Almõ paruus amnis in Tiberim decurrit. Superius uerò Regillũ urbs prope Tiberim erat, ut atteſtatˀ Dionyſius ibiq; Regillus lacus, Liuius in agro Tuſculano cui Algidũ adiacet ſylua q̃ nunc ſylua de Laglio diciť penes quã in monte Lauicum uetuſtũ ſanè oppidũ eſt nunc Valmõtone, à quo haud longe Signia oppidum in Lepuno mõte ſitum, cuius ager uini ferax eſt, eius præſertim q̃d Signiũ appellant, aluũ ſiſtentẽ: Dionyſius Signiã Rom. coloniã fuiſſe dicit à Tarquinio deductã, non ex electione, ſed opportunitate quadã fortuita hibernãtib. eo loco militib. atq; in caſtris diſpoſitis, ut nõ multũ à forma urbis differrẽt. Inde Tuſculũ ciuitas in colle ſita nõ arduo ſed aſcẽſu leni irriguo ac fertili, q̃ & Telegon dicta eſt, à Telegone cõditore Circis F. q per ignorantiã patrẽ ſuum Vlyxẽ peremit, egregijs tum ornamentis inſignis, in Romanæ urbis aſpectu deſcendẽs, in eorũ enim montiũ colle ſita eſt q media interiecta ualle rurſum ab ijs, in quibus Præneſtę & uicina oppida ſunt, ad Albanũ uſq; collẽ conſurgunt: Inde Romã atq; mare uerſus planities ampla excurrit, uineis alijsq; arborib. reſperſa, in quib. ficus optimus ubi terra eſt in quã ſiquid affixeris haud euelli poteſt. Poſtea Aricia urbs ultra Albanũ montẽ in loco cauo poſita, nũc ſolo ęquata, quam Solinus ab Archilocho ſiculo conditã dicit, ſed nomen Atticæ puellæ fuit ab Hyppolito dilectæ, q quũ in Italiã translatus à Diana eſſet unà cũ Aricia puella hęc loca habitauerũt, unde nomẽ urbi inditũ: eſt & Dianę ibi lucus Artemiſiũ uocauit prior ætas, et in eo templũ Tauricę: cui prope eſt lacus intra colles, Dianæ ſpeculũ nomine: eratq; in eodem agro nemus Ægeriæ nymphæ conſecratũ, cui nymphæ Diana Hyppolitum reuocatũ ab inferis cõmendauit, fuit Ægeria uxor Numæ Pompilij, quo mortuo ob dolorem flendo in fontem ſui nominis uerſa eſt: quare Ouidius.

Nympha mone nemori ſtagnoq; operata Dianæ
Nympha Numæ coniunx ad tua facta ueni.

Protendebat nemus uſq; Romã ferè 20. mil. paſſ. agri occupans: Plinius ſubiectis Ariciæ aruis, ſi carbo deciderit ardere terram, ſequitur Lauinium oppidum Ariciæ urbi ſupereminens, primum in Latio conditum ſtirpis Romanæ, Varo author eſt, à Latini filia quæ coniuncta Æneæ Lauinia appellata, annis 30. ante conditã Albam, idemq; Dionyſius & Liuius: Æneas Latini filiam qui tum loca illa tenebat in matrimoniũ accepit, tandem ſtabili certaq; ſede finiendi erroris oppidum condens ab nomine uxoris Lauinium appellat, at Strabo non Æneam, ſed Latinum illud ædificaſſe inquit, quod Lauinum prius à Lauino Latini fratre oppidum nuncupatum fuiſſe: dein Laurentum à lauro inuenta à Latino dum adempto imperio poſt fratris mortem ciuitatem augeret: quod poëta meminit

minit: poſtea Lauiniū: quę urbs ante ædificationem Albæ Romęq́ plurimum potuit, ad Tiberim uſq́ fines extendēs, atq́ mare, à quo 8. mil. paſſ. recedit: à Roma uerò 19. Appianus tamen Alexandrinus eam Diomedē primo in Italiā condidiſſe ex Ilio aduectū dicit. Mox Alba urbs fuit in excelſo locata ſaxo ab Aſcanio Æneæ F. ſub Albano monte condita quæ à ſitu porrectæ in dorſo urbis, Longa Alba appellata eſt: fabulæ uerò ab omine, uiſæ illic ſcrofæ albæ denominata ferunt, ut apud poëtas legimus: ſub ſe lacū habens profundū, nemore cinctū quem flu. Anio nouus cognomine ex urbe tū decurrēs infundit ac in Tiberim inter urbē & mare exit: ſub lacu aūt pulchra aperit̄ planities, uino ac cęteris fructib. ferax: Vnde Columella: Neq́ eñ dubiū Albani agri uites omniū quas terra ſuſtinet in nobilitate uiui principes eſſe, pręterquam eius q̄d Falernū dicitur. Et Silius.

Vrbibus eſt illis caput, interiorq́ per udos
Alba ſedet campos, pomiſq́ rependet ariſtis.

Albam Tullus Hoſtilius rex Rom. propter perfidiam ducis Metij Suffetij diruit, excepto tēplo: uiſa eñ eſt de imperio cū colonia ſua contendere: potēs quippe opib. et armis erat q̄ annis 500 minus 13. (ut author eſt Dionyſi9) caput regni fuit: Liuius 400. annorū ait opus: tantū quantū Ardea à Roma diſtans. Numicus amnis ex Nemorēſi olim lacu emanauit, & iuxta Ardeam urbem in mare profluebat: lacus uerò ab Albano Ariciaq́ pariter paſſ. fermè 4. mil. diſtat: iuxta quem oppidum ſitum eſt, Nemus nūc nomine: Numicus uerò interiectis temporibus eſſe deſijt, neq́ qua ferebatur ueſtigium reſtat, lacus ſolum ſtetit: Numicus quidem celebris tum apud ſcriptores fuit, in quem Æneam extinctū, atq́ ibi diu poſt cadauer eius repertum, cuius numini amnem ipſum conſecrauerūt, quare Ouidius Æneæ animam à deitate ipſius amnis ablatam inquit.

Corniger hanc tumidis rapuiſſe Numicius undis
Creditur, & ſtagnis oculuiſſe ſuis.

Poſt, hinc Romam mil, 20. Ardea à mari mil. 8. Ardea fuit Rutulorum colonia à Dane Perſei matre condita Plinius author eſt, ab augurio auis Ardeę dicta, haud procul à Nemorēſi lacu: cui propinqua erat Veneris ędes ubi Latinorum celebritas atq́ conuentus fiebat, quem locum Plinius Solis indigetis appellat cuius Strabonis tempore ueſtigia reſtabant, Samnites regiones populantes ſimul cum oppidis alijs deleuerūt. Hinc ad Nomentum urbem iter eſt Sabinæ regioni contermina quam Seneca aërē habere inſalubrem dicit, qua ex re nūc penitus derelicta eſt in cuius agro fontes ſunt ad morborum diuerſorum remedia. Mox Caſsinum ciuitas præclara olim Latinorum nouiſsima ad ſeptentrionem in monte ſui nominis ſita, nunc uerò nihil niſi quod monti nomen reſtat: ubi nunc Sanctus Germanus caſtellum quam nominat Silius Nymphiſq́ habitata Caſsini rura uaſtant. & alibi — Nebuloſa rura Caſſini. Inde Aquinū ciuitas magna cāpeſtris

peſtris, prope quã Melpis amnis præterit: cuius idem poëta meminit, nã quum nominaſſet Caſsinum: mox & uicinus Aquinas dixit: quæ urbs à Caſsino ad quintum lapidem diſtat antiquum retinens nomen. Item Interãnis urbs in medio duorum amniũ Lirim facientiũ ſita, ex quo illi nomen fuit, nunc Iſola oppidum ob id quod dicitur. Poſtea Treba oppidũ. & Anagnia Hernicorum urbs, inſignis in Præneſtinis montibus poſita: de qua Silius.

Frugiferis cerealis Anagnia glebis. Et poëta.

Quos diues Anagnia paſcit.

Inde Vemphũ paruum oppidum in petra interiјt. & item Lanubiũ urbs, & Velitre Volſcorũ ciuitas inſignis olim ac populoſa per quam Tiberis fluebat, cuius euerſionis cauſam ſcribit Liuius, quia totiens Romanis rebellaſſent, in eos grauiter ſæuitum eſt, ac deiecti muri: A qua 5. mil. paſſ. ad leuã Corax oppidũ cora nunc eſt, ut ſupra meminimus ab uno triũ fratrum eiuſdẽ nominis ædificatũ nominatumq́. Fuerunt quoq; aliȩ per hęc loca urbes: ut Coriolos Volſcorum metropolis munimento firma. Longula ſimiliter urbs clara, & Polus à Longula non multũ diſtans, etiã urbs Cetrana illuſtris, & optimo loco ſita, hoc eſt ad montes in Leua Ferentini oppidi: item Artena, arcem tamẽ habens natura munitã, à Rom. una cum urbe dirutã: fuit & Artena altera iter Cære atq; Veios quod ſcribit Liuius quã reges Romani deleuerunt. Item Satricũ colonia à Latinis cõcremata, inde à Volſcis reſtaurata eſt: atq; anno tertio poſt à Rom. diruta incenſaq́; quæ omnes uetuſtate euanuerũt. Poſt aũt uerſus mare Sermoneta oppidũ recens, à q̃ 4. mil. paſſ. aquæ fetidæ ſunt Terracinã uerſus effuſæ. Poſtquã Setia oppidum nomẽ priſcum retinens in aſpero colle ſitũ, ubi optimum uinum naſcitur, quod diuus Aug. cunctis prætulit. de quo Martialis.

Pendula Pontinos quæ ſpectat ſocia campos
Exigua uetulos miſit ab urbe cados.

Plurimũ tamen terræ huius Terracinæq; ac Circęũ uſq; paludes occupãt: Item penes Nympheum amnem oppidũ Forum Appiј uocitatũ fuit, quo in loco Cenobiũ Foſſa noua erectũ eſt. Mox Atina eſt urbs iuxta Põtinas paludes quæ ciuitati malum inferebant, ex quo ita appellabatur, nam ἄτη græce, latine erumnam ſignificat: cuius meminit Virgilius.

Atina pontes, Tyburq́; ſuperbum.

Eſt & Fruſinũ oppidum Friſolonũ modo in munitiſs. petra ſedens, de cuius poſitione ſcribit Silius. Poſtea in Herniciјs Ferentinũ q̃d nunc Florentinũ dicitur in loca natura munito ſitũ, iuxta q̃d Coſas flumen labitur. itẽ Fabrateria oppidũ in his locis fuit, cui Trerus amnis propinquus erat: eſt & Ceperanũ, & Verulę uetus oppidũ, & inde Priuernũ Volſcorum nũc Pipernum, per cuius olim agrũ Aufens amnis currebat, ſiue ut aliј uolũt, Amaſenus, nam Vibius, Amaſenus Priuernatium dicit, qui non longe à

Terraci-

Terracina in mare exit, nũc uerò oppidum mutato ſitu ex planitie, cui hærebat in arduum collem exiliuit, uetus enim à barbaris complanatum eſt. Sorda dehinc à Dardano Troiano orta ad Liris amnis leuam urbs oppugnationis difficilis ob loci ſitũ, quę adhuc ſic uocat, à Ro. populo, deinde à Germanis Federico Imp. deſtructa fuit: ſub Sora in cõgreſſione duorũ fluuiorũ qua Liris procurrit, caſtellum eſt Inſula nomine: apud antiquos Interamnina dictum. Hinc Liris præter Fregellas nũc Pontem Coruum oppidum clariſs. delabitur, ubi lapideo ponte iungitur, unde in lucum ſacrum excurrit, quem magnis honoribus Minturnenſes tum celebrabant, oppido incumbentẽ, quod in loco ſterili poſitum eſt: nam Silius. Obſeſſę campo ſqualente Fregellę à Rom. Samnitibusq́ diruta ex quo in uicum euaſit rurſus à Rom. reſtituta. Subinde eſt Fundi urbs Cæcubo monti adiacens, qui ſinui Caietano contiguus eſt, paludib. licet hæreat, uineta tamen uini feraciſsima præcipuis enutrit arboribus quibuſdam etiã fluctuantibus inſulis ſimiliter tota hæc ora nobiliſs: uina generat: uerum Cæcubũ, Fundanum, Setinumq́ ſicuti Falernum, Albanum, & Staganũ inter præcioſiſsima numeratur, à Fundana autem urbe euntibus, Formiás, lacus eſt Fundanus. Poſt quem ciuitas Lemurnarum fuit: de qua Horatius.

Tandem defeſſi Lemurnarum uenimus urbem.

Quinq; mil. paſſ. à Caieta. inde eſt Traiectum oppidum non longe à Liri fluuio: & in eius oſtio Minturnę colonia, diuidebat enim eam Liris, hoc uerò tempore uicus eſt in parte altera amnis, urbs quondam magnifacienda, quæ quum à Romanis defeciſſet funditus euerſa eſt: Item Politorium, Edulia in loco tum munito ſita: Appiola, Corbio, Trebium Corniculum Ficulnea uetus: Cameria, Ameriola, Medulia, & alia, quæ omnia ſimiliter conciderunt.

Tertia atque ultima Italiæ pars, quæ ad orientem ſolem ſe terminat, dehinc poſt regiones in ſuperioribus deſcriptas abſoluitur.

Veſtinorum terræ ſitus.

IGitur poſt Picenum iuxta Adriaticum mare à Troentio amne iam dicto in alterum Tifernum ad auroram, Veſtinorum, Marutinorum, Pelignorum, ac Frentanorum litus, noſtra ætas ſimul Aprutium uocat: item eorum qui ſupra hos in locis mediterraneis ſunt: ut Caraceni, Samnites, Præcutij, Marſi, Equiculi, Sabini'que omnes ſub eodem uocabulo modo continentur. Itaque Veſtini poſt Homatrinum flumen litus habent, nihil tum in eo, propter loci breuita-

breuitatem tenentes:quare Strabo nullam de his ad mare mentionē fecit, retro uerò trans Apœninum ad Campaniam regionem perueniebat, licet eam Samnites præripuiſſent. nam Sora urbs quæ in Liris amnis inſula, hoc eſt, amnes duo coniungunt ſita, Veſtinorū fuit: hos amnes Lucanus Veſtinas aquas uocat. Interius uerò Pinna oppidū eſt, nūc Ciuitas de Pēne, in regione primariū, inter Finum ac Tauum torrētes in colle ſitum, retroq́ ad ſiniſtrā Taui Lauretū oppidum non incelebre quod ſic adhucuocatur, & prope eum aliud Peluina quondā nūc Planela eſt ad Nuriæ amnis dextra: oritur in Apœnini radicibus Nuria, terminaturq́ in Apernū fluuium: item Angolus clarum oppidum cui hodie Ciuitas S. Angeli nomen eſt, Homatrino amni dextroſum appoſita duobus mil. paſſ. à mari item Cutina, & Cingilia uetuſtate dilapſa, & ſupra in montibus Amiternum urbs interijt Criſpi Saluſtij patria, cuius modo fundamenta uix apparent. & alter Furconum nomine à Longobardis complanata cuius per agrum Aternus amnis labitur propiusq́ Furcono. Aquila nunc urbs magna in tumulo edito ſedet: ex quo Furconum putatur, ad ſiniſtram dicti amnis, ubi (ut fama eſt) forum ante rerum uenalium frequentiſs. annis ſingulis celebrari circumadiacentibus populis conſueuiſſe: quo deinde murorum ambitu locus circumdatus eſt, ſiue illa ſit Auia urbs Ptolemæus in his locis ponit: circumdant eam excelſi montes perpetua rigentes niue, ex quo maximum in cōualle hyemis tempore exoritur frigus: ſub qua paulo planities eſt, quam mediā Victor exiguus fluuius ſecat: Aternus uerò ex diuerſis corriuatur aquis, ac duabus maxime, altera ab occaſu per Præcutios, altera ab ortu per Pelignos longiſsimis inter ſe fontibus quæ longum poſt curſum ſub oppido Populi magno murmure congrediuntur, ubi pons amni impoſitus quo in Marutinos proficiſcitur, unde uno alueo nuſquam inde uadoſo in mare euoluuntur: ex uno & eodem monte Aternus, Velinus, Troëntiusq́ naſcuntur.

Præcutiorum terræ ſitus.

PRæcutij retro à mari in mediterraneo ad Apœninos terram habēt, occidentaliores Veſtinis: quos meminit Silius dicens

Tum qua uitiferos domitat Prɇcutia pubes
Læta laboris agros. In his præter alia, oppidum fuit Baretra circa quem locum nunc eſt Celino, & Interamnia urbs quam nunc Teremum illi uocant, inter duos fluuios Vitiolam in Apœnino ad Cornum montem exortum, & ab altero latere Tordinum, qui Vitiola, Fumicelloq́ torrens, paulo ſupra urbem in Tordinum exeunt: ille in mare labitur: quamobrem Interamina appellata eſt: quod & Varo, & Feſtus tradunt: nam ſicut urbes quæ prope amnes ſitæ ſunt Amnenſes, ita quæ in medio fluuiorum decurſu iacent Interamnes dicuntur.

Marutinorum

Marutinorum regionis ſitus.

MArutinorum litus poſt Veſtinum ad orientem protenditur, Salino interlabente fluuio quem Finus torrens auget, qui ambo in Apœnino ad Cornum montem fontes habent cui Salino caſtellum eodem nomine à mari haud procul adhæret. Poſt autem in litore maris. Aternus ciuitas eſt, ab eodem amnis nomine, cuius in oſtio ſedens diuiditur, quondam appellata, cõmune tum gentis emporium: eã noſtris temporibus bella deuaſtata in ſolitudinem redacta eſt: Aternus fluuius unà cũ urbe uocabatur, nunc uulgo Peſcara dicitur, nec fluuius ſolum, ſed etiam urbs ipſa hic Veſtionis Marucinoſq; diſterminans, à dextra relinquẽs Marucinos. Inde Lentus fluuius ex Matheſio mõte in mare uadit, in quo Marutini terminãtur: eſt enim Matheſius mons qui & Maiella dicitur ab Apœnino proſiliens in ſublime exurgens longe late protendens ſqualidus atq; aſper, quem Liuius Nicatem appellat. Intrà uerò litus terra ferax frumenti pręcipue, uini, olei, ac fici eſt: nec minus incolarũ fortitudinis, quos quum commemoraſſet Silius: duros illo bello præ cęteris circumadiacentibus populis ait: quod adhuc in gente perdurat, in his Teatea ſiue Tegete metropolis eſt, quæ nunc Ciuitas de Tiete dicitur, antiquiſsima ſanè urbs ueluti multis in ea locis priorum temporũ ueſtigia demonſtrant, ipſa mũnita ſitu in colle eſt Adriaticum proſpectans mare à quo ſeptem mil. paſſ. diſtat, uaſtauit ſuperiorib. temporibus eã Pipinus quidam Gallus. Poſt quam Manupellum oppidum eſt inter duos torrẽtes ex Matheſio prouolutos qui in Apernum cadit, aliud deinde oppidum eſt, incolę Lucum uocant Aperno proximum ad confluentem amnis cuiuſdam, in quem Rufens & orta torrentes ex Matheſio delapſi immittuntur, inter quos Carmanicum oppidum eſt non exile. dein Cantalupum monti appoſitum: quorum nomina poſterioris temporis ſunt: ſub quo oppido fons eſt perennis liquoris odore fœtido, illi oleum Petronicum nominant medicamini accommodatum, quo Aperni aqua inficitur, emanat, enim in flumen ipſum.

Pelignorum regionis ſitus.

POſt Marutinos orientem uerſus Peligni ſunt, gens ut inquit Feſtus ex Illyrico orta, indeq; profecta ductu Volſcorum regis, cuius nepos fuit Pelignus à quo populus denominatus eſt, licet cognominibus uarijs: nam Curſelinenſes alij: alij Sulmunenſes: alij ſuperæquani: illi quidem à ciuitatibus quas habitabant, iſti, à planitie quam tenent omni refertam fructu & aquis riguam, quod quum ſcriptores omnes aſſerant, Ouidius præcipuè loci incola ſubiectis carminibus demonſtrauit, dicens.

Arua pererrantur Pelignaliquentibus undis,
Et uiret in tenero fertilis herba ſolo

Terra ferax Cereris, multoq́ feratior uuis
Dat quoq́ Bacciferam Pallada rarus ager
Per quæ reſurgentes riuis labentibus herbas
Gramineus madidam ceſpes obumbrat humum.

Primum huius litoris (quod uniuerſum Strabo, & Plinius Fretanis aſſcribunt) oppidum poſt Lentum fluuium gentis ad occaſum terminus, Frentanũ olim nunc Frãcauilla dicitur, in tumulo ad mare ſenſim deſcendens iuxta dictum fluuium. Hinc Forus amnis ex Matheſio monte ortus in mare it: unde aſpera & eminens ora ad Morum uſq́ flumẽ protenditur, à quo duobus mil paſſ. Ortona oppidum eſt natiuum adhuc nomen habens, quod Strabo piratarum Petram uocat, quippe in ſaxoſa ſuperciliosaq́ ripa ſedet, nullo adeunda nauigio, modicum ſinum ad orientale latus habẽs. Surſum uerò à mari inter cæteras quas Peligni poſsidẽt, duę nobiliſſimæ fuere urbes, Curſelinium & Sulmo mil: paſſ. inter ſe diſtãtes uerum Sulmo quæ nunc Sermona dicitur prope orientalem Aterni amnis fontẽ, inter duas aquas poſita eſt, nam altera per uallem obſcuram delabens, in ipſo Aterno, ſub urbe ipſa infunditur: huic urbi Silio teſte Solemo prius nomen fuit, à uiro Solemo qui cum Troianis in Italiam enauigans eam ædificauit: ex quo ait.

Nomine Rheteo Solemus, nam Dardana origo
Et Phrygio genus à proauo qui ſceptra ſequutus
Æneæ claram muris fundauerat urbem
Ex ſeſe dictam Solemon celebrata colonis:
Mox Italis paulatim attrito nomine Sulmo.

Similiter Ouidius in Faſtis. Poſt autem dictam fluuiorum cõiunctionem Aternus uſq́ caſtellum Pontem olim nunc Populi proprĳs aquis efflues quo traĳcitur ponte: & eſt ille pons, de quo Strabo ait. Aternus amnis per Amiterninũ fluens agrum Veſtinosq́ à dextra relinquens Marucinos: ſupra Pelignos iacentes ponte traĳcitur: oppidulum uerò pari uocatum nomine, Veſtinorum eſt, cæterum & Peligni & Marucini eo cõmuni emporio pariter utuntur. Redeamus ad Aternũ fluuium, ipſe planitiem 12. mil. paſſ. longã quingentis uix latam ſecat: uerum antequam ad caſtellum Populi perueniat, trium mil. paſſ. interuallo Cruſelinium, ſiue Corfinum in ripa habuit, Pelignorum tum metropolis, communem uniuerſis Italis ciuitatem, ex quo tranſlato nomine, appellarunt Italicam, quam receptaculum propugnaculumq́ contra populum Rom. conſtituerũt: ubi nunc ueſtigium tantum eius ac uix cõſpicitur. Aliam quoq́ urbem habuerũt Maruuium nomine, præter quas reliqui ea tempeſtate ætatẽ per uicos agebãt: quorum deinde pars in caſtella fabricata eſt: ex quibus Vallis obſcura eſt in alto monte prius quam in Vallem, à qua ipſum nomen accipit, deſcendatur anguſtum ſub ſe relinquẽs tranſeuntibus iter. Poſt autem ad auſtrũ

planities

planities 5.mil.paſſ.in longitudine extenditur, altiſs.undiq; cincta montibus aliquantulum ſeſe uerſus dictam uallem coarctans quoad montem dicti caſtelli perueniatur, nam mons iſte interiacet duabus magnis planitijs huic uidelicet, & illi per quam Aternus labitur, ad Lentum itaq; flumẽ oppidum eſt Buchianicum ab incolis nunc dictum, item aliud Villamaina, recenti & hoc nomine.

Frentanorum terræ ſitus.

FRentanorum ad Pelignorũ dextram regio eſt (quamuis Plinius uſq; ad Aterni amnis oſtium Frentanorũ oram eſſe dicat) In quib. poſt Lentũ in quo incipiũt, Sagrus fluuius ſiue Sarus in mare uadit, Sangrus modo dictus fontẽ in Apœnino habẽs, cui ſiniſtrorſum Auentinus amnis influit, in quẽ ad leuam antequã Sagrum attingat torrẽs uiridis cadit, ex Matheſio ambo monte profluẽtes, quib. præter alios augeť Sagrus in huius oſtij dextra ad mare eodẽ nomine ciuitas fuit, cuius ueſtigia indicant. inde Iſtoniũ emporium nunc Guaſtum ab incolis dictum. Poſtea ad Aſinellã torrentem Bica ſeu Buca uel Bucanũ oppidum, antiquũ ſeruans nomen alij pennã uocant non tamen eodẽ loco in quo primũ conditũ fuit ut rudera admonent. Mox Tremole caſtellum eſt, ubi Trinius amnis portuoſus qui nunc Trignus dicitur in mare it Termole quidam ex iuniorib. Interamniam quondã dictam fuiſſe putat, cui inter cætera Triuentũ noui nominis oppidũ in regione primariũ in dextra hæret eminens ad eius fontem in Apœnino Trignum caſtellum. Inde in litus Tifernus amnis gentis limes in Apœnini Tiferno excelſo monte exortus. Quorum in mediterraneo iuxta Sagrum flumẽ ad occaſum circiter duob. mil. paſſ. à litore Foſſacæca oppidulũ eſt, iuxta q̃d rudera urbis tum Bicæ iacẽt, cui ad meridiẽ Anxanum oppidũ haud procul à Sagro eſt, q̃d Lanzanũ iuniores uocãt, exiguũ habens flumẽ Feltrinũ modo nomine, Anxanus prius, ex ſuperioribus montib. per uallẽ ſui nominis inter altiſs. ripas labentẽ, cuius meminit Maro: in quo oppido bis annis ſingulis forũ rerum uenaliũ totius Italiæ frequentiſs. fit. Inde uerſus Apœninũ caſtella nouę appellationis ſunt, Archum, Teſſa, & Pallene, Peligna quondã, ubi uetuſtæ urbis fundamenta adhuc reſtant, quæ ualli Anxani olim, modo Pallenę imminent, à Pallene caſtello dictæ per quã Sentus fluuius in mõte Palario exortus in Sagrũ labitur & ſupra ad Matheſi pene radices Farra huius temporis oppidum à quo non longe occaſum uerſus origo torrentis Viridis eſt. Item oppidũ Ciuitella in dicti mõtis radicibus ſitum, & ad Auẽtini amnis ortum, Furcam oppidum uetuſtas abſtulit, & ad Sagrum in altiſsimis montihus Luparella eſt ualidum, & additu difficile ſupra quod aliud eſt Quatrum nomine, haud obſcurum. Poſtea Sangrum oppidum nobile eidem amni appoſitum, ſitu egregie munitum, ferraria arte in ea regione famoſum.

Caracenorum terra.

SVpra autem, hoc eſt, ad auſtrum Frentanorum: Caracenorum gens eſt quam in Supernates & Infernates Plinius diuidit, in quibus prę-ter cætera oppida, mentione digna urbs fuit Aufidena ſupra caſtrũ Sangrum ad ripam eius amnis poſita.

Samnitium regionis ſitus.

SAmnites ad Pelignorum, Caracenorumq́ meridiem ſiti ſunt: quos Feſtus ab haſtis appellatos ait, quas Græci Samnia uocãt, eas nanq; geſtare aſſueti dicunt: ſiue à colle ut ipſe etiã inquit Samnio, ubi ex Sabinis aduentantes conſederũt: nam & Varo Samnites à Sabinis ortos. igitur Strabo: & Veſtinos: & Marſos & Pelignos, & Marutinos, & Frentanos in Sabinis ponit. Samnites natio exigua fuit, montanam regionẽ ad ſeptentrionẽ Campaniæ habens, ubi indicatum degebant cæterum fortitudine cõſpicua: Liuius Samnites gẽs opib. armisq; ualida: bellaces quippe erant, natura loci freti: à quibus fallacijs, fraudibusq; ſæpe hoſtes fugati ſunt. gentis caput Buianũ, ſiue Bouianum oppidum uetus longe ditiſs. atq; opulentiſs. erat tribusq; arcib. inſigne, eoq; deficiens cõmuni receptaculo utebanẽ colonia deinde Rom. præter quã Tifernus amnis in mare it. Poſt Eſernia oppidum aliud in munitiſs. petra erectum, quod quidã Serniam, Marſico bello deletum, quod eiuſdẽ nominis amnis præterlabitur, in Vulturnumq; cadit: in quem poſt Eſerniam. Prætellus intrat ex Matheſij montis radice profluens: ubi ſub mõte lacus eſt 10. mil. paſſ. in circuitu Poſt, Tiferno amni Guilliniacũ oppidum nobile adiacet, indeq; Sepimũ uetuſti nouiq; nominis oppidũ in Apœnino ſitum, mox Alliſe munitiſs. nũc quoq; Alſi, ſecus q̃d Riuus à colle in quo oppidũ S. Angeli eſt 4. mil. paſſ. in Vulturnũ fluit. Poſtea Tuticũ: ac Teleſia oppida fuerunt minime obſcura: uerũ Teleſia q̃d nomẽ ſeruat ad amnẽ Eſerniam antequã Vulturno admiſceret ſubiecta colli in planitie ſita erat, cuius hodie fragmenta uiſuntur ex qua urbe emanat fluuius (in ea enim fontẽ habet) in Sabbatũ cadẽs cuius aquã tãtę dicũt eſſe frigiditatis, ut piſces nõ gignat, cui ſiniſtrorſum Compluteria ſimiliter urbs interijt. inde Beneuentũ colonia in Campeſtri ſolo ad amnem Sabatum in dextra poſita, quam Diomedes unà cũ urbibus alijs cõdidit: quæ & Hyrpinorum colonia teſte Plinio fuit, mutato nomine, nam Maleuentũ ante appellabatur: Liuius Samnites Maleuentum cui urbi Beneuentum nomen eſt perfugerunt: ſimiliter Feſtus, cui colles proximi fertiles ſunt: eam Gothi primo, deinde Longobardi poſtea à Germanis ac Saracenis huc uſq; incurſionibus omnia uaſtantes, capta & incenſa eſt ſolo æquauerunt: Sabatis amnis in Apœnino, monte Tremulo ortum habet, qui antequã in Vulturnũ exeat, Scritellam primo flumen ad ſiniſtrã recipit, ex Caudinis montib. prodeuntẽ, & per uallẽ ſui nominis omnẽ peragit curſum, in qua Monſatriculus oppidũ eſt, Satriculus ante, in loco

te, in loco aſperr. ſitum: Poſt aũt Seritellam, aliud in eundem Sabatum illabitur Scalas nomine ex Verginio arduo monte exiens, per uallem deuoluitur. Item Calor prope Beneuentũ Sabatum influit (eſt Calor antiquũ nomen) ad cuius ſiniſtram, fertiles ut diximus colles protenduntur, ipſe in ea Apœnini parte exoritur qui Hyrpini montes appellãtur, à cuius fontibus nõ longe Auphidus qui per Apuliã labitur exortum & ipſe habet: In Calorem uerò ad ſiniſtrã ripam, amnis ingreditur Tropoaldus nomine, cui eiuſdem nominis ſylua dextra profuſiſsime excurrit: Ac ſubinde neq; à Tropoaldo procul Miſcanus fluuius in Calorem uadit. Item Tamarus magna aquarũ ui ad Valentinũ pontẽ editur. Et poſt Beneuentũ, Cluſiũ oppidum eſt. Et iuxta Liris fontes (in Samnitib. enim ſunt) urbs interijt, Cominium, quæ altiſs. montib. uallabatur cui immiſſo à Rom. igne deflagrauit: à quo non longe Athina urbs eſt (alia ab ea quæ in latio eſt) ſecus quã Melpis fluuius labiť ex Apœnino Caſsini mõtis partẽ abluens, apud Fregellas in Lirim decidit: ad Melpis dextrã oppidũ eſt Arpinũ in excelſo loco poſitũ. Poſtea non procul à Vulturni fonte caſtellum Forulũ eſt. Et in Caudina ualle, cuius montes meminimus, fundamẽta urbis Caudij cernuntur à qua paulo furculæ ſunt Caudinę Rom. clade inſignes, erectę petræ ſunt circa faucẽ conuallis nam intra montes ab omni parte clauſus campus herbidus aquoſusq; iacet, per quem iter, paucis difficillimisq; intrandi atq; exeundi uijs eſt: quo Rom. exercitus interceptũ à Samnitib. legimus. Neq; à Caudij fundamentis procul Harpadiũ oppidũ eſt, Hyrpinum quondã, anguſtijs uallis proximum. Hinc Iſcletus fluuius omnium Campaniæ hac in parte primus in Vulturnũ ſupra Capuam 5. mil. paſſ. ferme ingrediens, è mõtibus Caudinam uallem ambientib. exortus: inter quẽ & Seritellã ſunt montes altiſs. in quib. eſt Griptæ oppidũ, cui Taburnus mons imminet. Poſt aũt Cluſiũ, Araian olim nunc Arianũ ciuitas in arduo colle eo in ſpatio ſita, q̃d eſt inter Miſcanũ Tropoaldumq; à fluuio Tamaro: ampla atq; horrida inſurgit ſylua querno arbore frequens Apœninũ tranſiliens in Fortoriũ uſq; Apuliæ amnẽ, terram occupans, longitudine eñ 20. mil. paſſ. latitudine 4. diffuſa. Item Callirife: & Ruffriũ oppida & Cluuiana urbs, & Gimera, & Romulea, & Murgantia ualida.

Marſorum regionis ſitus.

MArſorum nunc regio dictis ſuccedit: ea in Apœninis iacet montibus habẽs ad ſeptentrionẽ Samnites Pelignosq; ad occaſum Equiculos: ad ortũ Præſcutios: ad meridiẽ Cãpanus: à Marſia Lydorũ duce dicti Gellianus author eſt: Plinius à Marſo Circis F. q Marubij antea appellabanť, quaſi circa mare habitantes, propter paludis magnitudinẽ, quanquã aliqui à rege Marubio dicant: qui & Hernici, id eſt ſaxa incolentes dicunť, nam Marſi ſaxa herna appellant ut Feſtus ait: ſunt etiam qui à Sabino quodam illic habitante ac regnante Hernico nomine, Herni

ci dicti ſint, gens bellicoſa admodum: ſine quibus triumphũ nullum fuiſſe Appianus ſcribit: igitur poëta de his.

Hoc gens acre uirum Marſos, pubemq́ Sabellam. Et Silius.
—ac Marſica pubes:
Et bellare manu, & chelidris cantare ſoporem:
Vipereumq́ herbis hebetare & carmina dentem.

Quibus (quum à Circis F. originem habere dicant) ui quadam gentili datum eſt ut ſerpentũ uirulentorũ domitores ſint: quod Plinius aſſerit, quorum præter cæteras Marſia ciuitas fuit Valeria poſtmodũ dicta regio uniuerſa poſteriori tempore Valeria nuncupata eſt. deinde oppidum Æx ſeu Capra in acutis petris poſitum, & aliud Alphabucellis nomine, & hoc in exciſa rupe ſitum. Item Alatriũ urbs in ſaxeo monte ædificata, cuius ſola arx, cæteris ædificijs dirutis nunc reſtat, priſcum retinẽs nomen, fuitq́ ibi Archippe oppidũ uetuſtiſs. à Marſia conditũ, lacu Fucino hauſtũ: Lacus enĩ Fucinus magnus ſanè eſt, ac Pelago par, qui & Marſis, & uicinis omnibus maxime uſui fuit, quẽ ſiccari Claudius princeps fecit, ut refert Trãquillus, quare per tria mil. paſſ. partim effoſſo monte, partim exciſo, canalem abſoluit ægre ut ipſe inquit, & poſt 11. annos, quamuis continuis 30. hominũ mil. ſine intermiſsione operantib. quem nonnunquã ad labra creſcere, interdum aũt decreſcere fama eſt: nũc enim clariſſ. aquis repletus Lacus Marci dicit̃, ab oppidi nomine, illi tum alia adiacentes ad orientalẽ ripam in excelſa petra ſiti, quod Alba Marſorũ priſcis appellabat̃ temporibus in Equorũ finib. Rom. poſtea colonia. Coronant lacũ nonnulla haud uetuſti nominis oppida, inter quæ Cellanũ in parte ſeptentrionali in colle poſitũ eſt: à quo etiã lacus denominat̃, cui ad occaſum Iuuencus amnis ex ſuperiorib. montib. in lacũ intrat: item Piſia: & Veneri caſtella: in auſtrali uerò Tranſaccũ, Ortuchiaq́ olim Vtricula, cætera interiere ut Pliſtia: Freſilia: Milonia, & alia nonnulla.

Campaniæ regionis ſitus.

SVb iam dictis populis, ad Inferũ mare poſt Latiũ, terra Cãpania ad occaſum Liris amnis: ad Sarnũ uſq́ amnẽ alterũ oriẽtẽ uerſus iacet, cui ad ſeptentrionẽ Apenninus mons, ad meridiẽ Inferũ ipſum ſiue Tyrrhenũ eſt mare. denominata ut antiquitas perhibet, ab augurio auis, quæ Tuſca lingua Capis dicit̃: Nam & hãc quoq́ regionẽ Tuſcos tenuiſſe certũ eſt, ex circũpadana fugatos huc demigrãtes: q quũ per uoluptatẽ ad lautiã demolliti ſunt, à Samnitib. debellati (Samnitiũ enĩ loca in Apenninis regioni huic imminentib. erãt) illis agrũ ceſſere, quos poſtea eiecere Romani. Nec deſunt qui idcirco Campaniã uocitari dicant, quia in ea parte qua Capua urbs poſita eſt, omne ſolũ planitie ſternet̃: Verũ pars huius regionis quæ ad occaſum uergit, & uetus Cãpania, & Laboriæ terra dicebatur: nam Plinius, quantũ aũt (ait) uniuerſas terras cãpus Campaniæ antecedit,

tecedit, tantū ipſum pars eius q̃ Laboriç uocant: quemadmodū et à iunio rib. licet uniuerſam Campaniā terrā laboris nunc appellent. Quç & quan doq; Oſcia dicta eſt, à nomine cuiuſdā uiri Oſci, quē hanc terrā fertur oc cupaſſe. Cicero, totus Campanus ager à plebe optima & modeſtiſs. poſſi detur, quod genus hominū optime moratum, optimorum & aratorū, & militum, neq; mirū ſæpius enim terrā colonos mutaſſe ac nomē, quando quidem ex frugū abundantia ex loci amœnitate atq; ex aëris temperie con citati populi: Opici, Oſci, Græci, Vmbri, Tuſci, Campani demū auidita te locum occupauerunt, omniū non modo Italia, ſed tota terrarū orbe pul cherr. plaga: q̃d quū Latiū Plinius ſcripſiſſet: hinc felix illa Campania eſt, inquit, & Strabo, Campania campos omnes felicitate ſuperat, namq; ſi co piæ frugū attendimus, nihil hoc ſolo uberius, tum cāpeſtria, tum colles in circuitu iacentes mirificā fructuum ubertatē afferentes: & ubi uere ſegetes interquieuere, fundunt roſam odoratiorē ſatiuam. Vnde uulgo dictum, plus apud Campanos unguenti quam apud cæteros olei fieri, nam proxi ma in eo tellus ab Ægypto eſt, ſed uini feraciſs. terra præcipuè eſt. Ex quo Plinius, uitiferi colles, & temulentia nobilis ſucco per omnes terras incly to, atq; ut ueteres dixere, ſummum liberi pub. cum Cerere certamen: hinc Setini, & Cecubi obtenduntur agri, his iunguntur Falerni, Calemq; dein de conſurgunt Maſsici, Gaurani, ac Surrhentini montes: Seneca uuā præ cipuam dicit eſſe quæ in Maſsico monte concoquit̄: quod etiam Columel la aſſerit. Neq; enim dubiū Maſsici agri uites (inquit) omnium quas terra ſuſtinet in nobilitate uini principes eſſe. parem modo laudem habet olei, totus maxime Venaphranus ager planis finitimus aruis, in quo loco Ta burnus mons eſt oliuetis abundans, quod probat Virgilius.

— iuuat Iſmara Baccho

Conſerere, atq; olea magnum ueſtire Taburnum.

Amœnitate autē tanta (præter rerum copiam affluentiſsimā) & cœli cle mentia, ut bis florib. uernat: & quæ iuxta hyeme & æſtate fulgurat, quod nō in alio ſitu: At motib. terrç obnoxia nimis: quare ut ſcribit Seneca, nū quā ab ijs ſecura eſt, ſemper eīn huius mali formidoloſa, quod in urbiū ac uillarū euerſionib. & montiū exciſionib. frequens apparet. Quo etiā in a gro ſulphur inuenit̄ in collib. cuniculis effoſſum, q̃d perficit̄ igni. Huius igit̄ regionis litora iuxta Tyrrhenū mare ad hunc modum ſe habent. Poſt Lirim amnē neq; longe ab Auerno lacu mōs eſt multinominis. Hoc eſt, Gaurus, Maſsicus, Gallicanusq;. nā prima eius pars oſtio fluminis proxi mior, Gaurus dicit̄, ex quo Gaurianus amnis uocitat̄. Hinc poſt in dicto mōte oppidū fuit nomine Triſanū. deinde Sinope grçca urbs fuit, Sinueſ ſa poſtea ab accolis Romanis appellata eo q; in Sitano ſinu poſita ſit, quā meminit Silius Phereacidumq; urbem appellat ab oppido Meſſeniæ ex q̃ huc in coloniā deducti ſunt. Eam pœni incenderūt, ubi nūc ac in eius ur bis cineribus caſtellum eſt, arx montis draconis dictum mil. paſſ. à mari.

A qua non longe calidæ ſunt balneæ ad ægritudines quaſdam accommodatiſsimæ ut ait Strabo. Plinius in huius ſpiracula eſſe, ſiue ut quidã Charoneas ſcrobes, mortiferum ſpiritum exhalantes, quem locum ſerpentib. abundare ſcribit Ouidius.

Niueiſq; frequens Sinueſſa colubris.

Hinc Vulturni amnis oſtium eſt, in cuius dextra, locus ubi quondã Vulturnum oppidum fuit, nam uiſuntur ibi multa antiquæ urbis ueſtigia in quibus nunc oppidum Caſtellum ad mare dictum eſt, Vulturnus ex Samnio in eius montis radice oritur in cuius uertice Venaphrum oppidum eſt qui quum olim campos ſtagnaret, quemadmodũ amnem ipſum loquentem ad Cæſ. Statius in ſyluis facit, ipſe Cæſ. illũ intra ripas (ut in ſubiectis carminibus) coërcuit.

Camporum bone conditor meorum
Quis me uallibus auijs refuſum
Inter ripas habitare neſcientem
Recti legibus aluei ligaſti:
Et nunc ille ego turbidus minaxq;
Vix paſſus dubias prius carinas
Iam pontem fero, peruiusq; calcor
Qui terras rapere & rotare ſyluas
Adſueram (pudet) amnis eſſe cœpi.

Qui (ut ſcribit Plutarchus) Lotronius prius, dein à Romanis Vulturnus appellatus eſt, qui antequam in mare exeat, paludes facit quæ tumulos arenarum altos habent, deſinũtq; in litus fluctib. infeſtũ & importuoſum. Poſt Vulturnũ, Liternũ oppidũ ſequitur, in quo Scipio Aphricanus exulauit, ſepultusq; iacuit, quod eiuſdẽ nominis flumẽ interfluit, in cuius nũc oppidi cinerib. neq; à mari procul oppidum eſt Turris patriæ appellatũ. Cumæ dein uetuſtiſs. Chalcidenſium & Cumerorũ ædificiũ fuit, nam antiquitate cunctas & Siciliæ, & Italiæ urbes antecellit, ex quo Liuius Paleopolim uocat duab. urbibus populus idem habitat inquit, Cumis enim erãt oriundi, Cumani à Chalcide Euboica originẽ trahẽtes, inſulas primo Ænariam Pythecuſamq; aggreſſi, deinde in amœniſſimã totius Campaniæ regionis oram ſedes poſuerunt. unde Iuuenalis.

Quamuis digreſſu ueteris confuſus amici
Laudo tamen uacuis quod ſedem figere Cumis
Deſtinet, atq; unum ciuem donare Sibyllæ
Ianua Baiarum eſt, & gratum litus amœni
Seceſſus.

Vrbs ea tempeſtate fama celebris per Italiam diuitiarum atque potentiæ portumq; ad Miſenũ opportuniſsimũ, ſunt qui Cumas, ob cymata, id eſt, fluctus nomẽ duxiſſe uelint, litus enim proximũ frequẽtib. abundat tergorib. quib. illiſæ fremũt undæ ubi & præſtantiſs. eſſe oſtrea uolunt hoc in ſinu fruticoſis uirgultis & arborib. frequẽs ſylua eſt multis

porrecta

porrecta ſtadijs aquarum indiga, cęterum ſabuloſa, quam Galinariam uocant, ubi locus quidam ſubterraneus eſt inſtar ſpeluncæ, quem dicunt domicilium fuiſſe uaticinatricis Sybillæ. nam Virgilius.

Et tandem Eboicis Cumarum allabitur oris:
At pius Æneas arces quibus altus Apollo
Præſidet, horrendaq́ procul ſecreta Sibyllæ.

Antrum immane petit. Item alibi: ubi reſponſa dabãtur: & Apollinis templum fuiſſe Dædali fabrica huc delati quum è Creta ipſe reuolaret inquit: Poſt autem Cumas, Clanis Soanus nunc flumen in mare fertur, oritur in montibus apud Sueſſulam oppidum, medius penè inter Capuam & Nolam urbes. quod memorat Virgilius.

Clanis non æquus Aceris.

Quia Acerarum urbis agrum ſicut & Campanum & Attelanum olim, nunc Aduerſanum multis inundat locis, adeo ut longiuſculis pontibus, cum inter Capuam & Aduerſam iungi opus ſit. Quidam inundationem hanc Acheruſiam paludem uocant, in quibus eſt Strabo qui quondam à mari refuſionem alto cœno refertam dicat, illi nõ niſi fluminis ſtagnatione imbribus aucta, quum aliunde effluа nõ ſit, per patentia plana uſq́ prope Cumas diffundi, quæ æſtate areſcit, hyeme aquarum abundatiſs. eſt, & Miſenum poſtea promõtorium ſurgit, ubi & portus 5. mil. paſſ. à Cumis diſtans, à Miſeno tibicine Æneæ ibi ſepulto appellatum, quod ſcribit Mela. Idem & poeta.

At pius Æneas ingenti mole ſepulchrũ
Imponit, ſuaq́ arma uiro, remumq́ tubamq́
Monte ſub aëreo qui nunc Miſenus ab illo
Dicitur: æternumq́ tenet per ſæcula nomen. Et Statius.
Iliacoq́ iugum memorabile remo.

Dionyſius uerò Halicarnaſſeus, Troiani quum in portum profundũ bonumq́ tranſiſſent moriente ibi Miſeno illuſtri quodã uiro, ab eodem portum nominarunt, in quo ſicut & in Rauennatico Romani claſſes nauium inſtructas continuo habebant, ubi ſingulæ legiones cum claſsibus ſtabãt, quo ab externarum gentium incurſionib. mare atq́ Italia tuta foret: & ut prouincias ad mare expoſitas facilius hoc metu in fide retinerent, utq́ res poſtularet ex Italiæ laterib. altero mare ſuperum, altero inferũ celerius ad omnes partes excurrerent: namq́ Miſenatib. Gallia, Hiſpania, Mauritania, Aphrica, Ægyptus, Corſica, Sardinia, atq́ Sicilia demãdatę erãt, quoniam illas in proximo habebant, & erat portus ad eam promontorij partem qua ſpectat in Cumas, nunc autem uaſtatus, lacunæ ſunt, mare mortuum appellatę, circa quas in continentis ſupercilio ruderа ac fundamenta multorũ ac magnorum ædificiorum cernuntur cum Miſenum duæ iacent inſulæ: una Prochyta quæ ſic adhuc uocañ: nõ ut ait Plinius ab Æneæ

nutrice

nutrice, ſed quare profuſa ab Enaria erat, nunc plana tu alta fuit. Altera inſula eſt Pythecuſæ quæ nunc minus hominibus Iſchia dicitur, magnitudine circiter 90. mil. paſſ. à Prochyta anguſto diſcreta freto à Miſſeno promontorio 5. à q̃ & ipſam terræmotu abruptã ferunt: Ænaria à ſtatione nauium Æneæ, ibi enim Æneas claſſe à Troia ueniens appulit: Homero Inarine dictà: unde Statius.

Hæc uidet Inarimen: illinc Prochyta aſpera patet.

In ea oppidum eſt Pythecuſæ tum nomine, quod memorat Ouidius.

Inarimen Prochytamq́ legit, ſteriliq́ locatas
Colle Pythecuſas habitantum nomine dictas.

Plinius ait non à Symiarum multitudine, ut aliqui exiſtimauere, ſed à figulinis doliariorum: eam Phœnices quondam habitauerunt, qui terræ motibus & exhalationibus ignis expulſi ſunt: unde nata eſt fabula Typhonẽ ibi ſepultum eſſe: quæ una cum minoribus circumadiacentibus inſulis quandoq́ efferueſcentẽ aquã habuit. Ex qua re ueriſimiliora ſunt quæ Pindarus dixit, ex ijs quæ cernuntur commotus: Omnis iſte tractus ſi à Cumis incipias uſq́ in Siciliam ignitus eſt, & profundas quaſdam in unum coëuntes habet cauernas & in mare & in terra proſpectantes, ideo & Ætna, Liparenſes inſulæ, & Puteolanus ager, & Neapolitanus & Baianus, et Pythecuſæ talem habent qualem cuncti ſcriptam reliquere naturam, quæ quum intelligeret Pindarus, cunctis ſub ijs locis ſepultum iacere Typhonem cecinit. Vbi autem Miſenum circumflexeris (in continentem redimus) ſtatim ſub rupe Lucrinus lacus eſt in quo alter Auernus continetur in reducto ſinu Baiæ, hoc eſt aquarum calidarum fontes, quæ reliquas omnes nobilitate præcellunt, & ad uoluptatem, & ad ſanandos morbos accommodatiſsimæ ſunt, qui locus, illud adhuc nomen retinet, fuitq́ ibi ciuitas eiuſdẽ appellationis ab Vlyxis ſocio Baio illic ſepulto, quod Silius meminit, ubi Hannibal regionem ex ſummo montis uertice intuẽs dicit.

Stagnorum terræq́ ſimul miracula luſtrat
Primores adſunt Capuæ, docet illi tepentes
Vnde ferant nomen Baiæ, comitemq́ dediſſe
Dulichiæ puppis, ſtagno ſua nomina monſtrat.

Fuitq́ olim hæc urbs temperie aëris, & Romanorum frequentia, atque ædificiorum ornamentis celeberrima, ubi nunc totus locus ruinis ingentibus atque ampliſsimus operitur, portus tantummodo qui naturalis eſt remanet, gratiſsimus quidem nautis, ac tutiſsimus, noti præſertim tempeſtatem fugientib. Vbi & lætiſsima myrtetis litora, quod ſcriptores poëtæ maxime tradunt: nam Horatius.

Nullus in orbe ſinus Baijs prælucet amœnis. Et Martialis.
Litus beatæ Veneris aureum Baias
Baias ſuperbæ blanda dona naturæ.

Hinc

Hinc litus mari cedit, q̃ ſinus fit in ingreſſu circiter 3. mil. & 600. paſſ. q̃d interuallum Germanicus Cæſ. ponte iunxit, terreno aggere, poſitis in ordine onerarijs nauib. ſuperiecto, per quẽ ipſe ultro citro equiuectus eſt, q̃d ait Tranquillus. Inde Lucrinus uſq; Baias expanditur, nanq; Baijs contiguus eſt, qui compræhenſum uſq; Miſenũ tellurem, cherſoneſum efficit, à maris ſpatio inter ipſam atq; Cumas, exiguus em̃ eſt Iſthmus, id eſt, circũdatũ Pelago paucorũ ſanè ſtadiorũ ſolum, per foſſam qua Cumas itur & ad mare ipſum Auernũ alij Proſerpinæ ſacrum fuiſſe, alij Plutoni dicatũ: eius ambitu ſtadiorum 5. profunditas incredibilis, ut quũ ſit aqua clariſs., cerulea uideatur, in quo ſtagno manes ab inferis euocari à magis ferũt, Ar nõ à Græcis uocatum, ob id quod nulla auis ſuperuolare, quin ſtatim exhalatione odoris tetri exanimet̃, atq; ex aëre in eum cadere, præter cygnos (ut aiunt) quos etiam in eo fœtificare aſſerunt: circundant lacum montiam ardua quædam ſupercilia, tum referta nemorib. & proceris arboribus inuia, quæ ſuperſtitione de qua diximus umbris obſcurũ ſinum reddiderãt, hoc tamẽ tempore culta ſunt amœnis quidẽ modis, in quẽ lacum fontes quidã non multo ab eo longius emanãt, multis ex locis, ſed aquis feruẽtib. ex quib. regionẽ illam Pyriphlegithontẽ appellari Ariſtoteles ſcribit, iuxta quẽ, oppidum quondã Cimeriorũ fuit, qui noctu ex terræ hiatibus egreſsi latrocinabant̃, quocirca de ipſis dixiſſe poëtam: eos ſol Phaëthon nullo intuetur in tẽpore: Legit̃ enim Odyſſeæ 11. Cimeriorum populus & ciuitas caligine & nube obducit̃, nunquã enim ſolẽ aſpiciunt, neq; quũ ſtelliferũ cœlũ permeat, neq; quũ ſub terra eminus agit, ſed miſeri mortales exitioſa nocte damnant̃. Quod Feſtus hic Cimerios habitaſſe manifeſte declarat dicẽs: Cimerij dicunt̃ homines q frigorib. occupatas terras incolũt, quales fuerũt inter Baias & Cumas in ea regione in qua conuallis ſatis eminẽti iugo circumdata eſt, quæ nec matutino, nec ueſpertino ſole cõtingit̃. Quod Tibullus in Vlyxis errorib. etiã cecinit, quos Cimerios à rege quodã deletos fuiſſe ſcribit Ephorus, quũ illi nequaquam ſucceſsiſſet oraculi fides, nam dabantur apud illos reſponſa. Verum quum Auerni lacum ſucciderit Agrippa (legimus em̃ Octauiani Cæſ. iuſſu, omnes circũ ſyluas exciſas fuiſſe ex quo amœnũ atq; ſaluberr. redditũ aërem loco eſſe) circũ eminentiæ pulchris adornatæ ædificijs paulo poſt extitere, ad ciuiũ urbis Romæ æſtiuis uacationib. ſucceſſus. Vt autem ad Lucrinũ reuertamur. Hercules (ut fama eſt) ex Iberia proficiſcens quum in Italiam deſcendiſſet iuxta mare iter faciens, oſtium Lucrini mille paſſ. tunc patens, aggere ſtadij latitudinis clauſit, qua boues Geryonis traduci poſſent, quæ uia Herculea poſtmodum appellata eſt, cuius rei Silius mentionem facit. Alij à Iulio Cæſare munitum ſinum eſſe aiunt, ductis brachijs partem maris excluſiſſe, quod quum maris impetus fiebat, copia piſcium quorum magna uectigalia Romæ erant excludebatur, reliquit'que breue ſpa-

tium,

tium, quo & piſces intrare poſſent, & fluctus non eſſent moleſti inde portum Iulium ab authore dictum; quod opus Virgilius ſubiectis uerſibus meminit.

An memorem portus, Lucrinoq; addita clauſtra?
Atq; indignatum magnis ſtridoribus æquor:
Iulia qua ponto longe ſonat unda refuſo.

Et apud Tranquillũ in Aug. uita: portum Iulium apud Baias, immiſſo in Lucrinum & Auernum mari lacum effecit. In quo ſinu atq; ad ſaxa circum oſtreas fuiſſe multas optimasq; Martialis: Item iuuenalis tradunt: & in ſyluis Statius: Circa etiam hunc locum fertur Herculem oppidum extruxiſſe Baulos nomine q̊d notat Plinius: ait enim Portus Baianus, Bauli, lacus Lucrinus: & reliqua, idem Silius.

Et Herculeos uidet ipſo in littore Baulos.

Hinc à mari retro uia qua ab Auerno ad Puteolos itur Ciceroniana uilla fuit, ubi eruperunt fontes calidi perquàm ſalubres oculis. Poſt Lucrinum Puteoli Romæ tum nauale eſt; quæ et colonia dicearchea cognominabãt, quod ea iuſtiſsime regeretur, Samiorum ædificium locus non natura tutus, quod ab aquarum calidarum putore ait Lucilius nonnulli dici putãt: quidam à multitudine Puteorum earundem aquarum gratia factorum: item Varo, à Puteis oppidum Puteoli, quòd in circũ eum locum aquæ frigidæ, & calidæ multæ, niſi à putore potius, quod putridus odoribus ſæpe ex ſulphure & alumine exeat in oppida: Quare Plinius in agro Puteolano quemadmodum & in Sinueſſano ſpiracula eſſe mortiferum ſpiritũ exhalantia: Hoc oppidum quidam Cumanorum antea emporium fuiſſe dicunt, eſt enim quodam in ſupercilio conſtructum, cuius modo fundamenta ſolum adparent, qui locus adhuc nomine priſco appellatur. Huic campus proximus eſt ardentibus incluſus tumulis Leucogeis nomine: ſimiliter fontes qui oculis & uulneribus medentur, qui uelut è fornacibus exhalationes magno cum fremitu paſſim habent; campus autẽ tracto plenus eſt ſulphure, quod Plinius ſcribit, ſimiliter & Virgilius. Poſt itaq; Puteolos antequam Neapolim perueniatur, balneus eſt, quò ruinæ ingentes ſupereminẽt Agnani modo dictus, ubi L. Luculli uillam fuiſſe, fama eſt, procedentesq; eo itinere Pauſilippus mons pulcherrimus reperitur ut Plinius meminit uillis totus habitatus, ad 600. paſſ. excauatus, planum uia Puteolana curribus iter præbens, Cripta nũc appellatur, ſequitur Neapolis Cumanorum urbs, quæ & Parthenope à tumulo Sirenis appellata author eſt Plinius, quod Luctatius affirmat, Cumanos ait incolas à parentibus digreſſos Parthenopem urbem cõſtituiſſe, dictam à Parthenope Sirena cuius corpus illic ſepultum repeciere. unde Silius.

Sirenum dedit una ſuum memorabile nomen
Parthenope muris Acheloias æquore cuius

Regnaue-

Regnauere diu cantus quum dulce per undas
Exitium miſeris caneret non proſpera nautis.

Idem quoq; Strabo, quibus in locis Sirenas extitiſſe ait, Parthenopem poſtea Chalcidenſes incoluerunt, & ex Pythecuſis Athenisq; uenientes, unde & Noua ciuitas, id eſt, Neapolis appellata fuit, magna adhuc atq; regia & quæ non paruæ Italiæ parti dominatur, cuius urbis mœnia partim mari abluuntur, partim locis Saltuoſis exiſtunt, quæ aditus difficillimos ad eam uenientibus reddunt, iacet in ſinu quem Sirenuſæ efficiunt, Erathoſtenes Cumanum appellauit: huc plurimi è Roma ſeceſſum facientes quietis atq; ocij gratia, præſertim qui eruditioni operam dabant, aut remiſsioris uitæ deſiderio maxime quos ſenectus affligit, uel aduerſa ualetudo. Cui urbi in mari inſula exigua prǽiacet Megaris tum nomine, quæ & Parthenope dicebatur. In hoc mari corali ramuſculum naſcitur maxime rubens, ſed molle, & ideò uiliſſimū. Poſt Neapolim Sarni fluuij oſtium eſt in quo Campaniæ ora ſecundum Ptolemæi deſcriptionē terminatur, ubi olim Heraclea oppidū (quod quidā Herculanū dicunt) incumbens mari promontorium habens, mirum in modum uento afflatum affrico, adeò ut ſaluberrima ipſa reddatur habitatio. Hanc tenuerūt Oſci: & deinceps Pompeios: Poſtmodum Tuſci, & Pelaſgi, deinde Samnites, & his è locis eiecti fuere. Nolæ uerò & Nuceriæ & accerarum emporium eius colonia quæ circa Cleonem in Peloponeſo eſt, ipſe fluuius ex Apœnini Sarno mōte originem ducit, iuxtaq; oppidum Sarni in radicibus montis ſitum, primo cum magno murmure per ſaxa defluit, mox in palude ampla deſinit, quæ graues incolis nebulas toto anno emittunt, demum coactus Veſeuis rupibus in alueum redit, Pompeianum ſub Veſeuo monte agrum rigans, latitudine exigua, profunditate uerò tanta ut neq; pediti, neque equiti ſit tranſmeabilis ad locum Anuntiatæ proximum ubi olim Pompeios urbem fuiſſe in mare influit, qui fluuius nunc Scafatus dicitur à ſcafis quæ ibi tenentur uiatoribus in agrum Nucerinum traijciendis, nam proxima ad quatuor mil. paſſ. eſt urbs Nuceria: Sarnum Virgilius meminit: item Lucanus.

Vulturnusq; celer, nocturnæq; editor auræ
Sarnus, & in ſyluis Statius.
Nec ſibi ſulphureis Lucrinæ naiades antris
Nec Pompeiani placent magis ocia Sarni.

A quo accolæ Saraſtes dicti ſunt. Veſeuus mons quem incolæ nunc Summum uocant in Cumano campo (ſic enim tractus ille dicebatur) iuxta litus in conſpectu Neapolitanæ urbi exurgit, nam quatuor mil. paſſ. ab ea diſtat, qui etiam campus Laborinus, à Græcis uerò Phlegæus uocabatur in quo res à gigantibus geſtas fabulæ diuulgant: & ut ſcribit Strabo, nullam aliā ob cauſam credi poteſt, quàm quod terra ipſa ſuapte uirtute præ-

R liorum

liorum cōcitatrix eſt: ſimiliter Diodorus in antiquitatib. ubi ait fuiſſe homines admodū fortes & ob eorū ſcelera gigātes appellatos: Veſuuius ſeu Veſeuus ab omni parte montiū cōiunctiōe abſolutus eſt, uinetis, oliuetis, & quibuſcunq; fructiferis arborib. reſperſus, ſed præ cæteris uini ubertate admirabilis quod iam Græcū uocant: de quo Martialis in epigrammatib. At cacumine ubi magna ex parte planities eſt fructum nullū omnino fert, nam plurimum olim ignis, inſtar Ætnę Siculi euomiſſe ferūt, qui adhuc antiqua ueſtigia ſeruat, quod cinis & cauernoſa antra monſtrant, ex combuſtis petris, ut color indicat, quod notat Silius.

Monſtrantur Veſeua iuga atq; in uertice ſummo
Depaſti flammis ſcopuli, fractusq; ruina
Mons circum atq; Ætnæ fatis certantia ſaxa.

Nam temporib. Neronis & Traiani huiuſcemodi admirabiles eructationes expuliſſas legimus, ita ut quum Plinius ex claſſe cui imperante Traiano præerat ad uiſendum hoc ſpectaculum propius accederet ab incendij afflatu præfocatus eſt. Huius itaq; regionis urbes mediterraneæ ſunt. Venaphrum quod ad hoc tempus nomen retinet in uertice montis ſitum, cuius radicem Vulturnus flumē abluit, locus oleo abundans optimo quod ait Plinius, principatū in oleo obtinuit Italia toto orbe. maxime agro Venaphrano, & in eius pręcipuè parte agri quæ Licinia appellatur, cęterum baccas Licinię nulla auis appetit, ibi fons Acidulus eſt ex quo potantibus calculus frangitur, quemadmodū in Ænaria inſula aquæ calidæ. Sub Venaphro aūt Calicula urbs fuit, ubi nūc Caianelū eſt. Poſtea Teanum Sidicinum à Sidicinorū gente Oſcis orta appellatū, urbs maxima ac dignitate præſtans quod nomen ei adhuc reſtat, quidā inter latinas ponunt. Poſtea Calenum oppidum eſt quod Carinulla modo dicitur maxima tum urbs, quam Auſones incolebāt Sidicinis finitimi, in cuius agro optima uina uelut apud Phalernū naſcunt̄. Fuerunt & Auſonijs urbes alię in quib. Auſona, Nuntunæ, Veſtina, & Lautulæ, item poſt Teanum in Appia uia Calateria & Calydium, & Beneuentum. Sueſſa poſtmodum, Pometia tum cognomine quæ & Arunca Volſcorum olim metropolis nunc Seſſa appellatur patentes ſub ſe campus habens in quibus paſſim errantes greges & armēta paſcuntur. Hinc neq; à mari procul Pompeios ciuitas celebris fuit, cuius agrum ſub Veſeuo mōte Sarnum amnem rigare paulo ante diximus: quod ut Saluſtius in hiſtorijs ait, Hercules ueniēs in quandā Campanię ciuitatem pompam triumphi ſui exhibēs, eam Pompeios deinceps appellatam fuiſſe: idemq; Solinus: quæ magna ex parte teſte Tacito motu terræ proruit: & Seneca, quæ in ea relicta ſunt dubie ſtant, inquit. Sequitur Cales oppidum quod Calypſus Vlyxis F. condidit, Feſtus author eſt non longe à Vulturno fluuio: Silius, Calars Boreæ & Orithiæ, F. ait: ut in his uerſibus claret.

Nec

Nec cecidit ſtudio uicinus ſanguine miles
Quem genuere Cales, non paruus conditor urbi
Vt fama eſt, Calars Boreæ quem rapta per auras
Orithia uago Getices nutriuit in antris:

Nunc uerò Calui dicitur: unde Vulturnum flumen campus Stellates fuit, regio montibus ac fluminibus clauſa. Inde Caſilinū oppidum ad flumen Vulturnum in ſiniſtra ſitum quo mœnia diuidũtur, alteraq; eius pars cingitur, cui pinguiſs. arua, atq; fertiliſs. campi ſunt, mœnibus ſubiacētes (in plano enim ſitum eſt) nunc autem in eius loco uiculus eſt Caſtellutium nomine. Poſtea Trebulla urbs in arduo colle ſita. Mox Aceræ ciuitas græca quæ ſic adhuc uocatur, quam Clanius amnis præterfluit, cuius frequēs inundatio eam exhauriuit, eam Pœni diripuere incendereq;. Sequitur Capua urbs 12. mil. paſſ. à mari diſtans, Vulturni ſiniſtrę appoſita qui tribus prope lateribus urbem abluit, ut illis locis pro muro ſit flumen, neq; tamē eodem nunc locò, ubi olim ut quidã uolunt ſita eſt, ſed ab hac noua duob. mil. paſſ. uerſus montes diſtare, nam Liuius Tifata montem urbi imminere dicit, quum & per campos & ſub ipſis montibus paſſim murorum fragmenta cernantur. Nam quæ ſuperfuerant urbis ex Rom. excidiò Vandali ac Longobardi funditus deleuerũt. ubi autem nunc iacet incerto authore ædificatam dicunt: ſunt qui putent à montibus ad flumen (cui nunc adiacet) pertinuiſſe, quum & in flumine, & in altera fluminis ripa, antiquiſſima murorum extent ueſtigia. Hæc diu antea Vulturnus à flumine uocitata eſt, poſtea Capua à Capio duce dicta, quod nomen durauit adhuc, Plutarchus eam coloniam fuiſſe Etruſcorum quod Liuius etiam tradit. Tranquillus, quum in colonia inquit, Capua deducti lege Iulia coloni ad extruendas uillas, ſepulchra uetuſtiſsima deiſcerent, idq; eo ſtudioſius facerent, quod aliquantum uaſculorũ operis antiqui ſcrutantes reperiebant tabula ænea in monumento in qua dicebatur. Capis conditor Capuæ ſepultus. Ex quo Silius.

Tum Capis ut primus dederat ſua nomina muris. Et Maro.
Et Capis hinc nomen Campanæ ducitur urbi.
Similiter Feſtus.

Quidam quod propius eſt uerò, à campeſtri agro appellatã, in quibus eſt Liuius: cui opinioni neq; Plutarchus diſſentit: Plinius, colonia Capua ab undecimo campo dicta, circum enim adiacent campi omni fertilitate pulchritudineq; inſignes: Strabo, ac Florus, perinde ac urbiũ totius regionis (duodecim enim in Campania urbes populoſiſs. fuerant) caput nominauerunt: Vrbs ut inquit Cicero, ampliſs. atq; ornatiſs. & quæ una in terris trium clariſs. habebatur, nam aliæ duæ Carthago, & Corinthus erant, ſiquidem Hannibal eam Carthagini æquare ſæpe ſolebat, urbs amœna, & omni delitiarũ genere abundãs, nnec minus natura ſitus munita, hinc em̃

magnus ac profundus fluuius, illinc perpetuus mons cingitur, tres tantũ aditus ac peranguſtos habens, quare ob loci ubertatem, agrosq́ꝫ beatos ſuperbi ſemper atqꝫ in luxuriã proni habiti ſunt, nam & affluenti copia uoluptatum & illecebris omnis, amœnitatis maritimæ terreſtrisq́ꝫ in tantam licentiam prouecti ſunt, ut Hannibali ſpræto Rom. imperio ſeſe ultro dedidiſſent, exercitumq́ꝫ eius ad Hiberna ſuſcipientes, adeoqꝫ ſuis delitijs milites demolitos ac effœminatos reddidiſſent, ut Hannibal ipſe dixerit, Victor ipſe periclitor, ne hoſtilis præda fiam, quippe qui milites uiros dederim, fœminas recipiam: Quæ urbs tandem à Romanis capta ac diruta iacuit, ut eſſet locus quemadmodum dicit Cicero comparandis cõdendisqꝫ fructibus ut aratores cultu agrorum defeſsi urbis domicilijs uterẽtur, idcirco illa ædificia non eſſe deleta. Poſt itaque Capuam urbs Abella ſiue Abellinum cognomine Marſia Chalcidenſium colonia in aſpera conualle ſita. Quare Silius.

Et pauper ſulci cerealis Abella.

Quæ modo ciuitas Auelinum dicitur, nomẽ ab Auellana nuce, ut Plinius ait deducens, ubi abunde habetur. Vnde ſuperius Mercuriale caſtellũ eſt, antiquæ adhuc appellationis. Inde Atella quæ nunc Auerſa dicitur media in patentibus campis atqꝫ fructuoſis poſita, in qua fit amphiteatrum egregium. Item Calatia urbs haud ſpernenda, quæ modo Caiaca dicitur.

Picentinæ terræ ſitus.

Picentinorum regio ad orientem Campaniæ eſt, uſqꝫ ad Silarium fluuium quæ terra modo Coſta Malphi dicitur licet in Campaniæ uocabulo à quodam includatur cui ad ſeptentrionem Apœninus imminet: ad auſtrũ Tyrrheno abluitur pelago: quos eorum fuiſſe (modica parte detracta) qui Hatriam habitant inquit Strabo, atqꝫ huc à Romanis traductã, quorum metropolis erat Picentia, namqꝫ expulſi ab Romanis propter initam cum Hannibale ſocietatem, uicatim dein uitam agere coacti ſunt, ac pro militari officio, ut uiatoris pub. aut tabellarij operam explerent aſſignati. Cuius regionis poſt Sarni oſtium iuxta Tyrrhenum mare, caſtellum eſt quod nũc incolæ Caſtellamar dicunt. Poſtea Surrhentum oppidum eſt priſcum retinens nomen à Græcis teſte Igino conditum, quod palmitibus generoſum dicit, nam uino inclytum Columella; unde Plinius, uina Surrhentina in uineis tantum naſcentia conualeſcentibus maxime probata propter tenuitatẽ ſalubritatemq́ꝫ, ex quo Ouidius.

Inde legit Capreas, promontoriumq́ꝫ Mineruæ
Et Surrhentino generoſos palmite colles.

Eſt enim oppidum optimo loco ſitum, ab auſtro uento atqꝫ aphrico, promontorio Mineruæ tutum, ſolumq́ꝫ Fauouio ſalubræ flatui expoſitum: à quo oppido non longe Surrhentina etiam uilla fuit, quam Statius in ſyluis meminit uino ſimiliter nobilis. inde eſt Atheneum, id eſt, Mineruium,

promonto-

promontorium, quod quidam Prænuſſum dixerunt, ingens ſanè ac re-ctum cacumen habens, idem nomen nunc tenens, à quibuſdam tamen caput Malphi dictum, ab oppido haud procul ab eo exiſtente, in cuius montis extrema Mineruæ ſacellum fuit, quod Vlyxem ædificaſſe antiquitas tradit. Cõtra quod tractu breuiſſimo Capreæ inſula iacet profundo mari à continente diſcreta, ſepta undique præcipitis immenſæ altitudinis rupibus quæ ab eo promontorio exiliſſe putatur, eam Græci Ægialã uocant, nunc à nautis Capri dicitur quadraginta mil. paſſ. in circuitu, Telon aliquando à Telone ſui rege dicta, quare autem Capreæ dicta ſit, Varo declarat, quum à capris feris nomen accipere dicat, quæ duo antiquitus oppidula habuit, nunc uerò unum: qua præcipuè delectatus Aug. magnificentiſsimis ibi ſtructis ædificijs peculiare ſibi fecit receptaculum. Inter hanc & Mineruæ promontorium, ac Surrhentum, Sirenum quondam ſedes fuiſſe Plinius ſcribit, in exiguis ac deſertis nunc petris, nam ſcopuli in mari parum à continenti ſunt. Poſt itaque Craterem ſinum (ſic enim Strabo uocat is continetur inter duo promontoria Miſenum, & Atheneum qui totus ornamentis inſignitur, tum iam dictis urbibus, tum ædificijs arbuſtiſq; conſpicuus, quæ quum intermedia continenter porrigantur, unius ciuitatis aſpectum offerunt) oppida duo ſunt, quorum unum Maius: alterum Minus iuniores appellant, & inde aliud Caputurſi nomine. ulterius autem Salernum urbs in ſinu maris poſita à Salis copia dicta, ad Silari fluuij oſtiũ ſedens, quidam ab ipſo fluuio appellatam uolunt, qui in portum Alburnũ nomine, ubi & mons eiuſdem appellationis eſt influit, oritur in Apennino, cui proprium illud ineſſe traditur, ut in eius aquas demiſſa uirgulta ſaxificentur, forma coloreq; ſeruato, quod affirmat Plinius, nec uirgulta modo immerſa, uerum & folia lapideſcunt, aliàs ſalubris potu: qui Silarus ut idem author ait Campaniam à Lucanis diuidit, & Picentinos in Cãpania eſſe Strabo Silaris ab hoc agro ueterem ſeparat Campaniam, fuiſſe quoque hic ad mare Marcinnam oppidum Tuſcorum ædificium à Samnitibus deinde habitatum, quod Strabo inter Syrenuſas, & Pæſtum ponit: hinc dicens, Pompeios per Nuceriam Iſthmus iacet non ultra ſtadia centum & uiginti. In Picentinis ſurſum à mari præter cæteras Nola Chalcidenſium colonia eſt, ſic adhuc uocata, urbs campeſtris, opulentatum; non flumine ſepta. Mox Nuceria græcorum colonia ex ijs quæ prope Cleonem ſunt incenſa quondam ab Annibale etiam natiuũ nomen ſeruans, in qua fuit Mineruæ phanum, ubi Diomedis priſca dona monſtrabantur, per cuius agrum Sarnus amnis elabitur. Vrbi ſiniſtorſum montes alti imminent uallem ad dexteram facientes in qua Seuerinum oppidũ nobile eſt, haud uetuſtum in colle ſitum, in cuius uallis radicibus fluuius oritur, qui paſſ. mille ferè lapſus hiatu terræ abſorbitur, ac inde duobus ſtadijs iterum quantus fuerat emergitur: cui Caua urbs à ſitu ſic appellata,

ualli ac dicto fluuio ad leuam imminet: qui montes à Nuceria, ut iam diximus protendentes in Mineruæ promontorio conterminant.

Lucaniæ regionis ſitus.

POſt autem Picentinos orientem uerſus Lucanorum regio incipit, quæ hodie Principatus dicitur uſq; ad Laum amnẽ, ad ſeptentrionem Apœninos habens montes: ad meridiem Tyrrhenum mare, tota penè ſaltuoſa, quæ & uarias priſca ætate incolarũ mutationes habuit nouiſsimè Plinio teſte Lucani Samnitibus orti, duce Lucio à quo denominati ſunt, loca hæc tenuerũt: at Feſtus, Lucani ideo appellati, quod eorum regio ſita eſt ad partẽ ſtellæ luciferæ, uel quod loca herboſa ſint, id eſt, multæ lucis: uel quod primitus in luco conſederint quum ad hanc terram appuliſſent. Qui Spartanis legibus inſtituti omnes à teneris annis inter paſtores ſyluis educabãtur, ex qua re indurati ad labores bellicos, agiles, expediti, ac ualidi erant, qui quum Hannnibali ſeſe ultro dediſſent, à Romanis poſtmodum è proprijs ſedibus pulſi, ac per uicos quemadmodum Picentes uitam agebant, ac eodem quo illi ſeruitio deputati ſunt. Vltra igitur Silarim qui fluuius modo Silis dicitur Lucanorum ora iuxta Tyrrhenũ pelagus incipit, in qua primo Pęſtum oppidum à græcis Poſidonia dictũ & ſinus Poſidoniates, dein Pæſtanus ab oppido, quod nunc Gripoli dicitur, Dorienſes illud condiderunt, ubi Pæſtana uallis in qua bis quoq; anno roſa naſcitur: unde illud. biferiq; roſaria Pæſti. mox Veliæ oppidũ portum habens Velinum, Hyela antea ab ædificatoribus Phocenſibus nominata ſiue ut quibuſdam placet Ela à fonte propinquo, ætate uerò Strabonis Elea, ut ipſe dicit, uel ab Electe fluuio modici excurſus iuxta illam, qui fons nũc Euole dicitur à mari procul, cui nunc oppidulum prope eſt eiuſdem nominis in colle ſitum, planitiem ſub ſe ad mare uſq; proſpectans, roſis fœcundam, unde dictum eſt. roſaria rura Velini. quidam Veliam à paludibus quibus cingebatur appellatam uolunt: Varo, quod ibi paſtores Palatini ex quibus ante tonſurã inuentam, uellere lanam ſunt ſoliti, à quo Vellei dicuntur, qui quum à Poſidoniatibus agro ſpoliarẽtur, coacti ſunt tenuitate ſoli, rebus maritimis, ac piſcationibus cæteram uitam intẽdere; in quo nunc loco caſtellum eſt quod iuniores Vlaſtra uocant. unde Tanager torrens in mare it, qui quum pluit effuſior fit & ſæuit, inde per ſerenitatem ſiccatur, ex quo poëta. & ſicci ripa Tanagri. ante agrum Veliæ duæ cum ſtatione iacent inſulæ Oenotrię dictę. Inde attolitur promontorium ſinum efficiens, contra quod Leucoſia ſiue Leucothea inſula una Sirenarum eſt à Sirene ibi ſepulta ut ait Plinius appellata, quæ à continente motu terræ auulſa eſt, ad quem paruum habet curſum: Feſtus non à Sirenis nomine, ſed ab Æneæ conſobrina in ea tumulata dicit: quod Dionyſius Halicarnaſſeus aſſerit, ubi ait, contra Pæſtanum ſinum inſula eſt cui Ænea ad

hæſit

hęſit & nomen poſuit Leucadia ab eius cōſobrina circa eum locum mor-tua: ex quo adhuc promontorium illud cui inſula obiacet nautæ caput de Licoſa uocant. Hinc Palinurus promontorium ſurgit & portus, nomen à Phrygij gubernatoris tumulo habens, nam Troiani primam in Italia ſta tionem ibi habuerunt, quo in loco Palinurus mortuus eſt, nunc Paliuro corrupto uocabulo dicitur: cui proximum flumen Melphes. Poſtea eſt Pyxus promontorium, & portus, & amnis ſub una omnis appellatione, ut Straboni placet, nunc amnis Vardanus dicitur, cuius oſtio Buxentum oppidum Pyxus prius adhæſit, in quod Micythus Meſanæ ſiculæ prin-ceps habitatores induxit, illud hoc ætas Pyſota uocat amnis uerò ex A-pœnino delabens, dextrorſum antequam in mare perueniat torrentem quendam in ſe recipit. Mox Talaus urbs fuit Sybaritarum colonia pau-lulum à mari ſemota, prope cuius locum in litore maris caſtellū eſt quod iuniores Paleocaſtrum uocant, Talao ſinui imminens, ubi & amnis Tala us Dianius nunc in radicibus Apœnini exortus apud Maſecum caſtel-lum: ad leuā penes ſe alterum Sallam nomine relinquēs penetratoq́ſub-terraneis ſpeluncis monte in mare it. Inde Safri: Malatiaq́ caſtella. Poſtea Laus amnis in mare uadit, Laino modo nomine in quo ager Lucanus ter minatur. In mediterraneo aūt hæc habentur, Vlci Compſaq́ antiqua op pida. Item aliud Potentia nō incelebre cui nomen ad hoc tēpus reſtat, non procul à fonte Pyxi cui adiacet. Inde Blanda oppidum fuit ſitu ualidum: Similiter Grumentum poſt ipſum, quæ oppida Baletus flumen præteri-bat, qui in Pyxuntem cadit, ubi & Nerulum oppidum interijt. Eitq́ Tri-caricum præſentis temporis in petra ſitum, cui ad occaſum excelſi immi-nent montes, ad ortum uerò latiſsimū campos aſpicit. Inter uerò Talaum atq́ Laium, Vizanum, Padula, Caſtellumnouum, & Aſpri noſtri tempo-ris nomina.

Hyrpinorum terræ ſitus

HYrpinorum regio Lucanis, & Picentinis ad ortum eſt, qui & in Lucanis hodie ponuntur, montana loca incolentes, Samnitibus orti & ex Lupo nomen adepti, qui eis in deducenda colonia dux oblatus eſt, Samnites enim lupum uocant Hyrpum, Silius de hac (in-quit) gente.

— Hyrpinaq́ pubes
Horrebat telis, & tergo hirſuta ferarum
Hos uenatus alit, luſtra incoluere, ſitimq́
Auerterunt fluuio, ſomniq́ labore parantur.

His inter alia oppida, hæc habent. Aquilonia, ubi nunc Anglona loci pri mariū in depræſſa Matheſij montis ualle ſita, à Romanis captum incen-ſumq́ mox Abellinum Protropiū cognomine in loco munitiſsimo exi-

ſtens. Item Aculanum in prærupta petra ſitum: oppida omnia uetuſtiſsima: Fratuolumq́ ualidiſsima: de quibus obſcuriſsima cognitio etiam apud rerum ſcriptores eſt.

Appulorum Daunorum terræ ſitus.

TRaijciēdus hoc loco Apœninus eſt, & in Appulia Adriatico mari expoſita deſcriptionem noſtrā uertere. Igitur ad orientem Frentanorum in Tiferno amne, ſiue ut quidam Fiterno, qui etiam nūc Tifernus dicitur, uſque ad Auphidum flumen Appulorum Daunorum regio eſt, quam adhuc Appuliam recentiores appellant, græco ſermone Daunia denominata, ut Straboni & Plinio placet cognomen uerò à duce Diomedis ſocero traducēs, uel ut quidam à patre Turni qui in ea regione regnum obtinuit, unde eſt: Dauni miſerere ſenectæ. at Feſtus non à Grecæ, ſed Illyricæ gentis Dauno claro uiro, qui hanc ait partem propter domeſticam ſeditionem (ut in ſuperioribus diximus) excedens occupauit, ubi dixit Diomedis campos appellari, qui ei in diuiſione regni quam cum Dauno fecit, ceſſerūt, nam & Ouidius id memorat, ubi ait Diomedem ibi Harpos condidiſſe.

Venerat: ille quidem ſub Iapyge maxima Dauno
Mœnia condiderat, dotaliaq́ arua tenebat.

Nam & in templo Palladis Achaiæ, quod in his erat Diomedis ac ſociorum eius arma poſita, diu poſt permanſerunt, quare canes eius loci Græcis nunquam latrare, ſed potius tanquam familiaribus ablandiri, alienis uerò infeſtos eſſe Ariſtoteles in admirandis tradit. Terra, caloris patiens, & aquarum expers eſt, namque tota plana exiſtit, miræ quidem fertilitatis, quæ licet aquarum indiga ſit, læta nihilominus paſcua præbet, & arbores frequentes nutrit: Sed eſt nonnullis araneolis miri ueneni infamis, quod ſi quis morſibus ictus fuerit, ad inſaniam ſtatim quandam rapitur, ac ni remedia confeſtim adhibita fuerint, perit, Theophraſti medicamento uſi, qui eos tibicinis cantu leuari poſſe præcipit. Habet Appulia multa oppida, quorum in Adriatici maris litore poſt Tiferni amnis oſtium, ubi Cliternia olim urbs erat caſtellum nunc eſt quod incolæ Campum Marinum dicunt: mox Frento amnis portuoſus in mare uadit, quem indigenæ nunc Fortorium uocant, in Apœnino quemadmodum Tifernus fontem habet: Item Cerbalus fluuius Ceruaria modo inde emiſſus, in Pantanum lacum influit, qui Leſinæ à iunioribus appellatur, marinæ aquæ refluus, uadoſam habens nauigationem circiter quadraginta mil. paſſ. in circuitu. Hac uerò ætate à Trino ad Cerbalum uſq́ (eſt Trinius fluuius quem ante diximus Frentanorum) licet in Appulia contineatur, uocatur tamē regiuncula illa Capitanata. In Cerbali igit̃ oſtio Leſina caſtellū eſt, à quo lacui nomē, & iuxta Garganū montem in ſinu urbs exilis eſt

lis eſt Vrium prius à qua Vrius ſinus dicebatur nunc Rodius à Diomede ædificata, quam Rodam modo uocant. Hinc Garganus ingens mons in mare longe procumbit, uulgo Sancti Angelli appellatus ab oppido in eius ſummitate poſito quod Sancti Angelli à iunioribus appellatur, qui mons quamuis ex Apenninis delapſus uideatur, inter utroſque tamen patentiſſimi iacent campi, ipſe duorum marium Ionij Adriaticiq; diſcrimẽ. Huic poſt Vrium, in ſinu oppidum eſt Beſtize nomine. Et in extima montis parte in ſinu aliud Apeneſte quondam, Beſtie modo uocant. Opponuntur huic monti ad ſeptentrionem inſulæ Diomedeæ, quarum maior Diomedea quæ & Teucria olim, nunc Tremeti dicitur quindecim mille paſſ. à continente in Ionio mari ſitę, ut Geographi quidam uolunt. Quod ſi Garganus Ionium ab Adriatico ſeparat, in Adriatico inſulæ, non in Ionio iacent, quum ad montis leuam occaſum uerſus poſitæ ſint. In maiori peruetuſtum ſacellum Diomedi olim principi dicatum fuit, ex quo inſula clariſsima habebatur, ubi illum diſparuiſſe fama ferebatur. Fuiſſe etiam eius ſepulchrum Platano arbore inumbratum, loco amœnitatem ſummã præbente, quod ſcribit Plinius: Verum Diomedis comites in aues cõuerſos eſſe quas Diomedeas uocant, Græci Orodios, eas aues hanc ſolam inſulam nutrire, nam hoc genus alitis, ut ait Solinus præterquam ibi nuſquã gentium. Forma illis penè fulicis, color candidus, ignei oculi, ora dentata, congregatæ uolitant, nec ſine ratione pergendi. Has inſulas meminit Dionyſius Alexandrinus in his uerſibus.

Atq; legas Calabrum litus, tunc inſula magni
Oſtendit ſeſe Diomedis nomine dicta
Quo profugus quondam uictor conceſſerat ille
Coniugis inceſtæ per fraudes Egialeæ.

Poſt autem ad partem orientalem Gargani ſub ipſo monte curuatur litus magnumq; ſinum facit, in quo ſtatim Sipontus ciuitas eſt, Brutiorum colonia à quibuſdam Sipons, Diomedis ædificium, quod Græci Sepiuntẽ uocãt ab eiectis è fluctu ſepijs, Strabo author eſt, cui nũc Manferdonia nomen, licet paulo ſuperior à uetuſtate urbis ruderibus ędificata ſit, legimus quod Theodoricus Gothorum rex quò urbs inſtauraretur ipſam tributorum uacatione donauit, ſtationẽ tutam ab aquilonaribus uentis habẽs. Hinc totus litoris flexus paluſtris eſt, ex corriuãtib. aquis ac fluuiolo quodam breui curſu, nauigationi tamen percõmodo, qui per lacum aperto litore in mare exit. Poſt autem paludes ſiue lacũ oppidum eſt Salapiæ quondam, & nũc Salpi dicitur, quod Diomedes etiam condidit, quidã Elphiã Rhodium ſcripſere, Argiripinorũ tum emporiũ, quod dein quatuor mil. paſſ. à mari propter inſalubritatem loci reædificatum eſt, apud enim lacũ ſitum erat, quem M. Hoſtilius aperuit & portum è lacu municipio perfecit, Hannibalis meretricio amore inclytum ut ſcribit Plinius: quod C.

Coſconius præt.belli ciuilis tempore incēdit.Inde Triſanti caſtellum.Poſtea Auphidi oſtium eſt quod & Cannas apud oraculum uocitatum inuenio Appuliæ ad auroram terminus qui modo Offantus dicitur, augetur imbribus ac tunc late campos inundat.Quare Horatius.

Sic tauriſformis uoluitur Auphidus
Qui regna Dauni præfluit Appuli
Quum ſæuit,horrendamq; cultis
Diluuiem minitatur agris.Item Silius.

Ad quem in oſtio unde in mare exit Canuſiorum emporium fuit, qui ſolus fluuiorum(ut ferunt)Apœninum diuidit, atq; ex ea parte qua Hirpini montes ad mare inferum ſpectant,exoritur.Supra autem litus in mediterraneo inter alia Teanum oppidum eſt quod Appulū cognominatur, ſitum non procul ſupra Pantanum lacum. inde ad occaſum Larinū oppidum Frentanum cognomine fuit,cuius hodie ueſtigia ſuperſunt.ſub quo Seracapriola caſtellum præſentis temporis egregium ſanè in arduo colle. Mox Nuceria urbs in plano ſita cognomento Appula, quam Conſtans Aug.à Longobardis receptam ſolo æquauit, nunc Nocca.Poſtea Vibarna eſt oppidum in colle poſitum. Inde Harpe ſiue Harpi, maxima quondam urbs deleta deinde penè nunc Sarpi in campo Auphido amni proxima,nec à mari longe à Diomede condita quæ Argyrohippium à primordio,dinde Argyrippa:quare Virgilius.

Ille urbem Argyrippam patriæ cognomine gentis
Victor Gargani condebat Iapygis agris.

Plinius uerò aliquando Argos Hippidium dictum inquit, ubi ille Dardanorum gentē urbesq; deleuit duas,Apinā,Methaicramúe. Poſtea Herdonia uel ut quidam Cerdonia urbs,quæ nūc Cerugnola appellatur, natura loci munita ſatis, quā Hannibal incendit, quia defecturā ad Rom. fuiſſe comperit. Canuſiū præterea urbs à Diomede in plano nec à mari procul condita , cuius latera Auphidus uerberat & hæc Italicarum maxima tum Strabonis ætate euerſa quam Græci latinis immixti habitarunt, ex quo illud. Canuſini more bilinguis. à qua parum Cannaſuicus ad Auphidū fluuium Rom.clade inſignis diſtat,neq; longe ab eo Gerion oppidū interijt. præter quæ alia quoque oppida ſunt inferioris ætatis,ut Fazola & Troia: quā Græci Bubagano ex Conſtantinopoli duce à fundamentis in apuliæ finib.loco qui prius Hannibalis caſtra eſt dictus ædificarunt,coloniamq; in eam deduxerūt, eò q; Apuliā Calabriamq; eorum ditione tum poſitas in fide continerē.Eſt & Iſerſantus ad amnē in Auphidum influentē: & ad eius fontem Aſculū Appulorū urbs à Rogerio rege incēſa, ſimiliter in Capitanata,oppidū eſt Florentina Florentū quondā, ualidū oppidū & prope fontem exilis cuiuſdā amnis in Patanum exeuntis,Dragonara oppidū aliud, & ad occaſum Ciuitelle, & magis uerſus montes Cauoa caſtellum.

Peucetiorum terræ ſitus.

AEtolorum Peucetiorum terra poſt Auphidum flumē ſequitur quę, & Pediculorum uocitabatur ut apud Strab. & Plin. terra de Bari, dicitur, in Appulia à iunioribus computata. In his primo ultra Auphidum iuxta Ioniū Pelagus Barletum oppidum loco Peuceſtij familiæ 9. ex Illyria huc transfretantes fuere Peucetijs immixtæ ea nunc ora in ſinu, cui modica obijcitur inſula. inde Terniū, nunc Trani portum habēs. poſtea Biſelum & aliud Malpheta ut nūc uocant. mox Giouenatium ubi Amitana uetus oppidū fuit. Inde eſt Barium ꝗd nūc & nomē habet. Municipium Rom. Iapyx ante à Dædali F. dictum, ut atteſtatur Plinius Strabo, at Barim ſeu Baretum ut nunc uocant, inquit, ut autem antea Barete urbem exiguam. Et paulo poſt Barium diuerſorium uocat, ex Bara inſula teſte Feſto expulſi illuc habitandū profecti ſunt. Inde Monopolis, et in ſinu Egnatia oppidū uetuſtate collapſum, modo buſtū eius Nazū dicunt. Poſtea Anaſo Anſa quondā et apud lacum quendā marinū, Cāna huius temporib. oppidulum, quouſqꝫ iuniores terrā de Bari cāpos appellant: neqꝫ aliud quicquā Ætoli præter quæ in litore diximus in hac parte poſſidebāt ſed Appuli mediterraneā regionē obtinebāt, qui et ipſi Peucetij cognominabant, in quib. Venuſia urbs celebris eſt Rom. colonia prius ſeruans nomē ad amnē Rhedenā in Auphidū exeuntē poſita, cuius circū loca tegunt ſiluiſi & ꝗ hinc per mediā iſterū terrā uſqꝫ Brонduſiū longiſsime pertranſeant, & prope Venuſiā Bautia oppidum antiquiſs. Et in agro Venuſino uicus nomine Stella, & ubi Rhedena Auphido iungitur, Carore caſtrum. Item Monaruinū, Grauina, Laratum, & Andre oppidū haud ſpernendū quod iuxta deſcriptionē Strabonis Nætiū fortaſſe fuit: inter quod Egnatiam Celia uel Celium erat. Poſtea Lizignanū, Altemura, Bitonti, Butuntum quoqꝫ prius Aquauiua, Conuerſanum, Matera, Genoſa & reliqua, quæ inter poſterius nominata, aut ædificata habentur.

Calabryæ ſiue Meſapiæ terræ ſitus.

POſt iam dictam gentem, regio Iapygiæ, quam Græci Meſapiam à duce appellauere eandemqꝫ Calabryā Indigen, quoniā bonis omnibus ſcateat cognominauere, noſtra ætate, terra Dotranto nūcupata eſt Ionio Pelago in peninſula modum expoſita, alterū Italiæ cornu (ut initio diximus) Epirum ſpectans. Cuius terræ litus prima urbs Brонduſium eſt, Brandizum uulgo dicta, regionis caput in primiſqꝫ Italiæ portu nobilis, quam Bendam à quibuſdam appellatam fuiſſe ait Feſtus: eam primum Cretenſes habuiſſe, memoriæ proditum eſt, qui è Cnoſo cum Theſeo diſceſſerant. unde Lucanus eam deſcribens ait.

Vrbs eſt Dicteis olim poſſeſſa colonis
Quos Creta profugos uexere per æquora uelis.

Poſt alij, atque alij populi ſuperuenere: Trogus à Diomede conditam ſcribit, ſita eſt in peninſula, mari ueluti ingenti lacu circumfuſa, cui opponitur

ponit̃ inſula Bara nomine, cuius obiectu portus tutior ac tranquillior fit: ſed ut ſcribit Strabo (quum in eo multi includãtur portus) eius formã cerui cornibus ſimillima eſt, unde & nomen eſſe inditum, locus enim cum urbe ceruino capiti maxime comparandus, nam lingua Meſapiorum, Brondusium cerui caput nominatur: alij à Brunduſi Herculis F. à quo conditum aiunt: in eo portu ſcribit Plinius, fons incorruptas præſtat aquas nauigãtibus ager urbi adiectus cæteris præter Tarentinum melior, ubi præter cæterorum fructuum bonitas, mel & uellera uehementer laudantur. Poſt illud Balexum ubi nunc Sanctus Cataldus caſtellum eſt. Item aliud Luſpiæ nunc Rocha. Mox Hydra ſiue Hydruntũ urbecula, nunc Otranto appellata, in ſinu: ſtatimq; Hydrus mons. Hæc ad mare. In mediterraneo uerò oppida ſunt, Sturni quod loco difficili ſitum fuit: & Vretum collibus undiq; uallatũ, in ſaxo ſedẽs: item Loſanum noui nominis caſtellum ex aduerſo Hydrũti. Poſt ſub Luſpijs oppidum eſt Gallatum. Hactenus quæ in Calabrya eius temporis ſunt. Alteram uerò iſtius peninſulæ partẽ quæ orĩetem atq; auſtrum ſpectat Salentini populi quondam habuere. In quorum litore poſt Hydrum montem, Iapygium (ut Græci dicunt) promontorium inſurgit, à Latinis Salentinum uocitatum, extrema Italiæ longitudo, à quo pars illa quam Calabryam modo diximus Iapygiam à Iapige Dedali F. appellari quandoq; à ſcriptoribus conſueuit: quod promontoriũ quamuis unico proferatur uocabulo: tria tamen ſunt quorũ ad leuã prorumẽ eminet plana deſuper, ueluti tota ripa eſt, attamẽ ardua ac in mari præceps: & in promontorio ipſo Mineruæ caſtrum nobilliſſimũ Græcorum ædificium fuit à Minerua denominatũ, Cuius deæ phanum in cotum locupletiſsimum erat: à quo in Græciam breuiſſimã tranſitus eſt. Ex aduerſo Apollinatũ oppidũ, latitudine intercurrentis freti paſſ. 60. mil. nec amplius. Hoc interuallum pedeſtri continuare tranſitu pontib. iactis primum Pyrrhus Epiri rex cogitauit: Poſt eum M. Varo cum claſsibus Pompeij piratico bello præeſſet, utrunq; aliæ impediere curæ. Iuxta autẽ dictum promontorium (ut quibuſdam placet) Idomeneus (non ut Varoni apud Locros) quum poſt euerſam Troiam, neq; à ſuis ſuſceptus, uentis agitatus applicuiſſet, ubi quum equos paſcentes animaduertiſſet Anchiſes, ut augur exclamauit.

Bellum ô terra hoſpita portas
Bello armantur equi: bellum hæc armenta minantur.

Poſt itaq; Iapygium, Haſta oppidum in peninſula fuit, nunc Caſtrum dicitur. mox extrema eſt, caput Leuchi nunc iuniores uocãt, ubi quondam Leuca urbs parua Phlegrea Dædali prius uocitata, ubi odoris quam fœtidi fontem extitiſſe Strabo tradit ex gigantum cruore emerſum ibi terram ſubeuntium, quos è Phlegra Campaniæ fugiſſe Herculem fabulę ferunt, uocabãtur ij Leuternij ex quo Leuternium litus appellari ſolitum eſt: q̃d

& Ariſto-

& Ariſtoteles in admirãdis ſcribit. quo circumflexo, Gallipolis quæ nũc eſt Anxa inquit Plinius, hodie quoq; ab incolis Gallipolis appellatur, oppidum eſt in Cherſoneſo ſitum, meridiem ſpectans quod Strabo pręterijt ubi Barin illud eſſe uelit, conuenit quippe in ſtadiorum dimenſione cum Plinio. Inde intima eſt Tarentini ſinus, unde ad Brunduſium iſthmus dictę peninſulę trigintaquinq; mil. paſſ. conſtat. Vnde autem dicantur alentini Varo tradit: ait enim tribus è locis Salentinorum gens in Italia originem habuit, è Creta, Illyrico, & Italia, Idomeneus è Creto oppido Lycto per ſeditionem pulſus, cum grandi manu ad regem Illyriæ Diuitium nomine uenit, à quo etiam accepta manu cum Locrenſibus pleriſq; profugis in mari coniunctus amicitiaq; per ſimilem cauſam ſocietatis huc appulit, ex quo Salentini ſunt dicti, quod in Salo amicitiam fecerunt: quod Feſtus etiam notat, ſed alio caſu quam Varo: ut qui agitati à tempeſtatibus huc à Salo pulſi ſunt, cuius gentis aduentum poëta meminit.

Fama uolat pulſum regnis ceſſiſſe paternis.
Idomenæa ducem, deſertaq; litora Cretæ. Et ſubdit, ubi Helenus ad Æneam.

Et Salentinos obſedit milite campos.

Lyctius Idomenęus. In his urbes procul à mari fuiſſe nonnullas, ſed ut ait Liuius ignobiles, in quibus Rhodiæ ſiue Rudiæ, quæ Ennio tamen ciue nobilis reputat̃, unde Calabræ muſæ: nã tota peninſula telluris ingenio ut diximus à Græcis Calabrya eſt appellata. Poſt Rudias Neritũ oppidum eſt, Nerdo modo, & aliud Soletum quod nomẽ etiam nunc habet, ambo ſitu naturaliter munita, item Aletinum oppidum haud ſpernendum in ſolo plano ſitum oliuetis circundatum, quod Leze nunc ab incolis appellatur. Inde Tarentum uerſus Fratentium fuit. inde Bauboſta puſilum oppidum. mox Vxentum ſiue Buxentum quod adhuc nomen ſeruat in amœno colle ſitum campis undiq; cinctũ. Item Alliphanus uino tum inſigne. eſt & Vereretum Volire nunc in medio penè iſthmo poſitum.

Magnæ Greciæ ſitus.

DEhinc magna illa Cherſoneſus, quę inter Tarentinũ & Poſidoniatem ſinus ad fretum uſq; Siculum iacet, Oenotria olim, ſcribere ad Italiæ noſtræ abſolutionem reſtabat: cuius pars altera quæ auroram aſpicit Magna tum Græcia: altera ad occaſum Bruttiorum quondam terra, Apœnino intercurrente monte dicebantur: quod totum modo angulum terræ, iuniores Calabryam uocant. Magnam Græciam ideo appellari quidam uolunt, quoniam magnæ ciuitates in ea duntaxat parte ex Græcia profectæ extiterant: quarum multæ à Dionyſio Siciliæ tyranno deuaſtatæ, ac ultimo loco à Lucanis euerſæ ſunt. Igitur poſt Salentinorum litus, mare in Tarentinũ ſinũ ad ſimilitudinẽ Ponti Euxini laxat̃, cui Mœotis palus iungitur, non eadem tamen amplitudine, in anteriore par

te inſulæ quædã ſunt portuoſæ, nam reliquum ſinus pro maiori parte inportuoſum eſt interiori uerò quem Saturiam portum uocauit antiquitas, ſupra 12. mil paſſ. circuitu, in q̃ piſciũ magna copia. In huius ingreſſu tũ prima Gręcorum urbs Tarentum eſt, in Cherſoneſo depræſsi ſoli poſita, etſi arx præaltis rupibus ad iſthmum ſedeat, qui deinde humilis atq; planus efficitur ut nauigia facile tranſportentur, portu arcta adeo fauce, ut pons impoſitus illi ſit, urbs magna olim ut antiqui eius muri ueſtigia indicant, in cuius foro ut ait Strabo, ſitus erat Iouis coloſſus ex aëre fabricatus eximiæ poſt Rhodium magnitudinis. Vrbe Romani per uim capta, nõnulla poſt Carthaginenſes, qui arcem magna ueterum ornamentorum & ſtatuarum copia continentem ingreſſi, pleraque uaſtauerunt, inter quæ & in arce famoſa illa Herculis ac ſublimis imago ex aëre Lyſippi opus quadraginta cubitorum altitudine Romam aſportauerunt in capitolio à Fab. Max. qui urbem cœperat affixum, quod ſcribit Plinius, eamq; quadraginta cubitorum altitudine fuiſſe, & mirum in eo quod manu mobilis erat inquit, à quo ſigno etiam aliquando ciuitas cognominata eſt, ut apud poëtam.

Hinc ſinus Herculei (ſi uera eſt fama) Tarenti
Cernitur.

Ipſa urbs Lacedæmoniorum ædificium fuit, qui duce Phalanto Arati F. ex Apollinis oraculo ad Italiã nauigauerunt, qui occupatum Tarentũ, ueteribus expulſis colonis habitant, ſic prius ab Heroe qui urbem condiderat denominatum, is Taras fuit Neptuni F. ex Saturia Minois Cretenſiũ regis Filia procreatus, hũc naufragio facto à delphino uectus, locumq; primo Saturiam à matre appellauit, poſtea ſuo de nomine Tarentum dixit: remanſit tamen cognomen oppido & lacui uel ſinui quem diu poſt Saturium incolæ appellauerunt: licet quidam illud Saturium à bonitate agri potius cognominatum dicant. Virgilius.

Sin armenta magis ſtudium uitulosq; tueri
Aut fœtus ouium, aut urentes culta capellas
Saltus, & ſaturi petito longinqua Tarenti.

Cæterum Tarentinorũ ut Strabo author eſt, ampliſs. opes fuere, nã claſſe maxima cunctos ſuperauerũt accolas: neq; in terreſtri exercitu inferiores, q̃ & Calabryæ, & Appuliæ, totiusq; Lucaniæ caput fuit. Sed nimium ſecunda (ut fit) fortuna, in deterius delapſi ſunt: uicti primo à Carthaginenſib. dein à Romanis, ſuccubuerunt, quamobrem & populo & mœnib. in anguſtiorẽ locũ redacta eſt: in cuius agro ut refert Plinius, lacus eſt, totus æſtiui ſolis in ſale, is modicus (Saturius ut diximus uocitatus olim) alioquin altitudine genua nõ excedẽs, ſecundus poſt Cypriũ laudabilis, ſuauiſs. omniũ atq; candidiſs. Pręterea in his naſcẽtia, nõ alijs facile cedũt, nã Tarẽtinæ uuæ gloria minime carẽt, neq; ficus prædulces, quo & optimũ

mel

mel habetur Varone teſte. Poſt aũt Tarentum 5. mil. paſſ. meridiẽ uerſus, in ſinum Galeſus amnis quem Valentẽ nunc iuniores uocant, influit: ſub quo immenſus ille quidem panditur ſinus ad uſq; Lacinia promontoria, qui quondã Lameticus nũc Tarenti colpus dicitur, cuius omne pene litus importuoſum eſt: in eo multæ græcæ urbes fuerant ſitæ. Nam poſt Tarẽtum, Metapontum ciuitas fuit, à Pylijs qui à Troia cum Neſtore nauigarant condita: Ephorus, Daulium Criſſæ Delphis finitimæ Tyrannũ condidiſſe ait: quos ut ſcribit Strabo, tantum felicitatis è re ruſtica & agricolatione conſequutos fuiſſe, ut Delphis donũ obtulerint auream æſtatem: cęterum à Samnitib. deleta: locũ ipſum deſtitutũ habitauere Achæi, à quib. tranſmutatũ nomen, Metabũ uocitata eſt: ubi modo caſtellũ Trebeſaze à mari remotũ: ſubinde flumina in mare uadunt Caſuentus & Acalandrus uel Thalandrus. unde Siris ciuitas Troiana interijt, ab eiuſdẽ nominis amne dicta, ſuper quẽ ſedit à mari paululũ, ſita enim erat inter duos amnes, nã alter Aciris dicebatur, quo etiã nomine nunc appellat̃, ille Senus corrupto uocabulo, ad cuius fontem, Seneſe præſentis temporis caſtellũ eſt, ambo nauigabiles, nũc in Aciris oſtio moles erecta eſt Roſanũ illi uocant, ubi amnis ponte iũgitur. Fuit quondam Siris Heraclienſium emporium, nam diſtabat ab Heraclea tria mil. paſſ. Siris enim teſte Plinio quum locũ mutaret Heraclea nũcupata eſt coloniaq; Tarentinorum facta. Tradunt hiſtoriæ quod quum Iones Lydorum dominatũ fugerent, huc habitatores aduentaſſe, captoq; per uim oppido, quod Chonorum erat illud Polilon; id eſt, Ionum ciuitatẽ uocitarunt, quam Tucydides ad Alecẽ flu. poſitam ait Chones gentem Oenotriam & quidem inſignem ea tempeſtate regionem ad metapontinos & Sciritides habuiſſe à quibus Chonia dicebatur. Mox Lagaria ſiue ut alij Gargaria caſtellum fuit ab Epæo Troiani equi fabricatore unà cum Phocenſib. ædificatum, cuius Epæi organa Palladi græcæ dedicata erant, templum ſanè peruetuſtum, quæ organa ipſe intra ligneũ illum equum confecerat, ſui ipſius maxime inſcripta titulo: quæ Trogus non hic, ſed apud Metapontum fuiſſe dicit, atq; ibi ferramẽta illa oſtendi. unde Ligaritanum uinum dulce ac molle, & à medicis mirifice cõmendatum. in hoc modo litore caſtellum eſt Petraroſecti. Hinc Sybaris ciuitas fuit ab Achiuis conditam, ſiue eorum dux Iſeliccus, ſiue Philoctetes fuit, inter duos ſitã fluuios Crathidẽ, & Sybaridem à quo nomẽ aſſumpſit, ſuper tamen Crathide condita ubi nunc Schilari eſt 50. ſtad. in circuitu, quę urbs, ut Strabo refert eo excellentię ac felicitatis excreuit, ut quaternas proximas rexerit gentis, & 35. urbes ſubdiderit imperio, & contra Crotoniatas 300. hominum milliũ exercitum duxerit: Diodorus uerò uon hominũ 300. mil. exercitum, ſed ciuiũ ea tempeſtate capita illic recenſita fuiſſe tradit, ubertate ac fœcunditate ſoli factum, adeo ut multo reliquas Italiæ urbes antecedere opum ui putarentur, ſed totam hanc felicitatem intra dies

ſeptuaginta Crotoniatæ illis interceperũt: alij deum ira factum, quũ Philoctetem plurima ueneratione, ac ſupra deorum ſuorum ibi coli, quẽ conditorem ſuum dicebant: quod meminit Dionyſius carminibus his.

Poſt hæc eſt Sybaris, perijt quæ numinis ira
Præponens hominum tumulos cœleſtibus aris.

Quidam delitijs & luxuria intemperantes facti diffluxiſſent: illi uaſtata urbe, inſuper inducto fluuio cuncta demerſerunt: Theſſali annis octo & quinquaginta poſt, eò contendentes reſtaurauere: qui paulo poſt à Crotoniatis expulſi quinq; annis deſertam rurſus reliquere: ſubinde præfecto Athenis Callimacho rurſus extrui & cohabitari cœpit, illi à ſocijs trucidati, breui poſt in alterum locũ translata, altero quoq; nomine impoſito, mutauit appellationem, nam Turios aducto de fonte uocabulo nuncuparũt, ſed neq; in Turios ſolum nomen mutauiſſe, uerum in Copias, & in Malacam diuerſis temporib. memoriæ proditum eſt: quod uicinitas eius paludis quam diffuſus amnis antequam intret in mare facit, morbidum reddebat. (Crathis autem qui modo Grati dicitur, nomen à paſtore quodam Crathide in ſe extincto: ex quo fluuio, ut Ariſtoteles in admirandis tradit, ſi aliqui perloti fuerint pulchricomas ac flauos efficit, ac multis medetur morbis qui uerò ex Sybari debiberint fuſcos reddit: item Ouidius.

Crathis & hinc Sybaris noſtris conterminus aruis
Electro ſimiles faciunt, auroq; capillos.

Quod & Plinius ſcribit homines eam differentiam ſentire, nam & nigriores durioresq; & criſpo eſſe capillo: & cãdidiores molliores q; ac porrecta coma. Strabo non fuſcos, ſed ſi equi biberint, ſternutamentis agitari conſtat, quamobrem ab eius potu greges amouent.) Poſt itaque Turcos (ne minutiſſima commemoremus, nam Marzo, Cariati, Vzegnanum, & reliqua caſtella huic litori imminent) Neæthus amnis in mare excurrit, eodem adhuc nomine, quod illi caſu proueniſſe dicitur: Achiui enim quidã capta Troia huc appulſi incenſis à mulieribus quas habebant ſecum nauibus ſe ac fluuium Neæthos nominarunt, oritur in radicibus montis in quo Belicaſtrum caſtellum nouum eſt. Inde Croto urbs, cui antiquum nomen reſtat, Cotrum ſcilicet ab homine denominata Diodorus ſcribit, ait enim Hercules Crotonem quum inuitus cæcidiſſet ſepulchro ei conſtructo ſepeliuit egregie, incolis futurum prædicẽs tempus, quo ibi ciuitas inſignis ex mortui nomine conderetur: quod canit Ouidius.

Vixq; pererratis quæ ſpectant litora terris
Inuenit Æſarei fatalia fluminis ora
Nec procul hinc tumulum ſub quo ſacrata Crotonis
Oſſa tegebat humus iuſſaq; ibi mœnia, terra
Condidit & nomen tumulati traxit in urbem.

Eſt nanque ei urbi Æſarius fluuius, & portus in quem labitur: cæterum

Croto

Croto Italiæ tum flos nobilitate, diuitijs rerumq́ geſtarum gloria fuit, arcemq́ obtinens amoris ſapientiæ, duodecim mil. paſſ. murorum ambitu, quæ quum Pyrrhus in Italiam aduentaſſet, eo bello uaſtata eſt, uixq́ pars dimidia inde habitaretur, flumen quod medio oppido fluxerat, extra frequentiam tectorum præterfluit, coloniáque Romana facta: ubi tanta aëris temperies eſt, ut dicat Plinius, ibi Peſtilentiam nunquam fuiſſe, nec ullo terræmotu annotatum eſt. Poſt itaque Crotonem terna ſunt promontoria iſthmo continenti annexa quod modo Caput collumnæ dicitur, olim Lacinium. In quorum ſeptētrionali parte Iunonis Laciniæ templum fuit, quod alij à rege conditore, alij à latrone Lacinio dictum uolūt, quem illic Hercules occidit, & expiato loco Iunoni templum conſtituit: nam et hoc Diodorus memorat, Hercules ait è Sicilia in Italiam cum bobus profectus quum iuxta litus progrederetur, Lacinium furem boues furantem peremit. Quod templum ut Liuius ſcribit tempore quo urbs Croto maxime uigebat intra muros erat ante quam Pyrrhus transfretaret, pars autem murorum ab exciſa templum in agro remanſit, ſanctum omnibus circa populis, denſiſsima proceris arborboribus ſylua ſeptum, locupletiſsimis ac frequentiſsimis donis plenum, in quo Hannibal arma condidit dicauitq́ cum ingenti rerum à ſe geſtarum titulo Punicis Græcisq́ litteris inſculpto, cuius templi marmoreas tegulas Fuluius Flaccus cenſor abſtulit ut ædem quam dedicauerat tegeret, tegulę ex S.C. reportatę ſunt. Ante Lacinium promontorium inſula parua iacet cui nomen eſt Dioſcoron, id eſt, Polucis & Caſtoris, & altera Calypſus quam Ogigiam appellaſſe Homerum exiſtimatur: Mella in Siculo freto eam poſuit, & Æaem nominauit, ubi errore ſuo Vlyxes detentus à Calypſo nympha Atlantis filia fuit, in qua magnam dicit Homerus ſpeluncam eſſe ubi nympha habitabat: etiā in ea inſula Orionem quem adamauerat Aurora Diana ſagittis aureis confecit. ſtatim poſt dicta promontoria ad oſtium Tacinæ amnis Cropani caſtellum eſt: circa cuius fontem aliud Sancta Seuerina, recentiora amni atque caſtellis nomina. Hinc Carcines fluuius nauigabilis pro prope cuius exortum Scherma caſtellum eſt: ſub quo ad mare Canoſa: & aliud Stillum nomine arcem in acuta petra habens. Poſtea Scylletium Athenienſium colonia fuit, in quam Mneſtei comites deducti ſunt, quæ dein Scyllacium dicta: nunc aūtem corrupto uocabulo Schilaci uocatur, in dextra oſtij Seniri amnis poſita: à qua ſinus cui adiacet Scylleticus uocitatus fuit: inter quem & alterum Hipponiatam ſibi oppoſitum iſthmus efficitur, quem conatus eſt Dionyſius Strabone teſte, mœnibus munire, in ea expeditione quam contra Lucanos ſuſcepit, uerum exteriores incurſione facta uetuerunt: quod Plinius etiam ſcribit: latitudinémque iſthmi triginta mil. paſſ. eſſe alij uiginti, ſiue octodecim uolens illum Siciliæ adijcere, mox Crotalus fluuius in mare uadit, in quem ſi lignum deieceris

in lapidem conuertitur. Item Sagra alius in mare editur, qui nunc Sucharanto dicitur, (in hac enim ora, ut inquit Plinius, flumina innumera ſunt, ſed quæ nos meminimus maiora atque inſigniora habentur) habens in oſtio caſtellum modo Rena, uictoria Locrenſium & Crotonenſium clade memorabilis, in cuius ripa Caſtoris & Pollucis aræ erectæ fuerant. Circa autem exortum Sagræ ueſtigia ſunt Cauloniæ urbis, licet perexigua, quæ prius Aulonia quaſi Vallonia dicebatur, ut ſcribit Strabo à uicina conualle nominata, ab Achiuis eo in loco extructa, nam in Caulone monte erat, quod ait Iginus: illumq; montem eſſe quem ab Horatio metri ratione Aulon dicitur, ut.

Ver ubi longum, tepidasq; præbet
Iuppiter Brumas, & amicus Aulon
Fertili Baccho nimium Phalernis
Inuidet uuis.

Dehinc Mamertium oppidum olim ſanè nobile Morgantium à quibuſdam, qui uniuerſa loca hæc ab Siculis antiquitus ſimul & Morgantijs habitata fuiſſe tradunt: in quibus nunc locis Monaſterachi, & Orizella oppidula poſterius in montib. ædificata ſunt: ubi ſylua picis optimæ ferax, quam Bruttianum uocant, magnis arboribus frequens, & aquis referta, ex qua Bruttorus amnis in mare it. Poſtea non longe Locrenſis urbis emporium fuit, ubi nunc Turris Græci dicitur, interius uerò à mari circiter trib. mil. paſſ. Locris ciuitas erat, ubi modo Gerazi oppidulum eſt, poſt urbis excidium fabricatum, ipſa quondam inſignis è Locris Epizephyrijs Criſſeum habitantibus ſinum, qui huc in coloniam profecti ſunt Euanthe (ut Straboni placet) ductore, paulo poſt conditam Crotonem & Siracuſſas: Ouidius non Euanthe, ſed Naritio, ubi de Grecis nauigantibus ad Italiam ſcribit, dicens.

Dux quoq; Naritius teſtes Leſtrigones extant: & Virgilius.
Hic & Naritij poſuerunt mœnia Locri.

Ita enim cognominati à Naritio duce fuerant, ſitum autem eſt oppidum in quodam montis ſupercilio qui Locrinus & à quibuſdam Eſopis uocatur, qua Lucanus amnis, ſiue Alex ut ait Strabo in litus excurrit, quæ nunquam uti Croto peſtilentiam terræ motumúe ſentit. Apud Locros Locrinus eſt lacus: fuitq; Proſerpinæ ſacellum multis theſauris inſignitum, cuius non obſcura penes authores fama eſt. Poſtea Zephyrium promontorium eſt, in quo dictæ regionis litus terminat, licet Strabone teſte, tantopere res Græca quandoque amplificata fuiſſet, ut & hanc & Siciliam Magnam Græciam appellarent: Zephyrium nunc Caputſpartiuentum à iunioribus dicitur, ubi portus Hannibalis, uenientibus ab occaſu commodus, ex quo nomen promõtorio inditum: unde Adriaticum pelagum ut ait Ptolemæus exordium capit, ut ante diximus. Plinius non Adriaticum

ſed Au-

ſed Auſonium uſque ad Salentinos: dicit enim Locris Italiæ frons incipit Magna Grecia appellata in tres ſinus recedens Auſonij maris, quoniam Auſones tenuere primi: ſic etiam Polybius, ultra Siciliam quod eſt ad Salentinos Auſonium appellat Strabo: quum Auſonij mare ſiculum, ne ſemel quidem incoluerunt, Siculum tamen pelagus Auſonium appellatur. In huius autem regionis mediterraneo, iuxta Tarentum quidã Oebaliam urbem fuiſſe ab Oebalia quæ eſt in Laconia contendunt, ab Oebalo Telonis F. cognominatam, ob id quod apud Virgilium legimus.

Namq; ſub Oebaliæ memini me turribus altis
Qua niger humectat Flauentia culta Galeſus
Corycium uidiſſe ſenem, Et reliqua.

Alij negant, ſed Oebalij ex Laconia huc profecti qui turres quaſdam primo ędificarunt prope Tarentum, ex quo id Virgilium dixiſſe. Hinc à mari procul Petilia urbs fuit, à uolatu gręce denominata, nam ex augurio delectus locus urbi eſt, quam Lucanorum metropolim fuiſſe Strabo putauit: eam Philoctetes è Moliboea per ſeditionem profugus ædificauit, de qua poëta.

— Hic illa ducis Moliboei
Parua Philoctete ſubnixa Petilia muro.

Egregie tum munita, in arduo enim colle ſita erat, in ijs nunc locis Pelina & magis uerſus mare Pomarcum poſterioris ætatis oppida ſunt. A' Petilia haud procul Crimiſſa, urbs alia interijt, in mõte poſita ab eodem Philoctete condita: Apollodorus in Crotoniatum promontorio ſcribit, & inter Sirim & Acirin flumina recentioris nominis caſtella in mõtibus ſunt. Caſtrumuille: Ruzanum: & non longe à mari Rochaimperialis: Lampadoſa: Mandulaq;, olim Manduria, ſupra autem Crimiſſam, Chonaem oppidum extitit à quo Chones incolę dicti à Philoctete ſimiliter extructum, aliud quoq; oppidũ fuit Abyſtrum nomine in Humili petra ſitum cui maximi imminent montes. Inter autem Sybarim & Crathidem amnes, noui nominis caſtella, ut Caſſanum: terra Noua: & quæ ualli Crathidis ad ſiniſtram ſunt, Monſaltus ſub quo Campagnanus torrens in Crathidem uadit. Poſtea Toranũ: Tarſiaq;, item ad dextram, Caſteglionum, Roſaë, Luze, Biſignanum, Acri, & iuxta litus, Curianum ſub quo ad auſtrum neque à mari procul Roſanum oppidum inſigne. Poſtea Arſellũ, Attila, Siglianum, Maida, & Cantazanum haud ſpernendum. Sub quo ad meridiem Aſpermons oppidum haud uetuſtum, in excelſo colle poſitum, cernitur enim à nauigantibus procul in mari ſeptuaginta mil. paſſ. ſub quo Metolia caſtellum. Supra autem exaduerſo Crotoniatem urbem oppidum eſt quod indigenæ S. Seueruinum uocant: & ſub Sagra fluuio Mieſa: Caſtrumuetus, ac Terranoua altera ab ea quam paulo ante nominauimus.

Bruttiæ terræ ſitus.

VLtimo huius noſtræ Italiæ loco, Bruttiorũ regio aperienda eſt, q̃ temporib. noſtris in Calabrya ponit̃, uti iam diximus, quã Apenninus mõs à Magna Græcia diuidit, cuius terræ incolas, propter amicitiã cũ Hannibale factam, Romani ex oppidis pepulerũt: primi nãq; Italorũ omniũ poſt Romanorũ aliquot aduerſas pugnas ad Pœnũ deſciuerunt, q̃d ægre ferentes Rom. expulſo Italia Hannibale, poſt ſuarũ ſediũ eiectionẽ in uicis habitare coẽgerũt, ac ignominiæ cauſa priuatos militia magiſtratib. in prouinciã euntib. ſeruorũ loco miniſtrare, atq; parére iuſſerunt: nam & uiatoris P. & tabellarij officiũ, ſicut & rebelles cæteri explebant: inſuper ludis ſcenicis, uincire, uerberare, & alia huiuſmodi iuſſi, qui & Lolarij dicebant̃. Quibus nomen à Lucanis eſſe impoſitum Strabo authore eſt, nam Bruttios Lucani rebelles, fugitiuosq; uocãt anna ſiquidem Bruttios Lucanorũ paſtores fuiſſe inquit à quibus transfugerunt. At enĩ Trogus à muliere ait Bruttia quę caſtellũ Aphris, quos illuc Dionyſius Siciliæ tyrannus miſerat prodita eſt, nam illi poſtquam locum obtinuerunt (occurrerũtq; & alij multi) ciuitatẽ ibi conſtituerũt. Bruttiosq; ſe ex nomine mulieris uocauerunt. Iſtorum itaq; litus iuxta Tyrrhenũ pelagus ſic ſe habet. Poſt Laũ amnẽ qui inter hos atq; Lucanos decurrit, in ſinu Talao ad orientalẽ partẽ Temeſa urbs à græcis à latinis Tempſa deinde dicta fuit, ab Auſonijs cõdita iacet, Scaleã nunc indigenæ uocãt, eam Ætoli Thoantis comites poſt Auſonios habitauerũt, quos eiecere Bruttij, apud hãc urbẽ ærifodinæ ſuperiorib. temporib. patebãt, quas defeciſſe Strabo ſcribit, Hinc Corella, Belueder, Citrarũ cũ fluuio, Guardia, Foſcarũ iuxta oſtium Serni amnis, inde Paula S. Lucitus oppidũ Frigidũ nomine cum fluuio, qui ad caſtellũ Mugũ exorit̃. Poſtea Lamãtia: & in altero fluuij oſtio Caſtellion, quib. omnib. poſteriores nomina indiderũt: & in altero (ſcindit̃ enim fluuius iuxta mare in duo oſtia longe inter ſe) Terina urbs Crotoniatarũ colona, quã quũ Hãnibal tutari poſſe deſperaret, ſolo æquauit, hodie Mantea dicit̃, à qua proximus ſinus tunc Terinæus ab urbe, à quibuſdã Hipponiatas, etiã Napitinus dicebat̃. Et in eo recens oppidũ S. Fomia cũ fluuio, qui nũc Sauotus dicit̃, ad cuius fontẽ Marturianũ clarum huius temporis oppidũ eſt. Mox Anzitolę fluuij oſtium iuxta quod Pizũ caſtellum in petra: & in colle ad radicẽ cuius fluuius oritur Anzitola arx poſita eſt. Dein Bibona huius temporis oppidulũ ubi Hipponij tum emporiũ fuit, quod Agathocles Sicilię tyrãnus inſtituit quũ Hipponio uel Hippone urbe potitus eſſet. Poſtea Metauri fluuij oſtium in quo Briaticum oppidum nouum, is nunc Angiuolus dicitur, ad cuius fontem qui ad meridiem uergit caſtellum eſt Semenara: & ad exortũ alterius in eundem influentis Melletum oppidum. Poſtea uerſus Auſtrum, alia quoq; caſtella ſunt, ut Gatara, Carpia, Sanctus Georgius, Borelum, Calama, & reliqua, & paulo

& paulo poſt in litore Medama ciuitas Locrorũ fuit ubi nunc Nicotea caſtellum à qua haud longe eiuſdem nominis fons magnus cum emporio nobili. In Tarino ſinu Oenotrias inſulas duas iacere ſcribit Plinius: quæ paruæ Ithaceſiæ uocabãtur Vlyxis ſpecula, quarum altera ante Vibonã: altera ante Taurinum oppidum uocat. Strabo Oenotrias poſuit, ubi paulo ante in Lucanis Leucoſiam ille ſitam eſſe dixit. Poſtea in litore caſtellum Grepoli. mox Oreſtis portus cui oppidum Niceria nunc imminet, & Metaurus alter, penes quem ſpelunca eſt ampliſsima intus habens fiſtulam per quam occultus labitur amnis, & magno quidem interuallo dehinc in ſuperficiem emergit: Hunc Cato in originibus Pactolicum appellat, qui finem Rhegyum Taurinumq; diſcrepans, in mare uadit, in quem fluuij ſeptem intrant, in quibus Oreſtes matris nece purgatus fuiſſe dicitur, à quo fluuio Metauro Rhegyni Rhegyntauri Lucillo teſte nuncupati ſunt. Poſtea caſtellum eſt à iunioribus Bagnara uocitatum cui à tergo altiſsimus mons imminet, & aliud Sigillum ubi Herculis portus. Hinc ſequitur promontorium Scylleum, Voli accolæ modo dicunt, ſublime ſaxum, nauibus periculoſum, unde circumiacens regio Scyllea dicitur à Scylla muliere, ut uetuſtas fabulata eſt, cui promontorio quum tellus qua continẽti adhæret (in peninſulæ enim forma iacet) depræſſa ſit, undis abluitur: Huic iſthmo propinqua eſt Leucanis palus, quam uariatis temporum uicibus modo dulcem atque potabilem, modo ſalſum atq; amarum præbere ſaporem ferunt: Eam peninſulam Rhegynorum tyrannus Anaxilaus ædificato muniuit muro, ut ibi nauale ſtrueret, quo prędonibus nauigandi per euripum facultatem interciperet. Hæc eſt illa Cherroneſus in qua Spartachus dux ſeruorum ſe recepit, exercitum Romanum fugiens: Cuius iſthmum Licinius Craſſus quatuor ferè milium foſſam utrinq; ad mare pertingentem deduxit, pedum quindecim latitudine atq; altitudinẽ totidem, ſuperq; eam murum cõſtituit robore atq; altitudine mirandum, unde ſerui incluſi quum fugam in Siciliam pararent, neq; nauigia ſuppeterent, ratesq; ex cratibus & dolia connexa uirgultis in rapidiſsimo freto fruſtra experirẽtur, tandem eruptione facta dignam uiris obiere mortem. Hinc arctatur fretum ad ſtadia ſeptem interuallo, duo quippe ſunt aduerſa promõtoria, ex Italia Cenys ad Catonã ſcilicet ex Sicilia Pelorus, in Cenide turris eſt exilis quæ columella Rhegyna appellabatur: ac deinde Longobardorum tempore columella Antharici eius gentis regis, cognata eſt: eò quòd illuc uſque ſuos uictores produxiſſet. Poſtea Rhegyum illuſtre oppidum ab ipſa columella duodecim mil. & quinq; centa, paſſ. diſtans, quod Arimei primum, dein Achæi Troia domũ redeuntes tenuere. Nam Chalcidenſes illud condidiſſe author eſt Strabo, ingentis olim potentiæ ciuitas, q̃ & in pleraq; oppida colonias deduxit. Eam Dionyſius ſolo æquauit, cuius filius quondã urbis partẽ acceptã inſtaurans Phœbiam nominauit,

minauit, cuius pars magna terræ motu quandoque corruit. Poſtea Cæſar Auguſtus fugato Sicilia Pompeio, quum deſolatã hominibus urbem cerneret, acceptos de claſſe permultos eo dedit accolas, ex qua re Iulium cognominatum eſt, Rhegyum uerò à Rhegene id eſt, à frangẽdo, quod Diodorus tradit, etiam Æſchylus, nam quum Sicilia ui terræ motuum à continẽte auulſa eſt, locus is Rhegyus appellatus fuit, ac multis poſtmodum annis condita ibi ciuitas idem fuit nomen ſortita. In cuius agro teſte Plinio, cicades omnes ſilere, ultra uerò flumen ad orientem in Locris canere: quod aſſerit Strabo. At Diodorus non mutæ quæ in loco eſſent, ſed nullæ omnino, quoniam inde à dijs fugatæ ſunt, flumen uerò Alex eſt, quod paulo ante meminimus, per uallem profundã curſum habens, quouſque in mare uadit Rhegynum à Locrenſi diſterminans agrum. Poſt Rhegyũ circiter octo mil. paſſ. Leucopetra promontorium eſt, ſic dictum à colore, id eſt, ſaxum album in quo Apœnini montis extrema adeſt, iuniores caput Delarme dicunt. Hinc Herculeum promontorium in ultimo Bruttiorum Græcorumq́ꝫ litore ſitum, Verum dictæ oræ mediterranea hæc habentur: ad ſeptentrionem multa ac huius ætatis nominibus appellata ſunt, in quibus Claruſmons, Rotundum, Loreta, Laim, & ad Lai fontes Sarponara: Inde orientem uerſus. Lacuſniger, Marantini, & prope Sybaris fontes Moranum, ſub quo Altuſmons, Sancti fili, Burgum nouum, & caſtellum Francum. item Numiſtrum oppidum antiquum iu petra ſitũ. ſub quo Coſentia gentis metropolis priſcum adhuc nomen retinens, ab Aphricanis aliquando capta & incenſa eſt, tota in peninſula namque ſita eſt ad confluenta duorum amnium Crathidis & Acherontis, influit enim in Crathidem Acheron, quo oppidani Acheruntini appellabantur, qui deinde Baſſentus eſt dictus, in cuius alueo (inde primo deriuatus) Alarichus Gothorum rex Coſentiæ mortuus cum multis opib. ſepultus à ſuis eſt, qui poſtquã flumen meatui ſuo reddidiſſent, ne quis locum ſcire poſſet, captiuos qui interfuerant, iugularunt: Eius urbis campo gloria uuæ ineſt. Poſtea ad Acherontis fontem Grimaldum oppidum eſt. Et ſub Coſentia Herbaiũ ambo appellationis nouæ. Fuit quoq́ꝫ Pãdoſa urbs quam Theopõpus Mardoniã uocat, paulo ſupra Coſentiã in triuertice colle poſita ualidum propugnaculum, quod Acheron prǽterfluebat, Oenotriorũ quondã regum regia, ubi Moloſſorum rex Alexãder trucidatus eſt: Hinc poſt Coſentiã, Vibonualentia ſeu Vibona Valentia urbs interijt, Hipponiũ uel Hippo antea appelata Locrorum ædificiũ, nam quũ eam Romani à Bruttijs eripuiſſent, mutato ſubinde uocabulo Vibonam Valentiã nominauere, quod nomen hodie eius emporio remanſit, nam Bibonã dicũt, ut in litoralibus diximus: cuius in agrum creditur Proſerpinam è Sicilia aduentaſſe ſtudio legendos flores, quum regio omnis florentiſs. ſit neque longe à Sagræ fluuij fonte oppidum eſt quod Nicaſtrum modo uocant,
in excelſo

in excelſo colle ſitũ ex quo utrunq; mare deſpicitur, in medio enim Iſthmi ſedet, quem 30. mil paſſ. latitudine patere in Magna Græcia meminimus ſcilicet, præter iam dicta opida alia fuere, ut Beſide. Vſſugũ, Hetriculum Sypheum, Argentanum, Dampetia, & ignobilia quædam, quæ omnia cõminuit tẽpus. nam priſca fuerunt. Hactenus uniuerſę Italię deſcriptio, licet alia permulta habeat, quæ quia poſterioris ætatis ſunt, minimeq; ad rem uel dignitatem pertinentia, uolentes reliquimus.

GEOGRAPHIAE Commentarius VIII. Europæ, in quo Corſica, Sardinia, & Sicilia inſulæ continentur.

Inſulæ Corſicæ ſitus.

COrſica inſula poſt deſcriptã in ſuperioribus Italiam, primo nobis offertur. Eſt enim una ex adiacentib. Italiæ inſulis, quarũ reliquæ Sardinia atq; Sicilia ſunt: magnæ admodum, & quæ prouinciarũ nomen ſingulæ ſibi uendicent: minor Corſica, ita à Romanis hominib. appellata, cui etiã nũc nomẽ reſtat, à Græcis Cyrnos, à Cyrno regẽ patre Bathi, qui Cyrenem urbem in Libya cõſtruxit, Theramne prius ut ferũt dicta. Liguſticis oris obiecta: quaq; Italię propinquior 70. mil. paſſ. fermè diſtat rotunda, ſi nõ ad ſeptentrionẽ accuminata prominerer 300. et 25. mil. paſſ. in circuitu: abluitur ab occaſu quidẽ ac ſeptentrione Liguſtico mari: ab oriente Tyrrheno: à meridie freto q̃d inter ipſam atq; Sardiniã labitur. Inſula ab omni parte aditu difficilis, quũ præruptis undiq; collib. ac denſiſs. magnarum arborum ſyluis compræhenſa ſit, ex quo Romani quum coloniã in eam ducere uellẽt, à condendo oppido deterriti, diſceſſerunt. Interius ſimiliter plurimis locis magna ex parte montuoſa, ac nemoroſa eſt, & fluminibus irrigua, ex quo ubi ſe aperit, ſoli ubertate, & naſcentium copia feraciſsima redditur; naſcitur in ea buxus in qua arbore mel quod fit amarum eſt: Similiter taxus uenenata arbor, in quo quemadmodum in buxo paſtæ apes mel. amariſs. faciunt: nam melle, cæra atque reſina inſula abundat. Qui eam incolunt, montes maxime latrocinijs aſſueti, beluas ipſas immanitate ſuperant: lacte, melle & carnibus ueſcentes, homines loquelæ difficilis, quod accidit ob frequentem incolarum mutationem: namque ut author eſt Seneca, Phocide relicta Graij, qui poſtea Maſſiliam coluere, prius in hac conſederunt: tranſierunt deinde in eam Ligures: tranſierunt & Hiſpani, ex quib. gentibus cõmixtis linguis ſermo inſulanis eſt:

lanis eſt. Habent inſulam populi Vanacini qui ſeptentrionalia iuxta mare tenent, ubi Volerius fluuius: Tilex promontorium: Cæſiæ litus: Sacrum promontorium quod nautæ Caput Corſum uocāt, & eſt illud in quo acuminari inſulam diximus. item Centurinū ciuitas: & altera Canelata ortum ſolis ſpectantes, nunc à uetuſtate deletæ. Inde Beruini maiori ex parte uillarū incolentes, qui occidentale litus ſub monte Aureo nomine habitant. Sub quib. Tarrabenij ſunt. deinde Titiani. Poſtea Ballatoni in quibus ad mare Attium eſt promontorium, ſub quo inſula exigua iacet tenui diſcreta freto quæ Aurea dicitur. Dein meridiem uerſus ſinus nomine Caſalus in quo Calui caſtellum eſt & portus: Viriballum promontoriū: Ciraſius fluuius ſiue Circidius. Poſt quem Rhœtius mons excelſus: Rhium promontorium iuxta quod Vrcinium ciuitas, nūc Ginerca: Harenoſum litus, Locra amnis: caſtellū Aiazum, olim ciuitas Pauca ad amnem Ticarium ſita: Titanis portus: Phiſera olim ciuitas cum portu, quæ nulla modo eſt, uerum in colle ſuperius à mari caſtellū Illex: Pitanus fluuius, ac dein Marianum promontorium in quo priſcis temporibus ciuitas fuit ſui nominis. Ad meridiem Sabuſanorum gens eſt ubi in amplo ſinu pulcherrimo portu Palla ciuitas fuit, nūc Bonifacium uocitata in inſula quantam illud capit, à litore breuiſs. ſegregata freto. Inde Rubra ciuitas: Granianū promontorium: Aliſta ciuitas: Philonij portus qui nunc uetus dicitur. Et in litore orientali quod Cilebenſij, Licimni, & Mercini, & ſub ijs Opini, poſt Simbri, & Comia ſenni habitant, ubi Aleria colonia à dictatore Sylla deducta, nobilis adhuc atque ita appellata apud Hierum fluuium ſita: inde amnis Rotanus: Dianæ portus: Tuola fluuius cui colonia Mariana appoſita eſt à Mario deducta: à qua haud longe Vagum promontoriū exurgit: dein Mantinon ciuitas, & altera Cluniū quæ modo non extant, erant in ſinu cui nonnulli ſcopuli in mari obiacent. In mediterraneo uerò oppida ſunt, Rhopicum, Corſunum, Palanta, Lurinum, Aluca, Oſineū, Sermitium, Talcinum, Venitium, Ceneſtum, Opinum, Mora, Matiſſa, Albiana, & alia: nā Plinius in ea duas & triginta ciuitates fuiſſe teſtatur: Strabo non ciuitates, ſed caſtella. Pugnatum cum Corſis ait Liuius, ad quindecim mil. eorum M. Pinarius præt. in acie occidit, qua clade compulſi obſides dederunt, & ceræ centum milia pondo. Aſinius Capito. Ti. Gracchum Cos. collegam P. Valerij Sardiniam Corſicamq́; ſubegiſſe, nec prædæ quicquam aliud quam mancipia captum, quorum uiliſſima multitudo fuit, quemadmodum in ſuo, Strabo.

Sardiniæ inſulæ ſitus.

SArdinia inſula quæ priſcum adhuc nomen retinet ad meridiē Corſicæ iacet: neq; amplius octo mil. paſſ. ab ea, quod interuallum etiā nonnullis modicis inſulis coarctatur, quæ communi uocabulo Taphroſſæ appellatur (licet aliter à iunioribus dicantur) à quibus fretum

ipſum Taphros nominatur. Amplectitur autem Sardinia ab oriẽte Tyrrheno pelago à meridie Aphrico: ab occaſu Sardoo, quod nomẽ ad Gaditanum uſq; fretũ peruenire Erathoſteni placet: à ſeptentrione Taphro iam dicto. Hæc magna ſanè eſt, & Siciliæ maxime par, à ſeptentrione in auſtrũ porrecta, in occidentem quàm in orientem latior, ambitu ſexcenta & ſexaginta mil. paſſ. longe ab Aphrica, Caralitanó promontorio ducenta. Quidam à Sardo Herculis F. qui è Libya ueniens inſulam occupauit, nomen ſortita: quæ Ichnuſa antea ut ait Ariſtoteles dicta fuit: Alij quia conformis eſſet cuidam quaſi humano ueſtigio, ideo illam Timeus Sandaliothem ab effigie ſoleæ appellauit: Item Manlius.

Sardiniam in Libyco ſignat ueſtigia plantæ.

Quod etiam Silius in carminibus ſuis refert. Ipſamq; frugum abundantiá præcipuè tritico ſpectatiſs. eſſe: atq; adeo ut ab Ariſtęo quondam ſubactã fabulæ dicant, quem præſtantiſsimum omnium agricolam extitiſſe. Sed ſolo quàm cœlo melior, nam ut fœcunda ita penè peſtilens eſt, quod æſtiuo tempore, ac in locis maxime fertilibus ubi paludes multæ inſident uel uti in auſtrali plaga accidit, quæ planitie tota ſternit, nam quæ arctõ reſpicit, ſcopulis aſpera, ac immittis aquilonaribus flatibus eſt, at morboſa minus. Habitant inſulam uarij populi, quorum Iolenſes ſupra omnes antiquiſsimas ac celeberrimas fuere: nanque memoriæ proditum eſt Iolaum pleroſque adducentem Herculis filios huc appuliſſe, & cum inſulæ accolis barbaris cohabitaſſe, cuius campeſtria cultiora, uberioraq; fructiferis arboribus effeciſſe, incolæ hoc modo diuites facti, mouit fama Carthaginenſes, quare magnis copijs inſulam inuadũt, qua potita ueteres colonos, exceptis Iolenſibus partim trucidãt, partim ejciunt, ac pœnam deinceps mortis ſtatuũt, ne quis implantet quippiam, quale antea, præterquàm q̃d ipſa tellus ſponte produxerit, ex quo poſtea ſqualida ac deſerta multis in locis inſula effecta eſt. Ea ſerpentibus caret, etſi ſolifugam nutriat animal perexiguum araneis forma ſimile, quod in Peucetijs etiam naſci diximus. Sed præcipuè in metallis argenteis, nam & hic ſolum argẽto diues eſt. Aliud quoq; hic malũ in herba eſt Sardonica nomine, quæ in fõtaneis aquis naſcitur, neruos enim ueſcentibus contrahit. Hybernę pluuiæ in æſtiuam penuriam conſeruantur, nam raro iſthic imbres cadunt. Stagna piſculentiſsima ſunt. ſimiliter fontes calidi & ſalubres aliquot locis ſcaturiunt qui medelas hominibus afferunt. Sed præter Iolenſes (ut ad reliquos tranſeamus populos) qui ſeptentrionem etiam plagam tenent, Tibulatij, & Corſij ſunt: ſub quibus Coracenſij, & Cõcitani, & ſub his Salcitani, & Luquidonenſij, in iſtis ad mare initio Errebantium promontoriũ eſt. Inde Plubium ciuitas nunc Saſſaris, iuxta quam inſula eſt Phintonis. Inde portus Turris, inſulam habens prope exiguam Nympheam. Poſt in ſinu Iuliola colonia, ſiue ut alij à conditore Iolao Iolas uocant, nũc Longoſarda dicta,

amnem iuxta ſe habens, urbs quondam & antiquitate & pręclaris operibus excellens, accerſito nanque è Sicilia Dædalo illum pulcherrimè atque magnificè exornauit, quæ opera ab artifice poſtmodum Dædalia appellata ſunt. mox Tibula urbs fuit, & altera quę Turisbiſonis dicebatur. Plinius Colonia una quæ uocatur ad Turim Libyſonis nunc Terra noua. Ad occaſum uerò, quod latus Æſaronenſij qui ſubiacent Loquidonenſijs habēt: ſimulque Corenſij qui & Æchilenſij dicuntur: poſtea Rubēſij, ſubque ijs Celſitani, & Corpitenſij, poſtea Scapitani & Siculenſij: ſub quibus Neapolitæ, & Valentini. Vbi in primo loco Gorditanum promontoriū eſt, nunc Argentar, cui duæ obiacent inſulę, una uocatur Herculis, altera Diabaſta modo Aſinaria dicitur: et ſub dicto promontorio Tilium ciuitas interijt: inde Nympheus portus cui Hermeū ptomontorium imminet, cuius radices Temus fluuius abluit. Poſtea in ſinu Coracodes portus & in eo Tarran ciuitas cum fluuio Thyrſo, cui nomen ab Herculis F. datum eſt, nunc Largè ipſa dicitur. Inde Vſellipolis colonia cū amne Sacro, incolæ hodie Boſſam illam uocāt. Et in ſinu Oſæapolis nunc Saline. & alio ſinu ubi Sardopatoris phanum fuit, caſtellū modo Are nomine eſt cum fluuio. Item Neapolis deleta nunc, locus tamen adhuc uetuſtum nomen retinet, ubi aquæ calidæ ſcaturiunt. Mox Pachia promontoria quibus Hieracum inſula adiacet, nunc Sancti Petri. ſub qua altera eſt Molibodes, id eſt plumbeatum nomine, hodie Palma dicitur. Hinc meridionale incipit litus q̄d habitant Salcitani & Noritani, in quo ciuitas Populum, & altera Salcoe in portu olim ſui nominis. Poſtea Cherroneſus, Bioca portus. Et in ſinu ubi portus Herculis Nora ciuitas à Norace Mercurij F. denominata quum à Torteſſo Hiſpaniæ in hoſce fines permeauiſſet, Caluiris modo dicta, à q̄ etiam populi nomen acceeperunt. In cuius conſpectu Callode inſula exigua eſt. Inde litus Præches, & promontorium Cuniocheriū nomine, hodie caput Ferratū dicunt, ubi duæ paruæ in mari inſulæ Beleridas antiquitas uocauit. orientalem autē oram Parati: Soſſinati, & Beleri habēt: etiam Aconites, iſti ſpeluncas inhabitant, licet & agri aliquid poſsideāt ſeminarij, quem tamen ſegniter ſerunt, ſed alios accuratè cultos ſpoliant, iſtis gentibus iuxta mare ſeptentrionale Arcti promontorium eſt. Inde aliud Columbarium, habens ad auroram Hermeam inſulam, nunc Tolara. Mox Olbianus portus in quo ciuitas olim eiuſdē nominis, & alia Pheronia dicta. Deinde Cedrus fluuius, Supicis portus, Seprus amnis, Suſallea uicus, hic primum Caralitanum inſurgit, cui eiuſdem nominis adeſt ſinus, & in eo Caralis ciuitas, ſiue ut alij Carados ciuium Romanorum in ſaxo exiſtēs antiquiſsima atque cæteris huius inſulæ digniſsima quam Ariſtæus Solino teſte condidit, eamque inſulæ regnum fecit, modo Chira exigua, cui modica eſt inſula Ficaria nomine. Interius uerò à mari, etſi nonnullæ urbes ſunt, inter tamen alias Cornus eſt loci quandoque caput. Item Surullis

ciuitas

ciuitas nobiliſsima quæ Noua cognomento dicitur, diſtat enim ab ea lon ge Surullis altera ſemiruta, quam Vetus inſulani uocant, reliquæ ſunt: Ericinum, Hereum, Boſæ, Macopiſſa, ſub quibus hoc eſt ad auſtrum Mœnomeni attollũtur montes excelſi quidem. Inde Sarala, & Leſa, ubi aquæ calidę, necp procul inde, aliæ Hypſitanæ ab oppido ibi deleto. poſt autem Valeria ciuitas eſt.

Inſulæ Siciliæ ſitus.

SIcilia inſula eadem quondã appellatione, ad orientem Sardiniæ ſità eſt, quæ & antiquitate & rerum claritate, nec beatitudine minus cæteras antecedit, ex quo nullam ferè toto mari celebratiorem fuiſſe conſtat: centum mil. paſſ. interuallo à promontorio Aphricæ quod Mercurij uocant: & à Caralitano Sardiniæ, 190. ipſa ingens, tribus promontorijs in diuerſa procurrens, Pachynus uocatur quod Græciam ſpectat: Lilybæum quod Aphricam: Pelorus quod Italiam Scyllæ aduerſum: cuius ambitus circiter 700. mil. paſſ. colligit, Latus enim quod à Peloio ad Lilybęum uſque eſt 285. mil. paſſ: occaſum reſpiciens extenditur, marićp Tyrrheno abluitur. Aliud à Lilybęò ad Pachinum ducenta & quadraginta continet inćp auſtrum uerſus mari Aphricano expoſitum eſt: Tertium Pachyno ad Pelorum centum ſeptuaginta quinćp expanſum, orientem ſolem excipit: Adriatico pelago (uti Ptolemęo placere diximus) imminens, quibuſdam Siculo, alijs Ionio. Ad ſeptẽtrionem (quo angulo inſula ſe magis acuit) mare eſt Charybdis, quæ quum tanta ſit, minus tamẽ mille paſſ. intercapedine, alij ſtadiorum duodecim, alij ſeptem unde heptaſtadiũ uocari fretum: aliquando hexaſtadio prohibetur ne ſit contines, & quod fertur matutini uolucrum cantus tranſmittuntur. Eſſet nanćp Italiæ quemadmodum Græciæ Peloponeſus, niſi iſthmum qui illam cõtinenti annectit, huic ab utroćp latere tempeſtatis uis, ſiue ut alij terrę motus, quandoćp abſtuliſſet, qua peruium factum mare ex peninſula, unà cum cæteris Italiæ adiacentibus inſulam reddidit. Quod probat Plinius, terrę motu facto dicens, inſulam rerum natura fecit Siciliam Italiæ: Quamobrem Siciliam nihil magis quam reciſum ab Italia frãgmentum eſſe uolunt, atćp ab hoc deſcendere argumento ait Tucydides quod Rhegyum Gręci nomen oppido in margine Italiæ ſito, ideo quod abrupta, dedere, cui etiam loco anteꝗuam oppidum ibi ædificaretur Rhegyum, id eſt, ſciſſura nomẽ fuit: Eſt enim terra ipſa ut ait Trogus, ibi tenuis ac fragilis, & cauernis quibuſdam fiſtulisćp ita penetrabilis, ut uentorum tota fermé flatibus pateat: quam diuiſionem Silius quoćp ſuis carminibus deſcribens inquit:

Auſoniæ pars magna iacet Trinacria tellus
Vt ſemel expugnante Noto, & uaſtantibus undis
Accepit freta ceruleo propulſa tridente:
Namćp per occultum cæca ui turbinis olim

Impactum pelagus laceratæ uiſcera terræ
Diſcidit & medio prorumpens arua profundo
Cum populis pariter conuulſas tranſtulit urbes.

Idq; Virgilius meminit. Sed longè diuerſè Heſiodus: Qui ſicut in extrema Hiſpania Hercules, ita & hic Orionem uiam mari aperuiſſe putat, quum dicat, aperto mari promontorium quod iuxta Pelorum eſt exaggeraſſe: idq; & alia opera feciſſe multa, amore laudis, ex quo fama eſt apud Siciliæ fretum Calpem alteram ab ea quæ in Hiſpania eſt columnam eſſe. Quod tantæ olim admirationis ſimulq; terroris tranſeuntibus factum eſt, quum aſpectus loci non tranſitus ſed maris potius ſinum præbere uideretur, ut nautæ anguſtiam illam nauigare diu abſterriti ſint: uidebatur enim quum accederent promontoria inter ſe prius cohętentia diſilire, uiamq; maris aperire, quumq; ſe retro aſpicerent, concurrere iterum ac ſe iungere, quod oppoſita inter ſe promontorium faciei ſimilitudo oſtẽtat. Quæ quum exceſis atque cauis ab ea præſertim parte ſaxis cincta ſit, aſperrimisq; promineat cautibus & duobus maribus hinc Tyrrhyno, hinc Auſonio breuiſsimum collidatur fretũ, latratus canum, abſorptio nauiũ, marina mõſtra, & alia huiuſmodi fabulamenta orta ſunt: mare nanque anceps alterno curſu, modo in Tyrrhenum, modo in Auſonium pelagus profluit, atrox, ſæuum, & Scyllæ Charybdisq; inuiſis nominibus inclytum: Scylla ſaxum eſt: Charybdis mare, utrumque noxium appulſis nauibus; Charybdis fœmina fuit uoraciſsima, quæ quia boues Herculis rapuit, à Ioue dicicitur fulminata, & in maria paululum à Meſſana deiecta, unde naturam priſtinam ſeruat, nam quum plena nauigia ſorbuerit, naufragia reiectare dicitur, & contortas fundo rates Tauromenitanis litoribus fragmenta exponere: Scylla ſaxum ingens cauernoſum prope Bruttium litus, deſuper humanam præbens figuram ad cuius radices in mari plures reſecti ſunt ſcopuli, quos quum æſtus maris illidit, & ab ijſdem refractus, ueluti canum latratus tumultuoſum ſonum reddunt: ex quo poëtæ finxerunt, illic Scyllam uirginem canibus cinctam eſſe, illicq; hoc ira Circis eueniſſe tradunt. Quare Trogus nec mirũ ſi fabuloſa eſt loci huius antiquitas, in quem res tantæ coierunt miræ: Primum quod nunquam alias torrens fretum nec ſolum citato impetu, uerum etiam ſæuo, neq; experientibus modo terribile, uerum enim procul uidentibus undarum porrò in ſe concurrentium tanta pugna eſt, ut alias ueluti terga dantes uorticibus in unum deſidere, alias quaſi uictrices in ſublime ferri uideas: nũc hinc fremitum feruentis æſtus, nunc illinc gemitum in uoraginem deſidentis exaudias: & item alia nonnulla atq; miranda quæ à ſcriptorib. poëtis præſertim de hoc freto narrantur. In eo (ut fabulæ omittantᷓ) murænas ſaporis optimas piſcari, quæ ad piſcinas urbis accerſebantur Varo author eſt, quas manu etiam capi aiũt, quum præ pinguedine fluitent, ex quo Iuuenalis.

Vironi muręna datur quæ maxima uenit
Gurgite de Siculo.

Hæc inſula olim trinacria ab eius forma primum à Græcis eſt dicta, propter tria acria, id eſt, promontoria: poſterius Trinacis appellata translato conſonantiorem in uocem uocabulo, quod ſcribit Strabo. Sicania. Poſtea ab Iberis iuxta Sicanum Hiſpaniæ flumen accolentibus huc nauibus aduectis, alij à fluuio Sicori, qui etiam in ijſdem locis eſt, Solinus à Sicano dicit rege inſulam nomen accepiſſe, qui diu ante Troiana bella huc aduectus cum ampliſsima Iborerũ manu eſt. Poſtremo ab Italis qui Siculi dicebantur in inſulam trajcientibus Sicilia eſt cognominata. Nec non Triquetra à triangula ſpecie uocitata. Græcæ enim literæ imaginem quæ delta dicitur efficit: Quæ ea tempeſtate qua Gręci Italiam colebant unà cum ipſa Magna Græcia (ut in Italia meminimus) nomen ſortita eſt. Verum quo amplius dictæ gentes manifeſtentur altius aliquantulum repetendæ à nobis ſunt. Legimus enim apud Tucydidem incoluiſſe Siciliam ab initio atque tenuiſſe permultas gentes, quarũ feruntur antiquiſsimæ in quadam duntaxat inſulę parte habitantes Cyclopes, atque Leſtrigones, quos Leſtrigones Formias quoq; in maritimis Italiæ habitaſſe nos ſcripſimus: quorum neque genus, neque unde uenerint neque quo abierint nobis dicere eſt, tantum apud poëtas mentio eſt: Nam Homerus, Cyclopes crudeles dijs immortalibus freti, neque arbores ſerunt, neque arant, & alia ſimilia de ipſis enarrat, quoſque in altorum montium uerticibus cauas ſpeluncas incolere, iusq; ſingulos in uxores ſuas & filios habere, nec alterum eſſe alteri impedimento. Poſt hos Sicani primi demonſtrantur hanc terrã incoluiſſe, quos iam diximus à Liguis inde proprijs eiectos ſedib. quod probat Silius dicens:

Poſt durum Antiphatæ ſceptrum & Cyclopia regna
Vomere uerterunt primum noua rura Sicano
Pyrene miſit populos, qui nomen ab amne
Aſcitum patrio terræ impoſuere uocanti.

Poſtea ex Italia Siculi fugientes Aborigines, ſiue ut quidam Opicos, in hanc inſulam traiecerunt magno cum exercitu, uictis prælio Sicanis & in partes quæ meridiem & occaſum ſpectant fugatis, fecerunt, ut pro Sicania, Sicilia inſula uocaretur, & eius optima quæcunque loca incoluerunt. Idq; multo ante Græcorum in Siciliam aduentum. Per eam tempeſtatem Phœnices quoq; inſulam paſſim habitabant, occupatis ad mare promontorijs & paruis circa inſulis, negociandi cum Siculis gratia: qui (quum Græci in inſulam traieciſſent) omiſſa nauigatione finitima Elymis oppida ſedibus ibi poſitis incoluerunt, freti tum Græcorũ ſocietate, tum quia exiguo in Carthaginem traiectu diſtabat, non enim ante propter barba-

 rorum

rorum crudelitatem inſulam habitare audebant. Cæterum capto Ilio quidam Troianorum dum fugiunt Achæos, nauibus in Siciliam appulerũt, & collocatis ſedibus in finibus Sicanorum, uniuerſi ſunt Elymi appellati: His accolæ acceſſerunt nonnulli Phocenſes Chalcidenſesq́ & ex Ionia complures qui urbes in inſula ſparſim condiderunt: quod Strabo etiam tradit. At enim Ellanicus Lesbius, aliter atque iſti ſentire uidetur, quum tribus ante res Troianas ætatibus huc ex Italia gentem tranſportatam eſſe dicat, non Siculorum, non Auſoniorum, neq́ Elymorũ, ſed Ligurũ fuiſſe à Siculo Itali F. (ſub illius namq́ dominatu ac ductu erant) Siculos eſſe uocitatos, cuius meminit Silius, poſtquã dixit Sicanos ex Hiſpania ueniſſe:

Mox Ligurum pubes Siculo ductore nouauit
Poſſeſſis bello mutata uocabula regnis.

Timeus uerò hiſtoriæ diligentiſs. perſcrutator, ſcriptorũ inſcitiam arguens (nam remotis fabulis illis Cyclopum, Leſtrigonumq́ uelamentis) Sicanos illos uocat, neq́ conuenæ, uerum etiam inſulæ indegetes eſſe affirmat, & multa gentis antiquitatis argumenta ferens, inter quæ priſcis temporibus in montib. natura munitis in quibus urbes latronum metu ædificaſſe, nulliq́ regi ſubieciſſe, ſed cuiq́ ſuum urbi ineſſe principem: hi primum uniuerſam tenuere inſulam agros colentes ex quibus uitæ cibum ſumebant. Poſtmodum Ætna ignes (qui proximas regiones urebant) eructante, quum plures annos id incendium patriam uaſtaret, timore acti, omiſsis orientalibus locis, partes quæ ad occidentem uergunt petiuere. Multis deinde ſæculis, Siculi ab Italia in Siciliam profecti loca tenuerunt à Sicanis relicta: opibus deinceps ac uiribus potentes, propinquis agris occupatis quotidie magis imperium augebant quoad bello ſæpius cum Sicanis moto, certo poſtmodum fœdere agrorum fines inuicem ſtatuerunt. Vltimo uerò loco à Grecis coloniæ in inſulam deductæ ſunt, urbeſque maritimæ conditæ, mutua dein conſuetudine illi Græcam linguam omiſſa barbara didicere, Siculiq́ omnes ſimul appellati ſunt. Fuere quoque inter eos Morgetes, qui huc unà cum Siculis ex Italia nauigauerunt cuius meminit Silius: Frondoſis Morgentia campis. Hactenus cultorum Sicilię, quę quidem inſula naturæ multo diſsimilis eſt, quũ & ignib. & frugib. largè ſcateat: Nam ut diximus cauernoſa eſt, flatibus et marinis motib. expoſita undiq́ nec non ſoli ipſis generandis nutriendisq́ ignibus naturalis materia: & ut ſcribit Trogus, intrinſecus ſtratum ſulphure, et bitumine dicitur, quæ res facit, ut ſpiritu cũ igne interiora luctante, frequenter & compluribus locis nunc ignes, nũc uapores eructet, ex quo calidarũ aquarum ſcaturigines multis in locis exiſtunt, è quibus Selenũtiæ ad Imeram, quę ſalſę ſunt, Egeſtanę uerò potabiles. Frugibus uerò adeò benigna atq́ copioſa, ut Cato ille ſapiens, cellã penariam reipub. nutricemq́ Rom.

plebis

plebis hanc inſulam eſſe dixit. Omitto M. Tullij in Verrinis: omitto Diodori, omitto Flori, Solini & aliorum magnificas & excellentes huius inſulæ laudes, qui non penariã cellam, Romanæúe plebis nutrimentũ, uerum etiam ærarium atq; animam urbi Romę fuiſſe, certatę inter ſe contendunt: nam ſine ullo populi Rom. ſumptu corijs, tunicis, frumentoq; ſuppeditato, maximos eius populi exercitus induit, aluit, armauitq;. Ex quo proditũ ex antiqua ab incolis fama, Siciliã Cereri ac Proſerpinæ ſacratã eſſe: Fabulantur poetarum quidã, poſt Plutonis ac Proſerpinæ nuptias, hanc inſulam ab Ioue Anacalyptrę nymphę traditam: has ſimul deas primùm in Sicilia uineas plantauiſſe: frumentũ uerò terræ bonitate ortũ: ſiquidem in agro Leontino, multisq; alijs inſulæ locis, etiã nunc triticũ agreſte orit̃, ac præter ea melle, croco, lana, & cæteris eiuſdẽ generis abundat. Quę tandem bellorũ uarijs incurſionib. penè relicta atq; in ſolitudinem redacta, in poteſtatẽ Rom. deuenit: qui quum deletas urbes, & campeſtria plurima çernerent ut Strabo atteſtat̃ (tres quippe & 70. in ſe colonias cõtinebat) equorũ paſtorib. bubulcis, & opilionib. fruenda prębuerũt. Quæ etſi multa adhuc eius tẽpeſtatis neglecta in ea iaceãt, multa etiã nunc inſtaurata florent, quemadmodũ in particulari deſcriptione uidebimus: Non enĩ colono ut olim uiduata, quũ multas habeat urbes atq; cætera loca populoſiſs. neq; frumẽto, uino, reliquisq; frugib. exhauſta, nam & ſæpius eius annona Italicæ urbes fame oppreſſæ ſubleuant̃. Similiter quæ ad mercaturam pertinẽt abundare q̃d nauiũ ingẽs copia indicat, quæ ad eam frequẽti curſu applicant̃: quo circa haud minus nunc quã antea inter alias noſtri maris inſulas optima atq; clariſs. habet̃. Cuius circũſcriptio ad hunc modũ ſe habet. Pelorus promontoriũ eſt q̃d ſic etiã nunc appellãt freto imminens Italiæ aduerſum, cauſã nominis, Mella & alij nõnulli fuiſſe Pelorũ gubernatorẽ dicunt, ab Hannibale ibidẽ conditũ, quem ipſe ex Aphrica profugus & per ea loca Syriã petẽs, quia procul intuẽti uident̃ continua eſſe litora, ꝑditũ ſe arbitratus occiderat. Hinc ora occidentẽ ſpectãs excurrit quã Tyrrhenũ abluit mare ubi inſula Cænis iuxta Pelorũ, unde ſtatim poſt Pelorũ Phalacriũ promontoriũ eſt, quod exaggeraſſe Orionẽ Heſiodus author eſt, quẽ & coporis proceritate & robore heroas exceſsiſſe, & uenatorem ſagaciſsimum fuiſſe tradit: in quo promontorio templum Neptuno quem incolæ præcipuo honore colerent fabricaſſe, quod opus quum conſummaſſet ad Eubœã diuertit. Iuxta quod Mylæ ciuitas cum fluuio extiterat, nũc locus Melazum dicitur, in ea antiqui boues Solis fuiſſe memorant: Vlyxisq; ſomnium: quam ſcribens Silius ait:

Et iuſti quondam portus nunc litore ſolo
Subſidium infidum fugientibus æquora Mylæ.

Circa quam urbem atque Meſſanam, hyeme in totum inareſcere fontes ait Plinius, æſtate exundare, amnéſque facere. A qua haud longè Elicon

fluuius in mare it à ſuperioribus montibus duodecim mil. paſſ. ferè. Huic litori Hiera adiacet inſula cæteris eius loci grandior, in qua collis eſt nocturnas euomens flammas, quem terræ motu aſcendiſſe Ariſtoteles author eſt, tandem multo ſtridente ſonitu erumpens ſpiritus plurimum fauillæ emiſit, adeò ut ad quaſdam Italiæ partes conſpargerentur, quum 70. mil. paſſ. qua proximior eſt interuallo diſtet, de qua Virgilius:

Inſula durata Vulcani nomine ſacra
Pars tamen incendij maior refrixit, & alto
Iactatas recipit claſſes, portuq; tuetur
Qui reſtat minor & diues ſatis ubere
Terra eſt.

Hæc ex Liparæis eſt una, ſeptem nanque hoc nomine inſignitæ ſunt, prius Æoliæ, dein Arnę, poſtea à Græcis Epheſtiades denominatę, à noſtris Vulcaniæ, quum eas ardere dixit Plinius, nec ſolũ Epheſtides, ſed & Plotæ uocitatæ ſunt, quod ait Dionyſius Alexãdrinus: ſigillatim uerò, Strongyle Euonymos, Didyme, Phœnicodes, Sacra, Zulcania, Lipara, quas ſuis diſponemus locis. Igitur Vulcania Deo ipſo cõſecrata eſt, atque eius domus dicitur ſaxoſa tota, deſerta, ignita, quum ſæpe flãmas eiactet: nam ſociali bello per aliquot dies unà cum ipſo mari eam arſiſſe Plinius tradit: Vtq; Eutropius ſcribit, ea repẽte in mari edita, eo tempore quo Scipio Aphricanus mortuus eſt, quum antea nõ fuerat. Prope quam ad ſeptentrionem Lipara eſt, quæ ſic etiam nunc dicitur Thermeſſa antea Melingunis à priſcis teſte Plinio dicta, uigintiquinq; mil. paſſ. ab Italia octodecim, à Sicilia, ipſa circuitu paulo minor quinque. Sed quum ad has tum deſertas Liparus Auſoni regis F. à fratribus deſcendens ex Italia, aduecta ſecum militum copia adnauigaſſet, in quam primò deſcendit ab eo Lipara appellata eſt, ubi ſui nominis urbem condidit, reliqua ſane etiam inſulas excoluit: Quo & Gnidij poſtmodum coloniam deduxerunt: fertiliſsima inſula & quæ primitias ſæpius Apollini delphico miſit. Hic bitumen gignitur & ſulphur, ſcaturiginesq; aquarum calidarum ſunt. ſicut & in cæteris Æolijs: neque minus metallo celebris quod alumen nuncupant. Præterea mare circa ſe omnigenas piſces abundè præbet. In hac ignis nõnunquam deficit, uerum in ſeptimo redintegrari anno Xenophanes perhibet: & Silius de eadem:

At non æquus amat Trinacria Mulciber antra
Nam Liparæ uaſtis ſubter depaſta caminis
Sulphureum uomit exeſo de uertice fumum.

Inter has duas dictas inſulas, parua quidem ac deſerta iacet Euonymos nomine id eſt, ſiniſtra, ſic autem appellata, quoniam è Lipara in Siciliã nauigantib ſiniſtra offertur, nũc aũt Strombolinus dicit. Poſtea ad ſeptentrionem Dima, ſiue ut alij Didyme iacet, à forma dicta, id eſt, Gemella, ideo

duæ

duæ à quibuſdam putantur, modo Alendi à iunioribus nominatur. Cui propinqua Hiceſia eſt, Saline nunc. Poſtmodum inter ſeptentrionem & ſolis ortum ſexdecim mil. paſſ. à Lipara Strongyle uel Onoſtrongyla inſula eſt, priſcum retinens nomen, quam à figura id eſt, rotunditate uocãt: unde Virgilius:

Inſula cui nomen facies dedit ipſa rotunda.

Quæ unà cum iam dictis ignibus ſcatet, ſed flammarũ quidem ui minor, lumine uerò maior, in qua Æoli domiciliũ fuiſſe authores tradũt, hic eſt ille Æolus àd quem fabulæ Vlyxem errantem diuertiſſe memoriæ prodiderunt, iuſtum ac pium hominem, & erga hoſpites perhumanum, & qui uelis uti nautas docuit, obſeruationéque fumi, qui uenti futuri eſſent teſte Diodoro prædixit: quod & Varo tradit, ipſúmque harum inſularum fuiſſe regem poſt mortem Boëti fratris: quare quum uentorum potens dicatur, ait Virgilius:

Nimborum in patriam loca fœta furentibus auſtris
Æoliam uenit. Et Silius:
Quid referam Æolio regnatas nomine terras
Ventorumq́ꝫ domos atq́ꝫ addita clauſtra procellis.

Qui Æolus poſtquam regnum accepit, patriam omnem à matris nomine Arnen, populos appellauit à fratre Boëtos: In hac ex terræ hiatu uentus erumpere ſolet, & fœtor ingens, harenam quoque eructare, lapidesq́ꝫ igneos permultos quemadmodum & Ætnæ accidit. Poſtea (ut ad Siciliam reuertamur) Tyndarius ciuitas nobiliſsima in litore ad oſtium Thimeti amnis fuit, cuius dimidia quondam à mari deuorata eſt. Ibi nunc Oliuer caſtellum iacet. Inde Agathyrium urbs ab Æoli F. uocitata qui ei parti imperauit cui adiacens ora Agathyris eſt dicta ubi nunc Pati. Mox Alontium oppidũ fuit cum fluuio Chida nomine. Poſt Chalata oppidũ aliud, nunc Chalora: Cui ad occaſum Phœnicodes ſiue Phœnicuſa inſula eſt quinquaquaginta millib. paſſ. ab hoc litore diſtans, quæ nunc Filicudi à nautis appellatur, quam ita priſci ab arbuſtis nominauernnt, Ariſtoteles Phœnicodam appellatam dicit, propterea quod in ea mirabilis quædam dactylorum multitudo naſcitur, quę ad paſcua olim omiſſa fuit: inter quam & Siciliam, Ericodes ſeu Euricuſa inſula eſt, eam etiam ab arbuſtis quemadmodum Phœnicodam illi appellauerunt, quæ ſimiliter paſcuis eſt omiſſa, diſtant ab inuicem decem mil. paſſ. Hinc in Siculo litore Aleſa ſiue Aleſsia urbs in promõtorio ab Archonide Herbitæ urbis quæſtore, condita, ex quo Archonidæ cognomen habuit, nunc Siſſalum uocant, ad quã Monalus fluuius in mare it: ſunt qui dicant à Carthaginenſibus extructã, quæ ſucceſſu temporum clara atque potens effecta eſt, quum opibus tum maritimis negotijs tum immunitate ſibi à Romanis conceſſa, quod indicat Cicero, ait enim Siciliæ ciuitates multæ ſunt ornatæ atque honeſtæ

ex quibus

ex quibus in primis numeranda eſt ciuitas Aleſsina, nullam enim reperietis aut officijs fideliorem, aut copijs locupletiorem, aut authoritate grauiorē. Poſtea Cephaloedis oppidulum fuit, ac inde Himera oppidū nūc deletum ad amnem ſui nominis, illud Zanclei Mylarum incolæ condiderunt, quod quum Hieron cepiſſet Himerenſes omnes iugulauit, inde noui deducti ſunt coloni qui ad annos uſq; quinquaginta octo progreſſi, Carthaginenſes urbem à ſtirpe euertere, ciuesq; omnes qui à cæde ſuperfuerāt ipſi quoq; iugulauerūt, quæ diu poſtea penitus deſerta permanſit: poſtmodum Carthagine capta ex ijs qui tum inuenti fuerāt, Thermis ſeſe collocarūt, neq; lōgè ab oppido antiquo, ex cuius aduētu Thermęhinæræ ciuitas appellata eſt, nūc uerò Thermene: eam prius coloniam in Siciliā à Carthaginenſibus deductam iuxta aquas calidas cōditam, quam Thermas ab aquarum caliditate quę ſalſæ ſunt placuit appellari, cuius amnē Liuius per mediam fluere Siciliam dicit, & in duo diuidi, uno oſtio in Libycum, altero in Tuſcum mare deuenire: uerum oppidum Himera in primis Siciliæ clarum fuit, atq; aëreis ornatū ſignis cōplurimis, ſed mira in ijs pulchritudine, ut atteſtat Cicero ipſa Himera in muliebrem figuram habitumq; formata, ex oppidi nomine & fluminis. Inde eſt Olulis oppidum in promōtorio, nunc Sorantum uocant. Mox Panormus colonia Rom. nomen adhuc retinens triginta mil. paſſ. ab Himera, prope cuius mœnia Elatherus flumen currit, quod nōnulli Helorum uocant, ex cōcauitate montis haud procul à mari magna aquarum ui proſiliens, ex quo illud: Clamoſus Helorus. qui ad imitationem Nili ſuperfunditur campis Harudinibus refertis quibus educitur mel, quod hæc ætas excoquendo in ſaccharum uertit, de flumine ait Virgilius:

Exupero præpingue ſolum ſtagnantis Helori.

Ciuitas ipſa à terra munitiſsima eſt, ab alto portum habet uſq; mœnia patentem. Inde Cytaria portus eſt in quem Acis fluuius intra uiridentes ripas delabens irrumpit, nomen à iuuene Aci deducens, quem Polyphemus ibi in Galateæ ſinu, auulſo è monte ſaxo, occidit, qnod ſcribit Ouidius. Silius tenues liquefactus in aquas euaſiſſe: fontes in Ætna monte habens, alij in Eryce quod uerius eſt: Imminet huic portui locus natura munitus, quem præciſæ rupes undique cingunt, ſummitas uerò habet planitiem culturæ aptam, non minori circuitu quam decem mil. paſſ. in ea tumulus inſurgit, qui ſpeculæ ſimul atque arcis locum obtinet. Hunc ex aduerſo inſula eſt, ſed admodum longè, quinquaginta enim millib. paſſ. ferè in pelago iacet Vſtica & priſco & recenti nomine: ſupra quam Ptolemæi deprauatores Æoli inſulam ponunt, quum non ibi ſit. Circa dictum uero locum neque longè ab Eryce monte urbs Motya ſita fuit Carthaginenſium colonia, quem locnm iam pridem ipſi delegerant idoneum maximè oportunumq; ad inuadendā infeſtandamq; reliquā Siciliam, erat

urbs illa in quadam inſula poſita procul à continenti ſtadijs ſex, à qua per anguſtam quandam uiam manu & arte inter undas aggeris in modum eductam, ad litus perueniebatur. Poſt Drepanum ciuitas eſt eiuſdem adhuc appellationis non procul ab Eryce monte, ſic ab ipſa re dicta, quod in curuato litore poſita ſit, uel quod fabulæ narrant, Saturnus poſt amputata uirilia Celo patri, illuc falcem proiecit, quæ Græcè Drepanos dicitur, portum pulcherrimum habens, cuius fauces Romani, ne Carthaginenſes ibi ſtatiua haberent, obſtruere conati ſunt, ubi & onerarias quamplures naues ſabulo onuſtas, & ſaxorum ingentē modum in profundum dimiſerunt. In eo mari coralium ſpetioſiſsimū gigni fama eſt: In conſpectu iacet inſula lōgè circiter duodecim millib. paſſ. Paconia olim, nunc Leuica: dein Sægeſtanum emporium fuit, quæ prius Ægeſta teſte Feſto dicebatur, ait enim Segeſta quæ nunc appellatur oppidum in Sicilia uidetur Æneas condidiſſe præpoſitò ibi Aceſto qui eam Ægeſtam nominauit à matris nomine, ſed præpoſita eſt ei littera ne obſcœno nomine appellaretur: cum quo ſentit Cicero. Item Virgilius, qui quum de ea re uerſus aliquot prius ceciniſſet inquit:

Interea Æneas urbem deſignat aratrō
Sortiturq́ domos, hoc Ilion, & hæc loca Troiæ
Eſſe iubet: gaudet regno Troianus Aceſtes
Inciditq́ forum, & patribus dat iura uocatis. Item & Silius.

At Strabo non Æneas, ſed à comitibus Philoctetæ conditam fuiſſe memoriæ proditum, inquit, qui Crotonem commigrarant, quos Philoctetа una cum Ægeſta Troiano tranſmiſerat in Siciliam: Dionyſius uerò Halicarnaſſeus, Elymus & Ægeſtus ante Æneam parata claſſe egreſſi ſunt ab ora Troiæ huc delati, ubi urbem Ægeſtam, & Elymiam condiderunt apud Criniſſum fluuium (poetæ Aceſtem Criniſſi fluuij fuiſſe F. perhibent) à Carthaginenſibus aliquando capta atque deiecta eſt, ac omnia quæ ornamento ibi eſſe poſſent, Carthaginem ſunt deportata. Huic quadraginta milib. paſſ. ferè in mari obiacet inſula Phorbantia tunc nomine, nunc Maretemo. Inde promontorium eſt Ægitharſus nomine huic Ægathis inſula præiacet Æguſa à quibuſdam: Fangiana modo dicta Carthaginenſium clade nobilis. Cui ad Aphricum uentum circiter, uiginti mil. paſſ. inſula eſt quæ tum Sacra dicebatur nautæ nunc Chelbo uocant, ſunt enim circa illam quidam ſcopuli. Poſt Ægatharſum in inſulæ angulo aliud Lilybæum in quo eiuſdem nominis oppidum ſitum fuit ab Hannibale conditum, ubi caſtra habuit, nunc Marzara promontorium & locus, quod in ſplendidiſsimam ciuitatem creuit, mœnibus foſsiſq́ munitiſsimam, prærerea etiam ſtagnis quibus nauigantibus in portum curſus eſt, difficiliſq́ admodum ingreſſus, nec niſi peritis expertiſq́ obtinēdus: unde illud Virgilij:

Et ualida dura lego ſaxis Lilybæa cæcis.

In cuius urbis litore ut refert Polybius, turris quædam erat ſita Aphricanum pelagus ſpectans, in qua ſignum ignis à tribus oſtendebatur noctib. ut portum rectà diſcurrentes mare obtinerent: quam urbem Solinus decus eſſe Sibyllæ ſepulchro dicit. Poſt Lilybæum ſequitur litus quod meridiem ſpectat quę ora Strabonis ætate tota pene usq; pachino relicta erat, priſcarum tantum habitationũ ut ipſe inquit, ueſtigia ſeruãs, in cuius initio Acithius flumen à quibuſdam Acius in mare uadit. Inde Selenus ſiue Selinus ad cuius oſtium oppidum eiuſnem nominis fuit, quod Megarenſes indigenæ condiderunt, Hannibal funditus diruit, frequenti populo inhabitata, quam poſt excidium Hermocrates Syracuſanus aliqua ex parte reſtituit, in cuius agro palmæ complures naſcũtur: ex quo illud. Palmoſa Selenis. Amnis peſtifer antea, cuius fœtore peſtis ſæpius urbem inuadebat, in quem tandẽ alij duo uicini fluuij immiſſi peſtis ſedata eſt. Inde eſt Mazarus amnis, antiquum nomen retinẽs; cui propinquum oppidulum eſt Pintia quondam, Siaca modo. Mox alius amnis Soſſus nomine. Item alius Isburus cuius in oſtio Heraclea urbs fuit, ab Hercule denominata, qui quum ex Hiſpania rediret, condidit, quam deinde Minoã uocauerũt. Poſtea Doricus Lacedæmonius auxit, & quum breui creuiſſet opib. Carthaginenſes euertere. Sequitur flumen Hippa ſiue ut alij Hipha exiguus, & qui tranſiri facile poteſt. Dein Acragantinum emporium ab eiuſdem nominis fluuio appellatum, cui appoſitum eſt. Poſt Iſporus fluuius in mare ad radicem Brucæ promontorij cadit: Cui promontorio in parte orientali Caucanæ portus eſt in quem Mõtichanus amnis exit, ubi Lichata nouum oppidum. Inde fluuius Salſus nomine (inſipidam enim aquam fert) magnus ſanè, & qui longe interius ab orientali regione hoc loco in mare it. Dein oppidum Terranoua ab re ipſa, & Odiſsia ſiue Vlyxis promontorium, cui ad auroram ſtagnum eſt anguſto ore, ubi in marginibus ſal ęſtiuis ſolibus conficitur, irriguum enim eſt marinis æſtibus. Poſt illud Pachynus à nautis modo caput Paſſera unum ex tribus maximis inſulæ promontorijs extollitur: nam poëta.

Hinc cautes altas proiectaq; ſaxa Pachyni
Radimus.

Ab aëris craſsitudine cognominatum, quo Apollo Libyſtinus eximia religione celebrabatur, cauſa cognomenti fuit: Libyes inuaſuri Siciliam claſſem huc appulerunt, Apollo ab incolis inuocatus, immiſſa hoſtib. peſte, & penè cunctis ſubita morte interemptis Libyſtinus appellatus eſt: iuxta quod promontorium ingens Thunnorum copia uagari ſolet, ubi larga ſemper captura eorum piſcium fit: cæterum in hoc monte ſal tranſlucidus effoditur. Prætereà (ſicut in magna parte inſulæ) palmarũ agreſtium multitudo ineſt. Hoc itaq; promontorio circumflexo orientale inſulæ latus aperi-

tus aperitur Siculo ad uſq; Cretæ promontoria ablutum pelago quod Auſonium prius uocitabatur: Vbi primus Puniceus editur portus in quem Erineus amnis uadit: Promontorium deinde Longonum ubi & Longanus fluuius per agrum Hyblæum ſerpens in mare infunditur, cõtra quod Longonis eſt inſula. Poſtea eſt Cherſoneſus cui nomẽ quondam Tapſus, tenui collo in altum prominens quare nõnulli pro inſula ponunt, par pene fluctibus ex quo dictum de ea eſt. Tapſumq; iacentem. Mox Plemmyrius amnis, quod undoſus ſonat, in mare contra Ortygiam inſulam cadit. Hinc autem in ſinu Syracuſæ colonia Græcorum urbium maxima atque omnium pulcherrima, quæ & ſitu egregiè munita eſt, quũ propter camporum inæqualitatem (muros enim per colles ductos habet) tum propter adiacentium paludum frequentiam, & maris propinquitatem, portum in ſe complectens adeò natura atq; arte tutum, quo neq; Carthaginenſium neq; Romanorum claſſis penetrare unquam potuit, præter Atheniẽſium ſola trecentis inſtructa nauibus duce Eurimedõte, quæ uicta ac diſsipata ab ipſis Syracuſanis eſt: quam urbem ut Tucydides et Strabo atteſtantur, Archias ab Hercule oriundus è Corintho nauigãs condidit, quæ diuitijs in tantum excreuit, ut ex ea Dionyſius exercitum peditum centa & uiginti, equitum, duodecim militũ cõfecit, naues magnas partim triremis partim quinq; remis ad quadringẽta ex uno duxit portu, Capitur deniq; à Romanis Marcello duce in qua una tota Sicilia ſuperata eſt, grãde illud etiam ante id tempus inuictum caput, Cui triplex erat murus, totidemq; arces, quibus captis tantùm prædæ fuit, quantum uix capta Carthagine tum fuiſſet, ut Liuius ſcribit: Succeſſu uerò temporis quoniã Pompeius præter alias ciuitates hanc uaſtaſſe Cæſ. Auguſt. eo miſſa colonia, magnam ueteſti oppidi partem reſtituiſſe Strabo author eſt, conſtabat enim olim quinque urbibus mœnia, duorum & uiginti mil. paſſ. continens, totum quidem ambitum explere non oportuit: partem uerò quæ inſulam ſpectans Ortygiam colitur, habitatoribus cõplere, ſatius eſſe cenſuit, quam pons marmoreus terræ coniungit, ea fontẽ habet Arethuſam in pelagus fluuiũ ſtatim emittentem, hunc ipſum Alpheum eſſe traditum eſt fabulis, qui quum in Peloponeſo ſumat originem per mare ſubter terram uſq; ad Arethuſam fluenta perducat: neq; hoc ſolùm à Strabone, ſed ab Ariſtotele, Plinio, Seneca, & alijs ſcriptoribus proditum eſt, in quo emergitur, quicquid iactum in Alpheum Peloponeſiaco litori infuſum dicunt. Quod etiam Virgilius his notauit carminibus:

Sicanio præterea ſinu iacet inſula contra
Plemmyrium undoſum, nomen dixere priores
Ortygiam, Alpheum fama eſt huc Helidis amnem
Occultas egiſſe uias ſubter mare, qui nunc
Ore Arethuſa tuo Siculis confunditur undis.

Idemq́ in Siluis Statius: atque in ſuo Silius. Diodorus nymphæ in Dianę gratiam fontem Arethuſam produxere inquit, piſcibus abundantem, ſacris quippe ideo ab hominib. intactis, quod ſi qui edere auſi ſunt, deum ira magnas calamitates ſubierũt: Sed præter Arethuſam alij quoq; fontes mẽtione digni celebratiq́ à poëtis in Syracuſano agro ſunt: ut Thermilis ſiue Temenitis, Archidemis, Magea, Myline, Cyane, hic ex lachrymis nymphæ ſui nominis Proſerpinæ comitis exortus fabulæ ferunt, ut apud Ouidiũ. Neq; etiã ſolum hoc loco Arethuſæ fons reperiri dicĩt, ſed alijs quoque locis, ut ibi oſtendemus. Syracuſis craſſum ac morbidũ aërem autũni tempore imminere certum eſt, ſed quum lepidiſsima hyberna, & nullum diem ſine interuentu ſolis habeat, grauis & inſalubris ęſtas, hyberni beneficia cœli corrumpit, quod Liuius ſcribit. Locus à Syracuſis trigintaquinque mil. paſſ. interuallo (ut eſt apud Diodorum) qui Nouem turres dicebatur, miræ magnitudinis opus. Erat hoc in agro uxoris Gelonis Syracuſanorum regis mortui, qui illic conditus erat, ubi populus illi ſepulchrum elegans mirifici operis extruxit, titulisq; Heroicis Gelonis nomen cõmendauit, quę à Carthaginenſib. dirrutę, tum Agathocles per inuidam erutas turres ſolo æquauit. Poſt autem Syracuſas, Alabus fluuius in mare uadit, quem Anapum quidam uocãt, in eum Cyane fons exoneratur, leni labentem curſu, quod Ouidius meminit. Sed aliquantum à fonte lapſus per ſaxa currens, fit clamans. Hinc eſt Auguſta nouum oppidum in Cherſoneſo ſitum, nobilem portum ſub ſe habens: ubi Pantacus ſiue Pantagia amnis mare influit, quod nomen latinè ſonorum indicat, ſaxa enim rotat, qui poſtea quum à Cerere quærenti filiam obſtreperet, tacere iuſſus eſt. Mox Bruca caſtrum, & Amaſenus amnis cuius ripa præceps, & cauus alueus, plenus in hyeme ac citus multasq; harenas uoluens, in æſtate tamen aret. ſequitur Catina ſeu Catana urbs quę ſic ad hoc tempus appellatur, Naxiorum ſiue ut alijs placet Chalcidenſium colonia illuſtris quidem, quam aliquando Hierone Syracuſanorum tyrannus, quum noui incolæ in eam inducerentur Ætnam uoluit appellari, quum in ea interiens, titulis & monumentis Heroicis eius memoria ornata eſt, quippe qui eam urbem condiderat inſcribi iuſsit. HIERO PATER CONDITOR AETNAE. Poſt cuius obitum redeuntes Catanenſes (eiecerat enim ueteres habitatores) inquilinos expulerunt, & ipſius tyranni tumulum ſolo proſtrauerũt: quam urbem poſtmodum bellorũ uarietate dirrutam Cæſ. Aug. refecit: cui adhærentes campi Leſtrigones dicebantur, à qua parte colles imminent qui aliquando alto exundant Ætneo cinere, ex quo ager omnis ac uineta præſertim, ſingulari bonitate uberiora redduntur: inde pecudes tantum pinguedinis herbarum dulcedine contrahunt, quod niſi cruor quatuor aut quinq; per dies ab auribus eximatur ſubfocare ea dicunt. Prope urbem Simæthus rapidus amnis in mare fluit: circa quem Paliſcos deos Iouis &

Thaliæ

Thaliæ nymphæ filios habitaſſe atq; aras habuiſſe à poëtis enarratur, ubi ſtagnantes aquæ odore malo ac putido ijs locis ſcaturiunt, quibus aiunt Thaliam Iunonis timore ſe occuluiſſe cum Iouis iuſſu exortæ fuiſsent. Quem locum Ouidius deſcribens ait:

> Perq; lacus altos & olentia ſulphure fertur
> Stagna Paliſcorum rupta feruentia terra.

Hinc in mare iuxta litus ſcopuli tres ſunt Cyclopum dicti: ubi & Vlyxis portus eſt. Poſt Simæthum, Tauromœnium colonia eſt, priſcum adhuc nomen ſeruãs, habens in ingreſſu portus arctas fauces, illuſtris olim, priores Naxum uocauerunt, quæ in monte ſita eſt. Tauro nomine aſperrimo quidẽ ex quo appellata eſt: Ait enim Diodorus, Siculi ex prælio fugiẽtes, hunc locum ſatis per ſe munitum occupauerunt, mœnibusq; circumductis urbem condidere, quam quod ab ijs qui in Tauro manſiſſent conſtructa fuiſſet, iuncto uocabulo Tauromœnium appellari placuit: in cuius litus naufragiorum fragmenta Charybdi attractorum deuolui dicuntur, quod ab huiuſmodi caſibus Coprian, id eſt, fimum appellant: ex quo Plinius omnia Plenilunio maria purgari, quædam ſtatuto tempore fimo ſimilia expuuntur in litus purgamenta, ſicut circa Meſſanam, unde fabula eſt Solis boues ibi ſtabulari. Iuxta Tauromœnitanum litus inter alios piſces optimi capiuntur mulli. Inde ad Argenum promontorium quod & Drepanum dicitur Achates fluuius in mare it, in cuius ripa lapilli eiuſdẽ nominis reperiuntur, quos reddere fluminum ſpecies, nemorum, iumentorum & hederæ, ſcribit Plinius. Iuxta quod promontoriũ in freto Meſſana urbs in Pelori ſinu eſt diſtans interuallo à Rhegyo mil. ſeptẽ cum dimidio, quę ſic etiam nunc appellatur, ab Anaxilao Meſſenio cõdita, Zancla antea uocitata, à Zancloto ibi regnante ædificia Diodorus author eſt: Strabo à curuitate litoris in quo iacet, ut illi curua omnia Zanclia uocant, Naxiorumq; primò ædificium: Item Tucydides, ſed altius aliquantulum initia urbis repetit: à latronibus ait è Cumis profectis inhabitatam, quod aſſerit Silius, quum Cumæ Campanorum ſit qui Oſci antea uocitabantur, dicens:

> Incumbens Meſſana freto in inuiumq; reuulſa
> Diſiecta Italia, at Oſco memorabilis ortu.

Poſteaq; à Græcorum multitudine ſuperueniente repletam: ager ferax, uini præcipuè quod Mamertinum nuncupant: namq; Meſſanam aliquando Mamertini habitarunt, quam Himilcon Carthaginenſium dux cepit, muriſq; ſpoliauit, ac mandauit militibus ut ædificia cuncta diruerent, atq; ſolo æquarent, & quæ igni obnoxia eſſent conſumerent, quod breui peractum eſt, atq; adeò deleta omnia & comminuta ſunt ut uix illa diu deinceps habitationis uſquam ueſtigia decerni poſſent. Hactenus Siciliæ maritima ora, nunc ea quæ in mediterraneo inſulę habentur: ubi quãuis mon

 tes mul-

ſi atq; alti ſint, altiſs. uerò atq; nota digniſs. aliquot enumerant, in primisq; tum fama, tum admiratione ac magnitudine Ætna eſt, quem ſic adhuc uocant, cui nomen dederũt populi ex Ætna urbe, id eſt, Catana erecti quum ad hunc locum inhabitandum traſijſſent, quem initio tenuiſſe Cyclopas fertur, aſsiduis ignibus flagrantem, in quo campus planiſs. eſt cineroſus totus, et in eo erectus collis, unde caliginoſus antea fumus, ac dein flammę eructantur, quæ deuoluta, ueluti angues tortuoſo uolumine ſeſe in mare proripiat, ſimulq; ignitos lapides uti fauillas efflare, tanta equidem uehementia, ut Taurimœnium & Catinam uſq; feruentes perueniant (eſt enim Ætna decem mil. paſſ. à tergo urbis Catinæ ſitus) de quo Virgilius, ut ſcriptores alios omittam:

Ipſe ſed horrificis iuxta tonat Ætna ruinis
Interdumq; atram prorumpit ad æthera nubem
Turbine fumantem, piceo & candente fauilla
Attollitq; globos flammarum & ſidera lambit.

Radices tamen montis ſylua arborum diuerſi generis cingit, & campus ille cinereus, locaq; omnia circumcirca per hyemem niue operiuntur. Præter autem unum Ætnam: Alius eſt mons Eryx, qui omnes Siciliæ montes magnitudine excedit, mari imminens inter Drepanum & Panormũ, magis tamen Panormo apropinquans, in cuius uertice planities eſt ubi Erycinæ Veneris templum omniũ illius loci opulentiſsimũ atq; ornatiſs. habebatur ut ait Polybius, quod Eryx Veneris ac Buti regis cuiuſdam indigenæ filius matri cõdidit, ſingulari quidem ueneratione, apud Romanos præſertim, nam Senatui eius deæ honor atq; cura præcipua fuit, ſtatuit enim in eius honorem Siciliæ urbes ſeptemdecim numero aurum Veneri conferre, milites quoq; ducenti ad eius templi tutelam deputati ſunt, ubi & mulierum frequentia, deæ miniſterio dicatarum à parentibus non ex Sicilia ſolum, uerum etiam ex regionibus exteris fuit. Cui monti uocabulum, Eryx ab Hercule occiſus, dedit, in quo ſepultus eſt: In hoc etiam mõte Anchiſes dicitur tumulatus, licet ſecundum Catonem ad Italiam uenerit. At Maro:

Tum uicina aſtris Erycino in uertice ſedes
Fundantur Veneri Idaliæ, tumuloq; ſacerdos
Ac lucus late ſacer additur Anchiſeo.

Cæterum paulo infra uerticem urbs fuit quam idem Eryx ędificauit & ex ſuo nomine Erycem dixit præclaram quidem, à qua Venus Erycina eſt dicta. Mons eſt præterea in medio fermè inſulæ, magis tamen ad occaſum, neq; à Panormitana regione longius qui Cratos uocatur, nonnulli Æriũ. Neq; tamẽ unus, licet ſingulari uocabulo proferatur, quos loci natura tanquam continua æſtate amœnos atq; uberes reddit. In quorum radicibus inter frequentiam arborum fontes exiſtunt aquas præter cæteras dulces

emanantes,

emantes, ubi & domeſticæ arbores & uineæ permultæ, copiáq; ingēti mala naſcūtur, adeò ut ex earum arborum fructibus aliquando Carthaginenſium exercitus permagnus, fame ſuperueniente abundè nutriretur, Diodorus author eſt. Eſſeq; in hac regione ſyluam admodū amœnam in quā diuertebātur nymphæ, ubi ex Mercurio & nympha Daphnidem natum tradunt, qui à laurorum multitudine, qui in ea frequentes ſunt appellatus eſt Daphnis. Eſt & alius præter hos Neptunus nomine in quo monte ſpelunca aperitur, in Tuſcum pelagus exiens. Item mōs Nebrodes cui damarum copia nomen dedit: de quo Silius:

Nebrodes gemini nutrit diuortia fontis
Quo mons Sicania non ſurgit ditior umbræ.

Oppidorum uerò, & quæ maximè ad occidentalem plagam uergūnt, unum eſt Abacena in monte poſitum. à quo haud procul Adra ciuitas eſt, quam & Peloridem uocitabant in cuius agro croci copia ingens naſcitur. Poſt Tiſſa fuit in cuius nunc loco Randazum ciuitas in colle, quam Micythus Rhegyi & Zanclę dominus condidit. Neatum olim urbs quam Ducetius Siculorum rex (eius patria fuerat) in æquum translatam campum conſtruxit, Neasq; uocauit. Mox Capitium caſtellum in ſaxo. Et aliud Emichara quondam, modo Nicoſia ciuitas in monte ſita. Hinc è regione Thermæhimeræ, Lydia ciuitas, nunc Fontana murata in planitie ſita ubi iuga montium terminantur, in quibus dicta iam oppida iacent, æquo penè tractu cū maritima ora, qui montes à mari circiter duodecim mil. paſſ. abſunt, Inde Alete oppidum deletum. Sub quo Herbeſſus oppidum alterum, nunc Bichari dicitur ciuitas in arduo monte ſita, fuiſſeq; aliquando horreum populi Roman. ut aiunt ſcriptores: graue ſuſtinens cœlū, quod loca ſunt pleraq; in ea regione paluſtria, quare peſtilentia ſæpius laborat. Poſt Aſſerus ciuitas non minus ampla, nunc Monreal à iunioribus uocatur in colle ſita, quā meminit Cicero, Chriſas eſt amnis qui per eius agros fluit, qui apud illos habebatur deus & religione maxima celebrabat, ubi phanum propter ipſam uiam erat, & in eo Chriſæ ſimulacrum præclarè factum è marmore. Poſtea Patiorus oppidum. Et in extremo penè inſulæ angulo Entella urbs modo diruta, ab Entella ut nonnulli dicunt Aceſtis coniuge ibi mortua denominata: quod Silius uoluiſſe uidetur, ubi ait:

Centorripæ, largoq; uires Entella Lyæo
Entella Hectoreo dilectum nomen Aceſtę.

Magis autem ad meridiem in media regione ſub Ætna monte Engium antiquiſsimum oppidum non longe à mari, quod Cretenſes hoc loco defuncto Minoë abſq; imperio, inuicem diſsidunt, quorum pars per litus errās locum munitum condendæ urbis elegit, quam à fonte in urbe fluente Egniam appellauerunt, haud magna, dearum religione celeberrima, nam in ea Matris Magnæ phanum fuit à Cretenſibus ædificatum: in quo Merio-

nus: Vlyxesq́ ac dein P. Scipio arma fixerunt. Poſt Dimitius caſtellū fuit, nec ab eo longè: ſub quo Leontium, Herapilus antea dictum oppidum exile olim, nunc ſatis amplū quod Lentini modo uocant, in concauo montis uertice ſitum, quod fluuius medium ſecat, latum habens agrum dulcibus reſperſum herbis, quod ſi pecora ad ſatietatem ex ea carpſerint nimia pinguedine intereāt, quocirca ſero diei agere oues ad paſcua paſtores loci ſolent, quo minus capiant pabuli: Quod oppidum Naxij ſuperatis prælio Siculis, pulſisq́ ex ijs locis cōdidere coloniamq́ ſuæ gentis in eam deduxere condidereq́ oppidum Calipolim, quod nullibi nūc extat. Diodorus, Xuthus Æoli F. ei parti imperauit, inquit, quę ad Leōtinos uergit, quæ ad ſua uſq́ tempora Xuthia ab eo eſt dicta. Silius Leſtrigonas ibi habitaſſe uidetur uelle, ait enim:

Prima Leontinos uaſtarunt prælia campos
Regnatam diro quondam Leſtrigone terram.

Dein Mene oppidum, modo ciuitas Caltagirone in monte poſita, cui planities ſubiacet ad Catinā uſq́ ac montem Ætnam quadraginta mil. paſſ. diffuſa. Mox ad occaſum Herbita urbs à qua paulo ex eius interitu Chiaza modo oppidum renatum eſt in excelſo monte poſitum. Item Centorripæ urbs ſupra Catinam Ætneis propinqua collibus fluminiq́ Simætho, ipſa in alto monte ſedet, quam quum diruta iaceret Aug. Cæſ. reſtituit. Fuitq́ Palicis urbs quam Ducetius Siculorum rex iuxta templum earū quæ Palicæ appellabantur ædificauit, cui à dearum nomine uocabulum dedit, qua paulo poſt euerſa eſt. & ſub Centorripis Sergetium oppidum fuit. ac occidentē uerſus media inter Syracuſas & Erycē Ætna urbs clara ab Hierone ut quidam dicunt, condita, ſed ab Inquilinis ut ſcribit Strabo à Catana expulſis qui inde in Neſan (ſic enim montanā Ætnæ oram uocant) habitandam tenuerunt, & locum Ætnam appellauerunt, & eius authorē habitandæ Hieronem diuulgarunt à Catana decem mil. paſſ. abeſt, in colle eminet circumſtātibus campis, hodie Caltanuceto dicitur, quam quidem & eam inſulæ partē Cyclopes dicunt tenuiſſe: hæc antea Centorripæ Strabo dicta eſt inquit, cuius uerba ſunt. Centorripæ exile ſanè oppidum paulo ante uocatum Ætna: quod negat Ptolemæus, quum & Centorripæ & Ætna diuerſè, ac diuerſis locis ſtatuat: item Plinius Centorripini: & paulo poſt Ætnenſes inquit, non idem ſint, ſed ut diuerſi, ac ſeiuncti. Enna etiā exile ſanè oppidum propinquū Centorripis fuit ad primos Ætnę montis aſcenſus ſuper colle quam Catinenſes bello uicti condidere, agro enim & urbe ſimul coacti ſunt cedere, quæ Eniſie antea appellabatur teſte Diodoro modicis ſemper inquilinis poſſeſſa, ſub qua ingens montana planities aratro abilis iacet: Neq́ ab urbe procul Perguſa lacus: Lucusq́ Cereri matri, & Proſerpinæ conſecrati ſunt: quod Silius his carminibus notat:

Enna Deum luci ſacra dedit ardua dextra

Hic

Hic ſpecus ingentem laxans telluris hiatum
Cæcum iter ad manis tenebroſo limite pandit.

Item & Ouidius, quod Claudianus in raptu Proſerpinæ diffuſiſs. perſequitur. in pratis enim iuxta urbem deæ raptum fuiſſe authores ferunt: ea namq; lilijs, uarijsq; floribus dea dignis ornata ſunt, ubi propter odorum fragrantia ſagaces canes odoratu carent, naturam ſenſus florum odore ſuperante. Huic Petra oppidum ſubiacet, in colle eleuatum, nunc Petrapartia illi uocant. ſub quo Megara colonia, Mazarinum iuniores modo appellant in monte poſita, eam Lampus è Megaris in hunc locum deduxit, ſuperq; flumen Pantagiam loco cui nomẽ eſt Trogilum incolas collocauit, qui ob uicinitatẽ Hyblæ oppidi, Hyblei cognominati ſunt: à Gelone poſtea Syracuſanorum rege ex urbe & agro eiecti ſunt à Romanis diruta. Eſt haud procul hinc Dædali opus Lymbethra dicitur, ex quo inſignis fluuius Alabos in propinquũ mare effluit. Inde Hybla oppidum eſt ubi uel circa eum locum nunc Auola quum illud euanuiſſe Strabo dicat, ab Hyblonetum rege Siculo denominatum, quod Megara dictum ait Strabo, cui neque Ptolemęus, neq; Plinius aſſentiũt, quũ diuerſa inter ſe poſitione differant: cuius nomen apud ſcriptores propter mellis præſtantiam quod ibi fiebat celeberrimum eſt. Poſt autem dictam iam Petram ad occaſum in radice montis Cratidis in colle Oena oppidum eminet quod nunc Belizi uocant incolæ. Sub quo ad eurum uentum Agirium: et ad auſtrum Cortica olim urbs, & ad occaſum Schera. Sub quibus haud procul à mari, ab Syracuſis quatuordecim mil. paſſ. Motuca ciuitas in monte nunc Palazolũ appellatur. Et ſub ea Ina quæ unà cum alijs corruit. ſub qua ad Aphricũ uentum Camarina urbs Syracuſanorum colonia modo Raguſa à iunioribus dicitur in colle ſita cui palus eiuſdem nominis adiacet, quę palus Heſperia prius dicebatur, quod ſi quãdo areſceret, peſtilentiam regioni inuaſuram eſſe ab oraculo Camarinẽſibus reſponſum eſt, quibus neq; eam diſperdere fas erat. Et poſt illam uerſus promontorium Pachynum Elorus ciuitas ab Eloro amne dicta ſupra petram poſita, quæ nũc Modica nuncupatur. Supra autem Camarinam, Acreæ urbs fuit quinq; mil. paſſ. ab Antia amne & Caſmena à Syracuſanis inhabitatæ, & ſub Acreis occaſum uerſus Gela urbs dephia in monte arduo, & qui ab omni penè parte inacceſsibilis eſt ſita, quam Antiphenis ex Rhodo, et Enthimus ex Creta ſuam uterq; coloniam ducentes pariter condiderunt, impoſito à flumine Gela urbi nomine, is eam præfluit, ex quo Virgilius:

Immanisq; Gela fluuij cognomine dicta. Et item Silius.

Qui fluuius ſic dictus eſt, quia generat multum pruinæ, Gela enim Siculi pruinam uocant: eam magnam urbem fuiſſe Plutarchus atteſtatur, quam Carthaginẽſes deleuiſſe ait: poſtea Gorgus è Coo adnauigãs reędificauit: unde ſylua ſuberis arboris uſq; ad mare extenditur, qua complectitur ſta-

gnum ſuperius à nobis memoratum in quo ſal fieri diximus tanti ſplendoris ut imaginem recipiat. Hinc ad occaſum Cacyrum oppidũ fuit. & ſub eo Phinthya, nunc Drilum in conuallibus duobus mil paſſ. à mari. Poſtea Agragas urbs, quam deinde Agrigentum Ionicum, ab Ionĳs conditũ, dicta fuit, cuius emporium ad mare ſupra oſtendimus, modo Naro à iunioribus dicitur, quam Geloni anno propè octauo à Gelæ urbis initio incoluerunt: eam à fluuio Acragante appellantes, cuius ſitus mons eſt muro cinctus, in cuius ſumma parte oppidum eſt, hanc Dædalũ ædificaſſe Diodorus author eſt, atq; effeciſſe ut ne expugnari poſſet munitiſsima, cuius aſcẽſum, uia ita arcta difficiliq; reddidiſſe, ut aditus tribus aut quatuor uiris cuſtodiretur, in hac Cocalus regia cõſtructa theſaurum omne in ea tanquam inexpugnabili cõdidit, magna quidem atq; ampla urbs, in qua Laertio teſte octingenta hominum milia habitarent, cuius Empedocles ciuis fuit, in quo uno uiro totam inſulam nobilitari Lucretius his carminibus uoluit, dicens:

Quæ quum magna modis multis miranda uidentur
Gentibus humanis regio, uiſendaq; fertur
Rebus opima bonis multa, munita uirum ui,
Nil tamen hoc habuiſſe uiro præclarius in ſe.

Quæ diu poſt à Carthaginenſib. euerſa eſt, tunc reædificauerunt eam Megellus & Pheriſtus ex Elea uenientes: Cæterum Agrigentinus ager totus innata ubertate præſtans: ubi lacus ſunt, guſtum quidem maris habentes naturam autem diſcrepantẽ, ĳs enim quæ nequaquam natabilia ſunt nullo pacto demergi contingit, imo in lignorũ supernè modum fluitant quo ait Strabo complurium equorũ tumulos, pyramides habentes inquit Plinius, quod munus ſupræmis meritis datum fuit, nam legitur apud Pindarum, Agrigentini equos ad agones Grçciç mittebant qui inde uictores reuertebãtur: Item in Cappadocia quum greges equorum perĳſſent, Delphici Apollinis reſponſo adduxerunt equos de Agrigento & reparauerunt meliores: quare Virgilius:

Arduus inde Acragas oſtentat maxime longe
Mœnia, magnanimum quondam generator equorum.

Poſt itaq; dictã urbem Triocala fuit ſeruili bello uaſtata, ſub qua Anchrina oppidum eſt, et aliud Elcetium nomine, & eo Letum in ardua petra ſitum, quorum ad occaſum Segeſta urbs fuit, cuius ad mare eiuſdem nominis emporium diximus: cuius in agro aquç calidæ ſunt ad potandum bonæ.

GEOGRA-

GEOGRAPHIAE Commentarius IX. Europæ, in quo Sarmatia, & Taurica, Cherſoneſus, continentur.

Sarmatiæ regionis ſitus.

SArmatia Europæ, regio magna eſt, & quæ hodie à iunioribus in diuerſis regiuncularum nominibus diuiditur, ut deinceps oſtendetur. Hæc ab aquilone Sarmaticum habet oceanũ. Ab occaſu orientale Germaniæ latus in Iſtula amne atque Sarmaticis montibus. A meridie Iazibus, Metanaſtis ac Dacis iũgitur. Ab ortu uerò ſolis parte Euxini Ponti, Paludisq; Mæotidis ad oſtium uſq; Tanais atq; eius fontes terminatur. Tota ferè campeſtris, cœliq; intemperie aſpera licet qui nobis propinquiores ſunt, mitius illud habeant: at enim qui interius degũt, plagam longa hyeme obſeſſam, aquilonaribusq; perpetuis flatibus obnoxiam, quumq; ad eam ſol uix perueniat, triſtem atq; deſertam inhabitant: rara ſiquidem ibi arbor, pomifera nulla, uitis nulla, nudi colles, nudæ fluuiorum ripæ ſunt: omnia toto ferè anni tempore niuibus obruta: duratæ gelu aquæ, duratiq; amnes conſiſtunt. Sed neq; amnes ſolum, uerum etiam maria congelantur, quemadmodum de Sarmatico in initio diximus: quod itidem de Mæotide dicendum fuit. Iuniores hoc mare Tanæ ſeu Zabachę uocant, à piſcibus gẽtis lingua ita uocitatis haud magnis, quorum ibi quodam anni tempore magna uis apparet, reliquum anni nulla in parte eius loci reperiũtur: & alij item multarum ſpecierum ſunt, in quibus lupi cum hominibus piſcantur, quemadmodum delphini in Gallico mari faciunt, quod niſi partem ab piſcantibus ſuam accepere, expanſa eorum retia lacerant. Quam paludem Ponti matrem nonnulli appellant, quandoquidem accolę Themerundam dicunt, quod apud illos matrem maris ſignificat: unde Dionyſius Alexandrinus:

Et matrem Ponti perhibent Mæotidis undam.

Ob id maximè quod multæ inde in eum effluant aquę, quæ adeò ex omni parte paludem replent, ut non poſſint intra ſua labra contineri, quod ſcribit Ariſtoteles, ubi dicit tantum influxione fluminũ alluuioneq; additum conſtare, ut non niſi multo minora nũc nauigia quàm ante ſexageſimũ annum ad nauigationẽ ſuſtineat, adeò ut profundiſsima eius pars nuſquam quinq; uel ad ſummũ ſeptem ulnis altius conſtet, unde fit ut maioribus lignis nauigari nõ poſsit. Quod quũ à principio mare fuerit ſapore quãſimile Ponto, in quo ueteres omnes conſentiunt, nunc palus eſt quamdulcis, atq;

cis,atque gelu conſtringi,& conſiſtere quod probat Lucanus dicens:

Immenſumq́ gelu tegitur mare,comprimit unda
Depræhendit quaſcunq́ rates,nec peruia uelis
Æquora,frangit eques,fluctuq́ latente ſonantem
Orbita migrantis ſcindit Mæotida Beſſi.
Similiter & Ouidius.

Nam in ore præſertim Mæotidis tantæ craſsitudinis atque ſoliditatis eſt, ut miſſus ab Mithridate Imperator, eo in loco equeſtri pugna barbaros in glacie hyeme ſuperauit. Sarmatæ, ſiue ut Græcis Sauromatæ & Syrmatæ homines latrocinandi peritiſſimi & ad omne ſcelus paratiſsimi in omni ætate habiti, qui continuo uicinas undique gentes incurſare haud deſiſtunt:nihil ipſi præter niues,rarásque ſyluas habentes:quibus tantam barbariem ineſſe dicunt, ut pacem non intelligant.unde illud:Terráque pacis inops. Vtq́ cœli aſperioris ita & ingenij ſunt. Longinquo ait Plinius acturi, media pridie præparant equos, potum tantum exiguum impartientes,atq́ ita per centena millia & quinquaginta continuo curſu eũtibus inſident. Ouidius:

Dant illis animos arcus plenæq́ pharetræ.
Quaque libet longis curſibus aptus equus.

Et in alio loco ille ait.Supra Boryſthenem itinere dierum decem Sauromatas tertia die cibum capere ſemper.Item & apud Geliũ, Pulte maxime alũtur, & cruda farina equino lacte uel ſanguine cruri ſuenis admixto:Hieronymus,equorum & uulpium carnibus eos maxime delectari,& quod immanius eſt,humana & carne ueſci inquit.Quę Ariſtoteles quoq́ meminit atq́ addit, quoſdam natos tradere ad inuicem ut in cõuiuijs comedantur: & alia nonnulla de eorum moribus ut apud ſcriptores alios leguntur.Sarmatiam à Germania Iſtula fluuius diuidit, quemadmodum in ſuperioribus diximus, qui tribus oſtijs in ſeptentrionalem defertur oceanum,quorum occidẽtalius prouinciarũ terminus exiſtit,reliqua duo per Sarmatiã fluunt,& in ſinũ exeunt quod illi Recens mare appellant,licet alter eodem nomine in Germania ſit ubi Sueuũ flumen exire oſtendimus quód ſtagnũ potius quàm mare dici debet, nam quemadmodum in Germanico litore diximus ſtagnantibus fluminibus circa præcipuè oſtia lacus faciunt, ſcinditur Iſtula àntequam mare ingrediatur,qua ſciſſione inſula efficitur,eam incolæ Maiorem,Latrin Plinius uocitat.Iuxta quam altera eſt cui nomen Rhenia ex alluuione amnis nata,arida inhabitataq́ ea pręſertim parte quę oſtio fluminis adiacet,quoniam paluſtris eſt:Sinus uerò Cilipenus,quem Recentem nunc uocari diximus, magnus in ortum occaſumq́ productus in quem & flumina alia inuehũtur, quamobrem, & à mari & à terra duarum è diuerſo aquarum inundatione magna ibi cõflictatio fit, arctatur ad os ſinus, unde oceanus continuo penè borealibus uentis acriter infertur,

cui obuiæ fluuiorum aquæ concertāt, ex quo ibi ingentes fluctus attollun
tur. In hunc præcipuè Chronis fluuius, Pallaria modo, euadit ex lacu quo
dam profuſus, ſub quo lacu parū, ingēs amnis ab orietali plaga demiſſus
in Iſtulam rectà influit, qui ab hodiernis accolis Drauaniza dicitur. Intra
autem hos amnes atq; mare nūc Pruſia, olim Venedorum terra, qui longè
etiam hinc ad orientem (maximæ enim gentes erant) incoluerūt, multum
ex Peucinorum moribus habentes. Quibus à tergo eiuſdem nominis mō
tes excelſi admodum ſunt, propter quorum radices ad meridiē Chronis
labitur; à quibus gentib mare quoq; adiacētes Venedicum appellabatur,
quamuis litus Recentis ſinus Æſtiorum natio teneret, apud quos Mater,
Deum ſumma religione uenerabatur: Iſti ſcrutari mare dicūtur ac ſoli o-
mnium ſuccinum quod ipſi Gleſſum uocāt, inter uada atq; in ipſo litore,
harena maris æſtu in litus deuoluta obrutum effodientes: Id ſuccum arbo
rum eſſe ferunt, atque ita coniecturatur, terrena namque ac uolucria ple-
rumq; animalia interlucent, quæ implicata humore mox dureſcente mate
ria includuntur, ex aduerſis inſulis Vergione præcipuè iſthuc inundari, li
cet quidam unde ueniat ignorari dicāt: ſiquidem Timeus in inſulam, diei
curſu à Scythia ueris tempore fluctibus eijci ait, eſſeq; in hoc mari inſulas
complures ſine nominib. quas Fabarias noſtri appellāt, ex eo quod in his
atq; alijs ſeptentrionalis faba ſua ſponte naſcitur. De Pruſia regiuncula in
deſcriptione Germaniæ mentionem fecimus, quā ad occaſum ultra Iſtu-
lam Pomaraneis iungi diximus, pertineriq; ad Chronem uſq; amnem. Ad
meridiem Maſouitis: Terra frumenti ferax, aquis irrigua, gente abundās
multis maris ſinuoſis reflexibus amœna atq; cōmoda, pecore maxime o-
pima. In Prutenis itaq; ad mare in dicto iam ſinu poſt Iſtulā ciuitas eſt El-
bingem nomine. Inde alia Vermiena iuxta quam Pallaria fluuius in mare
cadit. Interius apud eundem fluuium Brumberg oppidum, & apud Iſtu-
lam haud longe ab oſtio Mariemborch, cęteris huius regionis nobiliſs. ar
cem habens munitiſs. atq; ampliſs. Magiſtri magni ſedis, qui cruciferis, al
ba redimitis Chlamyde nigra inſignitis cruce præeſt. Sub qua Grudent
oppidū eſt: & aliud Thorin, & in ripa Iſtilę Chelim ciuitas. in media uerò
regione, Pomezana: Lobou, Streborcti, Colmeſe & Colmē quorū apud
Ptolemæū nulla fit mentio. Poſt aūt Venedos ad orientē iuxta mare, Vel-
tæ, Oſsij, Caruones, ſub quib. Agathyrſi ad Hyrciniam ſyluā pertinentes
Gelonis cōtermini, ab Agathyſo Herculis F. cognominati Heredotus au
thor eſt, excultiſs. uiri, aurū plerumq; geſtantes. Pingunt aūt ſe, nō ſtigma
tibus ut Geloni, ſed coloribus uarijs ut pulchri uideātur, quod ſcribit Pli-
nius. Illiniūt enim faciem atq; corpora fœminæ maresq; magis uel minus
uti præſtantiores ſunt, atq; adeò ut ne ablui queant, cæruleo maxime colo
re, quo & crines fucantur: unde Maro dixit:

Cretes Driopesq; fremunt, pictiq; Agathyrſi.

Cætera ad Thracum conſuetudinem accedunt. Apud hos adamantis copiam eſſe Amianus tradit, quod aſſerit Dionyſius, iuxtaq́ fontes legere: per hos maris fluuius elapſus in Iſtrum cadit. Quibus ad orientem Sarthę auri, argentiq́ maximarum peſtium ignari, res rebus commutantes, qui ob ſæuitiam hyemis demerſas in humum ſedes (excauant enim ſpecus) inhabitant: Quorum omnium terra poſt Prutenos, Lituania nunc appellatur, quæ laté patet, ſiquidem à meridie Chronē amnem pro parte, pro parte Hyrciniam ſyluam habet: ad orientem uerò Cherſinum flumen: Regio paluſtris fermè omnis, ad quos æſtiuo tempore difficilis tranſitus eſt ſtagnantibus aquis, hyeme facilis, aſtrictis gelu lacunis. Opes apud eos præcipué animalium pelles quibus noſtra ætas Zebellinis Armellinisq́ nomina indidit, uſus pecuniæ adhuc ignotus, locum eius pelles obtinent. Multum ijs ceræ ac mellis eſt quod ſilueſtres in ſyluis apes conficiunt. Vini rariſsimus uſus, armenta uictum præbent, multo lacte utētibus, ſermo gentis Sclauonicus, latiſsima enim eſt in illis locis hæc lingua. Rara apud eos oppida neq́ frequentes pagi per hos primum Rubon amnis modo Pregora cum altero ſimul iunctus Alna nomine in ſinum Recentē influit, unde ad quadringēta mil. paſſ. fermè ſecundum mare nemoroſum excurrit litus eius regionis, quam Curlant dicunt. Cui obiacet in mari procul inſula illi Bannoniam uocāt, in qua tria ſunt oppida unum ad ſeptentrionem, duo ad meridiem, in hanc inſulam ueris tempore fluctibus electrum iacitur ut Timeus ſcribit. Poſt lacus ingens eſt Curlœnites uocāt accolæ anguſto ore, quo mare ingreditur: & paulo inde Turuntis amnis quem accolæ nunc Memel uocant lato oſtio in mare fluit: cui eiuſdem nominis oppidum adiacet. Poſtea oppidum Brombin: Moxq́ Lituanius fluuius à q̄ regionem nomen accipere fama eſt: ulterius uerò in extrema regionis parte ad orientem terra inter duo flumina Seningalia nunc dicitur, anguſta admodū. In Lituanijs hæc ſunt oppida ad amnem Pregorā, Romgſperg, ad Alnam Heruberg, & prope fontem Allenſtein, & magis uerſus orientem Haſempot. Interius uerò in latere occidentali Rhegneet, & aliud Caua, & aliud Tractia, & Breeſt Drauanizæ appoſitum, oppidum in ijs locis haud ſpernendum: quæ Ptolemæus non nominat. Poſtea Seningalia, quā diximus regiuncula, uel locus potius Lituaniæ pertinens, et ſub ea ad meridiem ubi Teuca mons prope Hyrciniam ſyluam territorium eſt qui magnus ducatus à iunioribus nuncupatur, ubi priori ætate Neri populi fuere, inter Bodinos tum connumerati, Scythicis moribus utentes. Qui ætate una ante Darij expeditionem coacti fuerant ſolum proprium innata ſerpentū multitudine deſerere. Bodini poſt Giuinos ad ſeptentrionem ſiti ſunt, ita uocitati quoniam circumferūtur à bobus, hoc eſt in curribus degentes qui nudos campos tenēt, ingens natio, uehementer ceſijs oculis omnes, facie rufa, quorum urbs nomine Gelonus macerijs constructa.

triginta

triginta ſex mil. paſſ. ferè in circuitu, in quibus quãdoq; Geloni (qui à Gelono Herculis F. cognominati ſunt) proprijs ſubmoti ſedibus habitauerunt: Lingua partim Scythica partim Græca ea tempeſtate utentes, qui apud eiuſdem nominis montes arua tenẽt pinguia ſanè & omni ſyluarum genere opima quare pecuariæ operam dant ſoliq; eius regionis frumento uictitant: apud quorũ oppidum lacus ingẽs eſt ubi caſtorum ingẽs numerus quas Lutrias illi uocant. Quam terram quum ingrederentur Perſę, incolę relictis ſedibus in ſolitudinem ac deſerta loca ſe recipiunt, ipſi urbem eorum ligneam nacti rebus omnibus uacuã incenderunt. Vltra uerò hos atq; Neros populi ſunt qui Agrippei uocãtur. Hic ad orientem magis ac uerſus mare Careotę: Saliq; ſunt: quibus ad meridiem Sedones, Aorſi, Pargitæq; ac ſub eis Sauari: Boruſci uſq; Rhiphæos mõtes, ac etiam ſub eis Acibi, Naſci, Vibiones: Hydræ, Saturniq; ad Alaunos uſq;. Loco quorum omniũ terra nũc Liuonia dicitur cui nomen facile dediſſe Leuoniorũ gẽs magna tum, maiorẽq; partẽ Scandię inſulę incolẽtes, iſthuc trãsfretantes, quũ utriuſq; terrę extrema propinquiora: unde illud uocabulũ antiquum eſſet, q̃d ad hanc perduraſſent ætatẽ. Sarmatico ſeu glaciali oceano expoſita, regio uaſta atq; ex magna parte deſerta frigore, quũ uehementer aquilonarib. flatibus infeſteẽ paludibusq; immerſa penè tota: uiuũt ex pecoribus ut plurimũ: In qb. ad mare portus eſt nmoine Saltza, interius multo effuſus. inde alter multo illo in mediterraneo in modũ quaſi fluminis, Pornou dicunt barbari cui tres obiacẽt inſulæ: & aliæ in mari procul ad uentũ Cerciũ ſitæ. Mox in ripa maris Hapſel oppidũ occidentem intuẽs, cuius è regione inſulę quędã ſunt, in quib. Oſilia caſtellũ habẽs ſui nominis: Item Riualia, Neme. Poſtea Cherſinus magnus fluuius Volchgou modo dictus quo Europa atq; Aſia in hac parte conueniunt: nõ enim per Tanaim ſolũ duæ illæ mundi partes diſſociantur, quũ non minima Sarmatiæ pars ab occaſu Rhiphæi montis uſq; oceanum relicta ſit, exoritur enim Cherſinus ex altero montis latere, hoc eſt à parte occidentali ex aduerſo penè Tanais fontibus paludem ingentem ſecans in oceanũ profunditur, recepto prius in ſe, nec à mari procul Narba amne à magno effuſo lacu Pelas nomine. Quare duobus amnibus in diuerſa exeuntibus Rhiphęo interiacẽte monte, Europa ab Aſia hoc loco excipitur, quod memorat Diodorus, Argonautæ ait nauigantes per fluuiũ Tanaim ad eius fontes, iuxta quendam lacum naui per terram ad alium fluuium traiecta in oceanum uerſus arctum per eius decurſum delatos: Liuonia paucis habitatur oppidis, ſed uicis potius, quos lignis extruunt, luto illiniunt, unà cum pecoribus ſuis ſub eodem tecto degentes: Quæ autem muris uel macerijs cinguntur, hæc ad occaſum ſunt, neq; à mari longe Riga ciuitas inter duos amnes ſita: qui lingua prima Suarchia ad occaſum, ad orientem Duua in pelagus edũtur. Suarchiæ iuxta litus inſula haud parua opponitur Sibemiſſa nomine cui

eſt ad ſeptentrionem altera Onderolm: prope Blanoniã ambæ & ſub portu Pornou Mariemborch, longè uerò in mediterraneo Dunemborch ad amnẽ Neper. inde Pleſrou regnum. de his quoq; neq; uerbum Ptolemęus facit. Hinc ad meridiem Sarmatiæ mare, id eſt, Euxinum Paludemq; Męotim deueniendum eſt, ubi initio Boryſtenis amnis mare infertur ubi inſula portum habens qui modo Neper ab accolis nuncupatur, gentem ſui nominis pertranſiens, inter alios Scythię amœniſs. & ad potandum ſuauiſs. liquidior, placidiorq; cæteris, colorem aquæ æſtiuis temporibus mutans: Nam ceruleus peregrinis aquis auctus, intra nemoroſas ripas defluit, magnus ſanè, & qui adeò ex longinquo uenit, ut quidam ignotis ortum fontibus dicãt, in quibus eſt Herodotus. Qui magnitudine quartum inquit, poſt Iſtrum, cæteriſq; uberiorem præter Ægyptium Nilum, ab aquilone fluere, & ea loca per quæ ſuperius fluit nemo alloqui poſſit. Apparet tamen fluere per ſolitudinem ad Scytharum agricolantium plagam, nam ij Scythiæ decem dierum nauigatione accolunt hoc flumen, à quibus copioſus uidetur excurrere, ex quo nonnulli inde, hoc eſt apud Nerios in montibus naſci putauerunt: nauigationem commodam ſurſum habens ad ſeptuaginta quinq; mil. paſſ. alij multo ſuperius atq; uſq; ad locum nomine Gerrum. In eo piſcis Porculus præcipua magnitudine ut ait Plinius nutritur: alij anthacos ſapore egregio, carne prædulci, nullis oſſib. ſpiniſúe interſitis, ſed cartilaginib. tantum tenerrimis. Cuius fluuij inundatione (nõ enim intra ripas liquatis niuibus cõtinere ſe poteſt) paſcua pecorib. amœniſs. præbetur, neq; minus ſalis copia in oſtijs ad mare ſponte concreſcit: ubi in dextra Nigrum caſtrum ſitum eſt, cęterũ inter Boryſtenem & Iſtrũ Getarum ſolitudo eſt. Inde amnes quidam alij ignobiles ut Bules è lacu eiuſdẽ nominis per foſſam miſſus in mare Boryſteni proximus qui adhuc nomen retinet quibus omiſſis, Hypanis fluuius quem accolæ nũc Azach uocant qui ſupra mare (inſulam prius efficiens Zoatri nunc nomine) centum mil. paſſ. ferè ſcinditur, quatuorq; in Pontum fluminibus intrat, magnas inter ſe inſulas complectentibus, eorum unum per Nomadas fluere manufacto alueo in Bicem paludẽ naturali ui correptum, Plinius ſcribit, quod ex geographis, uel hiſtoricis nemo dixit, nam inter alios Herodotus quum de hoc amne ſcriberet, tertiũ eum eſſe magnitudine dicit ex Scythia uenientem, & ex magna palude profluentem, circum quam paſcuntur equi ſylueſtres candidi. Quæ palus mater Hypanis uocitatur, ex qua dierũ quinq; nauigatione anguſtus fit, & adhuc dulcis, ſed mox à mari dierum quatuor amarus, propter amarum (qui in eum influit) Xampeũ fontem efficitur, unde uſque ad mare Hamaxampeus amnis dicebatur, id eſt, unà mixtus fontis aqua fluens. Quod notat Ouidius:

Quid non ex Scythicis Hypanis de montibus ortus
Qui fuerat dulcis ſalibus uiciatur amaris?

Cuius

Cuius fons in finib. regionis Scytharũ Aratorũ & Alazonũ gente Ancheta eſt, qui omnes cępe, allio, lente, ac millio uiuũt, apud quos cõtrahere terminos ſuos Tyram & Hypanim (labitur haud magno interuallo ab Hypani Tyras) mox deinde in diuerſum abire: Hypanis per loca ubi Calippidarum natio habitare dicitur, ſic appellati quoniã apud eos pulchri naſcũtur equi. Plinius quod etiam apud Ariſtotelem & in Ciceronis tuſcullanis legimus, Hypanis fluuius circa ſolſtitium defert acinorum effigie tenues membranas, quibus erumpit uolucris quadrupes Pyralliſmon, quarum ſimilis in igne apud Ærarias Cypri naſcitur, ne ultra unum quidem diem uiuit, inde Meridion uocitatur. Statim poſt Hypanis oſtium promontorium eſt Dianæ Nemus appellatum, ubi priſca ætate oppidum fuit Cerone à Diana conditum fabulatur: & Nympheus ſpecus, qui ei in arce ſacratus eſt, maxime illuſtris. Hinc terra occidentem uerſus retorquetur, quæ paulatim ſe faſtigiat, & quaſi in mucronem longa colligẽs latera in faciem poſiti enſis, oſtijs Hypanis obiecta, quæ dicitur Sacrum promontorium, à quibuſdam Hippoleam, ubi delubrum Cereris extructum fuit, dicitur etiam Achillis dromus, id eſt curſus, ubi Achillem infeſta claſſe mare Ponticum ingredientem ludicro certamine celebraſſe uictoriam, & quum ab armis quieſceret, ſe ac ſuos curſu exercitaſſe memoratur: nudus quidem locus ac ſyluestris, aquam tantum habens foſſilem: In hoc iſthmo orientem uerſus Myſaris promontorium eſt. Iuxta Achillis dromum paruo diſcrimine, eademq́ longitudine inſulæ duæ ſunt quarum occidentalior maior eſt, ambæ harenoſæ ac deſertæ. Inde in continenti Cephaloneſus peninſula, Plinius Cephalones inſula quod uerius eſt rubeaq́ uocatur. Et in ſinu paruæ duæ Rhoſpodus & Macara. Poſtea in litore portus eſt, qui Bonus uocatur duobus promõtorijs clauſus. Poſtea Tamyrica ſiue Tamyriacũ promontorium. Penes quod ſinus eſt Carcinites, à quibuſdam Capenites magnus quidem in aquilonem tendens, in quem flumen ſui nominis exit, radices promontorij lambens. Cui ſinui Dianæ lucus per omnes illas oras religioſus imminet: mariq́ adiacens, Hyleum accolæ cognominant. Totum enim hũc tractum Sardi Scythæ, & Scyraci tenent. Poſtea ſequitur tenuiſſimus iſthmus quo Taurica Cherſoneſus cõtinenti annectitur, hinc Carcinito, ilhinc palude ſiue lacu Byca munitus, hãc Putrem Taphij accolæ uocãt Mæotidis pars, alij foſſa in mare miſſa & uadoſa & in nauigabilis, etiam nauiculis, quũ cœnum uenti detegant, qui rurſum cadentes aqua operitur, maioribus tum cimbis peruia. In qua nonnullis locis cæca ſub aquis ſaxa internauigandum occurrũt, tres tantum paruas habens inſulas. Poſt itaq́ iſthmum (dicemus enim Tauricam ſuo loco) in ſupercilio dictæ paludis Nouamœnia puſilum oppidum in oſtio Paſiaci fluminis fuit. Inde portus & promontorium ingens in meridiem ac mediam irrumpens paludem. Mox Lianum ciuitas quondam quæ nulla nunc eſt,

ad quam Bycus amnis in paludem exibat, nomē loco imponens. Inde A-cra ciuitas interijt. Poſtea eſt fluuius Gerrus ſiue Gerraſus, aut Gerthus, non longe ueniens nomen gentis in qua oritur ſecum portans, Hipaza-re, ſeu Paſyride auctus ex diuerſis fontibus delapſi, regionem Scytharum pecuariorum ac Regiorum diſterminans, in mare uadit, ubi ad oſtium ſalinæ plurimæ ſunt. Poſt autem Cniema emporium tum fuit, à quibuſ-dam Cremin, id eſt, prærupta. Neque ab ea lōge Agarū ſiue Oarum pro-montorium in mare proſilit arduum ſanè: Inde fluuius eiuſdem nominis in paludem uadit. Vlteriúsque lucus eſt qui Dei ſaltus dicitur aliquan-tulum in mediterranea protendens, cuius ad auroram Thyſſagetę ſunt i-ſti ſolitudinem aſperam, ſaxoſaſq́ conualles inhabitāt, uagi nomades pe-corum pabula ſequentes, per quos tres ingentes amnes Lycus, Hoarus ſi-ue Opharus, Hyrgisq́ ſolitudinem ſecantes in Męotida exeunt: ad quam ſolitudinē quum perueniſſet Darius curſu omiſſo copias ſuper fluuium Hoarum locauit, poſt hæc octo urbes eáſque ingentes condidit pari inter ſe ſpatio diſtantes, hoc eſt octo mil. paſſ. ferè, quas dimidiatas ob ingru-entes Scythas reliquit. Iuxtaq́ Thyſſagetas thiracæ ad Tanaim uſque ua-ſtas ſyluas occupant, aluntúrq́ uenando. Igitur poſt ſaltus, Lycus amnis ex mōtibus Catheis in quē Hoarus rapididiſsimus influit: Ac mox Hyr-gis, pauloq́ poſt alius Porit..s nomine paludem unà cum ijs petit, inter quem & oſtium Tanais Carcea locus eſt, modo Chabardi, Græca olim ciuitas. Eſt Tanais flumē qui Europam & Aſiam medius interfluit quem barbarorum alij Ten alij Silin dicunt, qui non incertam ut quidam aiunt originem habet, ex fontibus enim Rhiphæo in monte ſcaturientibus exit uti ſcriptores omnes uolunt: ex quo Lucanus:

Qua uertice lapſus
Riphæo Tanais diuerſi nomina mundi
Impoſuit ripis Aſiæq́ & terminus idem
Europæ mediæ dirimens confinia terræ
Nunc huc: nunc ilhuc qua flectitur ampliat orbem.

Verum quum ſupra oſtia nil penè notum eſſe dicant propter frigora & regionis difficultates, quas indigenæ facile perferunt, cognoſci amnis ca-put non putant, quorum nonnulli exiſtimant eum fontes in Caucaſeis montibus habere, quum ex cōuerſione ab oriente ſole profluere uideatur, qui poſt fontes, uaſtam prius paludem ſecans, Voronam ingentem am-nem alio nomine Hyrgin in ſe trahit & Aquaſnigras ut incolæ modo ap-pellāt: ſub quibus Potibla noui nominis caſtellum eſt cum fluuio in Tha-naim exeunte. Ipſe uerò Tanais in Mæotida Nilo ex oppſito penè quinq́ oſtijs uadit, ex quibus orientalius occidentaliusq́ largè aquā euomunt nō uem mil. paſſ. inter ſe fermè diſtantia, qui adeò præceps ruere dicitur, ut quum uicina flumina, tum Mæotis, & Boſphorus, tum Ponti pars aliqua brumali

brumali rigore durentur, ſolus æſtum frigusq́ iuxta fert, idem ſemper & conſimilis incitatusq́ decurrat: in cuius conſpectu orientalis ſcilicet oſtij Alopetia inſula obiacet piſcatorum domiciliū, quæ & Tanais à quibuſdam dicitur, longè ab eo decem mil. & quingentis paſſ. Sunt & aliæ inſulæ nō procul ab ea ad dextram nauigantib. uerſus Tanaim exiles neq; cultæ omnes quum affatim pabula haud præbeant, quare quæ coluntur caro magnorum piſcium ſole ſiccata & in puluerem uſq; cōtuſa illis pro farre eſt, Riphæi itaq; montes à perpetuo uentorum flatu à Græcis nominati ſunt, nam quod illi Riphizo, nos flare dicimus, continuis niuibus albicantes, neq; mōtes ſolùm, ſed uniuerſa circumcirca regio, adeò ut ne uiſus quidem ultra incedentium admittat: unde illud Virgilij:

Aruaq; Riphęis nunquam uacuata pruinis. Ac item Dionyſius:
Heu miſeros homines habitant qui finibus illis
Aëre damnati triſti, nimioq́ rigore
Quo pereunt pecudes pariter populiq́ uirorum
Ni properè linquant ſua arua furentibus euris.

Igitur inter Boryſtenem Gerrumq́ amnes iuxta mare ad Achillem præſertim curſum, Tauroſchythæ ſunt, ex Arincorum, Sinthorum, Napeorumq́ gentibus commixti terribile diritate immanes, aduenas pro hoſtijs Dianæ cædentes, quę apud eos Orſilochæ dicūtur, cęſorumq́ capita phani parietibus præfigentes, uelut fortiū perpetua monimenta. Supra quos Rhoxani, ſiue Rhoxolani ſunt qui inter Tanaim & Boryſtenē campeſtria paſcuntur quibus ad occaſum Chuni: inde ad oſtia Tanais Iaziges qui Mæotæ uocitantur, unde paludi nomē eſt, in tota enim pręternauigatione paludis ab ea parte latè uagantur, agricultores non minus quam nomades. Qui et in gentes plurimas diuiduntur, quorum qui Tanaim accolunt bellicoſi omnes, qui uerò Boſphoranis cohærent mitiorem uitam degūt, qui omnes nūc Tartari uocant, ſed inter Boryſtenem & Gerrū amnes terra iacens uaſtiſ. ſyluis implicita eſt, ac paludibus dubia, hāc olim ſicut & nūc paruā Scythiā, id eſt, Tartariam uocabant. Supra Rhoxanos in mediterraneo Amadocæ ſub montibus eiuſdem nominis ſunt, ubi ingens palus, iuxta quam Boryſtenes amnis præterit. Sunt & Nauari quos noſtra ætas Rhutenos, & eorum regionem Rubeam Ruſiam appellat, Lituanis contermini, Hyrcinia intercurrente ſylua, qua parte Stauani ad Alaunos uſque loca tenent: Rhutenorum gens quæ barbara & incompta eſt, oppida quædam tamen habent. Inde ad amnem Carcinitum Carcina ciuitas egregia, Mella ad Gerthum dicit, quod Ptolemæo non placet. Poſtea eſt Hypaniſum & Nouogordet ciuitas, & inferius circa Boryſtenē eſt Manchramana alio nomine Chio totum fabricatum ex lignis. apud uerò Ptolemæum in hac parte Torocha penes Danānbræ flu. ut illi uocant, in Euxinum Pontum cadens & eſt Chio ex ruſca in confinio Tartarię loci empo-

rium roſſia Danarbæ amnis diuidit ruſsiam à Tartaris. Paſyris ad amnẽ
ſui nominis. Hercabum, Trachana, et Naubarum fuiſſe oppida legimus.
Itẽ uerſus Boryſtenẽ ad ſeptentrionẽ, Loniza, Lubonda, ſub quib. Bratſ-
lauia, Baraes, Smolẽchoci quam flu. ipſe diuidit, & in eiuſdẽ dextra ripa,
Orſa oppidum, Salcha, Sinotus apud fluuium Smotrizam in regiuncula
Podolia. Ptolemæus uerò circa Boryſtenem, locis quibus dicta poſuimus
(poſterioris enim temporis nomina ſunt) Azagarium. Madocha iuxta
paludem ſui nominis poſuit: item Serum, Sermium, & Metropolim græ-
cam ciuitatem. Mox Olbiam, id eſt, Beatam, quæ & Boryſtenis dicitur
in nemoroſo amnis margine ſitam, quam modo barbari Strapenot uo-
cant, à mari ut diximus non longè diſtantem, amplum ſanè emporium à
Myleſijs conditum, qui auroram uerſus itinere dierum trium terram co-
lunt, pertingentes ad flumen Panticapen, quo tranſmiſſo Panticapæ no-
mades, id eſt Pecuarij loca incolũt. Fluit Panticapes ab aquilone è palude,
unde Hyleam paludẽ aliam ingreditur, qua excurſa Boryſtenem intra Ol
biam infunditur, quidam per deſertam oram in mare delabi. Eſt præte-
rea apud ſciſsionem Boryſtenis, Leinum oppidum, modò ab incolis Luc
zcho, item Sarbacum, & Nioſſum. Supra uerò Axiacem fluuium, Hor-
deſſus ad amnem ſui nominis Scythiæ primum magnumq́ qui ab orien-
te profluens Iſtro admiſcetur. Inter quem & Tyram, Ararus, & Hona-
paris in Iſtrum quoque influunt. Supra autem Tyram fluuium qui Ne-
ſter modo à barbaris dicitur, penes antiquam Datiam, oppida Carrodu-
num, Mætonium, Clepidana ampla ſatis ciuitas, Vibantauarium, & He-
ractum. Quod quum gentes ac regiones quæ circa utrumque mare habi
tant hucuſque deſcriptæ ſint, nunc quæ in media prouincia habentur, eo
dem quo progreſsi ſumus ordine dicemus. Sub Venedibus itaq; Gytho-
nes, Phini, Sulones, & ad eorum meridiem Phrumgodiones, & iuxta I-
ſtulæ fontes Auarini: inde ad orientem Sarmaticorum montiũ, Ombro-
nes, Anartophracti, Burgiones, Arſietæ Saboci, Piengitæ, & Biaſſi penes
Carpatum montem qui in Daciæ limite attolitur, Ouas modo ab indige-
nis dictus, ex quo ſal effoditur, ubi & Tagri & Torangitæ ſiti ſunt: cui mõ
ti proximi Baſtarnæ, quibus Peucini ad orientem magis ſunt, quos cum
Baſtarnis unam eſſe gentem quidam uolunt iuxta Dacos, ſermone, cul-
tu, ſede, ac domicilijs ut Germani agunt à quibus originem ducere dicun
tur, plures in uicos nationesq́ diuiſi gens pugnax, & equitatu maxime ua
lens, ſtipendia facere conſueti: quibus nec agrum colendi, nec nauigandi,
nec paſcendi pecoris ſcientia eſt, ſed unum opus, artemq́ unam duntaxat,
norunt, pugnare ſcilicet ac uincerre. Quibus iam dictis orientaliores Ga
lindæ ac Sudini ſunt, ignobiles ac degeneres, ex Scytharum ſeruis orti,
quos Aulos indigenæ uocant. Hinc continuis rupibus latè aſpera & de-
ſerta regio ad Rhiphæos uſque montes iacet: quam Geloni (quos fugien-
tes Perſas

tes Perſas relictis ſedibus in ſolitudinem ac deſerta loca ſe recepiſſe ſupra meminimus) habitant, homines perquam feri, detractis enim peremptorum hoſtium cutibus indumenta ſibi, & equis tegmina faciunt, hoc Aug. compreſsit, ne ulterius longius ut ante licentia illis uagandi, populandiq́ terras eſſet. ex quo illud:

— Volucresq́ Geloni. & Seneca:

Ille diſperſos domuit Gelones. Natio ſagittis ualida: quare de ijs dicitur.

Et gens illa quidem certis metuenda ſagittis.

Nam & poëta. Sagittiferosq́ Gelonos dicit. Quibus orientaliores Ciboſci, & Tronomontani: & ſub ijs Carpiani penes Peucetios montes Giuinos ad meridiem habentes. Quæ quidem plaga ab ijs tot iam dictis gentibus præter Gelonos, olim habitata, nunc à iunioribus Polonia ſiue Polana appellatur, uaſta admodum regio, nam Sleſitis, Hũgaris, Luitanis, ac Prutenis cõtermina eſt, plana & nemoroſa, Hyrcinia ſiquidem ſylua eam præterit, unde nomen accepit, nam planities Sclauonica lingua, qua latè ibi per omnem terram utitur, Pole dicitur nam & à Sclauis conditi ſunt, ut in Pãnonia diximus. Cui genti potus ceruiſia, uini rariſsimus uſus, nec uineæ cultura cognita: ager Cereris ferax: multa illis armenta: multa ferarum uenatio: piſce ac uolucribus abundant, argenti atque auri inops terra. In his Crocouia ciuitas regalis, gentis caput, à Croco regie iuſtitiæ inſigni nuncupata Iſtula amne infuſa. Reliquæ autem præter hanc parum nitidæ ſunt, ligneæ maiori ex parte, luto impoſito deſuper, ut iſtæ ſunt: Lipniza, Buena, Vanich, Zarilau, Grodech, Belize, Lubaizoro, Sochile, Chanzijn, Primisla, Drobem, & in regiũcula Ducatus iuxta Iſtulã Lubini ſiue Lu cum fluuio in Iſtulam exeunte Bliteria oppidum arcem habens, & eſt in confinio Poloniæ & Ruſsię baſſæ: Et Chelin oppidulum ad amnem, Polterio nõ procul à Leopoli exortus, quaſi in Iſtula regione oppiduli nomine Oſtrorni infunditur, et in eius ripa Cirller, Verſouia, Viſchegret, & in Maſouia regiuncula alia ad orientem magis, in Polonia ſimiliter, licet occidentalis eius pars inter Ducatum Pruſiámque Iſtulæ contermina ſit, ubi Polentia oppidum flumini appoſitum eſt: longe uerò ab eo, Plontro Ploizcho, ciuitas ad ſiniſtrã cuiuſdam parui fluminis poſita, Pol touſer, Mochon, Rubeſoch, Chelmenis ciuitas: & ad amnem Drauanizã, Czechonouo, & item oppida alia, ubi nulla tum fuiſſe apud antiquos ſcriptores legimus. Et ad orientem Maſouiæ, regio eſt quæ propriè Ruſia dicitur, Poloniam ad ſeptentrionem ac meridiem, & ad orientem Rutenos habens: In ea penes fluuios quoſdam barbaræ nimis appellationis in Boryſtenem exeuntes quædam oppida ſunt, ut Sacambor Zudaizaro Sezireth, Glinou, Colemene, Camiſeniza in lacus medio

à Smotriza fluuio facto in Tyram Supra Soracham ciuitatē intrantē: item Leopolis ciuitas antiqua arcem iu mōte habens ab ipſius mœnijs aliquantulum diſtantē quæ et alio nomine Leuono à barbaris dicitur. Camintra, Tribolla. & in medijs cāpis Golgor, poſteriori tēpore cognita uel exædificata ſunt. Poſt aūt nationes prædictas ad orientē inter Gerrū Tanaimq́; amnes alię ſunt, immanitate atq; ſęuitia iam dictis inſigniores, ueluti ſunt Alauni ſiue Alani ad meridiem Boruſcorum prope Rhiphęum montem, ſedes in montibus eiuſdem nominis habētes: qui tanquam atroces beſtiæ crudis aluntur carnibus neq; id infœcunditate terrę quam habitant, ſed agricolandi inſcitia atq; deſidia: de quibus Lucanus:

Atq; ſequar duros æterni Martis Alanos
Paſſus Achemenijs late decurrere campis. Et Dionyſius:
Dacorumq́; manus: & martia pectora Alani.

Mox Arimaſpi ſunt, ad uſq; Rhiphæos montes, qui uaſtas ſolitudines & eas caligantibus tenebris inumbratas habitāt, locupletes tamē auro, gemmis & Chryſtallo affluentes: Nec minus griphibus alitibus ferociſsimis q́ ex Hyperboreis huc aduolantes, hominib. atq; equis uehemēter infeſti, Apollini conſecrati, cum quib. Arimaſpi continua bella gerere dicuntur; nam eruūt griphes ex cuniculis aurum & Smaragdos, quod ab illis ui eripere conantur. Vnde Lucanus:

Quodq; legit diues ſummis Arimaſpus harenis.

Quod ait etiā Valerius Flaccus. Quibus ad orientem, uſq; Tanais flexum Ophlones ſunt: & Cariones, & Tanaitæ, qui alio uocabulo Huni appellabantur, hodie uerò in Hungaros conuerſos, regionemq́; quā inhabitant Hungariam uocitare, unde eam quæ circa Danubium nunc eſt fluxiſſe fertur, qui omnem modum feritatis excedunt, ſulcantur enim puerorum genas altius ferro, ut pilorum uigor tempeſtiuus emergens, corrugatis cicatricibus hebetetur, quare ſine ulla uenuſtate ſeneſcunt, ſpadonibus ſimiles, prodigioſæ formæ, herbarum agreſtium radicibus & ſemicruda cuiuſuis pecoris carne ueſcuntur, ædificijs nullis tecti, uagi montes & ſyluas peragrantes, pruinis nonnunquam famem ſitimque pellentes ab incunabulis aſſueſcunt, indumentis operiuntur ex pellibus ſylueſtrium murium ſimul conſutis. Sub iſtis autem Sargatij & Oſyli ſunt quos nomades eſſe ſcribit Herodotus, gente & uoce Perſes, Sargatij præcipuè, ſed cultum inter Perſicum & Parthicum, quibus armorum uſus non eſt præter unum, hoc eſt, reſtem è loris conſertam habent, qua freti in prælium eunt: Ac ubi cum hoſte congreſſi ſunt, initiunt eas reſtes in ſummo laqueum habentes, qui laqueus quum aut equum aut hominem adeptus eſt, eum ad ſe trahunt, ita illi illaqueati compræhenduntur. Quibus meridionaliores Amaxobij, hoc eſt uiuentes in plauſtris, nam pro ſedibus plauſtra habent, neque ſerentes quicquam, neque arantes, nuda arboribus eſt

omnis

omnis humus, circum pecora comitantur, ex quibus uictum captant. Aluntur enim lacte, caſeo, carneq́ꝫ ſectantes paſcua, loca uſq́ꝫ permutantes, qui hybernis temporibus circa Mæotida uerſantur paludem, æſtiuis autem per campeſtria uagãtur. Supra quos nõ longè à Bodino monte in uia qua in Moſchouiam ex Smolezecho itur Durochabuſa, & in humili colle Viſma noſtri temporis oppida, nec nõ Perentocho uilla ſyluis circumdata: ſuntq́ꝫ præter iſtos Reuchanali, & Exobygitæ: & penes Bycẽ paludem Torrecadæ. Supra quos Agauni ſunt genus hominum pacificum, præter armenta nihil habentes quorũ lacte uiuunt, ut eorum maior pars de quib. hactenus in hac regione mentionem fecimus.

Tauricæ Cherſoneſi ſitus.

TAurica ſeu Scythica Cherſoneſus iuniores nunc partem alteram quæ ad auſtrum uergit Gothiam: quæ uerò ad ſeptentrionem Gazariam: Gothi, Gazariiq́ꝫ illas inhabitantes partes uocant, à Tauris tum populis dicta: quæ ut Plinio placet quondã mari circumfuſa iſthmo ad tria mil. paſſ. terræ Sarmatiæ modo annexa: hederę folio ſimilis, in tribus diducta angulis ortum, occaſumq́ꝫ ac meridiem procurrentibus peciolo continenti iuncta: ſepties centenis mil. paſſ. circuitu: Tota ad ſeptentrionem ab iſthmo ad urbem uſque Theodoſiam Panticapeumq́ꝫ planitie patens, campisq́ꝫ fertilitate conſpicuis. Frumẽti enim terra maxime ferax eſt, adeò ut ex iis locis frumentarios commeatus ad Græcos fuiſſe, ſicut è palude ſalſamentaria, ut ſcribit Strabo: Reliqua aũt montana. Qui hanc habitant quondam Tauri dicebantur, nunc Tartari, nam & ſupra iſthmum in Sarmatia, totàque præternauigatione Tartaros habitare paulo ante meminimus, bellicoſi omnes, et qui ex raptu uiuant: fuiſſe tum in moribus apud eos aduenas nauibus aduectos Dianæ ſacrificare, cuius miniſterii ſacerdos Ephigenia poſtmodum fuit, quod ſcriptores omnes tradũt. In quibus Ouidius (ut cæteros taceam) quum in exilio apud Pontum eſſet, inquit:

Nec procul à nobis locus eſt ubi Taurica dira
Cæde pharetratæ ſpargitur ara deæ
Hæc prius ut memorant non inuidioſa nefandis
Nec cupienda bonis regna Toantis erant.

Poſt itaq́ꝫ iſthmum (quem Aſandrus ductis mœnibus uallauit, ea ſcilicet in parte ubi quinque mil. paſſ. clauſura opus fuit) In ora maritima Carcinito imminente ſinui, oppidum primo Tagræ in ipſis anguſtiis fuit præcipui ea tempeſtate nitoris: dehinc Eupatoria ciuitas quam Diophantus Mithridatis dux ædificauit, ubi modo Varangitho in ſinu, à quo paulo Dandaca oppidum fuit ac inde Cybolorum portus os anguſtum habens in quem olim quũ naues diuertiſſent à latronibus ibi ad hoc cõſtitutis deprædabantur. Poſtea Parthenium promontoriũ occaſum ſpectans,

Roſaphar

Roſaphar barbari dicunt: ita à priſcis uocitatũ quia in eo Virginis deæ ſacellum erat: Parthenium, id eſt Virgineum, cui terræ motus Arthemiſiam inſulã mari quũ abſtuliſſet, iunxit. quo circũflexo, Cheroneſus Heracliẽſium Ponti colonia interijt præcipui ea tẽpeſtate nitoris, ubi locus nunc Trinicha nomine. Inde Ctenis portꝰ ubi litus mari cedit ſinusq́ magnus fit, ſupra quem ſalſus incumbit lacus ſalinas habens, qui ſinus adhuc ſaliñe dicitur, in quem flumen piſculentũ editur: oritur interius intra ſaxa diciturq́ à iuniorib. aqua Ioannis, forte hic & Ctenuta ciuitas fuit, ubi nunc Fetis loci nomen. Vlterius flumen in ſinum anguſti multarum nauium capacem Pactorum olim portum Calamitam ab accolis nunc uocitatũ, prærumpit iuxta caſtellum ſui nominis, eſt enim ſitum in acuta petra omni ex parte, natura arteq́ inciſſa habitaculis, quibus plebs degit, cuius ſinus cornu alter promontorium eſt quod Græci Criu Metopon, id eſt, arietis frõs in mare prominet: Famar modo à nautis dicitur, quo circumflexo Charax oppidum fuit, cuius adhuc magna ſuperſunt ueſtigia, diciturq́ Giricunda. Poſt quam in portu Zimbano caſtellum huius temporis in petra eſt, quo relicto Luſtia locus reperitur unde mons ingens arduúsque uerſus mediterranea inſurgit cano ſemper niue cacumine, quem antiquitas Trapezuntem uocauit, quo ſereno cœlo, ex aduerſo promontoriũ Carambis Paphlagoniæ cernit, ducentis, et quiquaginta mil. paſſ. intercapedine maris. Poſt oppidum q̃d Gorzoni illi appellant, propeq́ peninſula in mare oblonga Pangopoli à nautis dicta. Inde Lagyra oppidum quondam, nũc Soldaia urbecula, iuxta quam promontoriũ Corax imminet. Hinc Iſtiam fluuij oſtium, ut ait Ptolemæus, indigene, nullum ea ora flumẽ habere perhibẽt, uel nomina locorum tranpoſita Calamitam nunc amnem appellari diximus, qui antiquitus Iſtrianus dicebatur, quum inſignis fluuius ſit, cæteri huius loci exiles. ſimiliter Cybolorum portus, non ubi ille, ſed ubi modo eſt, atque nos poſuimus. unde ſinus centenis accommodatus nauibus inflectitur. In quo Theodoſia urbs magna, diuitijsq́ affluens ad noſtram uſque ætatem permanſit à Græcis condita, quæ modo ab incolis Caffa appellatur, arcem in tumulo habens, ipſa triplici muro cincta in mare deſcendit, cãpos habens ubertate præſtantes: Quæ quum à Turcis paulo ante capta ſit, omnis Taurica eius urbis amiſsione in hoſtium poteſtatem facile deuenit, quemadmodum in corpore, ſingula membra atq́ corpus ipſum, capitis imperio ſubire gubernariq́ quo perdito cætera diſſolui æquum fuit. Huc uſque à Pactorum portu centum & uiginti quinque milib. paſſ. litus extenditur aſperum montanumq́. Deinde Nympheum oppidum, modo Cypricum, optimum habẽs portum. Hinc fretũ Cymmerium Boſphorum eſt, inter Europam & Aſiam latitudine circiter triginta mil. paſſ. qua meridiem ſpectat, qua autem ſeptentrionem octo, exigua interiacente inſula, ad quinquaginta longum, quod hyemis tempore

fit per-

fit peruium, congelatur quippe in glaciem. Quod alij à Cymmerio promontorio ipſi freto imminente, pars à Cymmerica gente, quæ hic olim magnam potentiam habuit denominatum ferunt: Boſphorus uerò à boum tranſitu Io Inachiæ præcipuè, ut eſt apud Appianum, quum mare prius Porum uocaretur ex quo quidam Boſporum ſcribunt ſine aſpiratione unde Plinius, boſphori duo bobus meabili tranſitu, unde nomen ambobus. In quo mari uniones rufi crebrius reperiri ſolent in paruis conchis, quas Imas appellari ait. Poſt itaq; Nympheum in ora Boſphori Tyricta-ca urbs uetuſtate euanuit. dein Panticapea cum fluuio, Boſphoranorum metropolis in oſtio Mæotidis penè ſita, in ſinu, quæ modo ab indigenis Voſpero dicitur, nam adhuc licet corruptè, gentis ac loci uocabulum retinet: Quam quum Strabo deſcriberet, tumulum eſſe ait frequentibus circumpoſitis habitaculis inſignem, ad millia paſſ. duo ac ſemis, portum habens Nympheum nomine, & naualia ad naues triginta & arcem à Mylesijs conditam ubi duodecim mil. & quingent. paſſ. latitudine fretum inter Aſiam & Europã, quo gelato pedibus peruium. Inde eſt Myrmetium promontorium, & in eo oppidulum à Græcis conditum. Hinc Mæotica ſe aperit palus, ubi primum Parthenius uicus. Poſtea Cherroneſus Zenonis tum nomine. Mox oppidum Heracleum quod Heraclienſes illi etiam condidere. Interius uerò à mari oppida multa fuere, uti apud Ptolemæũ eſt, Taphros, Tarona, Poſtigia, Paroſta, Paraſinum à quibuſdã, in cuius agro teſte Plinio terram eſſe qua ſanantur omnia uulnera: Præterea Cymmerium: Portacra, Bion quæ urbs modo Czurgati ab incolis nuncupatur: item Illuratum, Satarche, Badatium, Cytæum, & Tazus Gothorum oppidum quod nunc illi Theodorum uocant, magnum, opulentum loco'q; tutiſsimo poſitum, nam in colle undique præciſo eſt, ubi intra mœnia fons perenis aquę emanat. Præter quę Argoda, & Tabanaca tempeſtate uigebant.

GEOGRA-

GEOGRAPHIAE Commentarius X. Europæ, in quo

Iaziges Metanaſtæ, Dacia, Duæ Myſiæ, Thracia, & Cherſoneſus, continentur.

Iazigum terræ ſitus.

IAziges cognomento Metanaſtæ, id eſt, migratores (Sarmatarum enim ſeruitia in dominos rebellantia fuere, ut Amianus atteſtatur) terram ſub Sarmatis habitant ſitu difficillimam, ex quo huc conceſſerunt: namq; ab impetu hoſtiũ natura ſoli, incremẽtis fluminũ ſtagnoſa, & ſalicib. referta inuia niſi perquam gnaris: Quos tandem Romani deleuerunt duce Cõſtantio qui Sarmaticus dictus eſt: hęc regio modica eſt ætate noſtra Cumania & qui eam inhababitant Cumani appellantur, ſub Hũgariæ uocabulo cõtenta. Quę his finibus circumſcribitur: Ad ſeptentrionem Sarmaticos habet montes; Ad occaſum atq; meridiem Danubiũ: Ad orientem Tybiſcũ ſeu Partyſcum amnem qui hodie Tyſſa dicitur, in Danubiũ influentẽ: qui exoritur in mõte Carpato paulo ante memorato, aliquandiu ad occaſum obliquatis meatib. propter eius mõtis radices uerticoſus fluit, poſtea ad meridiem rapidè conuerſus, aliquibus prius amnibus ab orientali parte per Daciam fluentes auctus in Danubium ut diximus furẽs deuoluitur, quorum in eum amnium primus eſt Samus: ſecundus Griſia ingens: tertius Mariſus à latinis, à barbaris uerò Milliare & à quibuſdam Maro, qui non ſtatim in Danubium (ut quidam) uadit: quartus Temeus, barbara omnibus nomina. In hoc membro oppida fuerunt: Vſcenum, Bormanum, Bicta, Tyſſum, Parca, Candanũ, Paſcium, Partyſcũ, nunc aũt Cechemeth, & nõ longe à Danubio iuxta Paludes Colocia, iuxta uerò Tybiſcum Segedina muris carẽs quinq; mil. paſſ. longa. & in Danubij ripa è regione Bodæ, Peſt oppidum paludibus iniectum ſupra quod in eadem ripa Vatia eſt ciuitas. Item ſeptentrionem uerſus Agria ciuitas Agrianorum militum uirtute inſignis, quam potiſsimum Philippo & Alexandro magno in bellis præſtiterunt quoniam & ij Pæones fuere ab Illyrijs colonis editi ut ſcribit Appianus, & ſupra eam Caſſouia ciuitas alia non procul à Polonia, in Finibus Vngariæ ad dextram Hernad Fluminis, qui nonnullis amnibus in ſe receptis in Tyſſam cadit.

Regionis Daciæ ſitus.

DAcia regio eſt cui nomen Dacos Getarum ſoboles dediſſe Pompeius Trogus author eſt: Appianꝰ Getas eſſe quos Dacos uocãt & ſi Strabo Dacos quos olim ut ait Dauos uocabant ad uſq; Iſtri fontes

fontes ponat. et Plinius Getę Daci à Romanis dicti. Getas autem ad Pontum in orientem uergere dicat. quæ pars deinde Gothia appellata eſt: ac mox Gepida nūc uerò Tranſyluania Regio, Auri, Argenti, & quod uiuū appellant, Æris quoq, Plumbi, atque ferri abundās: etiam ſalis foſſilis ex montibus & omnium generum animantium fœcunda. Siquidem Gothi ut in eorum hiſtorijs legimus ex inſula Scandia ad continentē Germaniæ Berice rege duce tribus nauib. annauigarūt: quarum duæ citius litus quū tenerent in Daciámque regionem deſcenderent: tertia deinde tardior litus applicans alijsq ſuperueniens cauſa nominis fuit, nam Gothorū lingua Gepidæ pigri dicunt. hinc factū ut paulatim corruptè nomen eis ex conuitio naſceretur, Gepidas. Dacia terminatur à ſeptentrione parte Sarmatiæ (nam ſub ipſa iacet) à Carpato uidelicet monte uſque finem ubi Tyras fluuius ſe ad Ponticum mare flectit & Ieraſum F. Quo loco, hoc eſt, ad orientem Inferior Myſia illi occurrit, & parte Danubij quæ ad ſeptentrionē conuertitur: Ab occaſu Iazibus ſecundum Tybiſcum amnem. à meridie Danubio: Ampla ſanè regio, altiſsimis montibus & profundiſsimis fluminibus munita, acceſsibus paucis peruia, frigida uehemēter: plana intus ferè tota, ac multis in locis deſerta uaſtis ſolitudinibus, aquis maximè carētibus. Quibus in campis Darius Hyſtaſpi F. quum traiecto Iſtro expeditionem ſuſcepiſſet aduerſus Scythas, maximū inijt periculum, ne toto cū exercitu ſiti deleretur, qua re ſero intellecta remeauit. Gens in ea ferox admodum, non telis magis quam ſuo cœlo, ſuoq ſidere armata: quæ multis Romanorum cladibus inſignis fuit. unde illud: Indomitiq Dacæ. Atq adeò ut ipſum Martem fabulæ apud eos natum eſſe dicant: nam Virgilius:

Gradiuumq patrem Geticis qui præſidet aruis. Et Ouidius:

Nulla Getis toto gens eſt truculentior orbe.

Ii quoties concretus Gelu Danubius iunxerat ripas, latius diſcurrere ſoliti ſunt, & uiciniā maximè populari: quo uiſum eſt Aug. genti aditū ſubmouere, miſſo igitur Lentulo ultra ulteriorem ripam, circaq præſidia cōſtituit. Sunt enim omnes ex equis ſagittarij, et Scytharū ſimiles cultu, quibus mos eſt, tam fœminis quam maribus corpora ſua formæ gratia quibuſdam notis inſcribi. Tenebant priſcis temporibus Daciam uariæ gentes quarum qui propriè Daci nominabātur ad Carpatum montem in ſeptentrionali plaga ſiti erant, in quibus apud Tybiſcum fluuiū oppidum Rucconium, Roma modo eſt, & ad orientem Docirana oppidū aliud, & in ripa Paroliſſum. ultra uerò amnem ad meridiem magis iuxta Tyram fluuium Triphulum oppidum, & aliud Patridana, & Carſidana, & Arcobadara, quæ ſecundum Strabonem in Getis erant, in quibus etiam Petrodana ſed à fluuio lōgè. Quibus ad meridiem Anarti, Teuruſci: & Cœſtoboci loca habuerūt. Iſtis erāt prope Tybiſcum Vlpianum oppidū quod

nunc Czanadre dicitur: inde Napuca, & Patruiſſa, & Salinæ Catarabonī appoſita. Poſt orientem uerſus Prætoria Auguſta Romana colonia, & Sandana, & ad Alutatum amnem Vtidana oppidum. Ad illorum meridiem Prædaſenſij, & Rhathacenſij, ac Coricenſij: ſub quibus Brephi, & Buredacenſij, & Cotenſij terram incolunt apud quos oppida ſunt, Singidana in medijs campis ſita: & Apulum, & Ziridana, & Marcodana, & Zermizirga in margine Catarabōis fluuij. Inde Comidana, Rhamidana, Pirum, Zuſidana, & Paloda, quæ duo ultima propè Alutatum iacent: Similiter poſt illos neque à Danubio procul Albocenſij, & Potulatenſij: & Senſij: Iſti oppida habent apud Tybiſcum, Zurobara, nunc Temeſar, & ad Citarabonem Argidana, & Tiriſcum. Et in eius orientali ripa Zarmizegethuſa regia tum urbs. Inde Aquæ, Tiaſum, & iuxta Alutatum Netindana. Qui uerò maximè auſtrales ſunt atque in Danubij uſque ripam. Saldenſij, & Ciaginſi, & Piephigi dicūtur in quibus Zeugma oppidum, & aliud Tybiſcum apud amnem ſui nominis, & Dierna quod nunc illi Cheium uocant, & Acmonia nunc Senerim: & Druphegis Nicopolize modo. Item Phrateria ad oſtium Catarabonis in Danubium, quod Iurgauo à barbaris dicitur. Sunt & Arcina, Pinu nunc Phiſtona, Amutrium, Sornū, & alia quæ uetuſtioribus comparari alienum à uero fortaſſe erūt: ut Cluſemborch, Molemborch, & Nouaci uerſus Danubium, & Braſouia, & Sebinum urbs munita admodum quæ inter Tybiſcum & Catarabonem ſunt: circa quod fluuium Tomborch, Groſſeſchient, Vnzeborg, Pros, & Hermethach: Inter quod & Alutatum, Rhotentorin: ſub quo Birbone, & iuxta illud Colmet. Item Deua, Giorgim, Beſtirize: et reliqua. Vltra uerò Alutatum amnem uſque ad Milcononem amnem (ut diximus) magna Valaccia eſt, fluit enim Alutatus à ſeptētrionali parte in meridiem ubi Iſtrum ingreditur, unde Iſter à meridie ſeptentrionē uerſus inclinatus contra fluit, quoad ſe in orientem retortus in Ponticū mare fertur, cui conuerſioni amnis Seraſus ab occaſu ueniens iungitur, ad Alutati confluenta oppidum eſt Calafactum nomine.

Myſiæ ſuperioris ſitus.

MYſiæ duæ ſunt ſuperior & inferior, quę maior & minor Scythia per Gothorum tempora appellabātur: ſub Dacia ad auſtrū conſtitutę: quas Ciabrus amnis ſeparat qui nunc Morana dicitur, à meridie fluens ex monte Orbalo, in Danubium cadit. Labitur enim Danubius inter Daciam & utramque Myſiam. Superior itaque Myſia ea eſt quæ nunc uulgo Seruia appellatur, uerum in hac regiuncula inter Cheſaum & Moranā amnes Angrum, Moſchium olim quos Herodotus nominat, iacet: quam Raſſiam pro Dacia corrupto uocabulo barbari uocāt: ex quo quidā in cōmune, Seruiam Raſſiam nominat: Nam legimus apud

Eutropium

Eutropium, & Vopiſcum hiſtoriarum ſcriptores, Aurelianus Imperator prouinciam Daciam quam Traianus ultra Danubium fecerat, intromiſit, uaſtata omni Illyrico & Myſia, deſperans eam poſſe retineri, abductiſque Romanis ex urbib. & agris Daciæ, in media Myſia collocauit, appellauitq; eam Daciã, & eſt in dextra Danubij, in mare prætereuntis, circuitu decies centena millia paſſ. complens: Sextus Ruffus, duas inquit, Dacias in regionib. Myſiæ ac Dardaniæ factas eſſe. Habet prouincia ad ſeptentrionem Danubium, ad orientem Ciabrum fluuium: ad meridiem montẽ Orbalum: ad occaſum Saum pro parte, Dalmatiamq; & Boznam penes Drinam Taramq; amnes. Terra planitie tum ingenti, tum fructifera inſignis, quæ multis irrigatur fluminib. per medios campos elapſi in Iſtrum exeunt. Verſus autem Iſtri ripam, mõtuoſa aliquantum eſt regio: Partem eius iuxta Dalmatas Triconiſij populi incolunt: prope Ciabrum Myſij: quæ uerò interiacent Picenſij: & apud Macedonas interlabente Axio Dardani, per quos Dardanus trãſit fluuius ex Rhodope monte, in quibus Gabrij erant, Dardanorũ uerò nationem agreſtem prorſus eſſe Strabo ſcribit, adeò ut ſub fimo ſpeluncas defoſſas incolant degantq;, ſtudio tamẽ capti muſicæ, tibias & fides uſurpant: Homines ut ait Solinus, ex Troiana proſapia in mores barbarorum efferati. Appianus nomen à Dardano Illyrij F. Polyphemi & Galateæ nepote in his locis è Sicilia nauigante ſumpſiſſe ait, qui modo Morlachi appellantur. Legimus Myſios in tantum bellicoſos ſemper fuiſſe, ut ipſum Martem, non apud Dacos (ut ipſi aiũt) ſed apud ſe natũ eſſe dicant: quod Florus meminit: qui quamferi, quamque truces extiterint, à Piſone perdomiti in ipſa captiuitate rabiem oſtendere, quippe quum cathenas morſibus tentarent, feritatem ſuam ipſi puniebant. Apud has gentes Ariſtoteles naſci urſos albos inquit, nec eiuſmodi quales in cæteris reperiuntur locis, nam quoties eos uenatores inſectantur, ad canes cõuerſos, in eorum faciem adeò fœtidum, & olentem ſpiritũ euomere, ut eo fœtore correpti canes, admodũ putreſcãt. Ciuitates in Myſia ſunt in quib. Taurinum & muris & ſitu ualidiſsimum eſt, Sao amni appoſitum, ubi ipſe in Danubium influit, arcem in tumulo habens, quod oppidum barbari alij Nandoralba, alij Bellogradũ uocant, Ptolemæus Pannonię inferiori illud aſſcripſit modo in Seruia habetur: deinde Singidunũ Simedro nunc Danubio appoſitum, oppidum forma triangulari, quorũ laterum, unum Danubius, reliqua duo amnis Angrus, id eſt, Cheſaua ad angulũ meridionalẽ oppidi ſciſſus abluit, non longè in mediterraneo exortus. Tricornium poſtea, illi Golumbatiũ uocant ad ipſum Danubium inter oſtia Moranæ & iuxta ingreſſum amnis Moſchij in Danubium, ad auroram Viminatium olim, nunc Vidino. Et inde ſecundum Danubij ripam, Tanatis hodie Terriana, Etea modo Rocana, & Dorticum Samandria oppida ſunt. Mox Rhætiaria Myſorũ cognomine, quę modo urbs

Nicopolis dicitur ſine mœnijs arcē in tumulo habēs in qua multę antiquitatis ueſtigia apparēt: é cuius cōſpectu ad alterā ripam in maiori Valiocia eſt Turris à Tirco poſſeſſa. Procul aūt à Danubio: Orrea, Tinacum, Vendenis & Velanis ſunt. In Dardanis uerò Arribantium: & Neſſum quod Teſion breuis amnis præterlabitur. Deinde Vlpianū ciuitas uetus & ampla. Item Scapi quod nunc Scopiā uocant: arcem in ſaxo habēs, reliquum in plano mœnib. carens, quod amnis Vardara modo ab arce ſegregat, prę terlabitur enim ſaxi radicem, iuxta quod Auri & Argenti indagines uberrimæ ſunt. Scaptin græcè latinè fodere dicitur, unde nomen oppido inditum. Inde ſub Taurino, ad meridiem caſtellum Xerno: & aliud Oſtrouiza barbaræ appellationis, in præruptis ambo petris.

Myſiæ inferioris ſitus.

MYſia inferior Scythia minor quādoq; appellata ea eſt quæ à iunioribus. Bulgaria nunc dicit. Hæc à ſeptentrione Dacia iuxta Danubiū: ab occaſu Myſia altera in Ciabro fluuio: à meridie Thracia iuxta Æmū montem: ab oriente Ponto Euxino uſq; ad Iſtri oſtia terminat olim uerò ultra Iſtrū ad uſq; Boryſtenē, quæ modo pars in Tartaria cōputatur. Regio non ut altera plana, ſed maiori ex parte montib. aſpera, præſertim quæ ad mare uergit. Huius occidentalia eiectis Scordiſcis à ſiniſtro Dardanorum latere Triballi tenuerunt. Sic denominati (Appiano teſte) quia originem à Triballo Pœni F. Autarij nepote ducere aiūt: In qua gente aliquos eſſe Plinius memorat qui uiſu effaſcinent interimātq; quos diutius intueantur, iratis præcipuè oculis, quod eorū malū facilius ſentire puberes: Et eos ipſos (ut eſt apud Geliū) mares ac fœminas q uiſu tā nocenti ſunt, pupillas in ſingulis oculis binas habere. Poſt aūt Triballos ſub oſtio Peuca Troglodytæ ſunt, uti Ptolemæo placet: Strabo in altera Myſia eos poſuit, ut ibi notauimus. Inde Peucini q inſulā Peucē aquis Iſtri cicūfluā inhabitant, ſiquidē Baſtarnę, eā quū occupaſſent, Peucini ſunt appellati. Quā meminit Luc. nec nō Val. Flac. à nympha nomē accepiſſe dicēs, ut:

Inſula Sarmaticæ Peucæ ſtat nomine nymphæ
Toruus ubi & ripa ſemper metuendus utraq;
In freta per ſæuos Iſter deſcendit alumnos.

Poſt aūt Peucinos, Crobyzi apud Pontū habitabāt. Supra quos Tēſij ac Bulenſij loca tenebant, à quibus Bulgarorū emanaſſe nomē fama eſt. Quę uerò inter Crobyzos, & Tenſios, ac Bulenſios iacēt, à Dimenſijs, Piarenſijsq; incolunt. In litoralib. huius regionis, Iſter alienis aquis uberrimus iā factus 7. oſtijs in mare effluit 100. ferè mil. paſſ. interius diuiſus: ſeptētrionalius Iſter dicitur (in eo enim nomen cōtinantur fluminis) in quo inſula quædā, meridionalius Hieroſtomū, id eſt, Sacrū oſtium reliquis amplius, inſulā Peucē amplectens q nauigationē ſurſum à mari 15. mil. paſſ. habet: inter ipſam Darius Pontem cōſtruxit. Pizinā modo à barbaris uocitatā.

Iuxta

Iuxta quã in altera ripa Briligũ poſterioris appellationis caſtellũ eſt: quæ duo oſtia, ſupra 150. mil. paſſ. inter ſe diſtant Strabo 300. ſtadia facit. In quorũ medio ſpatio ſupra Sacrũ, Thiagola palus eſt (ante eñ quàm mare fluuius intret, ſtagnat, locumq; paludoſum reddit) quo nomine oſtiũ uocatur. dein Boreũ: Inariatiumq; hæc tria minus ampla minusq; profundà exiſtũt: Reliqua ut Pſeudóſtomũ: & Caloſtomum, id eſt, bonũ oſtium, & illud falſum, nauigabilia ſunt: inter quæ oſtia exiguę quædam extant inſulæ. Item in mare exaggerato fundo amniũ impetu, diei unius nauigatione à litore, harenarũ ſub aquis latentes cumuli ſunt, quos nautę pectora, quidam ſcana uocant, in quæ delata per noctem nauigia periculũ ſæpe faciũt. Vbi inſula Leuca quæ à quibuſdam Cacearia & à quibuſdam Græciaria, nunc Fidonixi uocatur, circiter ſeptuaginta mil. paſſ. in pelago: ſed neque Boryſtenis oſtio obiecta, ut quidã, uerũ Iſtro potius, Achillis tumulo clara, ut antiquitas tradit, ædeq; illi ſacrata ubi candidæ aues uerſantur alcionibus ſimiles, Plinius perdices: quod etiã Dionyſius Alexãdrinus ſcribit. Rurſus in continente ſub oſtio Sacro ad meridiẽ ſtatim promontoriũ eſt Pterum nomine, quidã Arietis caput uocant. Inde procul inter pulcherrimas huius orę urbes Iſtropolis, ſiue Iſtros, oppidulũ prius à Myleſijs ædificatũ, dein ciuitas potentiſs. effecta eſt, quæ nũc Groſſea appellat̃. Supra quam lacus 63. mil. paſſ. ambitu quem Lymirim uocãt, qui ex Palude orta ab alueo Peucis gignit̃, oſtium in mare habens portũ faciens: Item alter paulo ab eo diſtans, qui ore caret. Inde Thomi oppidũ, nunc Conſtantia, cũ fluuio, qui tum Abſyrtus nominabat̃: à quibuſdã Tomyris à Maſſagetarum regina, quæ oppidũ interempto Cyro ædificauit, ſuoq; de nomine appellauit: Aliter Ouidius, qui à fratre Medeæ, & ab eadẽ in eodẽ loco necato, nomẽ ait accepiſſe, nam inciſio ſiue ſectio latine Thomi interpretatur: eamq; lacerationẽ penes abſyrtum fluuiũ fuiſſe tradit, ex quo cognomen puerũ ſuſcepiſſe, quum Ægialeus antea uocaretur. Mox urbs Callatis ſiue Callapis eſt, Heracleinſiũ colonia, quæ antea Cerbatis uocabatur, nunc Pandalla. Inde eſt Dionyſiopolis Græcorũ urbs celebris in inſidijs ut ait Strabo poſita, Crunon prius dicta, portũ eius nominis habens Chaliacra nũc à barbaris, quã Ziras amnis abluit: Neq; longè inde portus eſt Caria nomine. Poſtea Tyriſtre promontoriũ, hic Heracleam & Byzonẽ oppida motu terræ concidiſſe ferunt: Plinius Byzonem Hyatu terræ raptam: Strabo maxima ex parte ſui terrę motib. abſorpta. Dein Apollonia fuit, & Curulli oppidũ, & Odeſſus Myleſiorũ colonia, Odeſsitana p Gothorũ tẽpora appellatata, nunc aũt Varna, cuius latus Odeſſus amnis ex Æmo fluens abluit. Inde ab eodem mõte Panyſus amnis Laniza modo ab incolis: in cuius oſtio ad mare Naulochus Meſambrianorum caſtellũ fuit ubi nũc Coſſacho caſtellũ eſt ac ſtatim Æmi montis extrema in qua Emona noſtri tẽporis oppidulũ ſedet Hĩc 18. mil. paſſ. in magno ſinu Meſam

bria illud adhuc nomen retinens in peninſula ſita Megarenſium colonia, Menæmbria antea dicta, id eſt Menæ ciuitas, eius em̄ fundator Menas appellabatur, Bria ſermone Thracio ciuitas nominatur, Strabo. Huius itaq; partis mediterranea penes Danubium hæc fuerunt oppida, Rhogianum Roſi nūc in paruo tumulo paludibus circundatū, Oeſcus ciuitas Triballorū Egiros ante cōditoris nomine appellata, ut Ouidius ſcribit, in arduo monte ſita, Blida nūc. Mox Diacum, Nouale, Trimanium, Tyriſtopolis. Deinde Martianopolis à ſorore Traiani principis ita cognominata quam Potamus amnis interfluit. Item Duroſthorus urbs, & Promariſca, & Sucidana, & Axium ciuitas à qua Danubius in ſeptentrionē ſe flectens, qua flexione ad uſq; Nouiodunum, id eſt, nouum oppidum peruenit, ubi ſciſſus diuertitur, ac in Pontum it. Et poſt Axiū: Carſum ſequitur: mox Triſmiris nunc Trachani, quo in loco Iſter magnā circuit inſulam quæ Sirmia appellatur. Hinc in conſpectu inſulæ Diogetia eſt oppidum modo Drimago. Poſtea Diuonum. Nucraunū modo Croſona in monte ſita. Siticeſca Tulza, modo in colle poſita, quæ omnia ut diximus in ripa fluminis ſita ſunt: Ab eo autem procul nō niſi Dauſdanatum, & Tibiſca in ſaxo quæ nūc Sophia dicitur. Pars autem minoris Valacciæ ſeu Moldaniæ quæ ad ſeptentrionem Iſtri iacent, hoc modo ſe habet. Iuxta mare in oſtio fluminis, Arpiſpolis olim, id eſt, Arpiorum ciuitas, in Arpijs enim populis eſt, oppidum nunc Lycoſtomum ab oſtij ipſius uocabulo, quod os lupi modo dicunt, quod oppidum in hac parte quemadmodum priſcis temporibus ita & noſtris nitet. Supra quod in oſtio Tyræ Neoptolgmi Turris exiſtit: & Hermonactis uicus ingens, ubi nunc Moncaſtrum quod in ea parte ſitum eſt qua ipſe Tyras nauigabilis in paludē modo Vidonis appellatam intrat: à duobus laterib. eius mœnia abluēs, indè breuiſsimo tractu in mare duobus oſtijs uadit. Qui ab Aquilonari parte in Neruijs ex ingenti palude emanans leni curſu Sarmaticam terram à Neruia ſeparans huc effluit. Litus uerò hoc & interiorem uſq; ad Ieraſſum amnem Arpij populi habitāt: ſub quibus Tyragontæ ſeu Tyragetæ, à Tyra fluuio nomē deducentes: & ſupra Peucinos Brittolagę. In Tyragontis q; inſulā fluminis ſpatioſam incolūt Tyraſpolis ciuitas ingens, Diomedis equorū fabulis dira, quā Tyras fluuius præterit, eiq; nomen relinquēs, colonia quandoq; Phœnicū, ut Amianus inquit, ubi nunc Zotheza uea eſt. Item ad eundem fluuiū in dextra ripa ſecundo amnis curſu Nemetū ſub quo in utraq; ripa 15. mil. paſſ. à mari, ciuitates Niconiū ſiue Nicōia, in leua Nomanoſter modo: in dextra Ophiuſſa à gręcis latinè Serpētaria quā Val. Flac. meminit, dicēs:

Linquitur abruptis pelago Tyras: linquitur & mons
Ambenus: & gelidis pollens Ophiuſſa uenenis.

Penes aūt Ieraſſum fluuiū oppida ſunt: Zargidaria Tarmiſidaua: & quo Iſtro coniungitur Piroboridana nunc Brailauo. Vltra uerò Tyram amnē

uſq; ad

uſq; ad Boryſtenis oſtium Terturia dicitur: in qua Phiſta ciuitas fuit nunc Chozabet in ſinu quodam ſupra quem duo ſalſi iucumbunt lacus: poſtea Axiaces amnis alio nomine Danaſtius per ampliſſimos campos defluēs Pontum ſubit.

Thraciæ regionis ſitus.

THracia (ut pleriq; authores tradunt) ampliſs. olim regio fuit, longè ac latè patēs: cui ab oriēte Pontus Euxinus, ac Propontis: à meridie Ægeū mare, à ſeptētrione Iſter, ab occaſu Macedonia, Pānoniaq; occurebāt: cuius rei inter alios Thucydides Pliniusq; teſtes ſunt, nec nō Strabo ipſe, q Æmiiuga mediā diuidere inquit, Dardanos, Triballos, atq; Myſios eandem incolere. Quamuis Herodotus, & quidā alij hos populos in partē Scythię collocēt. Deinde uerò alijs incluſa eſt finib. ſiquidē ad ſeptentrionē Æmo monte: Ad occaſum atq; auſtrū Macedonia per Pāgeū montē: ac deinceps per maritimā oram Ægei pelagi, & partē Melani ſinus, & Iſthmo Cherſoneſi: Ad orientē Propontide, et ore Pōti qui Thracius, ſiue Myſius boſphorus nominabaī, ac inde Ponti litore uſq; ad inferioris Myſiæ limitem Quæ prouincia poſteriori tempore Gręcia à iunioribus eſt appellata: Modo, hoc eſt, paucis ſupra annis Turchia dicta, quū ab ijs gentibus teneatur. Ante autem Thracium nomē, Arſa ab Arſo rege uocitata qui Thracis, Ædonięq; pater fuit, cui quum alter filiorū poſt mortem in regnū ſuccederet, ab eius nomine Thracia nūcupata eſt: Alter uerò quū nonnullis gentibus ibidē imperaſſet, Ædoniæ illæ & earū terra Ædonia denominatæ ab eo ſunt. Etiam Æmonia quandoq; ab Æmo monte: & quandoq; Biſtonia à lacu in ea famoſiſs. unde Ouidius.

Et tuta à bello Biſtonis ora fuit. Loquens de Thracia. Et in alio loco.
Eſt ubi Troia fuit Phrygiæ contraria tellus.

Biſtonijs habitata uiris. Item Solinus, & alij. Lactantius autem grāmaticus, & ſtagnū & prouinciā à Biſtone rege cognominatā. Sithonia quoq; à Sithone in ea monte: unde Strabo, Thraces Sithines uocabātur. Verum quidam nō à Thrace Thracia nomen ſed à feritate ſiue temeritate (ut græce ſonat) aſſumpſiſſe uolunt, quum ferociſs. homines nutriat: neq; ipſa minus aſpera ſit, uel frequentibus ac præruptis montib. manantibusq; ac ſtagnantib. multis in locis aquis, uel altiſs. per omnem hyemem gelu cenoq; ex quo non ab omni parte ſit peruia, idq; Homero atteſtantes.

At præceps Iuno celebrem linquebat Olympum
Pieriam accedens: dehinc Emathiamq; beatam
Fertur: & ad Thracas equites, rupesq; niuales.

Quam regionem quum deſcriberet Mella; Nec cœlo læta inquit, nec ſolo (niſi qua mari propior eſt) in fœcunda frigida, eorū quæ feruntur maligne admodum patiens: raro uſquā promiferā arborem: uitē frequentius tollerat, ſed nec eius quidem fructus maturat ac mittigat, niſi ubi frigora

obiectu frondiũ cultores arcuere, uiros benignius alit, nõ ad ſpeciẽ tamẽ, nam & illis aſper atq; indecẽs corporũ habitus eſt, cæterum ad ferociã & numerũ ut multi immitesq; ſunt, maximè ferax: & qui crudelitatis ſuę con ſcij Martem deum ſicut, & nationes quædam aliæ feræ in ſua terra natum prædicant: bello & raptu uiuere pulchrum eſſe, agricolationẽ in contem ptu habere. Quos poeta equarũ mulſores & lactiphagos dicit: De quorũ moribus atque à cæteris barbaris alieniſs. Herodotus in hiſtorijs abundè pertractat. Igitur maritima Thraciæ quę iuxta Ægeum pelagus ſunt, hoc modo ſe habent. Nauigantib. aurorã uerſus Neſſi uel Neſti fluuij oſtium primò occurrit, qui modo Meſtus dicitur, è Combro ſiue Scomio monte erumpens radices Pangæi montis circumfluit, & inde mare petit. eſt Cõ brus mons incultus ſanè ac Rhodope uicinus. Huic litori inſula obijcitur Thaſos nomine, ſiue Thalaſia, Æria prius dicta 40. mil. paſſ. circuitu, quę adhuc Thaſus appellatur, nemoroſa atq; fertilis, in qua ciuitas ſui nomi nis in plano ſita iuxta magnũ ſinum ad ſeptentrionem. Eam urbem Parij ædificauerũt teſte Plinio: Herodotus à Tyrijs Phœnicib. ait conditam & Thaſophœniciã cognominatã: quin etiã Thaſum profectus ſum inquit, ubi inueni templũ à Phœnicibus conditum qui ad inueſtigandã Europã nauigãtes Thaſum condiderunt: Habet præterea inſula ad meridiẽ caſtel la duo in montib. ſita, qua parte inſula tota mõtuoſa eſt: cui olim magnus prouentus à cõtinente ex metallis erat, ex foſsica metallorum aureorũ ma teria, quod Thucydides narrat: cęterũ uinum in ea optimũ naſci, atq; inter tranſmarinorũ in ſumma gloria fuit. Duo genera erãt diuerſos effectus ha bentia, unum quo ſomnus concilietur, alterũ uerò quo fugareẽ. Etiã uitis eſt Theriacã uocant, cuius & uinum & uua contra ſerpentiũ ictus medeẽ. Poſt Neſſum fluuiũ in continenti ac in ſinu q̃ infertur Abdera ciuitas fuit, quæ uetuſtate collapſa à Clazomenijs ex Aſia uenientib. in auguſtiorẽ fa ciem reſtituta, & à conditorũ nomine Clazomene uocitata interiectis de inde temporib. Maxmianopolis dicta eſt, Aſperoſa modo cũ amne: Hãc ut Solinus refert, Abdera Diomedis ſoror condidit & à ſuo nomine uoca uit: cuius aliquando incolę ut Trogus perhibet propter ranarũ muriumq; multitudinem, relicto patrio ſolo, ſedes quærere coacti ſunt: nam ut ſcri bit Theophraſtus, ibi frequenti mutatione aluei Neſsi fluminis, undique intra triennium ſyluarum opacitas prouenit, in quibus beſtiolæ facile nu triuntur. A qua etiam non longè in mediterraneis Biſtonis ſtagnũ eſt, cui eiuſdem nominis oppidum ingẽs appoſitum fuit: In ſtagnum duo flumi na Strauum, & Compſantũ cadere Herodotus ſcribit: Ouidius, liquidiſs. Diraſpem, & Tacitus, Melanthum dicunt, neq; quo ſtagnum exoneretur mentionem faciunt à quo lacu nonnulla oppida demerſa uidentur. Inter illud & mare campus eſt qui Prienaticus dicitur. Poſt autem Abderã urbs fuit Apollonia. Item Maronia Orthagoræa prius dicta, nunc Marogna

corrupto

corrupto uocabulo, quam Lyſus amnis interfluit. Oſiris enim per Helleſpontum in Europã tranſiens (ut in antiquitatib. Diodorus) Licurgum regẽ hoc loco peremit illiq́ regioni Maronẽ, qui cum eo ex Ægypto uineas plantãdi expertus, uenerat iam ſenẽ præfecit, unde Maroneũ uinũ eximię claritatis, qui condidit ciuitatẽ quam ab ſe unà cum circumadiacẽte regione Maroneam nominauit, quæ & Briantica quandoq́ dicta eſt. Per huius regionem Stenos fluuius currit: ad quem Tyridam opidum fuiſſe equorũ Diomedis ſtabulo inclytum quod ceſsit æuo, ſolumq́ turris ueſtigiũ durare, fabulæ ſignũ. Hinc Ciconum litus ubi Iſmarus ciuitas in radice montis eodem nomine, quæ iuxta lacum interijt, amnem habens in quo lignũ deiectum lapideſcit, quare Ouidius:

Flumen habet Cicones quod potum ſaxea reddit
Viſcera: quod tactis inducit marmora rebus.

Iſmarus mons aſperrimus eſt, uitibus tamen nõnullis locis cõſitus in quo Orpheus canere ſolitus, qui in Ampelon nomẽ mutatus hoc ſcilicet euentu: Bacchus dicitur Ampelon puerũ ſatyris & nymphę natum in eo monte uerſantem adamaſſe, cuius gratia uitem ibi plantaſſe, ex qua quum uuã uellet decerpere decidit, cui monti nomen ob illius memoriam impoſuiſſe, tuliſſeq́ in aſtra corpus. Poſt autem Iſmarum Hebrus fluuius Mariza nunc in mare uadit, is Othryſarum ſolum findit quæ numeroſa gens erat, tangitq́ gentes Ciconas, à quibus Orphei caput in eum proiectum fuit, dicente Virgilio:

Tum quoq́ marmoreà caput à ceruice reuulſum
Gurgite quum medio portans Oeagrus Hebrus.

Quem amnẽ Othryſiæ niues complere dicũtur: & qui Hyberno tempore congelat, fontes in Cõbro Othryſarũ monte habẽs, in quẽ Oeagrus fluuius, alio nomine Agrianes, influit priuſquã Hebro miſceatur, Contadeſtũ amnẽ. Tearũ ſecũ ferentẽ, recipiens inuadit, unde quidã Hebrũ ex Oeagro naſci opinant, augetur eñ ab eo uehemẽter: eſt Tearus, ut apud Herodotũ legimus, omniũ illius regiõis amniũ optimus, quũ ad alios morbos tum ad ſcabiẽ curandã uel hominũ uel equorũ: eius fõtes duo de 40. ſunt, ex eadẽ petra manãtes, partim frigidi, partim calidi. Ad cuius caput quũ perueniſſet Darius caſtraq́ poſuiſſet, dulciſs. & limpidiſs. Oblectatus aqua, triduo ibi ſtatiua habuit, colũnamq́ in eo loco gręcis literis inſcriptã erexit, latinè ita dicentib. O Teari fluuij fons quũ omniũ fluuiorũ optimã & pulcherr. proferas aquã, & ad te Darius Hyſtaſpis F. Perſarum. & Meſopotamiæ rex omniũ hominum optimus & Pulcherr. ad Scythas proficiſcens peruenerit, hæc quoq́ tibi ſcripta appoſuit, cunctæq́ continentis rex. Similiter Arisbus flumen poſt Oeagrum in Hebrum influit. Trans igitur Hebrum Doriſcus oppidum fuit, cui Samothracia inſula ferè opponitur Nomen à mari trahens, cui propinquum erat, appellatur enim

mare illud Doriſcum à Dori nympha. Iuxta oppidum herbidus campus eſt, & planities immenſa eodem nomine, per quam Hebrus amnis defluit. In hoc campo Darium ſtruxiſſe arcem fertur, uel murum, cui Perſarum præſidium impoſuit, iam inde quum Scythis inferret bellum. Poſt quem Xerxem eius F. exercitum in Græciam ducentem, reductus in portum urbis, nauibus copias ſuas in eodem cãpo, quia inuento ſpatio numerare nõ poterat, menſum ferũt: quare Plinius: locus Doriſcus decies 100. mil. hominũ capax, ita Xerxes ibi dinumerauit exercitũ: Fuit quoq; in Doriſco litore Sala urbs & Zona, cuius ultimum promontorium Serrium uocabãt. Eſt Serrius mons è mediterraneis locis huc in mare procumbẽs, quas urbes Philippus Amintæ F. quum bellum in ea regione intuliſſet à ſolo euertit. Poſt autem ad orientem Ænos ciuitas in reducto ſinu poſita eſt, quę ſic adhuc nominatur, eximia olim cum Polydori ſepulchro, ab Ænea profugo condita, ut ipſe apud Virgilium loquitur, quæ quandoq; Strabone teſte Polyobria nominata à Polyo ædificatore: Quæ regnante in Macedonia Caſſandro, quũ Theſſalonica urbs conderetur euerſa eſt, prius tamen à Philippo mœnibus ſpoliata. Quam loci deinde oportunitate conſiderata inſtaurauit: huic litori Samothracia obiacet inſula nõ magna, hodie Samandrachi à iunioribus dicitur, circiter decem mil. paſſ. à cõtinente, Melamphilus ante dicta poſtea Anthemis: dein Parthenia à Parthenio fluuio q mutato uocabulo Imbraſus nominatus fuit: & ut Callimachus ait priori nomine Dardania eſt dicta. Attollit in ea mõs Saoce 10. mil. paſſ. altitudinis Hebrũ reſpiciens, nam & inſula nomẽ ab altitudine ducit. Samos enim ſummitas & altitudo uocatur. Ex eo namq; loco ut ſcribit Strabo, tota proſpectui patebat Ida, & Priami ciuitas, & Achæorum naues cernebãtur. Sunt qui à Saijs priſcis Thraciæ cultoribus qui & continentem finitimam habitabãt, Samum appellatam eſſe dicant: ſeu illi ſint qui Sapæi aut Sinti uocabantur: unde Virgilius:

Threiciamq; Samon, quæ nunc Samothracia fertur.

Dionyſius uerò Halicar. alter ſcribit: Samothraciæ dicens nomen impoſitum ex homine & loco, nam locus quidẽ Thracia conditor autem Samo Mercurij F. & nymphę Callenidos. A quibus omnib. Diodorus diſſẽtit, ait enim Myrin Amazona quũ tempeſtate coorta diu agittata fuiſſet uotumq; matri deorum pro ſalute feciſſet, ad inſulam tum ſolitariã peruenit ubi iuxta quoddã ſomniũ, ei deæ inſulã ſacrauit, nominauitq; eam Samothracẽ quod à Græcis ſacra inſula interpretat. Portuoſiſs. omnium, cuius oppidũ eſt in altiſs. monte ſitum ad ſeptentrionẽ: melle abundans: nec minus damis: in hac Perſeus Macedoniæ rex ab Æmilio paulo capitur. Relicta autem in continẽte Æno: Melanẽ, id eſt, nigrũ ſinũ Cherſoneſus ad occidentẽ claudit, à flumine q̃d in ſe recipit uocitat9. Huc eñ Melas à mõtib. ſeptentrionẽ uerſus dilabẽs cadit. Hoc loco omiſſa Cherſoneſo, in reliqua

Ponti

Pōti Euxini ora deſcēdamus. Sub Myſia itaq; quę Thraciæ pertinēt, hæc
ſequunt̄. Primum amnis eſt quē Schaphida accolę modo uocāt. Dein An
chialus ciuitas olim magna in intima ſinus ad æmi radices à Sardanapalo
Parthorū rege poſita, Meſſa ante. Mox Apollonia Anthiū prius appella-
ta Myleſiorū colonia, cuius maior muri portio in inſula quadā exili cōdi-
ta erat, à Lucullo ſolo complanata, ubi caſtellū Heraclienſes condiderūt
nunc Sixopolis dicitur. Eam Sardanapalum Parthorum regem à funda-
mentis ædificaſſe fertur, à qua duodecim mil. paſſ. aquæ calidæ ſunt ad ſa
nitatē morborū penè omniū efficaciſſime. Hoc quod diximus litus, Thy
niacum tum dicebatur, & in eo gēs Thyniaca, à qua Strabone teſte Bithy
ni qui è regione in Aſia ſunt prouenere: nunc autem & litus & intus longè
regio Sagora nuncupatur, aprica & frugifera affatim: ubi mellis, & ceræ
magna copia. Poſtea promōtorium eſt Cetirizis nomine, locus munimi-
ne ualidus, quo aliquando Lyſimacus opum ſuarum theſauro, & ærario
uſus eſt. Mox Tonzum oppidū fuit parum à mari diſtās. Deinde Peron-
ticum in petra ſitū. Et promontoriū Thyniæ iuxta cuius radices urbs An
driaca, nūc Gatopolis: Quo in loco Salmideſſum litus deſertū, petroſum
importuoſumq; totum ad aquilonē uentum latè patēs naufragiis celebre
iacet. Mos erat incolis, circa ea loca ueluti in inſidiis poſitos inſidere, ut ſi
quos aut naufragos, aut curſu excuſſos nacti mercatores fuiſſent, ilico dir
riperent, captiuosq; abducerent: In quo & promontoriū eſt Syriphion in
mari lōgè procūbens, à Sithone mōte euulſum, è quo canentē Orpheum,
ſequuta narrātur nemora (licet Herodotus in Macedoniam illud ponat)
nam in Sithonibus natum uatem perhibent, ibiq; Sithones habitant, qui-
bus mons imminet. altiſs. niuoſusq; à quo nomē ſortiti ſunt, quamuis poë
tæ, ut ante diximus, Thraces omnes eodem nomine appellent. Inde ſtag-
num eſt Deuelconium, quod poſtea Deulcum dictū eſt, in mare tenui ore
exiens in cuius margine Deuelcus colonia cum fluuio, Stagnara modo di
cta. Mox Philia promontorium ad meridiem flumen habens in mare. &
Phinopolis Bithyniorum colonia oppidum quondā Araxteri regis, nūc
Philea locus. Sed quia in hoc litore Euxinum mare (cuius ante ſæpe memi
nimus) ex parte Europæ terminat, illud ſubindeſcribere, haud ab re erit,
quod ueteres propriè (ut quidam) per excellentiam Pontum appellaue-
re: quidā à Ponto regiūcula iuxta illud in Cappadocia ſiue à Ponto parte
altera Bithynię. Per ſuperiora tempora, Iaſonis maximè ætate, oceanus ar
bitratus, neq; aliter, qui eò uſq; nauigabant, ac ſi exteriora agredi maria cre
debantur, cuius rei Diodorus teſtis eſt. qui in oceanum Danubius ac Rhe
nus uadunt, inquit: Axenon tunc id eſt, hoſpitale appellatum, illius enim
circum ripas barbari crudelitate inſignes habitantes, aduenas iſthuc adna
uigantes, uel tempeſtate actos, immolari atq; eorum carnib. ueſci conſueti
erāt, & pro pateris caluarias uſurpantes. Sed poſt cōmertio aliarū gentiū

Græcorum

Græcorum præſertim (Iones namque urbes in ora ædificauerunt) mollitis aliquantum moribus Euxinum, id eſt, bonum hoſpitem uocari cœptum. Vaſtum ſanè mare, atque portubus carens, longè refugientes (ut inquit Plinius) terras occupat, magnoq; litorum flexu retro curuatum in cornua ab ijs utrinque porrigitur, ut ſit planè arcus Scythici forma: unde Manlius:

Euxinus Scythicos pontus ſinuatus in arcus.

Colligens in circuitu haud minus uicies quinquies centena millia paſſ. decies in longitudine, quæ ab oriente in occidentem diffunditur. Atrox (ut Mella) nebuloſus, non molli, neque harenoſo circumdatus litore, uicinus aquilonibus & quia non profundus eſt fluctuoſus atque feruens: ex quo illud:

Mæotiſq; lacus: Euxiniq; aſpera ponti æquora.

Licet Oppianus contra ſentiat: Nigrumq; dici ob profunditatem: quod Græci nautæ adhuc obſeruant, nam mare Murum illud uocant, id eſt, Nigrum, latini uerò Maius: cuius aquæ ſemper extra in Propontidem meant, introrſus in Pontum nunquam refluo mari, ex quo quidam, hinc maris fluxus non à Gaditano freto exiſtimauere. Lucanus utrinq; ubi ait:

Quaq; fretum torrens Mœotidas egerit undas
Pontus: & Herculeis aufertur gloria metis,
Oceanumq; negat ſolas admittere Gades.

Quod è fluore multorum fluuiorum eum ingredientium uenit ex quo foras effluere opus eſt, nam & ſuperficiem dulcem habet, introrſum uerò ſalſas, à Gaditano immiſſas oſtio. Strabo exiſtimari dicit, Euxinum ad Byzantium os nequaquam antea exitum habuiſſe, quàm flumina in ipſum irrumpentia uiolenter aperuiſſēt, dehinc aquas in Propontidem & Helleſpontum excidiſſe quod quum amnibus impleretur tranſitum in oceanū effregiſſe atq; inde, ut Erathoſtenis opinio eſt, in mare noſtrum ad columnas uſq; effluxiſſe. In Ponto magnā copiam eſſe piſcium atq; omnigenū, quos præcipua celeritate adoleſcere dicunt, cauſa multitudo amnium dulces inferentium aquas. In Ponto uoraces beluas nunquam uiſas eſſe, præter innoxos Delphines & ex ijs paucos dicit Plinius. Hactenus de mari Pontico. Sequitur promontorium quod quinq; tantum ſtadijs anguſtum efficit fretum, quod Boſphorum Thracium ab Ione Inachi filia nuncupatum eſt, ex eo namq; ut fabulantur Io in bouem conuerſa ad mare Ionium permeauit, anxiū adeò mare, ut ait Plinius, quod cantus alitum, canumq; latratus inuicem audiuntur, uocis & humanæ cōmertia inter duos orbes manente colloquio, niſi quum id ipſum auferunt uenti: Contra quod in Ponto inſulæ duæ fuere perexiguæ Cyanæ quas Symplegadas petras uocauere nonnulli, quæ per Byzantiaci oris anguſtias aſperum nauigātibus fecere tranſitum, non enim amplius duorum mil. & quingent. paſſ. freto

diſiunctæ,

diſiunctæ, altera in Europam, altera in Aſiam uergẽs. Quæ ideo errabiles dictæ, quoniam paruo diſcretæ ſunt ſpatio. Ex aduerſo enim intrantibus geminæ cernebantur, paulumq́ deflexa acie coëuntium ſpeciem præbebant: quas notat Iuuenalis, ſimiliter & Ouidius dicens:

— Timuit concurſibus Argo
Vndarum ſparſas Symplegadas Eliſiarum
Quæ nunc immotæ perſtant uentisq́ reſiſtunt.

Quas etiam Ptolemæus ponit, aſsignatq́ locum: ſed earum hodie nullam ibi apparere confeſſum eſt: Poſt autem promontorium memoratũ, ſinus panditur ad nouẽ mil. paſſ. introrſus, cornu ceruino ut inquit Strabo perquam ſimilis, nam in plures ſinus perinde ac ramos quoſdã ſcinditur. In quos irruentes Pelamydes (ita enim hoc genus piſcium uocant, cum à Luto (ut ait Plinius) limoſum adhuc eſt: nam cum annum exceſſerit. Thynnos, ſiue Thunnos: ut alij placet appellitant) magno perfacilè captantur numero, ob multitudinem, & impellentis fluxus impetum, ita ut propter ſinus anguſtiſsimos, uel manibus compræhendantur. Earum generatio in Mæoticis fit paludibus, quo gregatim uerno tempore è mare properãt parientes, nam alibi non fœtificant, unde autumnali tempore poſtquam præcipua celeritate adoleuerũt paulatim, facto agmine, per os ipſum erũpunt, ac iuxta litus Aſiaticum: uſq́ Trapezuntem, & Pharnatiam excurrunt: in qua migratione, nonnulla eorũ exiſtit uenatio ſed non admodum copioſa. Poſtquam uerò Cyaneas tranſierint inſulas, quas Symplegadas uocatas ſupra diximus, ubi ex ripa Chalcedonica albicãs illis occurrit petra miri candoris (ut ait Plinius) cuius fulgore terrori concuſsi in ulteriorem ripam conuertuntur, ibi tum præcipiti aquarum curſu correpti & innata locorum aptitudine ad Byzantinũ cornu deflexi, copioſum Byzantinis ſuppeditãt prouentum. Nam membratim cæſi, ceruice & abdomode plurimum commendãtur recẽtes, cætera ſale, ad uaria genera ciborum aſſeruantur. Hoc uerò beneficium nõ niſi Apollinis, beneficentia Byzantinis contigiſſe uolunt. Nam cum illius urbis conditores primi, Apollinis oraculũ conſuluiſſent, reſpondit, ut cõtra Cęcos habitationem locarent. Cęcos autem Chalcedonios ideo uocabat, quod cum priores ad ea loca ueniſſent: omiſſa locupletiori ripa tenuiorẽ elegiſſent: Ex ea itaq́ cauſa hoc promontorium, Auri coruu appellatum eſſe, placet Plinio. In eo cornu (Chriſocera uocat Solinus) Byzantium eſt: urbs olim clariſsima: & quæ uelut fatali quodã genio, ad regnorũ caput, nata uidetur. Hanc enim Pauſanias quem alij Spartanum, Lacedæmonem alij fuiſſe, uolunt: tempore Tullij Hoſtilij Rom. Imp. condidit, eamq́ mox caput Thraciæ ſtatuit Ligos (ut uidetur) uocando quam Byſantus rex (ut placet Diodoro) à ſe Byzantium poſtea dixit. Sequenti uerò tempore, à Conſtantino magno mirabili artificio murorum & propugnaculorum ampliata & firmata eſt, ac

ſumptuoſa ędificiorum ſtructura abſolutiſſima reddita eſt. Nam cum ob Perſarum incurſiones frequētes, Rom. Imperiū in orientem transferre ſtatuiſſet, in ſomnis (ut aiunt) oraculo monitus, hāc unam uelut tutiſsimam cōtra omnium hoſtium inſultus, munitionē ſibi elegit. Sita enim eſt in arctiſsimo (ut Tacitus ait) Europæ & Aſiæ diuortio, Freto ſcilicet Boſphoro, quod ſupra latitudine quinq; ſtadiorū tantum eſſe diximus: Græci πόρθμον uocant, Boſphorū aūt: quaſi bouis tranſitum: Has anguſtias Darius Perſarum rex quondam Ponte ſublitio. Herodoto teſte, cōiunxit: quo exercitum numeroſiſsimū, tam peditū quàm equitū ex Aſia in Europam traduxit. Sunt qui quatuor ſtadiorum: hoc eſt quingentorū paſſuum latitudinem tantum faciāt. Eius uerò freti (quod collū uocant ob ſimilitudinē) longitudinem antequam Proponti ſeſe aperiat, centum & uiginti ſtadiorum. In cuius ferè medio Byzantium conſtructum eſſe dicitur: quo eſſet munitior. Nam illic ſinum habet non paruum, in occaſum ad ſtadia 60. protenſum cuius aquas ob profunditatem Mare nigrum uocant: qui latus urbis ſeptentrionale totum lambit. In eius litore oppoſito Pera eſt ciuitas Perinthus quondam, quarundam ſuam Gallata & nunc Ballata barbaris, qua ueluti propugnaculo firmiſsimo, ea parte urbs utitur. Forma eius ad Triangulum tendit: cuius duo latera marinis undis proteguntur: Septentrionale ſcilicet, ut diximus: & Auſtrinum. Tertium uerò quod occidentem reſpicit, muris et antemuralibus fortitudine celebribus, foſſa deinde profunda clauditur, ita ut inſuperabilis penè uideatur. Fuit hæc urbs olim ſacræ Religionis hoſtibus: duplici nomine terrori. Et quod armis, à Chriſti uinea truculentos uaſtatores arcebat: & quod lupos falſorū dogmatum ſæpius pellebat, multas enim Synodos illic congregatas fuiſſe legimus, quib. uera Chriſti religio à prophanis & peregrinis doctrinis ex dei uerbo, diſcernebatur. Vnde factum eſt, ut quod Roma in Italia. In Ægypto Alexandria & in Syria Antiochia: hoc in Aſia: & Græcia ferè tota Conſtantinopolis ſit habita. Nunc uerò Turca immaniſsimus: omnis iuſtitiæ & pietatis hoſtis eam obtinet, ſiue id noſtra fiat inertia, ſiue malicia, iuſto certè Dei ſit iudicio, ut nos, qui uelut rabidi canes, mutuis uulneribus, noſmetipſos, cōtra omnes noſtræ religionis leges conſcindimus, interim per externum hoſtem, prorſus exciīdamur. Vrbem hanc Mahumetes Amurathi filius eius nominis Turcorum Imper. ſecundus è Chriſtianorum manibus eripuit, anno ſalutis partæ 1453. magna clade, & ſua & Chriſtianorū. Quod uerò ad nomina attinet. A Conſtātino, q cam primus è Romanorum principibus incoluit. Æthuſa, & Agios, & Noua Roma dicta eſt. Quod nomen in Conſtantinopolim, à ſuo nomine, Populi obſtinatione commutare coactus eſt: Nunc uerò barbaris Stampoley, & Stampolda, corruptè aut Apoley dicitur. Poſt Boſphori anguſtias: rurſus ſeſe mare laxat: utrumq; litus extendens, quouſq; ad quingenta ſtadia dilatetur

tetur

tetur: ſinus interim non paucos nec modicos: in Aſiatico præſertim litore efficiẽs, in quo eiectas per os Boſphori Ponti undas: recipit. Poſt quã latitudinẽ, rurſus in arctũ coit: donec longitudinẽ 1400. (ut ait Herodotus) ſtadiorum compleat. Plinius 200000. & 39. mil. paſſuũ hanc longitudinem facit. Hunc aquarum utrem, aut ſi mauis mare hoc Propontidem, ab ordine (ut inquit Solinus) uocant, eo quod ante pontum ſita ſit. Habet & hoc ſpatium, & ſi non admodum amplum, ſuas quoq; inſulas nõ paucas ſiquidem Plinio credimus: Inter quas una tantum Proconeſus dicta habitatur. Secundum Pomponiũ, unam habens ciuitatem. In qua larga Marmoris præcioſi uena eſt: quod Cicizenum, ſiue Proconeſium uocant: antiquitati in primis laudatum: Hanc falſo quidam: Præconeſum nominant. Nam προκόνησος Græcis dicta eſt quod latinè ſonat, Ceruorum inſula. Vti de altero nomine Elaphoneſum, quod idem ſignificat: uocat Plinius Neuris eidem quoq; dicta. Reliquas cum uſui non ſint, lubentes Præterimus, quales ſunt. Ophiuſa, Acantus, Phebe Scopelos, & cæteræ quas ordine, Plinius libro quinto enumerat. Litoralis uerò deſcriptio Propõtidis: quę occidentem, & Europam tenet: ſic ſe habet. Poſt Byzantium, Bathenij fluuij oſtium eſt: quem Plinius Bathyniam uocat iuxta oppidum eiuſdem fuit nominis Melæ Bathynis: quod Ptolem. aut præterijt aut ignorauit: Pydaræ deinde flu. oſtium: quem Ptolem. Athyram uocat. Vtriuſq; fontes in Hæmo ſunt monte. Huius paulo ſupra Nicopolim, Illius, medio ferè ſpatio, inter Opiſenam, & Deueltum: cito curſu orientẽ uerſus tendentes. Poſtea Selymbria ciuitas: aliàs Selios dicta. Inde Thraces Selymbriam uocant: quaſi diceres Selij ciuitas, Bria etenim ciuitatem illis ſonat. Vrbs ſanè uetus, & clariſsima quondam, ab Athenienſibus & Dario Perſa multa paſſa Selombriam uocãt Barbari. Hanc Perinthus ſequitur oppidum, ut uetuſtiſs. ita munitiſs. & potentiſsimum. Nam Seruio Tullio rebus Roman. potiunte, conditã uolunt, hos ſcilicet annos ante Chriſtũ natum circiter 566. Grauem poſtea & diutinam obſidionem: ut Diodorus Siculus ſcribit, à Philippo Macedonum rege, paſſa. Fuit autem ad mare poſita: in iugo quodam peninſulæ formam habente, ſtadij fermè unius longitudine: cuius Iſthmus 200. tantum pedum terræ connectebatur. Habuit interius ædificia frequentia. & præalta ſicq; ordinata, ut ad cliui formam domus domum altitudine ſuperaret, ita ut ſingulæ ferè habitationes, ſingula forent propugnacula. In eius medio Amphitheatrum erat ex ſolido marmore, tanti ſplendoris & ornatus, ut inter mundi miracula miraretur. Hoc nomen à Perintho, qui cum Oreſte militauit accepiſſe tradit Stephanus. Heraclea poſt aliquot ætates dicta, quod nomen adhuc retinere dicunt. Quod ſi uerũ eſt, q̃d ſupra ex Raphaële adduximus ex Plinij ſentẽtia. Peram aliquando Perinthum dictã, neceſſe eſt, hanc etiam ab illa fuiſſe: nam

longiſsime inter ſeſe diſtant. Deinde Arzi fluuij oſtiũ eſt Ptol. Poſtea Byzanta aut Redeſtum quam Samiorum Mela uocat. Plnius idem cum Macrontico (quod oppidũ eſſe putat) facit, porro de Macroticho ſtatim poſtea. Meminit Pomponius partis cuiuſdã Thraciæ q̃ hoc loco quondã à Rheſo quodã regnata ſit: unde forte Byzante oppidũ Redeſti nomẽ tulit. Fuit Byzante Cypſella quondam ingens, iuncta, quam Strabo Cypſelum nominat: Eſt & in huius oræ receſſu Bizia arx regum Thraciæ, quorundã ſententia, at Plinius in interioribus eam locat: quam aiunt inuiſam hyrundinibus ob nephandum Terei facinus. Poſt locus eſt quem Græci μακρὸν τεῖχος uocãt, quod latine longus murus dicitur. Nam Miltiades Athenienſis (ut ait Herodotus) Iſthmum, ab urbe Cardia occidentali eius parte, ad Pactyam uſque ſpatio triginta ſex ſtadiorum muro incluſit, quo ab Abſynthiorum incurſionibus tutam redderet Cherſoneſum. Vltima Europæ litoris Propontidis eſt Pactia: modico interuallo à longis muris diſtãs, quã Solinus in Propontidis quidẽ ore collocat: ſcilicet Cherſoneſo tribuere uidetur. In'q; eo Plinius ſequutus, de quo plura in ſequentib. Poſt hæc alius quidam eſt Euripus Helleſpontus dictus: ab Helle Phrixi ſorore illic ſubmerſa, ſatis anguſtus. Nam 7. tantum ſtadiorũ ab Europa in Aſiam illic eſt tranſitus, qua fauce, longitudine quadringentorum ſtadiorum Ægium mare à Propontide ſeparat (ut placet Herodoto) huius aquas in illius laxitatem, quaſi excrementa quædam, euomendo. In huius litoribus oppoſitis oppida extant uetuſtiſsima. Hinc Seſtus, & Callipolis. Illinc Abidus & Lampſacum multis ſeculis, authoribus celebrata, Bogazaslar nunc uocant barbari. Strictum autem illud. Stretto de Callipoli, Italis dicitur. In Helleſponto mirandam inſaniam, & Tyrannicum faſtum Xerxes Perſarum rex arrogantiſsimus, declarauit. Nam cum nauali quodam ponte per anguſtias has Aſiam Europæ cõiunxiſſet: ut exercitum ſepties centena millia hominum traduceret: qui forte fortuna ſuborta tempeſtate rurſus diſruptus eſt, quod in aquã uindicaturus quaſi ingratam: & quę regi potentiſsimo minus obtemperaret trecentis plagis iuſsit uerberari, partẽ deinde compedum immitti, & ut quibuſdam placet ſtigmata muri: quaſi non ſufficeret in homines & animata Tyrannis, niſi & aquæ & inanimata omnia ſibi haberet obtemperantia. O profundam cæcitatem & dominandi libidinem. Sed inſaniam hanc maiori inſania compenſauit. Nam ductus pœnitententia, quod hoſpitem, cuius opera & fauore carere non poterat, tanta affeciſſet iniuria, oblata Phiala, aureo'q; cratere, & gladio perſico, quem acinacem uocant, placare ſtuduit, ſimul hæc omnia in pontum proijciens uelut diuinum quippiam honorat. Cæterum has Helleſponti anguſtias, Cherſoneſi procurſus, in Aſiatica litora facit. Interiora uerò: & quæ mediterranea uocant: uariæ inhabitant gentes, quas Ptolemæus

mæus στρατηγίας, hoc eſt Præturas uocat: Quarū, quę Dantheletæ uel Deu ſalethæ: & Mædi terram inter Strymonem & Neſtum amnes prouinciæ Macedoniæ incolunt, illi ex Beſſis orti folijs tribuli equos ſaginantes, ipſi nucleo uiuunt, naſcūtur enim tribuli magna copia in Strymone. In ijs ſub Orbelo monte, cui Praſis palus uicina iacet Coraliorum gens eſt, ciuitatem habens ſitu inexpugnabilem Praſidium à palude in qua iacet denominatam, circundat enim eam palus quatuor mil. paſſ. ambitu, ad quam aditus non eſt niſi per pontem, quæ lignea tota eſt ſubicibus impoſita, quilibet ex proprijs tugurijs fores deorſum ad paludem erigunt, unde piſces ex quibus uiuunt capere dicuntur, nam in palude miro modo piſces abūdant. à quo loco breuis admodum in Macedoniam uia eſt, ſuperato Pangæo monte, alij Meſſapo in quo æris metallū paludi confine, ſurgit mons inter Sintos Peonesq́ iſti ad ſeptentrionem, illi ac Mædici ad auſtrum iacent, Peones ſiquidem in parte Macedoniæ fuiſſe Trogus ait, cui circumiecta regio Phillis appellatur: inter autem Coralios, & Peonas, & Attauriatos, & Dardanos, Daſareticorum gens habitat, & Hyerianes, & aliæ minus claræ quas dum diriperent ſpoliarentq́ Scordiſci, deſolatum reddiderunt agrum & multorum dierum nemoribus inacceſsis referſerunt. Poſt aūt Dantheltas, Vſdeceſij, & Seletici ſunt, qui in maiores minoresq́ Hebro amne diuidunt. maiores Æmo ſubiacent in quib. eſt Nicopolis in radice Æmi montis iuxta Iatrum fluuiū ſita, quam deuictis Sarmatis Traianus condidit, ciuitatemq́ uictoriæ appellauit, quod græcum indicat nomen à qua Nicopolitana adhuc regio appellatur, propè Æmum uicis frequens, quos qui inhabitant paſtores omnes ſunt, magna namq́ ibi armentorum omnis generis copia: quorum carne & lacte uiuunt. Sub qua urbe ad auſtrum Aſtaphos oppidum, & aliud Valla nomine in eodem monte. minores ſub Rhodope monte ſunt in his Opeſena in occidentali ripa Hebri amnis poſitum. Mox Orcelis, & ſub iſtis Satricæ qui ſemper ante liberi habiti ſunt Pangæum editum montem incolētes omnigenis arboribus Ilicibus pręſertim obſitum, in quem primus Iupiter aſcendit aramq́ fecit & in ea Cælo auo ſacrificauit. etiam in eo Cadmum auri metalla primum excogitaſſe fertur, fodinæ enim argenti & auri in eo ſunt: quas ipſi Satricæ exercent: Item Pieres, & Hodomanti: ubi & centifolia roſa abundat: ipſe cacumen continuo niue album habet. Lucanus.

Video Pangæa niuoſis cana iugis.

Cui mōtes quidam deſerti adhærent, ut Dyſorus: & Cercina. Poſt autem Satricas Lyprobij: & Calybſtæ Rhodopæ monti propinqui ſunt, ut notat Strabo acerrimi omnium bellatorum, per quos erutum & domitum eſt primitus ferrum, nam ferri foſſio apud eos eſt, in qua nudi ferri uenam ſcrutantur qui crudelitate ab immaniſsimis nihil diſcrepant: quorum Vir-

gilius meminiſſe uidetur ubi ait:

India mittit ebur, molles ſua thura Sabæi

—Et Calybes nudi ferrum.

Alĳ gentem Aſtorum, in quibus Calyba ciuitas eſt intelligunt, haud longè à Rhodope, quam Philippus Amyntæ F. collectis de exercitu ignauiſſimis inhabitandam conſtituit. In reliquis Arzos urbs ad fontem amnis eiuſdem nominis ſita. Item Carpulacum. & Bizya arx regum prouinciæ, à Terei nefaſto crimine hirundinibus inuiſa, & Pautalia iuxta Neſtum & Plotinopolis, Ploudim modo à barbaris nuncupata in diſtributione uiarum ſita, & Druſipara. unde ad mare uſq; Ædonus mons aſſurgit, quem commemorat Maro, boreę uento expoſitus, ſimiliter Statius, & Lucanus ſub quo Cabylla urbs in regionibus patullis, & Bergula. Sunt dein ad meridiem Sardici & in ĳs ciuitas ſui nominis ad Neſtum fluuium poſita, & alia Cona Mendorum colonia, & Terta, & ſub Sardicis, hoc eſt penes Macedoniam, & Ægeum mare præturæ, ut ſcribit Ptolemæus, Mædica uſq; ad Biſaltas ſic dicta à Mędo ut Appianus tradit Polyphemi & Galateę nepote Illyrĳ F. à qua ad Æmum montem ſolitudines interiacent. In ea Nicopolis urbs altera à ſuperiori ad Neſtum amnem, quam teſte Amiano, ut index eſſet uictoriæ contra Dacos Traianus condidit, ciuitatemq; uictoriæ appellauit, quæ poſtea à barbaris exciſa eſt. Et alia Pergamum & Petra. In uerò leua Strymonis, eodem cum amne excurrit Mædica, cuius in dextra Mædica: Beſſorum uarĳs cognominibus populi ad uſq; Neſtum Beſſica hominum genus duriſſimum, & qui ante in montem uſq; Æmum cuius magnam partem tenebāt: hos Lucullus omnium primus acriter reſiſtentes oppreſſit. Poſt Mædicam orientem uerſus Aroſica: Quilœtica, Spaica uel Sapheica, Colpiadica, Cænica ubi Flauiopolis colonia, Zela amna & ſub iſtis Bennica & Samaica, in quibus præturis ciuitates hæ ſunt: Topiris in monte ſita non longè à Neſto amne, ubi anguſtiæ confragoſę, attamen ualles omnes nudæ, nihil ſylueſtre circum ne latebras quidem ad inſidiandum præbent. Vltra quos ad occaſum Sapentus uicus non longè ab urbe Maronia: unde Piaticus campus aperitur. Poſt eas mons eſt Saſeorum, hoc eſt, Meſſapus haud procul à mari, rupium aſperitate admirādus, loca inaquoſa & ſyluis horrida: unde Macedoniam uerſus, Arpeſſus fluuius in Heremum defluit, à quo ad Philippos urhem uiginti quinque mil. paſſ. eſt iter, quæ prius Olympia dicebatur. Deinde Poneropolis mox à cōditore Philipopolis quod nomē adhuc perſtat, & à ſitu Trimontium etiam appellata, inter Æmum & Rodopem mōtes poſita, ciuitas ampla ac nobilis: nam Lucanus:

Latosq; Æmi ſub rupe Philippos.

Plinius aūt ſub Rhodope: intra cuius mœnia Amianus cētum hominum millibus

millibus à Scythis iugulatis inquit. Poſtea eſt Hadrianopolis quæ adhuc ſic uocatur, Muſcudama ante, dein Oreſtias ut Lampridius ſcribit ab Oreſte conditore, quam poſtea Hadrianus ſuo nomine uocare iuſſit, eo tempore quo furore cœperat laborare, ex reſponſo, quando ei dictũ eſſet, ut in furioſi alicuius domum uel nomen irrumperet, nam ex eo emollitam inſaniam ferunt: condidit quippe illam Oreſtes quum exagitatus eſſet in inſaniam, & furias, ob necem Clytęmneſtræ matris. Eſt item oppidũ Dyma Biſtonidi lacui contiguum. Sub quo lacu Strymona Taſiorum oppidum Maroniæ proximum Liſo amne interfuſum, ad quem quum ueniſſet Xerxes rex Perſarũ cum exercitu, ut ait Herodotus, non ſufficiens ad potum; defecit. unde Iuuenalis.

Epotaq; flumina Medo prandente.

Supra autem Biſtonidem lacum, mons eſt Rhodope, cuius ſæpe paulo ante meminimus, ſublimis poſt Æmum, aſperrimusq; niue continuo candicans, in quo Orpheus canere ſolitus. Claudianus.

Rhodopeia ſaxa Orpheis animata modis.

A Rodope regina Thracum ibi ſepulta cognominatus, ut in Æmo ſcripſimus. Quoq; è monte Thucydide teſte Macheri populi feri admodum deſcenderunt, gens ſui iuris bellaciſsima. Hinc Scius uel Cius fluuius emanat, & ex Peonijs elapſus Æmum medium interſcindit unde in Iſtrum defluit: & alij nõnulli ex ipſo erumpentes monte Solinus Rhodopem in Mygdonia quæ Macedoniæ regiuncula eſt poſuit, forte ob uicinitatem locorum deceptus: cui Combrus uel Scomius mons incultus uicinus eſt decẽ millium paſſ. uia ſylueſtris anguſta & confragoſa, uſq; fermè Gypſellam: Ex quo Ariſtotelis uerbis Neſtum & Hebrum amnes fluere diximus, fuit Gypſella ingens quondam Taſiorum colonia: cui ad orientem Aphrodiſia. Pouca Aproe colonia: de qua Ouidius:

Inde Meſambriacos portus, & Aproëſos arces
Prætereat dictas nomine Bacche tuo.

Poſtea Lyſimachia quinq; mil. paſſ. ab Longis muris à Lyſimacho condita quæ poſt duos & uiginti annos iterum terræ motu euerſa eſt, nam teſte Trogo per id tempus circa Helleſpontum & Cherroneſum terræ motus maximus fuit. Appianus Lyſimacho defuncto Thraces urbem euertiſſe ait, ille enĩ ut propugnaculũ quoddã in Thraces eam erexerat: Antiochus denuò reædificauit ob regionem ſitu inclytam, & in uniuerſam Thraciam accomodam, in cuius nunc Lao eſt Magaldonicus quadraginta millia paſſ. à Calipoli diſtans. Eſt & Flauiopolis colonia, Zela ante, à Byzantio quinquaginta mil. paſſ. diſtans. Præter autem hos populos, alij etiam ſunt, ut Bryſæ, Adomanti, Acheloti, & alij qui omnes propter latrocinandum latrones appellantur.

Cherſoneſi ſitus.

CHerſoneſus quam in deſcriptione litorali Thraciæ reliquimus an guſto iſthmo litori continetur, in auſtrum 50. mil. paſſ. proiecta centum in circuitu, cui ad occaſum Melanus ſinus, ad orientẽ Hel leſpontus eſt, cuius Iſthmum Dercyllida Lacedæmoniorũ dux (uariant enim hic ſcriptores) uallo ad utrunq; mare dicto cinxit idoneisq; clauſurã munitionib. firmauit, quo opere tutiorẽ in poſterũ illam ab iniuria barba rorum reddidit, idq; Macrotichos, hoc eſt longos muros appellauit. Intra quos ad Melanẽ ſinum Cardiaſpolis fuit ciuitas in ſinu eiuſdem nominis poſita, à loci forma denominata, id eſt, ciuitas cordis, nam in mari aſtanti bus cor uidebatur. Contra quam ad Helleſpontũ Pactyæa, quę nunc Cali polis dicitur à C. Calicula qui eam condidit: quibus urbibus iſthmus non ſolum illuſtratur, ſed uniuerſa Cherſoneſus firmiſs. redditur. Neq; à Car dia longè in mediterraneo fuit ſepulchrũ Helles Athamantis filiæ. Poſt au tem Cardiam uerſus meridiem Scæleos portus, quem Plinius Panormũ uocat, excidio Laconicæ claſsis famoſus. Poſt Maſtuſia promontorium, ubi Ægos fluuius, naufragio claſsis Atticæ memorabilis: in quem ſaxum de ſole cecidiſſe fama eſt, quod Anaxagoras futurum prædixerat: Plinius illud tẽpore ſuo monſtrari ait magnitudine uehiculi, & colore aduſto In de in extrema Cherſoneſi fronte quę uocatur Æleum, Æleus oppidum eſt Critea nunc dicitur anguſtæ habitationis in cuius conſpectu circiter decẽ mil. paſſ. interuallo, alteroùe tãto à Samothracia, Imbrus inſula in mari ia cet 30. mil. paſſ. ambitu, longa à ſeptentrione in auſtrũ eodem nunc nomi ne cum oppido quod Pelaſgi condiderunt in radice montium ſitum, cui ad occaſum campus Illiſo amne riguus ſubeſt, reliquum inſulæ montuo ſum eſt. Poſt promontoriũ Echonienũ, Strabo Achęorum, & turris cum delubro Protheſilai. Statim Seſtos parua urbs Leandri amore inſignis, cę terarũ huius loci optima ac bene tũ munita Abydũ cõtra, nũc diſiecta, lo cus Malido à nautis dicitur. Inde ab urbib. paululũ Pontis locus dicit̃, ſed q apud Seſtũ eſt Apobathra nominabat̃, id eſt, deſcenſus: Quibus in locis hoc eſt in utraq; Helleſponti ripa Turci caſtella duo firmiſs. temporib. no ſtris ædificarũt, q̃ munimine trãſitus ille hoſtib. clauderet̃, nã & bombar das plurimas immodicę magnitudinis iuxta ſolũ foraminib. appoſitas lo cauerunt, quamobrẽ, ne nauicula quidẽ ingrediendi (illis inuitis) facultas eſt: hæc ad mare. Intus oppidũ eſt Abgora, id eſt, forum. Eſt Helleſpõtus mare quẽ Calipolis ſtrictũ modo nautæ dicũt anguſtũ adeò ut 7. tantum ſtadiorũ interuallo exiſtat qua ad Aſiæ urbẽ Priapũ, Alexander Macedo tranſcendit: Quare aũt Helleſpõtus uocitet̃: ſcriptores in hunc modũ pro diderũt. Frixũ nouercæ inſidias declinantẽ unà cum ſorore Helle in Græ ciam fugiſſe dicunt, qui quũ ex Europa in Aſiam ſuper ariete aureo tranſ fretarẽt, uirginem in mare dilapſam, mari dediſſe nomen: unde Ouidius:

Vtq;

Vtq́ꝫ fugam capiant aries nitidiſſimus auro
Traditur, ille uehit per freta longa duos
Dicitur infirma cornu tenuiſſe ſiniſtra
Fœmina quum de ſe nomina fecit aquæ.

Et hoc eſt mare illud: & Helleſpontus ille quem Xerxes Perſarum rex ponte nauibus facto iunxit, quo ex Aſia in Europam exercitum traduxit, ſicut in hiſtorijs legimus.

GEOGRAPHIAE Commentarius XI. Europæ, in quo

Macedonia, Epirus, Achaia, Peloponeſus, Creta inſula, Euborea inſula, cum cæteris ſibi adiacentibus continentur.

Regionis Macedoniæ ſitus.

MAcedonia prouincia ſicuti Diodoro placet à Macedone rege Oſiris F. nomē accepit. Ille enim quū in Europā per Helleſpontū tranſiret in hanc deueniēs terrā filiū regem eius cōſtituit. Solinus nō ab Oſiris F. ſed ab nepote Deucalionis, qui quū ſolus ex omni familia morti publicæ ſuperfuiſſet, uertit regionis uocabulū, & à ſuo Macedoniā dixit, anguſtis primū circūſcripta finib. deinde uirtute regū ampliatis, trāſtulit in ſe Theſſaliā & alias nōnullas regiunculas ex q̄ quæ prior dicta eſt Macedonia deinde libera cognominata fuit: Dalmatię contermina, nunc uerò Albania. Habet igitur Macedonia limites à ſeptentrione Dalmatiæ partē: & Myſiæ ſuperioris, & Thraciæ. Ab occaſu Ioniū pelagus à Dyrrhachio ad Elydnū uſq́ꝫ amnē. Inde à meridie Epirū, Achaiamq́ꝫ per Oetā montem: Ab oriente Ægeū mare, atq́ꝫ Thraciæ partem litoralem ad Neſti fluuij oſtium 152, ut ſcribit Plinus populorū inclytá, terrrarumq́ꝫ imperio potita quondā: Hæc Aſiam, Armeniā, Iberiam. Albaniā, Cappadociam, Syriā, Ægyptum, Taurū, Caucaſum tranſgreſſa: Hæc in Bactris, Medis, Perſis dominata toto oriente poſſeſſo: Hæc etiā Indię uictrix per ueſtigia Liberi P. atq́ꝫ Herculis uagata: Hæc eadem eſt Macedonia cuius uno die Paulus Æmilius imp. 72. urbes direptas uendidit. Hęc terrarū pars claris locorum nominibus inſignis, quæ nihil penè ignobile fert: namq́ꝫ auri & argenti metallis benigna eſt, loco præcipuè Scaptenſula à fodiendo dicto ut Feſtus ait. Nā & Ariſtot. in Pieria, q̄ pars huius prouinciæ eſt, incognitum quoddā auri genus inuentū quod antea à ſuperiorib. regib. effodi cōſueuerat quum extarent hiatus tum 4. ex quorū uno multum auri rutilare conſpiciebatur, In Macedonia iuxta Ionium mare, quæ ora omnis plana

ac nemo-

ac nemoroſa eſt Taullãtini ſiue Taullantij populi maiori ex parte ſunt ab Taullantio Illyrij F. denominati Appianus ſcribit: quorũ terra nũc Muſachia dicitur. In ea gente ſtatim poſt Drylonem amnẽ Emathij aperiuntur campi quos Emathius fluuius præſentis temporis appellatione ſecat, mox Dyrrhachium ualidiſsimum tum oppidum & opulẽtiſsimum eſt, Epidannum antea uocitatum à Corcyreis Anco Martio regnante conditum: quidam à Corinthijs dicũt, quare Ephyram à poëtis nonnunquam uocitatam inuenimus, Corynthus enim Ephyra prius dicebatur. Romani nomen mutauere, quibus uelut in damnum ituri, nomen inuiſum erat, quod aſſerit Plinius: Item Feſtus: Vt in Epidanno quod nuncupatur Dyrrhachium, ne infelici nomine appellaretur. Similiter Euſebius: Appianus non Romanos, ſed Corcyreos mutaſſe nomẽ oppido inquit, cuius uerba hæc ſunt. Rex barbarorum Epidannus urbem ſupra mare condidit quæ ab ipſo nomen aſſumpſit, huius ex filia nepos Dyrrhachius ex Neptuno genitus, portum urbi adiecit, qui Dyrrhachium ab eo appellatur, Corcyrei poſthac urbem incolentes, appellationem (ut infauſtam) permutantes urbem quæ deſuper portui imminet Dyrrhachium uocauere. Strabo ab Cherroneſo ubi ſita eſt nacta uocabulum inquit, uulgari nunc ſermone Drazium dicitur: aliquando à terræ motu euerſa: quæ quum aërem inſalubrem habeat, propter adiacentes paludes, raræ habitationis eſt: cuius poſitionem Lucanus deſcribens, ait:

Sed munimen habet nullo quaſſabile ferro
Naturam ſedemq́ loci: nam clauſa profundo
Vndiq́ præcipiti ſcopulis reuomentibus æquor
Exiguo debet quod non eſt inſula collo.

Inde non longè Panyaſſus breuis amnis in mare uadit, hinc promontoriũ eſt in quo caſtellũ Petra olim, nũc Lachi dicit̃. Poſtea Apſus amnis à quibuſdã Thapſus in mare uadit incolæ modo Vreũ dicunt, ex Olibo monte per abruptã & aſperam uallem quoad planitiem deſcendat præceps ruit. Inde Apollonia urbs eſt clariſs. quondã optimis (ut Strabo ait) inſtituta legibus, ſtadijs decẽ à Lao amne diſtãs, & à mari 60. Aug. Cæſ. ſtudio qui illic Græcas didicit literas memorabilis: in quo nunc loco caſtellũ eſt quod illi Piergum à fluuio dicunt: Laum enim ſic uocãt. Lai poſtea fluminis oſtium quod Aons à nõnullis, & à quibuſdã Æas uocatur: è Lachino mõte erumpẽs inter mõtes quorũ alterũ Meropum, alterũ Aſnaũ indigenę uocant anguſta ualle fluit, iter exiguũ in prouinciã præbẽs. Eſt illinc in Apolloniatarũ finibus celebris locus Nymphæus nomine, ubi ex uenulis terræ Aſphaltũ eruitur: etiã picem ex ſcatentib. fontib. ebulire propeq́ in tumulo foſſilẽ locum eſſe q̃d exciſum tẽporis ſpatio denuo replet̃, quũq́ tellus intra foſſas aggeſta ſit in bitumen transformatur, cuius rei Poſidonius teſtis eſt: Plin. in Nymphæo è petra flãmam exire dicit, quæ pluuijs accenditur.

accendiť. hoc in loco Plutarchus tradit ſomno præſſum Satyrū fuiſſe captū, qualē poëtæ ac pictores effingūt, is perductus ad Syllā cōplures per interpretes, quiſnā eſſet interrogatus, nihil q̄d poſſet intelligi uix uociferatus eſt, ac uocē aſperā, equi p̄ſertim hinnitu et hyrci balatu permixtā edēs, quū Syllā obſtupefeciſſet, datis comitib. à ualle cui adiacet denominata dimiſſus eſt. Poſtea ſinus admodū ingens ſpatioſum in ſe recipit mare, in q̄ primū Aulō ciuitas naualis eſt, q̄ nūc Valona diciť, cuius arx in colle ſita, reliquū ſine mœnib. in ſupercilio ſtagni Bromiſci haud modici reciprocationē à mari habētis poſita eſt, quā ciuitatē Strabo p̄terijt, quā poſt Apolloniā, Bellicā ſiue Bullā ſtatim ponit: inter quas Ptol. illā, hoc eſt, Auloně locat, mox Genuſus fluuius, ſiue Atrax à quibuſdā quū ex eiuſdē uocabuli gēte ripis impeditis elabiť, hic in mare it, in q̄ Taullantini terminanť. Interius à mari Arniſſa urbs Panyaſſo fluuio adiacet. Inde ſub Atrace amne ad meridiem Elydniotorū gens eſt, cui ad Ioniū mare Bullis ciuitas fuit à Mirmidonib. qui Neoptolemū ſequuti ſunt cōdita, Belliaca tum dicta, in portu q̄ modo Raguſeus diciť. Et poſt eā Amātia intra terrā. Statimq́ Elydnus amnis in mare cadit: cui retro à mari eodem nomine oppidū in ſolo plano adiacet: in cuiꝰ oſtij cōſpectu Saſonis inſula exigua eſt, Saſno modo à nautis, à cōtinenti haud multo, Piratica ratione nota: quā Luc. meminit:

Spumoſo Calaber perfunditur æquore Saſon.

Hæc Macedoniæ ſunt in Ionio mari. In Ægeo uerò quæ ſequētur: ſed pauca prius de pelago, ac præcipuè de eius nomine: deinde reliqua dicemus. Varo Ægeum dictum ab inſulis quod in eo mari ſcopuli uocantur à ſimilitudine caprarum: Plinius à ſolo ſcopulo inter Tenum & Chium iacente, capræ ſpeciem præferente, qui ita à Græcis appellatur, repentè è medio mari exiliens: eumq́ cernere à dextera parte Andrum nauigantes ab Achaia, dirum ac peſtiferum, Atandrum à quibuſdam. Siue, ut alij, quod in eo Æge Amazonum regina perierit: uel quod in eo pater Theſei ſe præcipitauerit. Strabo à loco Ægę Euboicæ dictus, ubi ædes celebres, ubi Neptunū equos poſuiſſe à quibuſdā ferť & Ægeū pelagus nomē aſſequitur, ſiue ab Æga monte antequam Cana diceretur in Ætolia Aſiæ. Quidā Græcum mare dicunt & in ijs Thucydides. Romani uerò homines qua parte Macedoniæ Thraciæq́ adiacet Macedonicum, qua autem Græciæ Græcienſe: addunt nonnulli & Ionium quod Ioniæ Aſiaticæ oram abluit, ut in Adriatico meminimus: Iuniores Archipelagus uocant: mare aquilonari uento tempeſtuoſum, crebritateq́ ſcopulorum periculoſum admodum de quo Dionyſius

Poſt hæc arctoas ad partes aſpice rurſus
Ægeum, ſuperat qui fluctibus æquora cuncta
Diſperſas uaſto qui gurgite Cycladas ambit.

Poſt itaq́ Neſti fluuij oſtium Ædonidis litus incipit (tota ſiquidem huius

Macedo-

Macedoniæ partis ora & uniuerſæ ſimiliter Thraciæ Græcis gẽtibus (ſi-cut etiam nunc incolebatur. In quo primũ Neapolis ciuitecula Chriſtopo li modo in ſinu eſt, cui exigua obiacet inſula. Mox Oeſyma, ſiue Oxyma Taſiorum colonia nunc Leſteropoli Ioni fluuio proxima qui in Strymo-na ingreditur. Poſt fluuius memorandus Strymon mare intrat, codẽ nũc nomine licet corruptè proferatur, Stramona enim dicũt, quẽ Plinius Ma-cedoniæ terminum poſuit, nos uerò Neſtum Ptolemęo authore, quem ab Æmi montis uertice tenui fonte defluere teſtis eſt Herodotus, Tucydides uerò è Combro ſiue Scomio ut ſuperius, ſed alienis ſubinde aquis fit ampli or. In quib. fluuius eſt Angites, & ubi non longè à mari lacum fecit (in ſe-ptem eñ lacus effunditur priuſquã dirigat curſum) grandiori quã uene-rat alueo erumpit, quo Xerxes quum ad Nouemuias Ardonidorum op-pidum ueniſſet, iuxta quod Strymonem pontibus iunctum inuenit, audi ens eum locum Nouemuias appellari, totidem illic pueros ac uirgines in-digenarum filios uiuos defodit, quod ſcribit Herodotus. Iuxta hoc flumẽ Pygmeorum gentem terrã incoluiſſe proditur, quos Gatizos barbari no-minant, creduntq; à gruibus fugatos eſſe, nam aues illæ per æſtum maxi-mè (quia in hyeme fluuius plurimo gelu ſtringitur) ubi illi ſedes habuerũt morantur. In oſtijs Strymonis Eion oppidum fuit, Amphipolis empori um quatuor mil. paſſ. inter ſe diſtantes. Eion modò unà cum fluuio Stra-mona dicitur. Surſum autem à mari in Ædonidis, & Hodomaſticis, nam Hodomaſticæ magis ad ſeptentrionem ſunt, regionem ſimul unam in-habitantes, urbes habentur, Scotuſa non procul ab Eniaco ſinu: iuxta quam locus eſt, quem Cynoſcephalas, id eſt, canis capita uocant, ubi Ro-mani ac Ætoli duce T. Q. Flaminio ingenti prælio Philippum Demetrij filium & Macedoniæ regem uicerunt. Item Berga in montis cacumine ſi-ta. Gaſarus in colle ſimilter poſita, & Amphipolis in pulcherrima regio-ne ad flumen Strymona oppidum ante Nouemuias apellatum, Amphipo lim ideo appellauit Agnon qui Athenienſium coloniã in eam duxit quod præterfluente utrinq; hoc eſt Amphipolim & Eionem oppida Strymo-ne, ducto muro cingeretur. Cui parum ſupra ſtagnum eſt ex qua Strymo nis deriuatum. Mox Philippi ciuitas quæ adhuc ſic nominatur, Datos quondam, initio uerò Crenida in prærupto quodam colle condita, circa quem fontes plurimi uberibus aquis ſcaturiunt, cumq; locum Philippus ut accõmodum metaus ſuper Thraces, uallo ſepſit & à ſe Philippos nun-cupauit, priori iam ædificio uetuſtate collapſo. Habet à ſeptẽtrione ſaltus & nemora, à meridie palus adiacet, & non longè mare, ab oriente Sapeo-rum & Terpyllorum uiſuntur anguſtię, ex occidente campus ampliſs. ad Moryllum uſque & Dramiſcum, & Strymona fluuium per quadraginta quatuor mille paſſ. protenditur, gramine uberrimus & amœnus: in hoc campo aurifodinæ complures erant, ex quibus ſcrobes crutas augeri pau

latim, ac

latim, ac denuo aurum parere. Vbi & centifolia roſa plurima, quas Theophraſtus, incolæ ex Pangæo transferentes ſerũt, inquit. Vltra autem Strymonis oſtium iuxta mare Amphaxitidum litus eſt, inſinuatum admodũ, & in eo Arethuſa urbs Nichalida modo cũ fluuio, ſatis tum celebris, quã quondam Argilum appellatam fuiſſe, cui ſupra regio Biſaltia dicebatur. Poſt quam huic ſinui campus Sileus adiacet. Item Stantira oppidum, nũc Stelar: alij Stagyra Ariſtotelis patria, quæ quum deſtructa iaceret Philippus exædificauit, ciuesq́ quùm diſſipatos, tùm ſeruos reſtituit, quib. ſcholam ac gymnaſium aſſignauit, ut Plutarchus meminit, ubi in noſtram uſque ætatem, multa uetuſtatis illius opera (diſrupta tamen) uiſuntur: Amphaxitides in mediterraneo nihil habent. Poſt quos Chalcidicæ gentis ora ſequitur, in qua primum turris Calamea eſt: & Panormus portus, id eſt commoda cunctis ſtatio, ubi & eiuſdem nominis ciuitas, quæ tum Orrei emporium fuit. Deinde eſt Athos mons, qui hodie mons ſanctus dicitur, ingens famoſusq́ ac tantæ altitudinis, ut eius cacumina uenti non aſcendant. Quod Ariſtoteles ait, dicẽs: ſuper excelſiſs. montes ſpiritus nulli excitantur, ut ſuper Athon, indiciũ quod quæ reliquerint, qui anno ſuperiori ſacrificarunt, poſteriori incorrupta comperiri affirmant, quo nec imbres cadunt: ſpeciem habens Cherſoneſi mille quingent. paſſ. Iſthmo ſolo plano annexo ſeptuaginta quinq́ mil. paſſ. ambitu, quem dum claſsis Perſica triennio ſuperiori præparata circumit, aquilonari tempeſtate exorta ad trecẽtas naues in eum propulſas periſſe: reliquum claſſis quum in ſtatione ad Eleuntẽ haberet, omnes illinc copię ſub uerberibus cœperunt montem ad Senam urbem effodere (eſt enim Sena Andriorum colonia in Iſthmo ubi Athos finitur ſita) tãtæq́ latitudinis foſſa edita eſt, ut duæ triremes pariter iſthac agitari poſſent, appellataq́ eſt foſſa regia: quod Herodotus, & Plinius & alij ſcriptores tradunt: nam & Lucanus:

Non eurum Zephyrumq́ timens quum uela ratesq́
In medium defferret Athon. Et Iuuenalis:
Velificatus Athos creditur olim.

Ex Atho, promontorium proſilit Athoſa appellatum: in quo eiuſdem nominis quondam ciuitas fuit, quam Acroathon, id eſt, Athoſam montanã uocabant: in qua homines (quoniam longiſsimè uiuebant) Macrobij appellabãtur. Aliæ quoq́ paruæ Pelaſgorum coloniæ ad ima montis erant: Dion, Olophixus, Ethyrſſus, & Cleone. Legimus apud Victruuium, & Plutarchum, Dinochratem architectum Athoſam montem in ſpeciem hominis exculpere uoluiſſe Alexandro magno iubente, cuius leua urbem Miriandron id eſt, quindena hominum millia capacem amplecteretur, dextra uerò labẽtis ad mare fluuij abundatiſsimos libaret latices. Quod permiſiſſet Alexãder, ſi campi propè, quibus illa ali poſſet extitiſſent. Poſtq́ illud, aliud eſt Nymphæum uocitatum. Huius exaduerſo in Ægeo penè

Aa medio

medio Lemnos inſula eſt, nunc Stalimene à recentioribus dicta 100. mil. paſſ. ampla atq; plana fermè tota ſinibus ac portubus patẽs, Ophiuſa prius à ſerpentum multitudine, quos omnes (ut fabulæ ferunt) Phorbas eò tempeſtate delatus interfecit: unde fama eſt ibi Vulcani antiſtites (inſula eñ Vulcano deo ſacrata erat) incolere ſolitos et mederi aduerſum uenena ſerpentis: deinde Carres inhabitaſſe, Athenienſes inde expulſiſſe. In hac labyrintum fuiſſe, ait Plinius tertiũ ab Ægyptio, Cretico ſimilem: ubi etiam rubrica terra inuenta eſt. In hac inſula, certa menſura præfinita ait Plinius, quam ſinguli enecatarum locuſtarum ad magiſtratus referant: graculos quoq; ob id colere, aduerſo uolatu occurrentes earũ exitio. In ea fuere ciuitates Myrina ad mare, in cuius forum ſolſtitio Athoſ ę iaculatur umbra, diſtant enim ab inuicem octoginta ſeptem mil. paſſ. Ac præter Myrinam, Eucnum oppidum iuxta mare, quod Iaſonem conſtituiſſe fama eſt; quorum nunc alterum Paleocaſtrum: alterum Cocinum, ambo terræ motu quaſſata, at Cocinus funditus corruit, ubi Ægeon promontorium: Interius à mari Hephæſtia metropolis in accliue tum colle ſita, qui poſtea locus ubi urbs ædificata erat, Hephæſtius eſt appellatus, quo ſe occultauit Minerua quum Vulcano peteretnr connubio: Flaccus, Vulcanũ in hanc è cœlo ruiſſe, & alternos cunctantem poplite greſſus inquit. Cui ad meridiem 20. mil paſſ. interuallo abeſt inſula quam noſtra ætas Sanſtrati uocat 15. mil. paſſ. in circuitu, caſtellum in ſeptentrionali parte ad mare habens in alto colle poſitum ſinui imminens. Et ad aquilonem inter ipſam & Helleſpontũ ut ſcribit Plinius Nea inſula in mari enata, ubi nulla modo extat. Poſt autem Nymphæum promontorium, in continente in Singitico ſinu cui exigua opponitur inſula Stratonica ciuitas eſt. Mox Acanthus haud obſcura, loco tamen ſterili ac dumoſo ſita, ſignificat enim nomen illud apud nos propriè ſpinam, quaſi ſpinis aſpera. Item Singus oppidum in petra extructum à quo ſinus nomen accipit, quouſq; Chalcidenſium ora pertinet. In qua retro à mari Augęa oppidũ propè quod amnis eſt quem incolę Pſychorum uocãt, ex quo oues ſi imbiberint colore flauo reddi credũtur. Sequitur Paraxiorum litus, in ſinu Maliaco flexũ, cui olim Malies populi (in quibus Maliaca urbs) nomen dedit. Quem ſinum ab altero Singitico Ampelus promontorium (aliud ab eo quod in Thracia ſcripſimus) in mari longè prominens dirimit. Inde aliud in ſinu Derris nomine præruptum admodum, ad quod Niſcela urbs poſita fuit. Deinde Olynthos edito in loco ab Athenienſib. euerſa. Et in ſinus intima, Turone urbs Chalcidica ad collem poſita, murũ habens ad mare uergentem, arcẽ uerò altiſs. à qua ſinus Turonicus etiam appellatur. Iſti modo urbem ipſam (in exiguam enim habitationẽ redacta eſt) caſtellũ Rainerum uocant circa quod echini candidi naſcunĩ ſpina parua. Poſt illud Galepſum oppidũ interijt, & aliud Sermyle, & Męgiberna à quibuſdã Macyberna ciuitas in ſinu tũ

ſui nominis

ſui nominis poſita. Herodotus orã huius ſinus ætate ſua Sithoniã uocari inquit. Hinc in mari longè auguſta Cherſoneſus procurrit Turonẽ ſinum à meridie claudẽs Pallenes, ſiue Pathalene appellata, prius Phlegra, Cuius in extremo promontoriũ Canaſtræũ eſt, nomẽ adhuc retinens: quæ muro aliquãdo ab reliqua Macedonia excludebat tam fertilis ut 7. urbium olim ſedes atq; ager fuit, nũc ſyluis obſita ſqualler: erat in ea Potidea, unde Cherſoneſus nõnunquã ſic dicta eſt. Quæ urbs propinqua iſthmo erat, Corinthiorũ, ſiue ut alij Eretriorũ colonia, Caſsãdrea deinde ſic et nũc uocitata. Vbi uerò terra in litus ſe aperit Mẽdus uicus, ab Achiuis capto Ilio remeãtibus poſitus: Eretriorũ deinde colonia. Item Amphitia, Neapolis, Æga, Therambũ, Scionaq;, Prothei patria Canaſtrę proxima. fuit quoq; Ænea urbs, quã Troiani poſt alterã in Thracia conditã huc enauigãtes erexerũt, habebãt. Cruſſæi barbari tunc Pallenẽ: q̃d Herodotus ac Dionyſius Halic. ſcribũt, erat enim Cruſſæa regio Mydoniæ contermina. Poſt Pallenẽ, Thermaicus ſeu Thermopõtus pãditur ſinus, qui modo à nautis colpus Salonichi dicit: In eum poſt Iſthmũ Carius amnis fertur, radicẽ Ægonis promontorij lambẽs, ex quo Græci Ægoſpotamũ uocant. Sinus uerò intima Theſſalonica Amphaxitidum ciuitas inſidet, prius Therma dicta, à qua ſinui nomen inditum fuit, quæ nunc Salonichi dicitur, quæ ſupra cæteras Macedonũ urbes Aug. tempore eximiè floruit, condita ex euerſione Æneæ urbis Thraciæ. Eius ciues noctu quum Philippus urbi appropinquaſſet, ſtatuas ultra numero duo milia frangũt, ignẽ tectis imponũt, pręcioſa quæq; auferunt atq; abeunt. A qua parum Echedorus fluuius in mareit, quem modo Graneã dicunt, in Creſtonæis fontes habens, per terram Mygdoniam, & paludẽ quæ eſt ſuper Axium, fluens, non aũt in Axium ut quidam. In Paraxiorum mediterraneo oppida ſunt, Chetæ, & Moryllus ambo miro modo à natura munita. Item Antigona Pſaphara cognomine quarum nunc ager à paſtoribus uicatim habitatur: quos Morias ſiue Flaccos appellant. Et poſt amnem Echidorum uerſus auſtrum Pieridũ populi ſunt, quorũ litus in altera parte ſinus Thermaici ſic deſcribit. Axius fluuius nunc Vardari in mare, ubi quõdã Chaleſtra urbs fuit non longè ab Echidoro editur, gentis ſuæ terrã ad mare arctãs, à mõte Scardo ſpatioſus profluens, cuius clariſs. ac dulciſs. aqua eſt, totam irrigans Peoniã. In quem Erigonius amnis multis acceptis fluminib. ab Illyricis montib. exortus per Peoniam fluens in Axium exit. ex Axio pecora ſi biberint nigritia induentur. Inde amnis Euſon unà cum Lydius in mare, prope Pieriam ciuitatẽ infunditur, quam nonnulli Pydnã uocant, quæ urbs quum in poteſtatem Archelai ceſſiſſet à mari procul circiter 3. mil. paſſ. trãſædificari ſtatuit quã modo iuniores Veriã appellant. Mox Aliacmõ fluuius à Canaulijs montibus oritur qui Macedoniã à Theſſalia diuidit cuius ripę difficiles ſunt, cui ad oſtiũ Dion colonia fuit, ad quem ſiquis pecora candi

da uoluerit potui ducat. Poſtea Pharius amnis, alio nomine Anauros, quaſi abſq; aura: ut apud Lucanum:

Quiq; nec humentes nebulas, nec rore madentem
Aëra, nec tenues uentos ſuſpirat Anauros.

Inde Catanæũ uicus ſub Pelio monte locatus. Mox Hipnunte locus aſper nec procul inde Penæus è Pindo monte exortus præterit, qui omnem ferme radicẽ montis occupans, præcipitem anguſtamq; relinquit in ripa ſemitã, ex Oceano ac Tethide fabulatur ortos eſſe filios plures à quib. flumina cognominata ſunt, interq; eos Penæus extitit, qui in Theſſalia ſedem eligens fluuio nomen ex ſuo indidit: qui & aliquando Araxes uocatus eſt, eo quod Oſſam abrumpit ab Olympo ac etiam Tempe: unde Plinius, inter Oſſam & Olympum nemoroſa conualle ante cunctos claritate defluens mil. paſſ. 60. dimidio eius ſpatio nauigabilis, in eo curſu Tempe uocãtur à Græcis, à latinis terra uoluptaria 5. mil. paſſ. longitudine, & fermè ſex paſſ. latitudine: ultra uiſum hominis attollentib. ſe dextra leuaq; leniter cõuexis iugis, intus ſua luce uiridante allabitur Penæus uiridis, calculo amœnus, circa ripas gramine, canorus auium concentu: In curſu autem accipit Horcon amnem, quem Græcus poëta Cytareſum uocat. Nam quum locum ubi Peræbeos habitaſſe ſcriberet, inquit:

Dodonam ibi circumſedes poſuere niualem
Aruaq; iucundi Cytareſi pulchra colebant.

Qui è monte Cytaro à quo denominaẽ Olympi uicino labens in Peneum effluit. Nec recipit eum Peneus, ſed olei modo ſupernatantem (ut dictum eſt ab Homero) breui ſpatio portatũ abdicat pœnales aquas dirisq; genitas argenteis ſuis miſceri recuſat, nam Homerus ab inferna ſtyge manare ait: quod Lucanus etiam illum deſcribens aſſerit: Herodotus 4. præter ceteros ait Penæus conflatus amnibus Apidano, Horcono, Enypeo, & Pamiſo, qui è montib. Theſſaliam cingentib. in eam planitiem confluentes, & item minoribus alijs, per unum anfractum & eum arctum in mare euadunt in unã omnes aquam redacti ex quo Penæus retento ſuo nomine cæteros innominatos reddit. Eſt Apidanus fluuius è Pharſalo mõte delabẽs ex 5. principalibus Theſſaliæ unus qui tarde fluere dicitur quouſq; illi cõmiſcetur Enypeus: dicente Lucano. It gurgite rapto

Apidanus, nunquamq; celer niſi mixtus Enypeus
Accipis Aſopos curſus: Phenixq; Melasq;.

Quos etiam Vibius in Apidanum fluere ſcribit. Enypeus quẽ Ouidius, pulchrum & inrequietum ſcribit, ab Othry mõte defluit, iuxta quod horrendum illud prælium fuit inter Cæſ. & Pomp. dicente ipſo Pompeio apud Lucanum:

Sanguine Romano quam turbidus ibit Enypeus.

Poſt autem Penæi oſtia 10. mil. paſſ. nauigatione aſperum fit mare curuæ

ſcopulo-

ſcopuloſæq; oræ adiacens, quo interuallo Oſſa, ac Peleus montes ab inuicem diſceſſere, qua Penæus in mare it: Hic Xerxis claſses quum ſtarent in ancoris ingenti flante Euro ſupra 300. naues perdidit. Iu hoc ſinu ciuitas Melibœa fuit. Pieria terra (diximus eius maritima) à Pieria nemore appellat quę muſarũ parens ac domus dicit, nam in dicto nemore fons eſt eodẽ nomine à quo muſę Pierides dictę Feſtus author eſt, propter liquoris eius unicã ſubtilitatem.) Præter cætera, Arachnem urbem habet quã Penæus abluit. Fuit etiam Amydon ciuitas tempore Troiani belli potens, nõ procul ab Axio amne ſita. In mari uerò contra Thermiacũ ſinũ inſulæ 5. ſunt, magnitudine fermè pares, modicis inter ſe fretis diſtinctæ, ad Vulturnũ Aphricumq; uentos expoſitæ. Quarum quæ ad Vulturnum magis eſt Peparnethos olim, nunc Limene dicitur cæteris aliquanto maior 40. enim mil. paſſ. ambitur, in qua eiuſdẽ tum nominis ciuitas à Philippo rege Macedonum uaſtata, ubi caſtellum in monte adhuc eſt in medio penè inſulæ, qua parte anguſtior eſt ſitum. Ouidius:

Nitidæq; ferax Peparnethos oliuæ.

Sub qua alia eſt inſula Dromos nunc dicta ſatis fertilis, oppidũ ad ſeptentrionem uerſum in colle habens. Cui ad orientem inſula quædã eſt, nautę Seraquinum uocant, caſtellum habẽs in petra haud à mari procul inter orientem & meridiem ſitum. Reliquæ aũt duæ, una Scopelos quę ſic adhuc appellatur: altera Scyathos, modo Schiati dicitur, quę minus 10. mil. paſſ. interuallo à Magneſia promontorio diſtat, ambo caſtellum in petris habent. Relictis inſulis in continente ſub Pierijs. Pelaſgiotorum maritima ora ſequitur, quos alij Pelaſgos uocant, qui longam occaſum uerſus regionem habitant, campis optimis exiſtentem, quos alij ab Athenienſibus alij à Lacedęmonijs: alij à Theſſalis dicunt originem ducere: Dionyſius uerò Halicarnaſſeus, genus Græcũ ex Peloponeſo antiquitus, fortunaq; uſus aduerſa quũ alijs in rebus plurimis, tum maximè quia nullo in loco ſtabilem habitationem aut certã habuit. Eſt aũt in Pelaſgiotoris primũ ad mare promontorium nomine Magneſia olim inſula quam terrę motus continenti iunxit, ſinum Pelaſgicum efficiens, à quo uſq; Sperchium flumen, hoc eſt uſq; Achaiam, tractus omnis Magneſia à quibuſdam ſcriptoribus denominatur, nam & incolæ Magneſij ſiue Magnetes dicunt: apud quos eiuſdẽ nominis lapis nigri ruſiq; coloris reperitur. Hinc aliud eſt promontorium Sepias nomine: Et aliud Æantium in quo Eantæum uicus & Æanteus amnis. Inde Iolchos ciuitas fuit in eximijs montib. Quo ex loco ut inquit Strabo Pelias Iaſonem ac nauem Argo foras emiſit: Pindarus ex oppido Demetria dixit, diſtant enim inter ſe ad 7. ſtadia, hoc per multos annos & nauale & regia Macedonũ regibus fuit, exaduerſo Magneſij litoris quædã paruæ iacent inſulæ, in ijs Icus, & Aloneſus. Interius uerò à mari urbes ſunt ad Erigonem amnem Dolicha, Azorium Tripolitanum co-

gnomine: Pytheum, Gonus, Athax ſiue Atrax iuxta quam Penæus amnis defertur, Hilogium, Scotyſſa in qua fonticulum quendam naſci Ariſtoteles ſcribit, in quo quicquid conciſum aut cõfractum fuerit (nondum tamen in partes ſeparatum) iniectum ſanari ſtatim. Poſt Rhaga urbs fuit ſuper Pænæum amnem ſita. A qua decem mil. paſſ. fermè Larſſa urbs eſt in plano tota præter arcem quã quidam Cremaſtem uocant, quæ Penſilis aut obliqua cognominabatur, non procul à Neſſonide lacu ſita qui lacus quandoque in æſtate areſcit, penes quam Penæus labitur, quo ſtagnãte circumiectus ager inundatur, quæ modo Larſſa, ſiue Laiſſo dicitur. Eſt & Holoſſon ciuitas quæ & Leuca uocitabatur, id eſt, Alba quum in alba cõſiſteret argilla. Item Elona, quę in Limonem nomen permutauit, hodie diruta iacet, ambo ſub Olympo monte ſitæ non procul ab Horco amne. Mox Pheræ urbs tum admodum nobilis, cui Bœbis lacus uicinus eſt, eam Strabo Pelaſgicorũ camporum terminũ ad Magneſiam eſſe inquit, qui campi uſq; Pelium triginta mil. paſſ. ferè porriguuntur, Quam urbẽ in ſublimi quandoque faſtigio collocatam, tyranni funditus extinxerunt, lacus uerò ad extrema Pelij, & Magneſiæ eſt, cui Bœbe locus adiacet. Hinc ad meridiem Pthiotidis ſiue Ptiomachis terra eſt Doridi contermina, à peregrinationis duce Pthio cognominati, qui mutato poſtea uocabulo aliquãdiu Hellenes appellati ſunt ab Hellene Deucalionis F. id eſt Grę-ci, quibus in Pelaſgico ſinu hæc ſunt, Pegaſæ ciuitas unde Minyæ Colchida petentes Argo nauem ſoluere: quare Lucanus:

Prima fretum ſcindens Pegaſeo litore pinus
Terrenum ignotas hominum proiecit in undas.

Quæ urbs emporium Pherarũ fuit, ab eis circiter nouem mil. paſſ. diſtãs Pegaſas ideo dictam eſſe, quia eo in loco nauem Argo pegerit, uel propter uicinos fontes, id eſt, Pagas, qui frequentes aquarum ubertatem effundunt, neque longè ab ea Aphetæ ciuitas interijt, id eſt, emiſſa, quia hinc emiſſi fuerint Argonautæ quod ait Strabo: Sinũ Pelaſgicum in quo urbes modo dictæ iacent, alij Pegaſeum: alij Demetriacum: alij Maliacum à Malica quondam ciuitate iuxta eum uocant. Igitur poſt Aphetas, uicus Ormenium eſt ſub monte Pelio (quæ huc uſque radices diffundit) prope Bœbeidem lacum, quem Erphij filius Æolo prognatus ædificaſſe dicitur. Sequitur Demetrias urbs, quã ſupra nominauimus diſtans ab Ormenio trib. mil. & quingentis paſſ. à qua ſinum denominari diximus, quam Demetrius Poliorceta, id eſt, urbium obſeſſor, ſui nominis monumento conſtruxit, ualida & ad omnia oportuna, ante Pyraſus dicta, optimo munita portu. iuxta quam Naurus amnis in mare uadit. inde eſt Poſidiũ, id eſt, Neptunus promontorium à quibuſdam Zelaſis nuncupatum, à quo parum Lariſsa altera à iam dicta, urbs nobilis Achillis patria campeſtri iuncta ſolo, ubi nunc nouum oppidum in eius loco eſt Larmiro no

mine

mine: quem ſinum Ouidius deſcribens, ait:

Eſt ſinus Hemoniæ curuos falcatus in arcus
Bracchia procurrunt, ubi ſi fortè altior unda
Portus erat, ſummis indutum eſt æquor harenis,
Et reliqua.

Inde eſt Echinus oppidum in faucibus Sperchij fluminis Plinius poſuit, & Antron ciuitas. Contra quod litus Myoneſus exilis iacet inſula. Poſtea Sperchia ciuitas fuit quam uocant Comen. Et mox nemus Phtheleon qui locus adhuc Phitelleo dicitur, & in ſinu Thebæ urbs Phthiotidis cognomine ad oſtium fluminis Sperchij ſita, Theſſalis emporium quæſtuoſum & frugiferum, Philippos nonnunquam dicta Polybius author eſt: Thebas inquit, Philippus capiens loca Theſſaliæ ac Magneſiæ tuta reddidit, eiectisq́; urbe antiquis cultoribus mutato nomine, pro Thebis Philippos appellauit, quæ ſub Crocio cāpo ſita eſt, campum Pharſali Phthiotidésque tenuere ſupra Pyraſum ad tria mil. paſſuum ad orientalem partem Othrys montis ubi aurifodinæ erant, quibus adamas repertus eſt cucumis ſemine par. Per Crocium campum amnis Amphryſus labitur, iuxta quem armenta regis Admeti, alij Athamantis Apollo pauiſſe dicitur: quod cōmemorat Lucanus: cuius regis domiciliū Halus in campi ſupercilio poſitum in ripa dicti amnis fuit. Sperchium ex Pindo monte, alij ex Ænienſibus quidam à Tinphreſco Dryopico monte fluere, ac uelociſs. aiunt curſu: nam & Lucanus:

Ferit amne citato Maliacas Sperchius aquas:

Tantum enim Maliacus ſinus durat, qui antequam in mare cadat Antyciram urbem præterlabitur. In regione uerò ſupra mare hæ ciuitates ſunt. Erineum, Narthotiū, Coronæa, & Melitara, ſiue Melitea, Pyrrha anna uocitata cuius ad ſeptentrionem ſolitudines iacēt. eſt & Conni oppidum in faucibus ſaltus Tempe ſitum, cui iugum montium imminet triginta mil. paſſuum à Lariſſa penſili: dein Eretriæ quam urbem Enypeus amnis prçterfluit. Hanc Perſæ ingreſsi, poſtquam templa ſpoliauere inçenderūt, in ultionem eorum templorum quæ Sardibus deflagrauerant, hominibus iuſſu Darij in ſeruitutem captis. A qua haud procul Omphalium oppidū eſt. Poſtea Lamia & Acheloo amni propinqua, quam circa Termopylas eſſe Liuius dicit, urbs in tumulo aſpero poſita ex quo multum regionis cernitur, à qua Sperchius circiter quatuor mil. paſſuum fluit. Inde Thaumā tia urbs loco alto ſita, ipſis anguſtijs imminēs quas Cœle uocāt, loca cōfragoſa, implicatasq́; uallium flexib. uias ijs qui in Theſſaliam à Lamia proficiſcūtur. Quod ubi uentū ad hanc urbem eſt repentè uelut maris uaſti, ſic uniuerſa panditur planities, ut ſubiectos cāpos terminare oculis haud facilè ſit. q ab eo miraculo Thaumantij appellati, nec altitudine ſolū tuta urbs, ſed q̄d ſaxo undiq; abſciſſo rupib. impoſita eſt, circa quē montē

item Achates gemma reperitur. Poſtea Heraclea Pthiotidis cognomine ad radices Oethæ montis in campo ante fauces termopylarũ ſita, diſtans à Launa 15. mil. paſſ. Cui arx imminet loco excelſo & ab omni parte præcipiti. Vrbem Aſſarus flumen prĕterit, & ad orientẽ paruus alter Melenã uocant, cuius ager totus paluſter eſt, & proceris arboribus frequẽs. In hac parte Nymphæus attolliť mõs quondã teſte Plinio topiario naturæ opere ſpectabilis. Eſt & Athamas, & Stephane atq; alij, nam Plinius 4. & 30. enumerat, nobiliores tamen quos meminimus. Nunc ad eos populos deueniendum eſt qui in media Macedonia ſiti ſunt, nihil ad mare habentes, quorum ad ſeptentrionem ſub montibus hanc à Myſia diuidentib. Albani primi habentur in quibus Albanus eſt urbs, Dalmatiæ Scardo interiecto monte propinqui, à quibus in Dalmatiam quos ætas noſtra Albanenſes uocat, deſcendiſſe ueriſimile eſt iſti adhuc Albani dicũtur, regionemq; quam inhabitant Albanam uocant, longè orientem uerſus ac prius extenſam, quibus ad ſolis ortum Almopores & in ijs Orma oppidum in petra ſitum, & Europus ad Axiũ amnẽ, & Apſalus iuxta fluuiũ Apſum in conuallibus ſitum. Inde Orbelij Gareſcũ Thaſiorum oppidũ coloniam inhabitãtes loco tuto poſitam. ſub quibus Iores, quibus Iorum, & Alorus oppida ſunt. Cui regioni ad orientem Sinticæ gentes adiacent, ubi Triſtolus urbs: & alia Parœcopolis olim inſignis, & Heraclea cognomento Sintica quæ eſt ſubiecta Candauiæ oræ. Iterum ſub Albanis Taullantinis contermini Eordaiorum gens eſt, apud quam, Schampeis, Diboma, & Daulia oppida montana ſunt per quam terram Oſpagus flumẽ defertur in Erigonium cadens. Et ſub ijs Oreſtidis regiuncula, ſic denominata ab Oreſte qui quandoq; illam occupauit, quum cæſa matre exul profugeret, ubi urbem quem Argoſ oreſticũ ĕdificauit, à qua Argeatĕ Macedones dicti, ubi paſsim per agros auri uenas, & argenti populi ſcrutantur. In ea Amantia urbs eſt munimento ualida. Hinc autem ad Eeordaiorum orientem ſub Almoporib. Eſtrerij terram incolunt, oppida duo habentes, Eſtreum: & Deborum. Quibus ad auſtrum Deſareti ſunt ubi oppidũ Euia: & Lychnidus in anguſtijs iſthmi poſitum, ad quod lacus ac paludes extãt ubi copioſa piſcium ſalſamẽtaria habentur. Sub quib. Parthyæorum ciuitas Eribœa. Cui ad meridiem Stymphaliæ gentes oppidũ Gyrtonam habent à Gyrtone fratre Phlegyæ dictum. Rurſus ad orientem iſtorum populorũ ſub Ioribus Lynceſtidis regio, in qua Heraclea ciuitas: cui adiacent Pelagonij, in quibus Andariſtus ualidum oppidum, & Pelagonia quam nunc etiam uocant: in anguſtijs montium ſita: & aliud Stobi ciuium Romanorum quod quũ Philippus conderet Perſeida appellari iuſſit, ut is filio maiori haberetur honos: Lynceſtum & Pelagoniorum quondam loca quũ libera eſſent Eleutheria omnis ea regio cognominabať. Poſtea Biſaltiæ q̃ locum incolũt cui Acthæ nomen eſt, qui à ſeptentrione Sinticæ pro parte

& pro

& pro parte Hodomaſticæ ad Strymona amnem ad orientem Amphaxitidi, ad occaſum Pelagoniæ, & ad meridiem Mygdoniæ, Bratiſcis mōtibus interiacentibus conterminant, regio quinq; tum urbib. iuſignita: erāt aūt Arrolus non longè ab oſtijs Strymonis uerſus occaſum: Euporia: Callitera urbs ſuper Axium flumē ſita: Oſſa, & Berta, ſub qua Mygdonia eſt ad ſinum Thermaicum Amphaxiti iuncta (duobus enim locis iuxta mare Amphaxitides poſuimus) axio fluuio à Pelagonia atq; Emathia diſcreta; in ea ciuitates ſunt Antigonia ad fauces Bratiſcorum montiū poſita quas Græci Stenta uocant: eſt & Calindoea: & Bærus in planitie ſedēs: & Phyſcæ, de qua Statius:

An uiros tellus dare militares
—Aptior Phyſcæ?

Eſt & Terpyllus ciuitas mōtana: Carrabia, Xylopolis, Aſſorus, & Apollonia Mygdoniæ appellata, nūc Seres dicitur. Iuxta quam Louius amnis præterfluit qui & Melas à quibuſdā ſcribitur. Deinde Leta urbs Baccho fluuio propinqua. Eſt in Mygdonia uerſus meridiem lacus nomine Salſus 40. mil. paſſ, in circuitu, cui ad eandem plagam caſtellū adiacet Ognichum modo dictū, ſub quo lacu 25. mil. paſſ. alter eſt 15. ambitu. Migdoniæ regiuncula connectitur ad meridiē Creſtona nomine, & in ea Creſton ciuitas Celetrum poſtea Caſtoriam modo incolæ nuncupant, in colle ſita quem magnus præcingit lacus præter anguſtū & humile collum qua iter ad oppidū eſt montibus iunctum, qui ad occaſum lacus attolluntˉ 30. mil. paſſ. à minori Mygdoniæ lacu diſtans. Emathia regio ſequitur in media penè Macedonia cōſtituta ad Lynceſtum & Pelagoniorum meridiem. Et pro parte Mygdoniæ Axio interlabēte flumine. A rege Emathe Mēnonis fratre, Auroræ & Tithonis F. ut ait Plinius uocitata: ſimiliter Trogus: Pæonia prius dicta teſte Liuio ad Pangæum tum montem pertingens quem Thraciæ eſſe diximus, & ut ferūt ab herba Pæonia quæ in illa abundè naſcit: Pauſanias author eſt à Pæone Epei fratre Endymionis filio dicta. At Herodotus Pæones Teucrorū gentem huc à Troia fuiſſe appulſos. Quorum colonia ad flumen Strymona ſita erat, circa quam ſi quando frequentiores imbres deciderint, ferunt tellurem illam genus quoddam auri producere quod appellatur Apyron: ſimiliter in monte ipſo fodinas argenti & auri eſſe ex quo Emathia Beata cognominatur. In hoc membro ciuitates ſunt Europus, ad Axium amnem, Tyriſſa, Scydra, Myrea iuxta quam fluuius ſui nominis labitur, grauis quidem uiſu ob uelocitatem eius curſus, ac tranſire conantibus aſper, & omnino inſuperabilis. Inde Tera urbs magna quondam, quam deinde Antipatriam uocauerunt in anguſtis faucibus ſita, eam Romani puberibus interfectis incenderunt. Mox Cyrius oppidum montanum, & Idomena, & Gordynia, & Edeſſa, quam dein Ægas ſiue Ægæ, populum Ægedas ad memoriam muneris

Caranus

Caranus,ut ait Trogus,uocauit,quũ reſponſum ab oraculo de condendã ſede ducib. capris imperiũ quęrere,accepiſſet. Huc ueniens Edeſſam urbẽ nõ ſentientibus oppidanis propter imbriũ & nebulę magnitudinẽ,capra rum gregẽ imbrẽ fugientiũ, cum multitudine Græcorũ ſequutus occupa uit:Solinus. Vbi caprarũ pecus reſediſſe reſpõſum ſibi eſſe inquit,in qua urbe ſepeliri reges mos erat,ubi & aquę calidæ ſcatẽt. Poſt quã Beroëa op pidũ eſt.Inde Argeæ ciuitas humilis,dicta ab Æga nympha Oleni Vulca ni filij nata,quæ una ex nutricib. Iouis fuit. Hinc nõ longè à mari Pella co lonia Zuchria modo dicta exigua ut olim,quod probat Lucanus:

Exiguæ ſecura fuit prouincia Pellæ.

Quæ nunc exciſa iacet: quam maximam & illuſtrem alumni effecere Phi lippus Græciæ domitor, & Alexander Aſiæ: in qua ut Monimus ſcribit, hominem achiuum, Pelleo & Chironi ſingulis annis immolatum fuiſſe. Sub Emathia Pelaſgiotorum terra eſt, ſed lõgè in orientem occidentemq; diducta,quæ inter ſe Citario monte diſcernuntur, cuius radices Aliacmõ fluuius lambit,quam regionem unà cum maritima eius ora ſupra deſcripſi mus. Cui ad meridiem Eſtiotorum ſiue Iſticorum regio adiacet interiectis Bromio(à quo Bacchi cognomen) & Cerceteſio montibus per hanc ter ram Curalius amnis fluẽs in Pæneum defertur,haud longè à Pharycado ne urbe ad ſiniſtram Pænei ſita. In hac Phæſtus oppidum eſt inter Gom phos, & anguſtas fauces quæ Theſſaliam ab Athamania dirimũt. Poſtea Gomphi parua urbs propè ortum Pęnei fluminis ſita,à quo haud procul Atinium eſt oppidum. Poſt Athamania regiuncula quæ aliter Melotis di citur Gomphis imminens, nemoroſa admodum de quo Lucanus:

Tunc qui Dardaniam tenet Horicon, & uagus altis:
Diſperſus ſyluis Athamas.

In ea Tetraphilia ſiue Triphilia ciuitas eſt altis ac præruptis locis ſita,in cu ius agro eſt locus qui caſtra Pyrhi dicitur, cui ad orientem mons erigitur Lincus nomine ad meridiem uerſus Epirum declinans,totus ſyluoſus, & in eius iugo patentes campi & aquę perennes ſunt & Lincon oppidũ pro pè flumẽ Boëtum. Dein Theudoria, Teium, & Argithea Athamaniæ ca put.rurſus in Eſtiotoris caſtellũ eſt Tricca nomine proxima litorib. ac re ducto admodũ ſinui apud Pharſalic campos in quib. Cranõ ciuitas fuit: Poſtea Ctimene urbs quã alij Ithomẽ alij Thamas uocãt locus munitus,et ualidus inter 4. caſtella ſita: Triccã, Metropolim, Pellineũ, & Gomphos, Tricca & Pellineũ ad Pænei leuã: uerũ Ithome addicta Metropoli eſt, quã Philippus incẽdit. Poſtea Chiretię oppidũ à Ro. inceſum. Et inter Triccã et Paludẽ Metapa urbs, diſtatq; à Therma(altera ab ea à qua Thermaicus di citũ ſinus)circiter 8. mil. paſſ. qua Philippus uſus eſt, ueluti receptaculo in adeũdis atq; egrediẽdis anguſtijs, eſt enĩ omnis locus circa paludẽ mõtuo ſus atq; difficilis, & denſiſs. ſyluis undiq; circũdatus: palus ſpatiũ 4. mil.

paſſ.

paſſ. fermè habet. Hinc ad auſtrũ Theſſalica terra eſt Macedoniꝫ primis uiris & opimis cãpis, quæ priori ſꝫculo Strabone teſte Pyrrræa ab Deucalionis uxore Pyrra nominabatur, & Hæmonia ab Hæmone, à cuius filio Theſſalo Theſſalia uocata eſt, quod aſſerit Dionyſius Halicar. Diodorus uerò à Theſſalo Medeæ Iaſoniſq́ꝫ F. Euſebius autem à Theſſalo Græci F. qui ibi regnauit: Legimus Driopem etiam uocitatã: Ideoq́ꝫ Plinius hæc terra ſꝫpe mutatis nominib. à regibus cognominata eſt: Ibi genitus rex nomine Græcus à quo Græcia: Ibi Hellinus Pyrræ & Deucalionis F. à quo Hellines, & ut ſcribit Diodorus in antiquitatib. Boetus Arnes ac Neptuni F. in Hellinem migrans, quæ nunc Theſſalia dicitur, eos qui ſecum acceſſerant Boëtos uocauit: Homerus autem Theſſalos tribus nominib. appellauit, Myrmidonas, Hellenas, & Achæos. Quæ regio undiq́ꝫ montib. redimita eſt, ita tamen deuexa ut quamuis paludes ex ea apertis montib. in flumina manarẽt, reſidit tamẽ lacus Neſonius, & quidẽ ingens, & minor illis Boëbeis litori propinquior, à q̃ litus etiã denominat̃. Et ut ſcribit Solinus, durãt adhuc ueſtigia, hos locos ſuperſtites undoſæ tempeſtati fuiſſe; nam in concauitatib. & anfractib. rupium ueluti maris purgamẽta uiſunt̃ paſsim conchiliorum putamina, ita ut (licet mediterranea ſint) ſpeciem tamen litoralẽ intuentib. appareant. Montes aũt regionem hanc cingentes (quãuis olim ampliori multo circuitu pateret, nam et circũiectas regiones intra ſuũ nomen cõtinebat) Olympus, Oſſa, Peleus uel Pelion, Pindus, et Othrys. Quorũ altiſs. Pelion, nam 250. mil. paſſ. ratione perpendiculi, uti Dicearchus uir imprimis eruditus regũ cura permenſus eſt. Dictus Peliõ Lactãtius grãmaticus ait, quia Peliõ Neptuni F. illius ſumma obtinebat, frondoſus omnis, ſummitatẽ cuius pineta maxima tenẽt, reliquã uerò partem quercus occupat, cuius in antro Chironẽ ſenẽ habitaſſe Ouidius tradit, quo etiam conuiuiũ Tethidis & Pelei fuiſſe: & Centauros ibi à nymphis nutritos quidam ſcribunt: Oſſæ monti aliquando iunctus, terrꝫ motu uerò facto, alterũ ab altero diſceſsiſſe, q̃d ſcribit Herodotus, cui Ptol. conſenſiſſe uidetur, quũ Pæneum inter eos mõtes in mare emittere dicat. Strabo uerò inter Olympum & Oſſam. Eſt Oſſa ſecundæ magnitudinis mons niuoſus ſyluoſusq́ꝫ pini præcipuè arboris, cuius tantã ineſſe copiã, quod in flexione, atq́ꝫ reflexione ramorũ tonitruũ præſentetur, ut ait Lucanus: in quo Centaurorũ fuiſſe ſtabulũ ſcriptores atteſtantur. Ab hoc monte Anagrus fluuius deſcendit, in cuius aqua quũ Centauri ab Hercule uulnerati ſe lauiſſent impotabilẽ reddiderũt, quod Ouidius meminit. Olympus mõs ſanè magnus eſt & qui ſupra 10. ſtadia altitudine attollitur, ex q̃ accolæ ſumma eius cœlũ uocant, in eo buxus plurima atq́ꝫ cæteris gracilior, ſimiliter laurus, etſi illi frigus inimicũ ſit animaliũ frequens caret lupo. cuius montis radices iuxta litus locum natura inuium reddunt. Ara fuit in cacumine Ioui dicata, ſine uento, ſine pluuia, ſine niue, ſine nubibus,

ſed ſerena ſemper & conſpicua ubi dĳ immortales perpetuo oblectantur, uti Homero placet: quare Lucanus:

Nubes exceſſit Olympus lege deum. Et Claudianus:
Celſior exurget pluuĳs, auditꝙ ruentes
Sub pedibus nimbos & rauca tonitrua calcat.

Pindus præterea mons eſt ex cuius radicibus Peneum flumen proſilire diximus, inſignis quoꝙ origine Laphitarum, & Partu Acheloi, altus admodum niuibusꝙ obnoxius. Cui ad occaſum Peræbi populi metanaſtes, id eſt, migratores: ad meridiem Dolopes adiacent: & in monte ipſo Talares natio Moloſſorum habitant. Othrys ſimiliter nemoroſus mons eſt, ac Laphitarum ſedes, quemadmodum Pindus, quod notat Virgilius: à quibus Centauros originē traxiſſe poëtæ dicunt quos pugnā ex equo ferunt inueniſſe. Homines præter alios immanitate efferati, & qui ita humanū ſitire ſanguinem dicuntur, ut quum hoſtium copia non detur, ipſi inter epulas poſt cibi ſatietatem, & potum, ſuis uelut alienis corporib. imprimunt ferrum: In ĳs gentibus hoc eſt in Theſſalia oppidum Pelectronium fuit à nomine cuiuſdam uiri appellatum, qui primus domandorum equorum uſum reperit: unde Maro:

Frena Pelectronĳ Laphithæ girosꝙ dedere.

In hoc mōte uermiculos quoſdam Ariſtoteles gigni ait Sepas appellatos, haud unius quidem coloris, quum à loco ubi uictitant colorē nanciſcantur, nam alĳ quidem terreſtribus Cochleis aſsimilantur: alĳ toto peruirēt tergore: nonnulli etiam qui inter harenas uerſantur ab eis quoꝙ colorem contrahunt, ſi quem uerò momorderint, eum ſtatim ſiti diſcrutiant: Intra autem hos montes Theſſalia continetur, ubi lacus fuiſſe narratur, utpotè regio concluſa undiꝙ præaltis montibus. Nam quod Theſſaliæ ad auroram ſpectat, id Pelion & Oſſa iunctis inter ſe radicibus pręcludunt: quod ad uentū aquilonē olympus, quod ad occaſum Pindus, quod ad meridiē Othrys, q omnes gigantum fabulis belloꝙ cōmemorati ſunt, quos aiunt aliquando cohæſiſſe, tremore autē terræ ab inuicem exiliſſe. Ex quo apertis uĳs lacus exſiccatus eſt, obductus in ſe q̄ ſine exitu ſtagnauerant aquis, quum etiam litus altiora cāpis haberet loca, ut apud ſcriptores legimus. Ait enim Diodorus in antiquitatib. Herculi huius beneficĳ gratiam tribuit, qui excauata foſſa, aquam deduxit circa Peneum fluuium, quo campos fertiles reddidit, nam Theſſalia regio fertiliſs. eſt, excepta quā flumen abluit & inundat, quoniam Peneus per mediam labens compluribus aſſumptis amnibus ſæpius effunditur, non tamen ocioſa, uerum in paſcendis equis accōmoda: nec maleficĳs minus. Eo enim loco artis magicæ natiua cantamina totius orbis conſono ore celebrantur, & quod ibi tellus in montibus præcipuè nocentes plurimas gignat herbas, quibus Medea uſa eſt, quò naturæ uim faceret: quæ omnia Lucanus meminit. necnon

malefici generis ſerpentes plurimos nutrit: ex quo honos Ciconijs auibus eorum exitio tantus, ut capitale fuerit occidiſſe, eadem legibus pœna quę in homicidijs. In hac regione inter alia oppida, Phalagatia, & Phaleria eſt prima urbs Theſſaliæ à Rom. incenſa, & Paleopharſacum apud quod oppidũ Cæſ. & Pomp. dimicati ſunt, q̃d incenſum poſt fuit, unde Enipeus fluuius currit nunc Pherſalia dicit̃, eſt & Argiſſa & Hypata cuius arx inexpugnabilis eſt, Soſthenis, Homyle & Cypera, fuit et Phlegya ciuitas à Phlegya Iaſonis patre cognominata: locus antea gigantũ pręliorumq́ immanium temeritate famoſus, qui ſolus etiam diluuio mundi aſſeritur non opertus, quod utique præſtitit montium celſitudo: idq́ Solinus meminit; ſunt qui ſubmerſum fuiſſe dicãt, fuit etiam Arna urbs quam Boetus ędificaſſe dicitur, matriſq́ nomẽ impoſuiſſe, quæ nulla nunc eſt, in cuius agro uuis ubere templum Palladis Ioniæ iuxta Cuarium amnem ſitum fuerat: Item Arachne ciuitas quã Peneus fluuius abluit, & altera quæ Bodoni dicebatur apud Peræbos ab Heroë Bodone condita.

Epyri prouinciæ regionis ſitus.

EPirus prouincia hinc ad auſtrum terræ Macedoniæ iungitur: protendit namq́ ab Elydno amne occaſum uerſus ad ſolis ortũ in Acheloo fluuio ducenta mil. paſſ. præternauigatione: qua occidentẽ ſpectat Ionio: qua meridiẽ Adriatico mari, ſeu Maliaco ut Herodoto placet, uel Siculo uſq́ ad ſinum Ambracium ſecundum Strabonem abluitur: Diciturq́ Epirus quod apud nos ſolidam terrã deſignat. Quæ præcipuè in partes duas, ſicut et nunc diuiditur, in Chaoniam quod Epirus propriè dicebatur & in Acarnaniam: Acarnania modo Ducatus ſiue Diſpotatus ſeu Græcia parua appellatur, Chaonia ad occidentem uergit, quæ continuoſe in Ceraunios attollitur mõtes, quam partem iuniores etiam in Albaniam ponũt, Acarnania in ortum ſolis in decliuum tendens uſq́ ad Acheloum amnem: Ferunt itaq́ tempore Deucalionis & Pirræ hãc diluuio inundaſſe, illam uerò tanquam ſublimiorem non aſcendiſſe, inde Epirũ, id eſt, continentem homines tunc appellauerunt. Paulatim poſtea ambo & Chaonia, & Acarnania Epiri nomen ſubierũt: cui nec uetus Græcia nomen defuit, Acarnaniæ maximè, ac circa loca ad Acheloum iacentia, ubi Selij prius, & poſt Græcorum nomẽ Hellines agrum tenuere. Regio multis in locis nemoroſa, amplioribus olim finibus contenta, ut apud Pliniũ legimus qui eam ſubcinctam uallatamq́ Rhodopes ac Æmi excelſitate fuiſſe dicit, alias nunc terras & montes habet illam diffiniẽtes, ut in ſuperioribus oſtendimus: Neq́ adeò ut antiqui ſcriptores in ſuis reliquerunt ſcriptis egregiè populoſam, nam hoc tempore magna ex parte ſolitudo eam tenet, habitatur autem per pagos ut plurimum ac urbiũ reliquias, ſeptuaginta in hac prouincia urbes à paulo Æmilio funditus euerſas fuiſſe hiſtoriæ atteſtantur. Terra Epirus quadrupedes magnas gignit excepto aſino;

ſed præcipuè boues, & canes magnitudine egregia atque etiam oues quas Pyrrhicas à Pyrrho rege cognominatas dicunt. Huius regionis occidẽta=lia Chaonij gens celeberr. haibuit, inuios habitans montes, Moloſſorum antea regnum, quod Helenus à fratre Chaone quem in uenatu per ignorã tiam dicitur occidiſſe Chaoniam nominauit, quaſi ad ſolatium fratris ex=tincti, uti quibuſdam placet. Quod Virgilius dixiſſe uidetur:

Morte Neaptolemi regnorum reddita ceſſit
Pars Heleno qui Chaonios cognomine campos
Chaoniamq́ omnem Troiano à Chaone dixit.

At Plinius, Chaones ſunt primi montes Epiri à quibus Chaonia dicta eſt. Hoc loco Thucydides Theſprotos ponit: Ptolemæus uerò poſt Chaones orientẽ uerſus. Sed Theſproti et Caſsiopenſes q in Theſprotis ſunt, ſimul cum Chaonib. habitaſſe ferunt: ſunt qui poſt Chaones terrã ceſſiſſe Mo=loſſis dicãt, qui totius poſtea Epiri regnũ tenuere, nã propter regũ cogna tionẽ magis ac magis amplificati fuerãt, ut ſcribit Theopõpus, nã ex Aeci=darũ ſanguine prognati ſunt. Vbi & canes quos diximus præcipua for=titudine naſcuntur, qui à loco Moloſſi dicuntur: de quibus poeta:

Nec tibi cura canum fuerit poſtrema, ſed una
Velocis Sparthæ catulos, acremq́ Moloſſum
Paſce ſero pingui. Item & Horatius.

Fuit in Chaonia primũ iuxta Ionium mare Horicum ſiue Orethum oppi dum Orchũ modo in plano ſitũ à Colchis conditũ, quod poſtea Darda=ni habuerunt in inſula tum quam dein terræ motus continenti iunxit: cui iugum Cerauniorum montium ſic denominatorum à crebris fulminibus propter altitudinem imminet, proprio tamen uocabulo Chaones dicebã tur: nautis maximè formidoloſi, quod ait Horatius:

—Qui uidit mare turgidum, Et
Infames ſcopulos Acroceraunia. Et Lucanus:
Scopuloſa Ceraunia nautæ ſumma timent.

Nam quotieſcunq́ nubeculæ inde eleuant̃, tempeſtates in mari exoriunt̃, in quo monte caſtellũ eſt Chimera nomine ex quo monti uocabulũ inditũ eſt, nam Cimerã indigenę illũ uocant, ſub qua ſtatio eſt Oncheſmus tum nomine. Poſtea portus cui Panormus id eſt, cõmoda cunctis ſtatio nomẽ eſt, in quem torrens è montib. ruit. Supra quem in montib. Olpæ urbs in colle erat ualido muro cincta, nunc oppidulũ, Sopoto ibi eſt. Item portus alius tum Caſſiope, cuius uocabuli emporiũ aderat Caſſiopeorũ, qui mo do locus S 40. dicitur & eſt in dextra Iſthmi Theſprotorum Cherſoneſi, Nam hinc Theſprotorũ litus extendit̃, à Theſpite uiro nobile Athenienſe Erictei F. qui imperauit ei regiunculæ, quæ ab ſe denominata eſt, nunc aũt Vaielitia appellat̃, inter quos & amnẽ Acherontẽ (quem paulo poſt dice=mus) Seriphios, & Siphnios, & Melios habitare author eſt Herodotus, à

quibus

quibus coloniæ deducti ſunt in ijſdē nominib. inſulis in Ægeo mari. Igit
in Theſprotis poſt Caſſiopē portū Poſidium promontoriū eſt. Mox Bu
throtū colonia in Cherſoneſo ipſa eſt ſita 7. paſſ. ſinu uel lacu eiuſdē nomi
nis, ita à cōditore denominata, frequēs tum Rom. accolis, quæ modo Bu
tintro dicitur, influit enī mare ſurſum circiter 2. mil. paſſ. per locum angu
ſtum, lacus in occaſum uergēs intra nemoroſos montes clauſus, urbs ipſa
propè fauces introrſus ad lacū, ingredientib. ad ſiniſtrā poſita: In ore uerò
portus eſt q & Chaonius, & ab effectu Pelodes, id eſt, Cenoſus dicit̄, in q̄
magna mugilū captura fit: de qua urbe ac portu Virgil. mentionem facit.
Poſt aūt dictū os, Thymiamis promontoriū incultū atq; aſperū Niſta mò
do à nautis, ad cuius radices ad occaſum eiuſdē nominis fluuius Calamā-
nūc in mare uadit, in quo Caſſiopenſiū oram quidā inchoare, Ptolem. Al
mæniū ſiue Alcmæoniū dicit, quā Argiam nōnulli uocauerūt, Thucydi-
des aūt Thymiamis Theſprotidē Ceſtrinemq; diſterminat inquit. Poſtea
eſt ſinus uadoſus penè omnis, quē iuniores Gomenizā dicūt. Deinde Sy-
bote portus haud magnarū nauiū capax, cui Sybota obiacet inſula nūc Si
uita dicta, in qua tropheū de Corcyrenſib. Corinthij ſtatuerunt. Poſt To-
rona oppidū, Parga modo. Inde Acherō amnis nauigabilis quē iuniores
Velichin uocāt, ab arcto ex Moloſſide in Acheruſia ſtagna, uel paludem
profluēs, infra quā mare uerſus, ponte mille pedū mirabili opere tum iun-
gebat̄, plura ſuſcipiēs in ſe flumina, quibus ſinus in quē deferī dulcis red-
ditur. Inde paulo in reducto ſinu ſtatio quędā eſt inter ſaxa quę appellaba
tur Pharſalia: nam hinc ád oppidū Triccā in Macedonia iter eſt, cui Phar-
ſalici diffundunt̄ campi. Dicto iam litori Corcyra inſula opponit̄ à Cor-
cyra ex filiabus Aſopi denominata, quā Neptunus rapuit & in hanc detu
lit, ut ſcribit Diodorus ex qua natus eſt Phœacus, à q̄ dein Phœacia, quæ
prius Scherya uocitabat̄: Callimachus Drepane, noſtra uerò ætas Corfú
uocat 10. mil. paſſ. interuallo à cōtinente ubi propius, ubi uerè lōgius 20.
ab occaſu in ortum producta 100. mil. in circuitu: fœcunda quidē Home-
ro teſte: & ubi felices uiri procreabantur, rerum maritimarū maximè ſtu-
dioſi, ait enī Phœacibus nulla eſt ſagittādi cura: ſed in malis, remis, nauib.
occupati, alacres ſpumoſum pelagus ſulcant: Et in alio loco: ut aūt Phœa
ces in nauigando cęteros uiros prę ſtant, ita in texendo mulieres, hoc enim
muneris illis Minerua largita eſt, ut & ſcitè manib. operarent̄, & bonam
mentē tenerent. Inſula qua parte ſpetentrionē ſpectat plana qua uerò meri
diem alpeſtris ac importuoſa eſt, habet tamen hæc pars aliqualē ſinū à caū
tib. liberum et à uento tutū, quo in loco ex fonte fluuius mare innadit Hic
Phœaces quondā amplā Hyperion incolentes à finitimis Cyclopibus ut
potè & ſuperbis & fortiorib. uexabant̄: habitabāt illa ætate eas petras Cy
clopes, q̄d ait Homerus: hac gratia Nauſithous Alcinoi pater, ijs relictis
locum apud Scheryen humanioribus uiris propinquior condidit, ibi mu

ro circumdedit urbē, quæ Corcyropolis appellata fuit, locus nūc Palopolis dicit̄ ubi promontoriū eſt Amphipygus. Fuit quoq; Ptychia in ripa ad mare exaduerſo Theſprotiæ, id eſt, iuxta Pygum cuius nunc rudera (Palopolim illi appellāt) extant em̄ ingentium ſaxorū fundamēta, inter quā & oppidū quod nunc inſula habet, lacus circuitu circiter 2. mil. paſſ. in mari exonerat̄ in quē fluuiolus ingredit̄, & oppidum quod Corfu dicūt in peninſula in alta petra duas habens arces Theſprotorū terram proſpectans, in portū occaſum uerſum deuexa. Hæc aliquando Corinthorū, aliquando Samiorū colonia fuit: In occidentali parte Caſsiopolim oppidū habuit, ubi & promontorium & templū Caſsij Iouis fuit, locū nūc Caſſopum uocant, quo ueſtigia murorū latè patent: Et in Aphrico uento promontoriū aliud peninſula Phalacrū nomine, id eſt, caluū ad nauis effigiem in q̄d transfiguratam Vlyxis nauem fabulę tradiderunt: Poſt ad auroram Leucimma promontoria, in quorum altero Corcyrenſes tropheum deuictis in mari Corinthijs ſtatuerunt: circa Corcyram quædam inſulæ paruæ ſunt, ad occaſum duodecim mil. paſſ. Coronos, ſiue Thoronos, nūc Phanu, à continenti 30. mil. paſſ. Propè quā Ericuſa breuis, Marathę, Elaphuſa, Maltacæ. Thrachiæ, Pytionia, Pithichia, Taracia. Et ad ortum Leucadiam uerſus, Paxoæ duæ modo Paxu altera quæ maior eſt, nam 10. mil. paſſ. ambit̄ forma quadrata, cuius orientalis pars petroſa eſt, uicus in campo, ubi & portus tutiſs. occidentalis uerò plana, uitib. & alijs domeſticis arborib. frequens. Hæc inſula quondā pars Corcyræ fuiſſe dicitur, æſtu maris abſciſſa 10. mil. paſſ. ferè interuallo, à litore 15. cui ad auroram altera minor anguſto diſcreta freto. In continenti uerò poſt Acherontem flumē Eleę portus eſt. Mox Rhinaſa caſtellū cui ſubiacet portus Comarus nomine, iſthmū 7. mil. paſſ. efficiēs ad lacū Myrtuntiū ſalſum in latere Ambracij ſinus ad Comarū uergēs portū. Item portus alter amplior propè ſinus oſtium diſtās à Nicopoli 12. ſtadijs. Intus uerò ad leuā, ſed antequā ingrediatur ſinū, altero brachio caſtellū in plano eſt Peruexa ab incolis modo, urbs egregia quondā incolarumq; multitudine abundans Nicopolis nomine, ex multis circa ſinū urbibus præſertim diutini belli exhauſtis collapſiſq; ab Aug. extructa, eiq; uocabulū Nicopolim, id eſt, uictoriæ ciuitatē indidit: Ibi namq; ante ſinus illius fauces M. Antoniū ſimul & Ægypti reginam Cleopatrā nauali prælio ſuperauit. Hinc Rhogus pręſentis temporis nomine amnis ex montib. circiter 4. mil. paſſ. à lacu deſcendens, nomē à caſtello iuxta q̄d orit̄ habens in lacū uadit. Poſt orientē uerſus Aratthus amnis nauigabilis in intima ſinus defertur, ortū habēs in radice Stymphæ montis nūc Spagmagniuriſi dicitur, in q̄ amne Chaones: Theſproti, et alij minores populi inter illos conſiſtentes terminant, qui præter montana, felice quoq; ubertate agro fruebantur: quorum in mediterraneo hæc ſunt: In Chaonib. Antigonia urbs nūc Argirocaſtrū, cuius in agro Aornos lacus

ex quo

ex quo peſtifera auib. exhalatio. Item Phœnica, et Hecatompedum intra montes poſitæ, Omphalium haud ignobile oppidum campum ad meridiem habens, Elæus inde munitiſs. in colle unde fluuius in mare cadit, & non procul ſub Acherontis fluuij fontib. Acheruſia palus ingens, circiter enim 50. mil. paſſ. in circuitu, eſt piſcib. abundãs, in cuius pene medio oppidum incolę nunc Ialina uocant, in peninſula poſitum, cuius Iſthmũ murus claudit: Prætereà quædã ſparſæ per paludẽ inſulæ haud magnæ. Theſprotis autem in quibus Dodoneũ oraculum nil interius à mari eſt, uerum illud uetus ac nobile priori ſęculo fuit, à Pelaſgis conſtructum in loco quẽ Hellopiam uocabant, quoniam paludes circumſtabãt ſuſceptis aquis ex Tomaro monte ſiue Tmoro, nam circa eius radices 100. ſcaturiunt fontes, in quo Dodona oppidũ fuit, ac propè nemus & in eo templũ Ioui ſãcratũ, q̃d Ætoli Polybio teſte incendio euerterũt: ex quo nemore (querneũ quippe erat) homines glandib. alebantur: Ideò apud Maronem legimus:

Prima Ceres ferro mortales uertere terram
Inſtituit, quum iam glandes atq; arbuta ſacræ
Deficerent ſyluæ, & uictum Dodona negaret.

Fuitq; in Dodona Iouis fons quemadmodum ſcribit Plinius, quũ ſit gelidus & immerſas faces extinguat, ſi extinctæ admoueantur accendit, idem meridie ſemper deficit, mox increſcens ad medium noctis exuberat, ab eo rurſus ſenſim deficit: q̃d alij etiã tradũt: inter quos Lucretius. Supra uerò Chaones iuxta mõtes, Caſsiopẽſes ſunt, in quib. Caſsiopia ciuitas Epirotarũ colonia, quã recẽtiores Cognizã uocant in ſaxo poſita: ad cuius radices auſtrũ uerſus Apſus fluuius præterit, q in Ioniũ mare uadit. Supra aũt Caſſiopenſes, Dolopes ſiue Deuriopes ſunt, Theſſaliæ & Ætoliæ conterminí, q rupes & aſperũ habent agrũ. Poſtq; iam dictas gentes Acarnanum terra eſt ab Acarnane Amphyarai F. ibi regnante nomen accipiẽs, ut ſcribit Thucydides, Archemachus uerò euboicus à Curetib. ex Pleurone iſthuc trãſgreſſis, nam quũ ab occipite capillati & à fronte detonſi exiſterẽt, in hac terra quoq; intonſa ſeruaſſent capita Acarnanas uocari cœpti ſunt, & à quibuſdã Curetes, quũ prioribus ſæculis à Taphijs et Telebois locus habitaret: regio ad orientẽ Aratthi amnis cui Ambracia caput gentis, & Epiri quandoq; regia appoſita eſt, quæ urbs nũc à flumine corrupto uocabulo Larta uulgo dicit, 10. mil. paſſ. à litore diſtans, à qua etiã ſinus denominat, nam ſimul cũ urbe mutauit nomẽ, ſed antequã Ambracius appellaretur, Tolgus eſt dictus ab eadẽ ciuitate ſic nominata quondã eximijs tum fortunis enitente, cuius mœnia Cypſelus ſtruxit, nomenq; Tolgus impoſuit, cui Pyrrhũ maximũ tuliſſe ornamentũ cõſtat, quũ eo loco pro regali ſede uteret. Ea tẽpore Rom. belli unà cũ alijs plurimis corruit: Dicta Ambracia ab Ambraco q̃d eſt curuũ, quia ciuitas impoſita eſt ſupra litore curuo, q̃d nomen à Phœbo inditũ poëtæ ferũt, quũ aliquando certatũ fuiſſe

inter eum & Neptunum de nomine urbis conditæ: quare Ouidius:

Prætereunt uicti certatam lite deorum
Ambraciam.

Quæ urbs naturali ſitu poſita eſt, tumulo enim aſpero ſubiacet, Pyrrhantem incolæ uocãt, in quo arx orientẽ ſpectans ipſa in campos ad flumẽ occaſum uerſus deſcẽdit. Ante portas duas æneas ſtatuas dei magni habuit, marem, et fœminam cœlum uidelicet ac terram: circum eam paludoſa planities eſt, ita ut unum duntaxat à terra aditum habeat, eumq́ꝫ arctiſsimum ac manufactum, à portu ſimiliter decem mil paſſ. interuallo tumuli ex inuectu amnis ſepta, ſiquidem ſinus omnis cœnoſus eſt, & minimæ altitudinis, non enim duos excedit paſſus ubi profundiſsimus eſt, quũ maiori ex parte unius conſtet, ſpatioſum tamen æquor anguſto ore accipit, nec amplius quingentorũ paſſ. in circuitu uerò octoginta mil. optimas habẽs ſtationes, piſcib. refertus. In quo quædã ſunt inſulæ, plano margine, præter quã quod inter Rhogum Aratthumq́ꝫ amnes, mõs eminet ad cuius ima iuxta mare ſal efficitur. Poſt igitur Aratthi amnis oſtium Anactorium urbs fuit: inde 5. mil. paſſ. Actium colonia & promontorium primus Acarnanũ locus ubi Actij Apollinis templũ nobile faucib. ſinus imminens, quod quũ uetus eſſet, ampliauit Aug. uictoriæq́ꝫ ſuæ memoria ibi quinquenale ludorum certamen conſtituit, cui ſubeſt campus: de quo loco Virgilius:

Mox & Leucadij nimboſa cacumina montis
Et formidatus nautis aperitur Apollo.

Inde paulo ſinus oſtio egreſſis orientẽ uerſus in litore caſtellum in tumulo occurrit quod illi Bonditiũ uocant nouũ opus. In mari circa Actium margaritæ inueniuntur meliores quàm quæ apud Acarnanos ſunt, ſed paruæ ut ſcribit Plinius nam ibi quæ gignunt̃ enormes ſunt, coloris ferrei, ac marmorei, uocariq́ꝫ pinneas, mox Leucates promontoriũ: deinde ſinus quem Leuadia inſula efficit, huic litori appoſita, quæ Leucata nunc & à quibuſdam Ducatus dicit̃, Cherroneſus olim Nerito unà cum urbe uocitata 50. mil. paſſ. in circuitu freto & Euripo à continente neq́ꝫ profundo mari triginta in longitudine, ſeptentrionem meridiemq́ꝫ ſpectans, circa fretũ campis ſternitur, ad auſtrum uerò montibus eminet, ibi in ſolo plano ad litus oppidum quod iuniores S. Maurã dicunt freto imminens qua pons in aggerem manufactũ demittitur, quo in continentẽ proficiſcitur erat oppidũ prius in radice mõtis quod Nerito appellaretur: In media inſula fertiliſs. campus intra mõtes aquis riguus, bonus pecori, ubi coëuntibus riuis flumẽ efficitur quod in mare ad orientẽ uadit. Item amnis alter in fretũ, huic portus duo ſunt, unus ad auroram alter ad ſeptentrionem præſtantior illo: de qua inſula fertur Laertem dixiſſe:

Munitam ſolus ui cepi Neriton urbem
Litus erat terræ. Et Ouidius:

Leucada

Leucada continuam ueteres habuere coloni
Nunc freta circumeunt. Quod alij tempeſtatum ui: alij exciſione manufà
cta ſiue accolarum opere, ſiue Corinthiorũ ut quidam perhibent (eorum
enim colonia fuit) à continenti euulſam, qui Corinthij mutato nomine in
ſulæ, pro Nerito Leucadẽ appellauerunt: Strabo ratus eſt uocabulum in-
dicum à petra ibi in pelago albicanti Leucadi adiacente, in qua Apollinis
Leucatæ phanũ. At Ephorus à Leucadio altero natorum Icarij nõ inſula
ſed urbs denominata. In petra locum eſſe Strabo ſcribit unde fit ſaltus qui
ad ſedandos amores ualere creditur, quo in loco Sappho prima dicitur ſu
perbè ab excelſa ſe deiecìſſe petra, ſtimulante cupidine. Antiquiſsimi ue-
rò ſcriptores, non Sappho, ſed Cephalum prius ſaltaſſe tradunt, Pterolæ
amoribus captum: & quædam alia. In continente uerò poſt dictum huius
loci fretum ſinuoſum redditur litus, ſtagnante mari, cui Palerus ciuitas fu-
it. dein Alyzea duob. mil. paſſ. à mari ab Alyzeo Icarij F. & Leucadij fra
tre condita qui cum patre Acarnaniæ regnum tenuerunt, cuius urbis por
tus Herculi dicatus erat, ubi lucus & in eo phanũ, ex quo Lyſippi operá,
dei uidelicet labores Romam tranſlati ſunt. Inde promontorium Critho-
ta, quo ſuperato Aſtacenus ſinus aperitur, nunc Dragameſtus. Poſteá
Oeniadum ora, quam Paracheleam quidam uocant, tanquam iuxta Achè
loum qua Acheloi amnis oſtia mari miſcentur, ſuperiori tempore Tho-
as, & Calydon dictus, nunc uerò ab accolis Catochi, quo in amne Achelò
us quum in tauri formam mutatus (ut fabulæ ferunt) & ab Hercule fra-
cto cornu ad terram colliſus eſſet, pudibũdus ſe occuluit, à quo poſtea mu
tato nomine Achelous appellatus eſt, in quem Horatous ex Acarnania
profluens cadit: Achelous è Pindo monte fluit, qui intra puluerulentas ri-
pas deuolutus per Dolopiam, perq; Acarnanicum campum tranſiens, A-
carnaniam ab Ætolia dirimit, quare & Acarnanus nonnunquam cogno-
minatus eſt, licet alueum perſæpe mutet quum terram leuem & fragilem
ſerpat: qui quum præter alia eius claritatis, quod Græciæ quidem inter pri
mos ſit, fert in ripis lucidum lapidem Galactitem uocant, qui ſi teratur
reddit ſuccum album ad lactis ſaporem: fœminis nutrientib. illigatus fœ-
cundat ubera. Gignit etiam piſces in quibus Aper, Erica, & cuculus eſt, al
ter enim quodammodo ſtridet, alter perinde ut cuculus auis obſtrepit un-
de nomen accipit, ut Ariſtoteles ſcribit: Qui antequam mare ingrediatur
inſulam facit octodecim mil. paſſ. à mari, habitaturq; quam ipſi à fluminis
nomine Catochi uocant In Acarnania præter iam dicta loca, in mediter-
raneo ad Aracynthum montem, oppidum omnium in ea maximum, A-
carnas eſt, mons ipſe ad Euenum uſq; Ætoliæ flumen pertingit Mineruæ
ſacer. Aſtacus etiam magna urbs à qua amnis Anapus decem mille paſſ.
abeſt, in Aſtacenum ſinum cadens, qui ſinus ab urbe denominatur. Inde
Stratus ciuitas in ripa Acheloi poſita à mari ſupra 25. mil. paſſ. nauigatiõ

nem habẽs. Onea deinde Acheloo uicina urbs antiqua, Derta nunc, æquè ac Stratus à mari diſtãs: Et ſuper Ambraciæ ſinũ Cychirus Ephyris antedicta portum ſub ſe habẽs: Remota enim urbs aliquanto à pelago eſt, quã Theſproti in loco paluſtri condiderũt, iuxta quã Acheruſia palus in mare exit Nacte cognomine, à fluuio Acherõte q̃d per Theſprotidẽ lapſum in eam infunditur: à qua haud longè Buchetion ciuitas puſilla Caſſiopenſiũ opus. eſt & Elatria parum à Buchetione. Poſtea Pandoſia urbs, nõ multo à Cichyro diſtãs, ubi & Pandoſia lacus, quę Curetis ante dicebatur. Mox Batię oppidum pauló ſupra mare in petra ſitum. Supra autem Acarnanes Amphilochij Caſsiopenſib. ad occaſum contermini ſunt, ad orientem Athamantib. in ijs Argoſamphilochiũ oppidum eſt, 12. mil. paſſ. interuallo ad Ambraciã, q̃d Alcmæon Amphilochij frater ad ſimilitudinẽ urbis Peloponeſiacæ condidit, & à fratris nomine Amphilochium appellauit, amnemq́ per ipſius agrũ fluentẽ Inachum uocauit, qui ex Lachino mõte (unde cõtraria in parte Æas Macedonicus) profluens in ſinum Ambracium euadit. Quidã dicũt Amphilochium à Troia redeuntẽ exoſum Argi, domiciliũ hic condidiſſe. Quæ urbs potentiſs. poſtea multis ætatibus in omni Ambracia fuit, adeò ut regio circumcirca à Thymiame promontorio uſq; ad Ambraciũ ſinũ Argia uocaretur, alijs Alcmæonia, ut ſuperius meminimus. Verum in mari (ut de reliquis huic prouinciæ adiacentibus inſulis ſitum dicamos) inter Leucadiã & Achaiam pleræq; iacent inſulæ. Quarum Echinades è regione Acheloi amnis, neq; ab eius oſtijs longè, circiter enim duob. mil. paſſ. abſunt, quæ uerò propius, ſtadijs 5. aſsiduo harenarũ inuectu aggeſtæ. Et quæ nocantur Acutæ, id eſt, oxeæ, ſiue Thoæ, nunc Cuzulares dicuntur, aſperæ, & incultæ, paruæq́ ſunt, in quibus Arthemita, Agællia, & Megalea, quas Ouidius carminib. celebrauit, uerum Arhemitã continentem factam ſcribit Strabo. Sunt & aliæ ut Choronis, Thyatira, Gæorus, Dionyſia, Cyrmis, Chalcis, Pynaria & iuxta Leucadiam Theleboides, eædemq́ Thaphiæ appellabantur. Item Dulichium quæ dein Dolicha & Lothoa apud antiquorum quoſdam uocitatur, fæcunda & herbida. Supra quam Scopulus, item Arnoia, Prinexa, & Proſelidis equorum altrix, exiles omnes, præter Ithacam, Cephalleniam, & Zacynthum: quæ inſulæ magnæ ſunt, ac in pelago magis. Ithaca à iuniorib. modo Vall de Compagno dicitur quadraginta mil. paſſ. circuitu, longa magis quam lata, ſinuoſa admodum, crebriſq; anfractibus aſpera, portuoſa ſatis, campum in medio habẽs quo habitatur, ubi olim ciuitas ſui nominis fuit, Vlyxis patria, Alalcomene prius dicta, nam quũ Antylca Laertii in matrimonium data eſſet, & ad eum duceretur, apud Alalcomeneum in Boëtia Vlyxẽ peperit, ob quam rem ille quaſi maternæ urbis nomen, eam quæ in agro Ithacẽſi fuerat urbem eodem nomine appellari uoluit: ad auſtrum inſulæ Neritus mõs eſt nemoroſus & altus, quem poëta meminit,

is eo in

is in eo loco illuſtris, ſub quo portus montis uocabulo: quæ inſula & mõs à uiris Ithaco & Nerito appellata fuit: ubi antrũ & nympharũ domiciliũ poëta ſcribit illatos lepores mori author eſt Theophraſtus. Cephallenia ad meridiem Ithacæ iacet 5. mil. paſſ. freto diſtinctę, nam & Ithaca tantun dem ab Leucade diſtat, quæ inſula adhuc ſic nominatur, nam Cephalonia nautæ eam uocãt centum mil. paſſ. ambitu: aliquando Melena dicta, mon tibus ac ſyluis aſpera, aquarum indiga, fago, pinuq́ referta: quatuor quon dam in ea urbes, ideo à quibuſdam tetrapolis appellata eſt, ex ijs una fuit Same, quod etiam nomen commune fuit inſulæ: ait enim Homerus: circa Ithacoq́ Samiq́ fretum ſub rupibus aſpris. Samo ſcilicet: nam aſperam ille Samum alibi dixit. & Ouidius:

Etiam Dulichios portus: Ithacam: Samumq́
Nariciasq́ domus regnum fallacis Vlyxis.

Fuerũt enim omnes eæ inſulæ ſub Vlyxis imperio: & quum Amphytrio aduerſus inſulas huius maris exercitũ duceret, aſſumpto ſocio Deionei F. Cephalo, illeq́ inſula potiret, Cephalo tradidit à quo illã nomẽ ſumpſiſſe ferunt, oppida aũt à nominib. filiorum uocitaſſe: Samea uerò urbs ad fretum deuexa oportuno loco ſita fuit occidentẽ ſpectans, ubi ipſius ueſtigia cernuntur, à Romanis diruta ac deleta prorſus, cuius incolas ſub corona uenierunt, ubi portus qui nunc Guiſcardus dicitur. Reliqua ſimiliter, quę apud Crainos & Palenſes tum populos erant, uetuſtate conſumpta ſunt. Ad auſtrũ ſinus ingens planitie undiq́ circumiectus cui in radice montiũ caſtellum nunc Vardani adiacet. In hac (mirabile dictu) quũ omnia ubiq́ pecora hauſtu aquæ ſitim depellant, hic maiore parte anni auras ore aperto exhaurire, eoq́ modo ſedare ſitim Ariſtoteles et Valerius authores ſunt. Item cicadarum copia citra alterum amnis latus eſt, ultra alterum nullæ, excurrit enim per orientalem partem inſulæ in mare. Ante hanc ad meridiem Letoa inſula modica, nunc Trapano. Inter Cephalleniam, Ithacamque Aſteria parua inſula iacet, cui portus utroq́ ex latere ad locanda nauigia priſcis temporibus fuerant, nunc autem nec ad ancoræ quidem iactũ prorſus idonea: in ea oppidulum fuit, quod Apollodorus Alalcomenas uocat: Homerus de inſula:

Saxea nunc media ſupereminet inſula ponto
Aſteris haud ingens, portus dans pupibus aptos
Quos ſubeant hinc atq́ hinc.

Poſt autem Cephalleniam, Zacynthos ad eurum uentum duodecim mil. paſſuum interuallo eſt, à Peloponeſo ubi Ichthis promontorium, circiter 20. ipſa 60. patet, quæ Thyrrea nonnunquam dicta fuit. Vrbem unicam eiuſdem nominis ad ſeptentrionem in petra ſitam mari imminentem habet, ſæpius terræ motu uexatam, & aliquando deletam: aer in ea ſaluberr. licet ſyluis obſita ſit, ut Virgilius ſcribit.

Iam medio apparet fluctu nemoroſa Zacynthos.

Et quæ tota in campis frumentarijs laxatur, præter quæ ad mare ſunt: paſcuis quoq; latiſs. quare frequentes circumcirca planitiē in montiū radicibus pagi: Iuxta uerò orie͂tale latus fons eſt liquidę picis: ubi & aëris metalla: Hanc Plinius oppido magnificam & fertilitate præcipuam dicit: à Zacyntho conditore dictā, apud quam diu duraſſe ludicrum certamē, quod Ænea huc appulſus à Troia ueniens cōſtituit, uncariq; Æneæ & Veneris curſum atq; amborum ſtatuæ iu eius deæ templo tum extitiſſent. Contra Zacynthum ad auſtrū 30. mil. paſſ. & à Peloponeſiacis litoribus 50. Strophades inſulæ duæ ſunt paruæ: Cypariſſiorum à quibuſdam dictæ, & à nonnullis Plotæ, quæ nunc uulgo Striualli dicuntur Strophi græcè latinè conuerſio interpretatur: nam quum in eas Arpyiæ & Arcadia ab Zetho & Calain Boreæ & Orythiæ filijs alatis pueris fugatæ perueniſſent, atq; ulterius uellent eas perſequi, prohibiti ſunt, & ut ſuos uolatus conuerterēt admoniti: unde Virgilius:

Seruatum ex undis Strophadum me litora primum
Excipiunt: Strophades graio ſtant nomine dictæ
Inſulæ in magno Ionio quas dira Celeno
Arpyiæq; colunt.

Achaiæ regionis ſitus.

Achaia regio poſt Epyrū initium capit, dicta ut nonnulli exiſtimāt à crebra aquarū inundatione: quidā ab uno trium ducum Pelaſgorum Achaio Lariſſę & Neptuni F. qui ibi cū Pelaſga manu multo ęuo degit: prius Daona uocitata ac deinde Gręcia, q̄d nomē adhuc retinet à rege Græco dicto Cecropis ſucceſſore qui Atticæ tantū regioni imperauit, ut quidā uolunt. quā olim modicā fuiſſe his uerbis probat Cicero, qui quum tria Græcorū genera eſſe meminiſſet ſubiunxit: atq; hæc cūcta Græcia quæ fama, quæ gloria, quæ doctrina, quę plurimis artibus quæ etiā imperio & bellica laude floruit, paruum quendam locum (ut ſcitis) Europæ tenet, ſemperq; tenuit, hic ille poſtea fines ſuos adeò ampliauit, ut & hæc, & Peloponeſus, & partes Macedoniæ quæ ad auroram uergunt ab Axio amne uſq; ad Theſprotas, & omnes Ægei maris inſulæ, quemadmodum & nunc Græcia nuncupata eſt. Igitur Achaia his limitibus continebatur: à ſeptentrione Theſſalia iuxta Callidromum montem: ab occaſu Epiro, ad amnem Acheloum: ab ortu ſolis parte Ægei pelagi uſque Sunium promontorium: à meridie ſinu Corinthiaco, Iſthmóque Peloponeſiaco, & Ægeo iterum uſq; dictum promontorium. Sed qunm de Callidromi mōtis, uel ſecundum quoſdam Calliari iugo mentionem fecimus, antequam ad reliqua prouinciæ deueniamus, ipſe dicēdus eſt, ſæpe enim in locorum deſignatione occurrit ſeparátque hanc à Macedonia ſiue Theſſalia, de qua magis ſit dubitatur: is eſt Oetha ſiue Oethus ſaltus, is Thermopylæ,

licet

licet Oetha in parte orientali dicatur, is quoq; eſt quem poſteriores Græci Caribdin uocãt, qui mediam Græciam, ſicut Apœninus Italiam dirimit, cuius pars quæ altiſs. eſt Callidromon appellant. Morte Herculis famoſum, & eius ſepulchro, & qui fertilis Ellebori albi eſt, quem Philippus aſcendit Herculiq; ſacrificium in eo loco fecit, quem locum Pyrram appellant, quod ibi mortale corpus eius dei ſit crematum: Thermopylæ, quia ibi Therma, id eſt: calida lauacra, & Pylæ, id eſt portæ, & anguſtiæ, ad hos ingreſſus Phocenſes Theſſalorum metu muros ædificarũt præſidio impoſito, aquamq; calidã ingreſſui induxere, ut eſſet lacunoſus locus, exurgit Callidromus ex Ambracio ſinũ ab Leucade in orientẽ tẽdit, quoad mari excipiatũ. Initio propriè Callidromus dicitũ, ad 4. & 20. mil. paſſ. in lõgitudine, aſperitatis & celſitudinis inacceſſus eſt, atq; quanto magis ad Oetham apropinquatur excelſiſsimo cacumine attollitur, & in rupes acutas, ac præcipites finitur. Paruum & anguſtũ uiatorib. à litore Locros petentibus & ex Theſſalia relinquit tranſitũ, adeò ut non modo exercitus, ſed nẽ expediti quidem facile ullas ad exitũ calles inueniãt, quas Pylas diximus: Ex Theſſalia uerò alter tranſitus per uallem ad Maliacum ſinum uergentẽ iter eſt, nõ latius quam 40. paſſ. hæc ſola uia qua traduci exercitus poſſit: Verum has uias & alias difficiliores fluuiorũ abundãtia facit, qui per fauces uallium delabuntur. Nam præter Sperchium amnem à quo circiter 3. mil. paſſ. & Olyras alter amnis abeſt, quem fama eſt emerſiſſe ad ferendã ardenti Herculi opem: Alius etiam Mella nomine à Parnaſo eodem interuallo fluit, qui à Trachine 5. ſtadijs prẽterit, Mineruæ ſacer, ut à poëtis ſcribitur, quia ripæ eius oliuis ſint refertæ: Aſopus etiam per uallem quandã ad Trachinis meridiem circa radices montes fluit. Cui monti & uiæ Anapea nomen eſt, quæ uia per dorſum montis extẽta, deſinit iuxta Apenum urbem: Ad auſtrum etiam dicti montis alius amnis non magnus prælabitur Phœnix ab Herois nomine uocitatus cuius monumentum iuxta oſtenditur, ab ijs montib. congrediens in Aſopũ defluit: hæc de interiecto montium iugo ab Achaia atq; Macedonia ſegregata ſunt. Poſt itaq; Acheloi amnis oſtia Ætolorum gens regionẽ tenent ab Ætolo rege Martis F. denominatam ferunt, ad arctũ planam ac fructuoſam, ad auſtrũ aſperam ſane ac ſterilẽ: Habitarũt hanc terrã quandoq; Locri & Curetes, & Leleges, dein Carres (ut quidam uolunt) qui rapinis & piratica uiuentes, nulla omnino iuræ amicitiæ, aut ſocietatẽ habentes, ſed omnia hoſtilia putantes, ex quo Liuius Ætoli gens uaniſs. & ingratiſs. inquit, cæterum grandis & bellicoſa: de qua Dionyſius Alex. quum Dodonæ nemoris meminiſſet:

Ad cuius notias partes ſub rupe Aracynthi
Ætolæ gentes ſunt belli laude potentes
Campi quos medios Acheloida perſecat unda.

Vltra eñ flumẽ in Epiro q̃ppiã agri obtinebãt: quare Plin. populos q̃ſdã

Epiri

Epiri inter Ætololos ponit qui uicos (ut ſcribit Thucydides) muris caren rentes, et eos inter ſe ualde diſtantes habitabant, quorũ maxima pars Apodotos, Ophioneos, Eurytanes, & Argæos, & quemadmodum dicuntur Homophagi, hoc eſt cruda carne ueſcentes: Iſtis ad mare hæc ſunt. Cherſoneſus, Promontorium iuxta quod lacus ſunt Melita ad Oeniadas quatuor mil. paſſ. ferè longitudine patens, latitudine tribus, & alter Cynia duplo maior: tertius Vria nomine, alijs lõgè minor: Cynia mare ingreditur, relqui ſupra mare paulo, neq; illi admiſcentur. Inde Euenus fluuius quem priores Lycormam uocitabant Laſidari nunc dicitur in Callidromo mõte ortus, per Bonienſes, & Ophienſes, id eſt, Serpentarios tantum deuolutus, nam ad reliquos interiores populos nõ peruenit. Verſus enim ad orientem Chalcidem prius: dein Calydonem terrã ſecans ad campeſtria Pleuronis antiquæ deflectit curſum, unde in occaſum retortus eruptiones in mare ad auſtrum facit, cui Calydon oppidum tria mil. & quingenta paſſ. ſupra mare fuit in præcipiti ſaxo, Diomedis, Thideiq; progeneratione notiſsimum totiusq; Græciæ fortunatiſſimũ. & arx fuit Oenei patris Meleagri regia, ubi templum Martis tantę altitudinis erat, ut Echinadas inſulas ex eo deſpiciebãt. Propè autem urbem templum aliud fuit Laphrei Apollinis, & lacus magnus atq; profundus admodum. Neq; longè à Taphoſſo ſiue Taphiaſſo colle: in Eueno Neſſum portitorem fuiſſe occiſum ab Hercule uulgatur, quum inter traiciendum Deianiram uiolare conaretur: de qua re Lucanus:

Et Meleagream maculatus ſanguine Neſſi
Euenos Calydona ſecat.

Interius autem à mari Ætolorum ſunt Pleurona urbs noua ad ſeptentrionem magis iuxta Aracynthum montem omiſſa uetere. Sub qua Chalcis oppidum quod & Hypochalcis in Chalce excelſo monte poſitum fuit, quem Arthemidorus Chalian appellat. Cui collis proximus eſt Taphoſſus nomine uaſtus admodum in quo Mactynia oppidulum: & Neſſi, & aliorum Centaurorum tumulus locatus cernitur, è quorum tabo teterrimus odor ſub mõtis radice profunditur, & humor groſſiorib. guttis manat. Mox Arachthus oppidum in loco plano ſitũ, inde Olenos urbs uerſus meridiem ad Euenum amnẽ, quam Olenus Vulcani F. cõdidit, cuius ueſtigia ſub Aracyntho mõte, antiquę Pleuroni propinqua apparẽt. Inde iuxta Calydonem Pleuron antiqua fuit urbs Marti cõſecrata ad Cureum montẽ in cãpo frugifero ſita qui mõs urbi imminet, à quo Pleuronij Curretes ut quibuſdã placet nominati fuere, urbs tutamen quondam Græcię, quæ quum ad humilem fortunam deducta eſt demum interijt. Fuit quoque Lyſimachia urbs non longè à Pleurone, humi nũc proſtrata ad lacum iam dictum, quæ Hydra ante uocabatur. Item Arſinoë (media enim Lyſimachia inter hanc atq; Pleuronem erat) quam Aſinoẽ ſoror & coniunx ſecundi

cundi

cundi Ptolomæi condidit Conopa ante appellata, ad Acheloi tranſitũ ue-tuſtate deleta, inde Phylene ciuitas fuit, quæ quum locum permutaſſet, ità & nomen, nam Proſchium uocauere priores. Vltra Euenum fluuium Lo-cri cognomento Ozelæ ſunt, id eſt, odoris mali, nam ſub Taphiaſſo mon-te degunt, ſunt qui à Phithone cognominatos uelint, quod ad Locrenſiũ litus eiectus in eorum agro putruerit. Alij eos fuiſſe inter greges & ouilià obuerſantes, & ob eam rem appellatos putant: Alij contra, quod ager flo-ribus abundet, & propter odoris bonitatẽ nomen inditũ arbitrant. Verũ Locrorũ nomẽ à Locro Pythij Amphyctionis F. emanaſſe Plutarchus au-thor eſt, in quib. ad mare Antirhinũ promontoriũ eſt, q̃d nunc accolę Gà lata uocant, in cuius radice Molycria oppidulũ fuit, cui Rhiũ promonto-rium, alterum eſt in Peloponeſo 7. mil. paſſ. interuallo freti, ex quo Antir rhiũ, quare Rhio aduerſum eſt, ubi Criſſæi ſinus os, à quo uſq; Iſthmum, ad ſiniſtràm, quidam mare Alcyonium uocant. Poſt Antirrhium Naupa ctus ciuitas eſt, quæ Palmyria prius dicebatur, ſed à pangendis, id eſt, con ſtruendis nauib. ut ait Strabo nomẽ accepit, ſiue illic Heraclidę claſſem cõ pegerunt, ſiue Locri prius compararunt, quæ nomẽ illud adhuc retinet, nam iuniores Nepantũ dicunt, arcem in monte habens, ipſa ad portum ſe det, qui murorũ amplexatur brachijs. Et ab ea duob. mil. paſſ. ad ſepten-trionẽ Amphiſſus amnis in mare uadit, planitiẽ urbi ab ea parte ſubiacen tem rigans. Poſtea Euanthia oppidũ ſiue Oeanthe ſub quo Apollinis por tus, & aliud Chaleos nomine in prærupti ſaxis ambo. Interius uerò Am phiſſa urbs ab Amphiſa Macaris & Apollinis filia nomẽ habens ad extre ma Criſſæi campi poſita, quam fluuius eiuſdem nominis præterit: nũc ui cus ibi eſt qui Lambino ab indigenis dicitur. Altera dein urbs Halope no mine à filia Cercyonis uocitata, quidam Haliuntẽ uocant. Mox locus Pe-ripolionis oppidi ad Haleceu flumen, ubi fuit, quod in Amphiſſum exit. Supra uerò hos ad ſeptentrionem Myones finitimi ſunt, qua parte Locris inacceſſa eſt, maxime Corace interiacente monte: eſt enim Corax mons id eſt coruus, Oethæ proximus altiſs. ac præceps. Verum ad ſeptentrionem magis. Ac ſub Oetheo ſaltu Dorienſes regionem inhabitant, quib. nomẽ eſt ut inquit Plato propter Dorieum à quo exules reſtituti fuerũt: quidam à Dorio Neptuni F. dicunt. Inter quos ac Myones Callidromus mõs ex-currit. In ea gente Erineus ciuitas interijt. Inde in mõte Pindus urbs, Acy-phantis à quibuſdam, iuxta quam fluuius eodem nomine præterit in Ce-phiſſum cadens, neq; à Lilæa procul. Inde orientem uerſus Cyteineũ op-pidum & Lilęa urbs quondam clariſs. è qua Cephiſſus fluuius originem trahit: quod inquit poëta:

Quiq; Lilæam habet Cephiſſi in fontibus almi.

Similter Statius: è Trinemijs Strabo, Ptolemæus è Callidromo mõte, ma-gna ex parte torrentis inſtar, æſtiuo penitus diminutus tempore, atque ut

ſerpens contortus, labitur per plana Gephyria, & per Elatiam Phocenſiū urbem, & alias haud planè magnas, & per Parapotamios, & Phanoteos: dehinc in Cheroniam progreditur, poſtea Panopidem, Glechonemq́ & per Orchomenium, & Coroniacum ſolum in Copiadem exit lacum. Poſt aūt Locros, Ozelos, Phocenſes ſunt, quos Dryopes quidā eſſe uolūt ſic à rege cognominati, quod aſſerit Vibius: In quib. paulo ſupra mare Cirrha urbs eſt ſub rupe Cirphin nomine in radice Parnaſi, cui campi adiacēt fertilitate felices, ipſa uetuſtate diruta. In qua incipit ad Delphos aſcenſio ad decem mil. paſſ. è regione Sicyonis poſita. diruerunt eam Amphyctiones, & alij circumſtantes populi accepto ab Apolline reſponſo, portumq́ impleuerunt, idq́ ob illorum latrocinia atque auaritiam. Templum enim Delphicum ſpoliabant, & hoſpites, ex quo diu poſtea & ager & portus eorum nephaſtus & execratus uocitatus eſt. Vbi nūc uicus qui ab incolis Solona dicitur, unde frumenti magna adhuc uis exportatur. Eſt autem ad ſeptentrionem Iſthmi Corinthiaci Parnaſus mons undiq́ ueſtitur ſyluis, biceps celſis uerticibus niualib. omni tempore, in theatri ſimilitudine, ubi ſua altitudine Deucalion & Pyrra quum inundaſſet terram diluuium, reſeruati ſunt. Quod Ouidius tradit. Item Lucanus:

Hoc ſolum fluctu terras mergente cacumen
Emicuit, pontoq́ fuit diſcrimen & aſtris.

Cui Criſſæus ſinus ſubeſt. Eſt enim Criſſæus ſinus, quem Phocis, & Boetia terraq́ Megara, & Sicyonia, & Corinthia complectuntur: Ipſe mōs in aquilonem ad Oethæas Ætolicasq́ ac Dorienſes in unum coëuntes rupes peruenit, uniuerſus dijs conſecratus præſertim in eo nympharum antra, è quibus celeberrimū & formoſiſsimum Corytium extat, quod & Ciliciū nuncupatur, ad ſimilitudinem alterius quod in Cilicia eſt: Et in eius montis radicibus fons Caſtalius muſis ſacer, nomen à uirgine habens, cui quū per montem uaganti Apollo uim inferre pararet, ipſaq́ fugiens à monte caderet, in ſui nominis fontem conuerſa fuit: In mōtis uerò cacumine templum Apollinis Pithij ſacrū ſurgit, neq́ huic ſolum deo in hoc monte, ſed etiā Baccho res diuina agebatur ut Macrobius atteſtatur. Item Euſebius: ait enim ſepulchrum Liberi P. apud Delphos conſpicitur iuxta Apollinē aureum. Vnde Lucanus:

Mons Phœbo Bromioq́ ſacer cui nomine mixto
Delphica Thebanæ referunt triaterica Bacchæ.

Quod etiam Varo: & alij ſcribunt: ubi & Satyrorū frequens cernit cœtus & plerunq́ uoces propriè exaudiuntur. Itemq́ cymbalorū crepitus ad aures hominū ſępe perueniunt, in eo Achates lapis naſcitur. Sunt qui Parnaſum in medio terræ ſitum & mundi umbilicū eſſe dicant, cuius uertices, ſiue in monte colles, alter Helicon, alter Cithęron à quibuſdam appellatur. Quod neq́ Ptolemæo, neq́ ueritati conſonū eſt, quum Cithęron hinc oriētem uer-

tem uerſus, & ab hoc diuiſus ſit, ut ſuo loco dicemus, ſed Parnaſum & Heliconē pro uno poſuit, duob. ſcopulis ſeſe attollens, q̄ æmuli & altitudine, & circuitu ſunt: Strabo mōtes duos eſſe: quorum pro Helicone Cirrham poëtæ quandoq; ponunt: eſſe'q; in eo Libetridum nympharum ædem, & ſpeluncam (quas Plinius in Magneſia Macedoniæ locauit) in ſummo Muſeus fons ungula expreſſus Pegaſi, quem alij Aganippē, hoc eſt ab equo formatum, alij Hippocrenem uocant, quod idem eſt ac equi fons. Quem Aratus in carminib. cœleſtis ſpheræ, & Ouidius deſcribunt. In hoc monte, & Helleborus, & aliæ herbæ medicamētis accōmodæ naſcūtur. Hinc amnes Permiſſus et Holmius effluunt, in unumq; permixti in Copaidem lacum penes Aliartum incurrūt, canorus ille quia per ſaxa deuoluitur, hic flexuoſus quia montes nonnullos circumit. Poſt Cirrham in Criſſæo ſinu uel Boëtio, Myníeo ante uócitato, qui modo à nautis Ripadoſtria dicitur, Criſſa urbs dicta à filio Phoci Criſo qui eam condidit. Alcyonidis cognomine: ab Amphyctionibus ſoló complanata iacet quæ aliquando ſecundis rebus floruit, propter Siculorum Italorumq; uectigalia ut ſcribit Strabo. Iſti enim campum dijs conſecratum, ut in Cirrha diximus denuō arrare & ſerere cœperint, deo annuente Amphyctiones eos ſubſtulerunt. Mox Anticyra ciuitas fuit in Locide promontorio anguſto collo continēti annexo, ideó quidam inſulā ponunt, portum amplū habens: in qua helleborū naſcitur ac optimè ibi tum præparabatur, atq; tutiſſimè ſumebat̃, quo circa frequētes iſthuc aduenæ cōfluere purgationis & curationis cauſa ſolebant, ut ſcribit Strabo. Item Ouidius in carminibus his:

I bibe dixiſſem purgantes pectora ſuccos
Quicquid & in tota naſcitur Anticyra.

Inde Marathus eſt parua urbs, et Mychō port9. Et à mari paulo inter alias urbes Pythia. Statim Delphi ciuitas ſub Parnaſo monte ſita 7. mil. paſſ. à portu maris, haud tantæ quantæ poſtea amplitudinis, ſed quum in Græciam Xerxes irrumperet, ciues ea relicta, in exciſum caſtellum quod in cacumine montis erat confugerunt, ibiq; eo reædificato unà cum Apollinis templo ſalutem ſibi cōpararunt. Ciuitatem dein hominū frequentia fecit 2. mil. paſſ. in circuitu, quam non murus, ſed præcipitia, non manufacta, ſed naturalia præſidia defendunt. Prioribus quidē ſæculis propter Apollinis Pithij templum clariſs. ubi donaria plurima atq; totius rei mundi excellentiora, ſupra enim tria millia ſigna auro uel argēto conflata, prƺter pecunias dicata erant, quæ omnia Galli iſthuc ab occidentalib. partib. proficiſcentes, rapuerūt aſportaueruntq;, nam templū ſpoliauerunt. Præter autem Delphos in eodem monte ad ſeptentrionē magis Lycorea urbs, & occaſum uerſus Daulis oppidulū in tumulo excelſo ſitū, quod nec ſcalis, nec operib. capi poteſt, ubi Tereū Thracē potentatū habuiſſe quidā ſcribūt. Et quę de Philomena & Progne fabulis uulgata ſunt eo in loco patrata me-

morant. Alij uerò in quibus Thucydides ad Megara hęc facta ſcribunt: alij in Thracia ut ibi annotauimus: loco nomē à denſitate arbuſtorum inditum eſt, quum Daulos denſos appellent. Inde Elatia urbs eſt, inter Phocenſes ampliſs. atq; cunctarū eo in tractu ciuitatū clariſs. per quā Cephiſſus amnis labitur, ad ſeptentrionem Parnaſi montis oportuniſſ. in loco ſita, ijs imminēs anguſtijs, ut qui ea potius ſit, in agrū Phocenſem atq; Boëtium incurſiones commodè faciat, rupes adſtant Oethęæ primū, dein Locrenſes, & Phocenſes anguſtos à Theſſalia ingreſſus habentes. Sub ea aūt ciuitas Egoſthenia eſt, & alia Bulia à cōditoris nomine dicta. Et Nicæa caſtellum paululum ſupra mare intra Termopylarum anguſtias poſitū, ſimiliter & Rhoduntia & Thycunta nomina cacuminib. caſtellæ Thermopyli imminentia, & Trachin iſthic à Lacedæmonijs ædificata, ut in ſequētibus dicemus, quæ mutato nomine pro Trachin Heracleam uocari placuit. A Thermopylis tractu ferè ſex mil. paſſ. dimidio à mari diſtans. Supra quod oppidū, hoc eſt ultra Thermopylas, Phricius mons eminet, prope quem Tichius oppidum eſt, inde Anthela uicus inter Phœnícem amnē & Thermopylas (diſtant enim inter ſe duobus mil. paſſ.) quem Aſopus præterfluens in mare cadit. Hinc Boëtiorum terra eſt, quæ & aliquando Ogygia ab Ogyge ibi regnante: & aliquando Aonia ab Aone ſimiliter rege dicta Neptuni F. & in ea fons Aonis muſis conſecratus: necnon Theumeſia ab Theumeſo campo qui eſt iuxta Thebas, ſed antequam Boëtia appellaretur, Cadmea uocitata eſt teſte Thucydide. Licet quidam Boëtiam Cadmum nominaſſe dicat, ſequutum ibi in agurio bouem, ut fabulæ narrāt: Nam & Ouidius: quum Cadmus à patre Agenore ad perquirendam Europā filiam miſſus eſſet & pœnam ſi non inuenerit exiliumq; addidiſſet, non inuenta, admonitus ab oraculo, ubi bos in aruis ſediſſet mœnia conderet, Boëtiamq; illam uocauit. Homines firmitati corporis quàm ingenij acumini inſeruientes: terra agri uirtute ac pulchritudine longè alijs circa ſe regionbus præſtans, Attica maximè, namq; ad Orchomeniorum urbem planitie longè ac latè diffunditur, arbuſtis uſq; ad paludes uacua, pecorib. opima, in quibus paludibus Mela fluuius abſumitur, ſub Orchomœniorum urbe emergēs. Magnus quidem & ſolus è Græciæ fluminib. à fonte nauigiorū patiens, & æſtiuum circa ſolſtitiū ut inquit, Plutarchus inſtar Nili incrementa ſuſcipit, ſed non longè excurrit, maxima ex parte in occultos continuo lacus aut ſyluas extinguitur, magnam etiam partem Cephiſſo cōmiſcet. Quo in loco præcipuè lacus, ut uidetur, commodam conficiendis tibijs producit arundinem: Plinius ex eodem fonte Melam et Cephiſſum profluere: itē & Seneca, diuerſa facturos, ille oues potata aqua nigras, iſte nigras dealbat: rurſus infuſcat penitus. Situ ſimiliter ipſa Boëtia præſtat, ut ex diuerſis terrarum partibus cōmodum capiat, quum plurib. abundet portubus cui ad mare, poſt Phocēſes in Criſſæo ſinu Sciphæ

oppidum

oppidum fuit. Mox in eiuſdem ſinus intima Creuſa ſiue Creſa quæ modò Liuadia dicitur Theſpienſium emporium. Et hinc ſinus intima ubi Corinthiacus Iſthmus: Vltra uerò hūc locū in Ægeo mari orietali litore Boëtiæ relquum ſic ſe habet. Initio Tanagreorū caſtellum eſt in colle poſitum quod Græa quidam uocāt, Oropo uicinū, ubi & Apollinis Delium templum mari imminet 5. mil. paſſ. à Tanagra. Poſtea promōtorium Teumeſia, de quo ſe Inò cum Palemone F. pręcipitē in mare dedit: alij ex Scironis petris dicunt: à quo regio circum Teumeſia denominatur. Hinc ſinus pāditur petroſus undequaq; cui Aulis ciuitas propè in conſpectu Chalcis eūboicæ conſiſtens, nunc Torreta imminet: de qua poëta.

Quiq; colunt Hyrrian, lapidoſamq; Aulida.

Vbi portus qui profundus ſiue Boëtus dicit, ante Hiamas, nobilis quingentas naues capiens, quo in loco Gręcorum claſſes in Troianos cōuenere, ut hinc ſoluentes oras nauigarent. In eo ſinu Iſmenus amnis exoneratur qui à Calidromo monte exoriens tacitus, celer tamē intra uiridantes ripas præterit: nomen ab Iſmeno Aſopi F. trahens qui iuxta eum habitauit. Inde locus eſt ſublimis cognomento Salganeus ab Salganeo ibi ſepulto, is homo fuit origine Boëtius, qui ſeſe nauigantibus è Malea hoc mare Perſis ducem præſtitit, à præ. claſſis Metabatæ occiſus, ſuſpicabatur ille in inſidias à Græco homine coniectus quum eò appuliſſet, anguſtum mare inter Eubœam inſulam & cōtinentem haud peruium credēs, quod quum intelligeret pœnitētia ductus honore ſepulturæ decorauit. Inde eſt Anthedon urbs portu prædita Boëtij litoris in Eubœam ſpectantis extrema, unde Glaucus fuit qui guſtatu herbę deus maris factus eſt: de qua re Statius. Poſtea phoce ciuitas à Phoco Eaci F. nūcupata, ubi Meſapius mons à duce Meſapo nominatus (alterum in Thracia diximus) qui hinc ad Iapygiam ſoluens à ſe regionē Meſapiam appellauit. Poſtea Iſos urbs fuit non procul ab Anthedone, locus hodie eſt, q urbis quoq; ueſtigia retinet, Iſum uocāt: Iſos etiam altera in terra Megara fuit. Hæc in Boëtia iuxta mare. Interius uerò occaſum uerſus Thyſbæ locus habitatus Theſpienſibus finitimus: à mari paululum diſtans, emporium in ſaxoſo litore habens columbis abundans: ex quo à poëta dicitur:

Cum multis Thysba columbis. Et in alio loco:
Frequens fert Thysba columbas. Et Statius:
Dioneisq; auibus circumſona Thysbæ.

Inde Theſpie oppidum à Xerxe incenſum Heliconi proximum Criſſæò imminens ſinui, ſigno Cupidinis dei Praxitelis opere nobilitatum, uiſitatumq; hac ſola de cauſa, quū alioquin locus ipſe ſpectatu foret indignus, quæ hodie ſola è Boëtijs urbibus & Tanagra conſiſtit. Cæterarum nomina tantum & rudera manent, quod ait Strabo. Dein fuit Aſcra oppidum quod à Theſpia quinq; mil. paſſ. ferè interuallo eſt, Heſiodi poëtę patria

ad Heliconis partem dextram pertinens excelſo in loco, ac aſpero iacens quod & ipſe redarguens improbauit patris cauſa quod in cyma Æolica maneret, ut:

Aſcram rus miſerum penes hic Helicona colebat
Hyberno dirum, triſte æſtu, optabile nunquam.

Similiter & Ouidius. Poſtea eſt Orchomenus ad ſeptentrionem magis, ciuitas tum ampliſs. Diadæ prius dicta, Euſebius, Cecrops in Boëtia Diadas cōdidit, quam Boëtij Orchomenō appellauerūt: poëta uerò Minyion à Minyarum natione uocauit, unde colonos quoſdā in Iolcū Macedoniæ oppidum deductos fuiſſe, ex quo Argonautas Minyas dictos eſſe cōſtat, ciuitas locupletiſs. quondam & opum quidem potentiſs. uti Homerus ſcribit, dinumeratis enim quibuſdam locis ait, opulentiſsimum:

Nec quanta in Orchomenon Ægyptiáſue Thebas aggeritur gaza.

Fuit in ea Gratiarū templum: & Acidalius fons in quo ſe Gratiæ lauare dicūtur: eam Hercules euertit, ut Thebas à ſeruitute liberaret: nam Thebani Orchomenijs tributa ſoluebāt. Erat urbs in cāpeſtri regione tum ſita, ſtagnātibus inde aquis, ad Acontium montem denuo ædificata, latius enim patet ad ſeptem mil. paſſ. Nam & ruptam apud urbem terram, per hiatū Melanem fluuium qui deinde Orchomenus eſt dictus hauſiſſe. Is per plagam Haliartiam labitur in qua palus efficitur: in cuius agro carbūculum lapidē inueniri Theophraſtus author eſt. Mox Tegyræ urbs quæ undiq; deſertos prębet tranſitus, ſunt loca difficilia arctaq;, nam medius per uniuerſam uallē Melas fluuius propè ex fōtibus in lacus ſtagnaq; nauigabile fluens tranſeundi efficit difficultatem. Vnde paulo longius templum erat Apollinis Tegyreæ, quod uſque ad bellum Medorum uaticinijs floruit. Mons qui propè eſt (ad cuius radices fluuij franguntur) Delos cognominatur. Poſt templum duo mirabiles ſuauitate fontes copia, frigiditate, fluxuq; ſcatēt, quo alterum Palmam, alterū Oliuam dicebant accolæ, quod memorat Plutarchus. Poſtea ad auſtrum Orchomeniorū Coronia urbs eſt, à Coro nomen Centauri tractum, in colle iuxta Heliconem ſita, propè quem torrentem eſſe Arimam ueteres, dein Somantum nuncuparunt.

Vrbi campus adiacet, in quo Palladis Ioniæ templum, Boetij expugnata Coronia ædificauerūt, quò nomine alterū in Theſſalia eſt, nam Boëtij ab Arna Theſſalica huc poſt bellum Troianum deſcenderūt, atq; eo nomine quod flumen illud pręterlabiť, eodemq; uocabulo huic indiderūt, quē alij Cuariū, alij Coraliū uocant. Statius hanc urbē ſcribens, à frumēti feracitate laudat: In huius agro teſte Ariſtotele, nullas prorſus talpas inueniri poteſt, & ſi qua fortè illuc fuerit delata ſtatim interire, quū reliqua Boëtia plures undiq; & generet, & alat. Erat & Aliartos urbs penes quam Philarus fluuius deferebatur, nunc deleta, in bello aduerſus Perſem ſolo ęquata eſt, anguſto ſita loco inter uicinū montē lacumq; Copaidē, cui fertiliſs. aderat

campus

campus: quare Homerus herboſam Aliartō uocat. Poſtea ciuitas fuit Oechalia ſiue Ocalea ab Hercule euerſa Aliarti & Alalcomeni media 4. mil. paſſ. ferè ab utraq; abſcēs. Iuxta fluit amnis à quo ciuitas ipſa nomē aſſum pſit, item & regiūcula circumadiacēs Oechalia nominatur. Sequitur Alalcomene ciuitas haud ampla nec loco ſatis uallato ſepta, ſed in plano iacet; in qua incolæ Mineruā natam fuiſſe aiunt. Cui urbi atq; Aliarto Tilphoſa fons proxima eſt, ſub Tilphoſiū montem labēs, ad quā Tireſiæ ſepulchrū poſitum fuit ubi profugus diē ſuum obijt. Circa quod Solinus lapis quē peanitem uocant plurimus inuenit. Hunc eundēm & cōcipere & parere; & parturiētibus opitulari fama prodiga eſt: Ibidem & templū Apollinis Tilphoſij exiſtit. eſt & Oneſtus oppidum in Aliartia ora ad Mycaleū mōtem, & lacum Copaidem, ſolumq; Tenericum, quod Neptuni F. cōdidit qui ex ſuo nomine uocabulū loco dedit. Iuxta quod eiuſdem nominis petra eſt in cuius medio uertice Neptuni phanū fuit. Neq; ab Aliarto longè Cope urbs ſita erat à qua lacus Copaidis dictus, penes quē terræ Hiatu facto Cephiſſi alueū ſub terra ad 4. mil. paſſ. fermè reſerauit, quo receptus eſt fluuius, inde in ſuperficie prorumpit ad Larymnam agri Locrenſis. Eſt Larymna urbs exilis mari uicina, locus ipſe Anchoe uocatur. eſt & eiuſdem nominis lacus: hinc Cephiſſus excurrit in mare. Item Edylia urbs deleta, nomen à monte cui adiacebat inditum, cuius arx (reſtat adhuc) Cephiſſo fluuio circumfundit̄, in prærupto ac ſaxeo tumulo ab Edylio monte disiuncto quantum flumen Aſſum continet. Qui dein ſub radice montis Cephiſſo commixtus ſimulq; uiolentior factus munitiorem reddit tumulum: Aſſus enim qui etiam Medus à quibuſdam dicitur, inter Acontium & Edylium montes fluit. Sed ad lacum Copaicum Arnen & Midiam urbes abſorptas eſſe, quas poëta meminit: ipſe lacus permagnus eſt quinquaginta mil. paſſ. ferè circuitum habēs, eius eruptiones nunquam patēt, præter excipiens Cephiſſum, Caſma atq; paludes interiacentia latè prata Triphia & Copias. Inter autem Copias urbem & mare Lebadia ciuitas iacet Apollini ſacra: apud quam Trophonij Iouis conſtructum oraculum fuit, quod à barbaris Archelao duce unà cum urbe depeculatum eſt. Cui urbi ad occaſum, Hyampolis ſita fuit, quam condidere Hyantes populi urbs in ſaxo ſedens, nam Statius:

Et ualles Lebadia tuas & Hyampolim acri

Subnixā ſcopulo. Inde ſupra orā Orchomeniā Panopeus ciuitas eſt Phocenſib. imminens in uici formā redacta Phanotei nomine (diruerūt enim eam barbari) ad Lycoream amnem iacentis, Epæi patria qui equum ligneum apud Troiam fabricauit: Hyampolis Lebadiæq; locis uicini. Poſtea ad ſeptentrionē magis Plateæ ciuitas eſt ſub Citherone monte, inter illum ac Thebas iuxta Aſopum amnem hoc eſt ad eius dextram à Xerxe incēſa. Quam à latitudine remorū appellatam fuiſſe Strabo ſcribit, remigationis

enim quæſtu uictitabant. Cæterum hodie procul à lacu habitant, nam ut legimus apud Thucydidem illam Thebani ad ſolum à fundamētis totam euerterunt, ac inde prope Iunonis templum ab Androcrate conditum extruxerunt diuerſoriū quoquo uerſus ducentorū pedum circumdatum domicilijs, ſumptis laquearib. ac ianuis Plateenſiū: In cuius urbis agro fons eſt Gargaphius Dianæ ſacer. Eſt & ante oppidum decem ſtadijs abſens inſula ab Aſopi aquis circumdata, ſuperne enim in campum delabens diuortia facit, rurſusq; intercapedine trium fermè ſtadiorum ſua fluēta commiſcet. Huic inſulæ nomen eſt Orete, quam Aſopi filiam eſſe indigenæ ferunt. Dein Acræphium oppidum ad quod Ptous mons triuertex campo Tenerico, lacuiq; Copaidi incumbit, nam in eiuſdem montis colle Acræphium ſitum eſt: Tenericus campus à Tenero nomen accipit Apollinis F. Poſt etiam Orchomenium ad orientem Chæronia ciuitas eſt ab Chærone dicta, cuius mater Thurium ædificauit. Cui haud longè à tranſitu Euripi Michalleus magnū oppidum fuit, à Thracibus euerſum. item propè Chęroniam in Cephiſſi amnis ripa Thurium oppidum fuit in aſpera admodū petra ſitū, eam Græci Orthopagiū uocant, cognomen ut ferunt à Thuria Chæronis matre accipiens. Quidā aſſerunt (ut eſt etiam apud Plutarchum) bouem quam Pythius Cadmo ducem exhibuit eo in loco primum comparuiſſe & ab ea locum appellatum Thurnam, ſic Phœnices uaccam nuncupant: Trachin uerò quam ſæpe meminimus exigua ſanè urbs erat, iuxta Lebadiam ſupra ſinus maris cui campeſter locus circumiectus eſt, & ipſi campo circumiecti montes editi atque inaceſſi Meliadem cingentes regionem, quæ petræ Trachinię nominantur, à quibus ciuitas nomen ſumpſit: Vaſtata autē à Lacedæmonijs: iterumq; ab eiſdem, ſtadijs circiter ſex ab antiqua ante fauces Thermopylarum condita ut ibi diximus. Item Aſpledonia ſiue Spledō urbs quæ dein Eudielum appellata eſt, id eſt, bono prædita crepuſculo, quum in hyeme locus quo ſita eſt, nō triſtis frigore, ſed apricus ſit. Diſtat ab Orchomeno duob. mil. & quingentis paſſ. inter quas fluuius Mela labitur. Poſtea eſt Tanagra urbs, quæ in uicum redacta eſt, cuius caſtellum, hoc eſt, emporium ad mare meminimus, quæ etiam Heleon ab Heleo, id eſt, palude denominata eſt quoniam paludibus finitima erat, quas Aſopus efficit, iuxta enim illam fluuius exit. Et nō longè ab eo loco Thebæ urbs Tyriorū Syriæ colonia, ex Phœnicia enim Cadmus eius conditor fuit, qui quū regnū ſuis poſteris nepotibusq; relinqueret, illi arci Cadmeæ Thebas muro cōiunxerunt. Quā alij ab Ogygio: alij ab Echinoe qui fuit pater Pēthei gener Cadmi: alij à Theba uxore Ogygij regis conditā ferūt. Vnde Thebana mœnia, & Ogygia, et Echionia apud poëtas cognominata legimus: Ciuitas nobiliſs. quondā, claritateq; Athenis nō cedēs, quæ nunc Stiues à recentiorib. dicitur 18. mil. paſſ. à Chalcide euboica diſtās ante quam Iſmenus & Aſopus per plana fluunt. Vbi &

fons Dirce, à quo Dirceæ & Aſopiæ Thebæ nonnuquam cognominaſ. Eam urbem Alex. Macedo euertit ciuib. ſub corona uenditis, poſtmodũ à Thebanis iterum mœnib. cincta eſt: ac reb. deinde in peiora ſublapſis, ne mediocris quidẽ pagus ad Aug. imperiũ permanſit: nam et L. Manlius eã diruit: ex quo hyrundines aues eius tecta ſubire negant, quoniã urbs illa ſę pius capta ſit. Iuxta quam mons eſt Eſſon nomine & fluuius Schœnus q Thebanã orã in uia qua Anthedonẽ itur excurrit, à Thebis ad 6. mil. paſſ. Iuxta quem ciuitas eodẽ nomine corruit, à Schœneo patre Atlãtis cognominata, ut author eſt Ariſtarchus, fuit etiã ab ea non longè Potnia urbs à Glauco Siſyphi & Meropes F. ædificata, q habuit equas quas aſſueuerat, humana carne alere, quo cupidius & penitioſius in hoſtem irruerent. Fuit item Hyſias ciuitas Aſopo uicina ſub Cithærone monte penes Erythras, q̃ Hyrriei coloniã deduxerũt, eam Antiope pater Nycteus poſuit, quã fluuius eodem nomine abluit, Cephiſſum ingrediens. Eſt etiã ſub Cithęrone monte Scolus pagus in ora Aſopia, ſedes iniucunda & aſpera. Cithæron mons altus eſt & difficilis, buxo arbore abundans quod ait poeta.

Et iuuat undantem buxo ſpectare Cithæron.

In quo ut ſcribit Plutarchus reſponſa dabanẽ: ubi & nymphis antrũ conſecratum eſſe: & Iunonis opacum thalamũ, qui ex eo denominatus fertur. Sacra Liberi P. primus Orpheus induxit in Græcia, primusq́ celebrauit in monte iſto, ubi Liber natus eſt, qui quũ frequenter Citharę cantu perſõnaret Cithæron appellatus eſt: licet alij aliter ſentiãt, in quib. Lyſimachus: Ait enim Cithæronem, & Heliconẽ fratres fuiſſe, qui ſingulari inter ſe certamine dimicarunt, & quibus in locis pugnatum eſt à ſuis nominib. montibus ijs duobus nomina dederunt. Hic mons paulum ſupra Criſſæum mare initium habet, montibus Megaricis & Atticis cõtiguus inde in campos flectitur propeq́ Thebas finitur. Penes hunc montem Aſopus currit inferiora eius abluens. Eſt ſimiliter ab Helicone haud longè mons alter propè Thebas Actæonaracynthus nomine amœnus ac pulcher, dictus quod ibi Actæon à canibus ſit laceratus. Ad cuius radices Garga fons exoritur. Alius quoque eſt mons huic uicinus ad auroram Parietolium uocant, maximus quippe atque præceps. Poſt autem hos montes inter Thebas et Megaram Eleuthere urbs interijt. Eſt Megaris regiuncula ſupra Corinthiacum Iſthmum quæ ſic adhuc appellatur, quam Iones tenuerũt, antequam Megara urbs ædificaretur à quà deinde uocitata fuit. Cuius ager aſper eſt, miniméque ferax, & eius partem ampliorem continent montes quos Oneos, id eſt, Aſinarios uocant, dorſum quoddam à petris Scyronijs longè in Boëtiam ad Heliconem protenſum: in Megaride iuxta mare in Saronico ſinu poſt Cenchreas, Oenoa erat Corinthiorũ caſtellũ. Et Pegæ oppidũ Megarenſium in loco eminenti poſitum fuit in ſinu quẽ Holimæ promontoriũ efficit. Supra quẽ paulo Schœnum oppidum Cẽchreis

proximum

proximum erat, quod ſupra meminimus. Mox Minoa rupes peninſula in pelagus prorupit Niſſeæ portum faciēs nemoroſus locus ubi Minoa emporium Megarenſium amplius duorum mil. paſſ. ab urbe diſtans, duob. utrinq; cruribus ad ipſam applicatum Alcathoë quandoque uocitatum: unde Ouidius:

Interea Minos Lelegea litora uaſtat,
Prætentatq; ſui uires Mauortis in urbe.

Alcathoë. Diodorus armamentum Megarenſium dicit, quod Athenienſes muro circūcluſerunt. Vbi Selinus fluuius Hyblę uicinior per Ægeorū agrum, & Eleam oram excurrens in mare quod Niſſæum ab emporio appellatur per loca paludoſa ſubit: qua ponte Minoa cōtinenti iungebatur. Item Megaris urbs à qua regioni nomen eſt. Quæ & Niſſæa à Niſſo Pandionis F. qui in ea regnauit, ſiue ut alij à Niſſo monte propè eam in quo ille ſepultus fuit denominata, quæ & Alexandropolis quum à Philippo caperetur, in quam nouos colonos expulſis ueteribus induxit, prius tamē ab Heraclidenſibus poſſeſſa. qui profugi, patrio ſolo amiſſo, in hanc terram conſederunt, Megaramq; mœnib. cinxerunt. In cuius foro ut atteſtatur Plinius oleaſter diu ſtetit cui uiri fortes affixerant arma, quæ cortice ambiente ætas longa ocultauerat, fuitq; arbor illa fatalis excidio urbis monita oraculo. Quum arbor arma peperiſſet, quod ſucciſæ accidit, ocreis, galeisq; intus repertis. Et iuxta Atticam ſub Cenchreis in Cromyone agro Cromyon oppidum propè quod maximus lacus fuit quem Theſeus exſiccaſſe dicitur: de quo Ouidius:

Quodq; ſuam ſecurus arat Cromyona colonus
Munus opusq; tuum eſt.

Loquēs de Theſeo, ubi Cromyonam uerſatā fuiſſe in porcam refertur in fabulis. In Megarico ſinu inſulæ quatuor paruę Meturides nomine iacēt. Verum ad ſeptentrionē Boëtiæ iuxta Euboicū mare. In intima ſinus Oetei ſiue Opuntij 5. mil paſſ. amplitudine, cui alter contiguus eſt Maliacus nomine, Locrorum Epicnemidū & Opuntiorū regiunculæ iacent. Boagrio torrente diſcretæ, quem Manē incolæ aliquando dixere. Is interdum ne tinctis quidē pedib. pertranſitur, quandoq; uerò, ad bina latè funditur iugera. Epicnemides ad occaſum terrā tenent à Cnemide mōte dicti quib. in litore circa Boagri oſtium Scarphea urbs terræ motib. nonnunquā ab imis radicib. deiecta 700. ac mille non minus corporib. oppreſſis, quod Strabo ſcribit ſtadijs 10. à mari diſtans in excelſo ſita à qua 2. mil. & 500. paſſ. ager eſt frugib. ferax, & arborib. conſitus, unde à frequentia & denſitate arborū urbis nomē aſſumpſit. Poſtea Narycia oppidū piceis ſeptū. Inde Halope colonia eius quam ſupra diximus, & ultimo loco Daphnus urbs diruta, diuidens Epicnemides à Phocenſibus. Ibidem & portus, ubi fretū ad Eubœam 2. mil. & 500. paſſ. interuallo, ſpectat Daphnus ad Ce-

neum

neum Eubœæ promontoriũ. Hoc in tractu, inter alias, tres ſunt inſulæ Lichades à Licha heroe nomẽ deducẽtes. In Epicnemidum uerò mediterraneo Throniũ oppidum eſt terræ motu uexatũ, quod torrẽs Boagrius prẽterit. Opuntij ad orientẽ ſolem poſiti ſunt, in ijs ad mare Cynus promontorium eſt Opuntiũ terminans ſinum, portum efficiẽs in quo Cynus Locrorum emporium, ubi fama eſt Deucalionẽ habitaſſe, penes quem locũ Pyrræ tumulus oſtendit. Inter Cynũ & Opuntiũ planities fertilis iacet ad Elepſum Eubœę uergens, ubi Herculis balnea ſunt. Opuns inde urbs gentis metropolis, circiter 2. mil. paſſ. à mari, unde ſinus Opuntius. Sequiĩ ad meridiẽ Boëtię Attica regio, inter quas mõtana multis inſignita nominib. iacet, ut Brileſus, Lycabetusq́ oliuetis cõſpicuus, & mõtes alij, mari utrinque cõplexa, ideo apud ueteres pro Attica Atta, id eſt, litus appellata eſt: Vel ut alij Actica ab Actæone: Poſtea Atthidis & Attica, ab Atthide Cranai filia, à qua & inquilini Cranai uocabanĩ. Itẽ Mopſopia à Mopſopo: & Ionia ab Ione Xuthi F. etiam Poſidonia ſiue Neptunia ſed ante omnia Cecropia dicta, à Cecrope uiro Ægyptio ibi regnante, q primus bouẽ immolans, Iouem appellauit. Regio inæqualis tenuisq́ ex quo ſterilis atq́ aſpera eſt, ob quàm ſterilitatẽ longo æuo nullis afflicta populationib. quum neq́ equitabilis ſit: quare ab externis nationibus ſemper pacata fuit. Quam ob cauſam Aborigines exiſtimatos loci incolas eſſe, quum eandẽ omni tempore terram poſſiderent, à nullo prorſus eiecti, & eius uendicandæ cupiditate nemo teneretur, idq́ indicant coloniæ ijs quas dimiſit, nullamq́ in ijs aduectã fuiſſe: In hac metalla eſſe argẽti præcipuè non tamẽ ſine multa impenſa erui poſſe, Smaragdos quoq́ haud nitidos. Quæ deſcribitur ad hunc modũ: Ad meridiem iuxta mare in Salaminico litore (ſic enim illud uocabatur à propinqua inſula Salamina) poſt Megaridem Schœnus eſt portus & flumen in eo dictum à iuncis & Scyronides petræ, in quib. duo pręcipui ſunt colles, quos cornua uocant, Attici ſoli & Megarici confinia ſæuo quondam Scyronis hoſpitio etiam nunc infames, quem Theſeus deleuit, à quo petræ nomen habent, hic uiatores ui cogens, ut ſe ipſos præcipiti iactarent loco, deductos ſupra ſcopulum abruptum, calce in mare iuxta Chelonen, id eſt, teſtudinẽ (ſic enim uocabatur ad mare ſpelunca) proijciebat: unde poëta

Præterit abruptas Scyrois protinus arces
Infeſtumq́ ſuis diræ teſtudinis exit
Spelæum, multoq́ cruentas hoſpite cautes.

Strabo uerò non à Scyrone, ſed à Cauro uẽto ait, quẽ Scyronem Athenienſes uocãt, ab hiſce enim locis extremis flantem, procellasq́ cientẽ ſæuum, & hic petris nomen datum, iuxta mare tranſitum nõ relinquentes. Super eas uia eſt in Atticam atq́ Megaram ab Iſthmo ducens. Poſt has petras in ſinu Eleuſis urbs Cereri conſecrata fuit, qui nunc locus Salinæ dicitur,

quam

quam ſicut & alias plurimas in Attica teſte Euſebio Ogygius cõdidit, ſub quo diluuium factũ eſt, ubi fluuius in mare fertur Bocalia nomine, prius Bocarus appellatus. In quem non longè ab urbe ipſa Morœntus amnis influit: Iuxta quem locus eſt qui dicitur Agriopius ubi ſitum fuit templum Cereris Eleuſinæ. Dehinc Thriaſius campus patet, in quo tres Nymphæ Iouis filiæ, quum tres lapillos inueniſſent diuinatorios, tradiderunt Palladi quæ illos incuſata uelut alienam à ſe rem & Apollini cõuenientem proiecit in campũ, qui ſic à Thrijs uocatus eſt, nam Thriæ, id eſt, tres: Sed nõ ſolum cãpus eo nomine appellatus eſt, ſed & populus in eo atq; circa eum exiſtens. poſt campum (ad mare quippe deſcendit) Amphiala promontorium eſt, ubi latomiæ uiſuntur, id eſt, loca excidendorũ lapidum pulcherrimorũ, qui lapis Hymettius dicitur, ut apud Horatium: Et Plinius, L. Craſſus orator primus peregrini marmoris columnas habuit Hymettias inquit. Paulò autem ſupra Amphiala eſt Hymettus mons, gleba felix, & qui omnium græcorum montium obtinet principatũ, & floribus ſemper ueſtitur, quod ait Ouidius:

Vertice de ſummo ſemper florentis Hymetti.

Vbi & mel optimũ gignitur: nam & Alexander Aphrodiſeus ſcribit melli montis huius, laudem præcipuam dari propter florum ſingularem prę ſtantiã: Iuxta quem fons quidam ſacer eſt, uiſui delectabilis uiridi ripa, ſyluis dein circumcirca cinctus Latomiæ autem Hymettiæ Salaminæ freto ſupereminẽt ad ſtadia duo q̃d quũ Xerxes iniecta terra exaggerare conaretur, pręoccupante nauali pręlio, fugam cum Perſis capeſcere coactus fuit. Ante q̃d litus exiguæ quædã ſparſæ ſunt inſulę: Præcipua uerò Salamis à Salamina Aſopi filia dicta, à Neptuno rapta & in hãc deducta inſulã, quã modo iuniores Culuri dicunt decem mil. paſſ. in longum porrecta, urbem tum habens eodem quo ipſa nomine. Et alteram in ſinu ad Atticam, deleta penitus. Habuit quoq; caſtellum Budorum nomine à Lacedæmonijs diſſipatum. Sed præter nomen Salamis è quorundam etiam uocabulis Heroum, & Scyras, & Cychria dicebatur: & Pityuſa ab arbore Pitya, qua ipſa abundat: Euſebius Coroneam dicit antiquis temporibus uocitatam fuiſſe: In ea ſpelunca eſt tetra & horrida in qua Euripides tragœdias ſcriptitauit. Propè hanc inſulam ad auroram inſulę duæ Pharmacuſſę nomine paruæ ſunt è quibus maior ſepulchrum Circes oſtentat. In litoris uerò tractu poſt Hymettum montem, alius mons eſt Corydalum uocant. A quo paulo Furum portus, ubi locus eſt Decelia dictus ſitu ac manu admodum munitus, ubi Athenienſes caſtellum quod eſſet ſibi præſidio conſtituerunt, ex quo bellum inter eos atq; Lacedæmonios ortum. Deceliacũ inde à ſcriptoribus eſt appellatum. Et in mari ante portum Pſyttalia iacet inſula modica deſerta & ſaxoſa, ubi collato marte barbaros Ariſtides uicit: cui uicina alia eſt Athalanta. Sequitur Piræus Athenienſium portus

qua-

quadringentarũ tum nauiũ capax: non enim pauciores ab Athenienſibus emittebantur, quem nautæ modo portum Leonem uocant à Leone quodam marmoreo ibi in litore iacente, quem duo ex urbe protracti muri amplexabantur, ij fuere quinq; mil. paſſ. longi, diſiecti modo, in quem Iliſſus fluuius uadit, æſtatis tempore languidus, ita uocitatus à Græcis, nam à flexibus quibus fertur nomen trahit, è locis ſuperioribus ex occidentali urbis Athenarum parte currit. Ex altera Cephiſſus amnis alter à Phocenſi quem ſæpius paulo antè meminimus, Phalareũ ingrediens pelagus. Hinc uſque ad Sunium promontorium populi ſunt litorales Phalerei: Halimuſij ubi Monychiæ portus: quidam hoc nomẽ Athenarum portui fuiſſe dicunt, quod illi à Theſeo Monychum interfectum obueniſſe. Ouidius:

Hinc ſe ſubſtulerat paribus caducifer alis
Monychiosq; uolans agros, gratamq; Mineruæ
Deſpiciebat humum.

Vbi tumulus cauernoſus, tum natura tum arte, anguſto collo continenti annexus, cinctus quondã muro habitabatur. Inde ſunt Æxonij ante quos in mari Hydruſſa eſt inſula. Poſtea Longum promontorium Zoſter cognomine. Contra quod Fabia iacet inſula. Dein litus Halienſes, id eſt, piſcatores habent, apud quos Hyphormus eſt portus. Anagyraſij quoque ac Thorei et Lampyrei ubi Aſtypala promontorium cuius exaduerſo Eleuſſa eſt inſula. Haud longè à continente quæ nunc Gaderonixo ab incolis dicitur: A qua decem mil. paſſ. alia exigua uerſus auſtrum, non multo ſemota Albora nomine Pſytaliæ ſimilis. Et ultimo loco in litore Azenenſes: & Sunij ubi Sunium erigitur promontorium, & in eo Neptuni templum in regione illa celebratiſsima egregiaq; domicilia Sunijpopuli dignitate præſtantis, nam emporium ibi rerum uenalium fuit quod ad hanc noſtram ætatem multa antiquitatũ ueſtigia ibi cernũtur, & multæ in unum Columnæ ſtantes, quæ effigiem templi oſtentãt, igitur promontorium illud recentiores Caput de columnis uocant. Poſt autem Sunios in ora Ægei maris, Thorici & Parapotamij ſunt in quibus Panormus portus. Inde Praſſia, Stiria, et Bauron oppida: promõtoriumq; Cynoſura uitibus tum conſitum: in quo ciuitas fuit, alij Cynoſurã, alij Hyſtoas nominant, ab Cynoſura una de Iouis nutricibus ex Idæis nymphis denominata à Nicoſtrato & ſodalibus eius conſtituta, & portum qui ibi eſt, & agri maiorem partem eodem nomine appellabãt: Circa huius promõtorij radices Aſopus amnis in mare exit. Inde Cherſoneſus promõtorium. Vltra quod portus Sacer eſt, quem Delphinium uocant, ad quem antiqua iacet Eretria, in Euboëa nauigationem octo mil. paſſ habens. Mox Græa urbs quam nõnulli Lariſſam uocant, in qua Amphiarai ſacellum, & Phidiæ ſignum Dianę & Narciſci Eretrici monumentum quod taciturnum uocabant, quando prætereuntes ſilentia tenebant. Poſt Eretria eſt, caſu prioris condita, cuius

partem quandã terrę motibus reſtagnauit mare. Dein Oropus urbs, ſępe in controuerſiã certamenq́ ueniens, in confinibus ne terrę Atticæ, an Boetiæ ſita fuerit, quam Athenienſes euertere, eam deinde Oropij qui ſeditionis cauſa ciuitate expulſi ſunt, Thebanorum ope reducti mille paſſibus ferè à mari ædificauere, Inde montana quę Boëtiam diſiungit ab Attica. Ante uerò hoc litus ad Thurium iam dictum & Sunium, inſula Helena iacet, procul ab auſtrali Eubœæ promontorio ubi litus album dicitur quadraginta mille paſſ. feré nauigatione, aſpera quidem & ſolitaria ſex mille paſſ. & amplius longa, anguſta enim eſt, quam Cranam poëta uocat, quoniam in ea Alexander Helenam miſcuit dein dicta eſt Helena: in qua ſcribit Plinius Helenum florem è lachrymis Helenę natum: lepores quoque bina habentes iecinora qui ſi trãsfretantur elangueſcit alterum. Quæ poſtea Macra uocitata eſt, nunc uerò ab incolis Macronixum dicitur. Verum in mediterraneo Atticæ, Athenæ ciuitas clariſsima regionis caput eſt, quæ nũc Sitines uulgo dicitur duobus mil. paſſibus à mari, cui Pireus portus ſubiacet: Eam Theſeum poſt mortem patris ex incolis ſparſim uarios inhabitantibus pagos condidiſſe, Athenáſque nuncupaſſe quidam uolunt, ſiquidem Cecrops multitudinem ut Strabo in ciuitates duodecim inhabitandas digeſſit, quarum nomina fuerunt: Cecropia quam à ſe ipſo appellauit, quæ deinde arx fuit Athenis, Tetrapolis, Epatria, Decelia, Eleuſis, Aphidna, Thoricus, Bauron, Cithærus, Sphettus, Cephеſia, Phalerus: Ille in hanc unam, & in populum unum coaptauit, quum Cares quidem à mari Boëtij uero è terra populationibus regionem uaſtarent: quidam Amphycionidem ciuitati nomen dediſſe, Mineruæq́ eam ſacraſſe: quod Euſebius aſſerere uidetur: Cicero autem ab Alabando conditã fuiſſe inquit, Plato Amaſim regem Ægyptium ædificaſſe dicit eamq́ uocabulo Ægyptio cognominaſſe quod Græcè Athenam ſonat. Ab Athenienſibus uerò ipſis Aſtu, quòd qui uerſati aſsiduè in ea ſint cauti atque acuti eſſe uideantur, unde eius ciues Aſtoæ dicti. hic enim tenui fertur eſſe cœlo ex quo Attici putantur: Vrbs ipſa ſaxum eſt in plano quaqua uerſum habitato. Quo in ſaxo uetuſtum Mineruæ Poliadis templum ſurgit, in quo Asbeſtus, id eſt, lucis extinctæ lichnus erat, ubi Palladium ex Ebore perfectum opus Phidiæ: quod templum in hunc diem loco arcis extat, reliquum urbis penè extinctum iacet. Eam namq́ Xerxes primo ſuperatam diripuit incendítq́ præter arcem. Deinde Mardonius ipſius regis præfectus deſertam cepit, decimo menſe quàm fuerat ante capta, etſi quid aut murorum, aut ædium priuatarum ſacrarumq́ extabat, omnia complanauit. Tertio à Lacedæmonijs euerſa eſt: Conon uerò quæ incenſa fuerant prædarum ſumptu reſtituit. Imp. namq́ ex Perſarum exercitu Lacedæmoniorumq́ uictor ſpolijs ac manubijs refertus Athenas redijt: Sed eam ultimo loco Philippus funditus delere conatus eſt, quum neq́ mortuorum ſepulchris

circa

circa urbem exiſtentib. neq; deorum templis paſſim per pagos ædificatis parceret, quę omnia dirui atq; incēdi iuſſit, marmoraq; & ſimulacra quib. ingens erat copia frangi, ne quid integrum ſupereſſet: Verum Hadrianus ut ibi in marmoreo arcu legitur, ciuitatē iam dilapſam reſtituit, eſt enim epigramma Græcis litteris inſculptum, quod ſic latinè interpretatur.

HAEC AVTEM SVNT ATHENAE THESEI PRIMVM CIVITAS.
HAEC SVNT HADRIANI ET NON THESEI CIVITAS.

Iuxta quam Calliroe fons ſurgit, nouem capitibus inſignis, & à poëtis celebratus. Longè autem ab Athenis duodecim mil paſſuum occaſum uerſus Phylen caſtrum munitiſſimum eſt: unde illud. ſcopuloſa Phylene. Deinde ad ſeptentrionem Oenoë ſiue Oenone urbs muris tum prędita in Atticæ & Boëticæ finibus poſita, qua Athenienſes quoties bellum inciderat pro munimento utebantur, propè ad Eleutheras iacēs. Eleutheræ uerò ad Marathonem eſt. Inde Pſaphis uel Tanis ciuitas parua Oropiorum, illuſtris tamen, quod in ea phanum fuit Amphiarai & eius oraculum uenerabile. Item Bauronia urbs olim, nunc tantum nomen, ubi Bauroniæ Dianæ ſacellum fuit ad montē ſui nominis ſita. Mox Rhamnis uel Theramne ciuitas exilis, ſed Phidiaca Nemeſis celebris. Poſtea Tricorinthus oppidum propè Marathonem, eſt Marathon ciuitas ad auroram magis nunc Maraſona uicus, magnarum ac multarum uirtutū teſtis, à Maratho uiro Arcade ſtrenuo milite, ut author eſt Dicearchus denominata, iam inde à Theſeo, Perſica maximè clade pernota. A qua circiter decem mil. paſſuū Marathonius eſt campus, id eſt, fœnicularius à naſcentibus in eo latè fœniculis denominatus, non autem à uiro Arcade memorabilis prælio cruentiſsimo. in eo enim Athenienſes Milciade duce non amplius decem millium armatorum Perſarum peditum centum equitum decem millia profligarunt, quæ & pugna Marathonia appellata eſt. Et uerſus Athenas neque à mari longè Anaphyſtus oppidum fuit: ubi & Panis templum, & aliud Veneris Coliadis, quem ad locum naufragia enataſſe ſpolia ferunt è claſſe ultima Perſarum, qui ad Salaminem nauali prælio decertarūt, quod Apollinis oraculum edidiſſe conſtat ut. Coliades mulieres remigijs horrebunt. Hactenus de Achaia. Nunc uerò de inſulis ſibi adiacentibus. Quarum maxima nobiliſsimaq; in Ægeo mari Euboëa eſt, quæ modo à iunioribus Nicropons dicitur. Atticæ Boëtiæq; litoribus ea in parte prætenta, anguſto diſcreta freto quā antiquitas ob gracilem eius formā, Macrin nominauit: In Eurū Cerciumq; uentos, qua longiſſima eſt 150. mil. paſſ. nuſquam latitudinem ultra uiginti extendens: tota uerò circuitu tricies centenis patet: Quæ etiam Abātis, ſiue Aba & à poëta, & ab Ariſtotele dicitur. Nam quoties Euboēnſes commemorare poëta uult, Abantes dicit: Sunt qui ab Heroe nominari dicāt, ut à Matrona Euboëa, uel ut alij ab Ione muliere, peperiſſe enim Epaphum aiūt in antro quodam iuxta litus in Ægeū

uergens qui aula bouis uocitabatur. Præter quæ, Ocha eodem quo mons nomine, qui in ea exiſtens, reliquos magnitudine ſuperans. Nec non Hellopia ab Ionis filio Hellope. Et Chalcida: Quæ ut fama eſt cõtinenti quandoque iuncta fuit, uerum terræ motu teſte Plinio auulſa atque inſula facta: nam ut ferunt tremoribus terræ ſæpe concutitur, & ea præſertim in parte quæ Euripo uicina eſt, ora petroſa & hiatibus patẽs: tamq; modico interfluente Euripo, ut ponte iungatur, dubitaturq; an inter inſulas connumerari debeat, quod fretum alij Euboicum, alij Euripon uocant, aliquando Perſicus portus dictus eſt, quod in eo ſteterit claſſis Perſica: Velocis ac uarij curſus mare, ubi ſepties die ac nocte reciprocant æſtus, atque adeò immodicè, ut uentos etiam ac plena uentis nauigia fruſtretur: de qua re Lucanus:

Arctatus rapido feruet qua gurgite pontus
Euripusq; trahit curſum mutantibus undis.

At alij, ut Liuius, non ſignatim ſepties, ſed temere in modum uenti nunc huc nunc ilhuc uerſo mari uelut monte præcipiti deuolutus torrens rapitur: Plinius triduo in menſe ait conſiſtere ſeptem, octo, nouemq; luna. Circumſcribitur inſula ſic: poſt Cenæum promontorium uaſtum ſanè cuius magna pars terræ motus demerſa quondam eſt, oſtia Sperchij amnis proſpectans, Canaia nunc dicitur, cui ſcopuli aliquot obiacent. Athalantis nexum: unde promontorium, terræ motu auulſum ad Eubœam nauigantibus trãſitus ob ſciſſuram in eo factã patuit: diſrupto enim nexu quo continenti iungebatur, in inſulam redactum eſt quæ penes continentem iacet, uocatur modo Thalandi. Mox Ægæ oppidum in freto ſitum interuallo quindecim mil. paſſ. cui Anthedon in Bœtio litore contra eſt. Prope quod Orybæ ſiue Orobyæ oppidum aliud fuit. Inde ad Euripum Edepſus oppidum in colle, & hoc interijt. Et iuxta Euripum Chalcis metropolis, nunc ab incolis unà cum inſula Nicropons dicitur, in plano ſita, ubi arctatur in anguſtias mare. Quo in loco præter aquarum curſus uarijs inuicem fluctibus uenti quoque ab utriuſque terræ præaltis montibus ſubiti ac procelloſi deiciuntur, quare nec dies, nec noctes hic quies nauibus datur. Hæc ante Troianum caſum ampla admodum fortunataq; extitit, ut eius coloniæ indicant, quarum pleræq; aliæ in Italiam, aliæ in Siciliam, & in Macedoniam miſit: quæ uerò in Mecedonia fuere Philippus diruit. Dicta Chalcis ab ære, ibi teſte Plinio primum reperto: Quæ urbs à Rom. Lucio Manlio Cos. direpta ac incenſa aliquandiu iacuit, ea uerò tempeſtate qua Alexander traiecit in Aſiam reædificata eſt, ponte cõtinenti iuncta, & in medio ponte caſtellum ſaxo impoſitum medio in Euripo nato: Adiacet urbi Lelantus campus, in quo aderat admirabile æris ac ferri commune metallum, quale nuſquam prouenire memoriæ proditur utrumq; tandem euanuit: Etiam pecora quæ ibi paſcuntur felle carere aſſeuerant: In co-

In eodemq́ſupradicto terræ motu, aperto telluris hiatu, igniti cœni fluuius euomuit, ut Strabo ſcribit: Chalcis à Turcis paulo antè terra mariq́ ingēti apparatu capitur, diripiturq́, ac barbarorum more in ciuium ſanguine, ſine ætatis uel ſexus diſcrimine ſæuitur, cui caſui tota inſula ceſsit. Poſt Chalcidem Eretria ciuitas paululū à mari ſita fuit, quam ampliſsimis mœnibus ſicut & Chalcidem deiectis uetuſtioribus Athenienſes cinxere, quæ & in Pallenam, & in montem Athon colonias poſuit, eam prius & Melaneidem, & Arotriam uocitatam fuiſſe conſtat à Perſis diſiectam. In cuius loco poſterius alia ſuperædificata eſt non ea tamen amplitudine, qua antiqua fuit, ut notatur fundamentis: in cuius agro Tamyne urbs fuit, non procul ab Euripo Apollini conſecrata. Item in dicto agro Amarynthus uicus, in quo Eritrenſes columnam erexerant teſtimonio ſuæ potentiæ epigramma hoc modo inciſum habentem.

TRIB. ARMATORVM MILLIB. SEXCENTIS EQVITIB. LX. CVRRIB. POMPAM FACTITARVNT. ANDRIOS. TENIOS. CIOS. INSVLASQVE ALIAS SVAE DITIONI SVBIECTAS HABVERE. Sequitur Leon promontorium à quo ad Caryſtum ſinum, litus Bonum tum dicebatur: in cuius conſpectu inſula parua Myroodatus ſiue Myrheodatus atque ſcopuli nonnulli ſunt, qui omnes nunc Spetalei appellantur. A qua inſula Ægei partem quæ inter ipſam & Sunium promontorium ad anguſtias uſq́ Euripi iacet, Myroodatum mare ueteres uocabant. In ſinu uerò urbs Caryſtus, priſcum adhuc nomen retinens, ſub monte in ſaxoſa atq́ eminēte exiſtit ripa, à Caryſto Chironis F. ædificata, reſponſo oraculi Apollinis, ut quidam uolūt: Alij Driopes domo ab Hercule pulſi eorum rege Phyllanto interempto, quidam ex ijs diuertentes ad hunc locum ciuitatem condidere. Huic ſinui latomia, id eſt, exciſio imminet, unde columnæ Caryſtiæ: nam Plinius notior marmore Caryſtos: & Seneca, an ferax uarij lapidis Caryſtos: ubi & Apollinis Marmorini templum fuit: Quo & lapis naſcitur Strabone teſte, quem pectunt, nēt, texūt, inde mantilia conficiuntur egregiè contexta, ea ubi ſordeſcunt in flammā proiecta non ſecus emundantur quam ſi maculas elueris: ſunt & aquæ calentes quas Hellopias uocant: & Caryſtias aues quæ flammas impunè inuolant. Inde Gereſtus portus nobilis, & in eo pagus eiuſdem nominis à conditore dictus. Hinc litus inſinuatur uocaturq́ Caua Euboeæ. Poſt Caphareus promontorium eſt, nunc nautæ Figera uocant, altiſsimus orientem ſpectans, naufragijs Græcorum notus, quod fabulę Mineruæ ira, alij Arcturi ſydere grauis accidit. Quidā Nauplius Palamedis pater claſſem ibi colliſit, fertur enim ille dolens in inſidijs à ſuis interemptum filium, quum exorta tempeſtate Græcos à Troia redeuntes iactari fluctibus uideret, oſtenta in nocte è monte facula, ſignum dedit uicini portus, quare decepti Græci, inter aſperos ſcopulos naufragium pertulerunt: Vnde Propertius:

Saxa triumphales fregere Cepharea puppes
Naufraga quum uaſto Græcia tracta ſalo eſt.
Item Virgilius.

Inde promontorium Cherſoneſus, nunc caput Aureũ. Poſtea Corinthus exile oppidum penes quod Budorus amnis in mare uadit. Mox oppidulum aliud Periadis nomine. Dehinc Arthemiſiũ eſt litus in quo Arthemidis, id eſt, Dianæ templum, ubi Athenienſes Perſarũ claſſes ut Plutarchus refert diſsiparunt, extareq́ ibi cinereum ac nigrantem puluerem quaſi incendiorum ueſtigia, ubi effractæ naues & cadauera concremata ſunt. Inde Oreus uel Soreus ampliſsima olim urbs quã Hellopenſes condiderũt, Iſtiæa prius ſub Tethrio monte iuxta Calantem fluuium excelſa in petra poſita, duas habens arces, unam imminentem mari quæ adhuc reſtat, diciturq́ Loreo, alteram in mèdio ſui ex qua in alteram cuniculo euadebatur. Cui urbi Clinẽum promontoriũ proximum eſt ſuper quod Dion ciuitas fuit, à qua promontoriũ Dion quandoq́ uocitatũ. Vnde haud longè Electrus mons herboſus eſt, mox Ægaë ciuitas erat (altera à iam dicta) in qua ædes celebres Ægei Neptuni, templũ uidelicet excelſo in monte ſitum, ubi Neptunum equos poſuiſſe fabulæ ferunt, à quibus Ægeum pelagus quidam denominatum uolunt. Alij aliter, ut in Æolia Phrygiæ dicemus. Legimus in hac inſula nullum pecori fel, & apud Herodotum Euboëæ incolas inſulam terræ Boëtiæ diducto aggere connectere uoluiſſe, ne Athenienſes iam maris domini illos expugnarẽt. Idq́ cum Boëtijs pacti, in Euboea ex Chalcide cœptus agger duci, in Boëtia uerò ex loco Aulidi proximo, ubi anguſtiſsimus maris trãſitus erat. Igitur diductis aggeribus quoad carina ſatis ad internauigandum pateret aditus, in utriſque extremis mollibus turres excelſas extruxere, quarum media interſtitia ligneis pontibus iũxerant, fuitq́ hoc ubi hodie à recentioribus Pontebaſſe dicuntur. Adiacet Euboëæ ad auroram triginta mil. paſſ. longè Scyros inſula quæ adhuc ſic nominatᷣ, Phœnice prius octuaginta ambitu, à ſeptentrione in meridiẽ proiecta portubus inſignis, montib. uerò ac ſyluis frequẽs, Homeri ſepulchro (ut quidam) uenerãda. Quam prioribus ſæculis Dolopes habuerũt, uiri agrorum cultus parum ſtudioſi, ſed ad Piratica intenti, etiam in ijs qui apud eos hoſpitalitatis gratia uerſarẽtur: quos Cymon quum inſulam Atheniẽſium imperio ſubegiſſet, ex ea expulit. In ea caſtella duo ſunt, unum ad orientem, alterum ad meridiẽ, ciuitatem quondam ſui nominis, quam ut Homerus ſcribit Achilles euertit, quia Troianis auxilia miſerat: In hac uarij lapidis effoſsio eſt, ex qua ingentes columnæ atq́ tabulæ Romæ ſpectabantur. Eſt & inſula parua Scandole nautæ uocant ad Corum uentum ſita, à Scyro triginta mil. paſſ. interuallo, alteroq́ tãto ab Euboëa. Inde ſub Scyro Andros inſula uigintiquinq́ mil. paſſ. ab Euboëa è regione Caryſti oppidi iacet, haud ſpernenda ſanè, quæ nunc etiam nomen illud retinet, ab

Andreo

Andreo Rhadamanti F. denominata. Alij filium fuiſſe Anij regis Phœbi ſacerdotis, qui Anchiſæ interroganti ita reſpondit:

Penè uides orbum, quod enim mihi filius abſens
Auxilium? quem dicta ſuo de nomine tellus
Andros habet, pro patre locumq; & regna tenentem.

Præter quod, alia quoque ei fuiſſe nomina Myrſilus tradit: ut Cauron, Antandron, Laſſiam, Nonagriam: Hydruſam: Et Epagium nonaginta millia paſſuum in circuitu, oppidum ad mare habens orientem ſpectans, ex quo in arcem impoſitam ſcopulo mari circundato per pontem itur. Eſt & caſtellum ad occidentem in montibus, fuit in ea templum Liberi P. in quo fontem (ut fertur) nonis Ianuarijs ſemper uini ſaporem fluere: cæterum inſula aquis irrigua & quicquid humanæ naturæ accommodum eſt abūdè præbet. A qua ſupra uigintiquinq; mil. paſſ. ad Boream uentū, Athalanta inſula alia ab ea quæ eſt apud Atticam pari penè magnitudine quam iuniores nūc Caloierum appellant. Item ad Andron ad Aphricum uentum alia exigua inſula eſt Cynthos olim nunc Caura dicitur: ubi ait Plinius fruct ex Cythiſus inuentus, inde translatus in omnes Cycladas, mox in urbes Græcas, caſei magno prouentu: ab Antiocho Atheniēſe miris laudibus prædicatus pabulo ouium. Poſt Andron decem millia paſſuum ad Eurum uentum Tenos inſula iacet, corrupto nunc uocabulo Tini uocatur, ubi in ſaxo oppidum ſub quo ad ſeptentrionem campus laxatur: et ad meridiem alterum iuxta mare exciſum, incolæ Paleocaſtrum dicunt, cui propinquum erat ingēs Neptuni Phanum in luco ſpectatu dignum, hanc propter aquarum abundatiam Hydruſam Ariſtoteles appellat: Ophiuſam Demoſthenes quadraginta mille paſſibus ampla. Huic eadem penè diſtantia & ad eundem uentum Mycone adiacet inſula, Mycole nunc triginta millia paſſ. colligēs, montibus celſa, eo præcipuè qui Dimaſtus appellatur, in qua homines carentes capillo, id eſt, calui gignuntur, ſub qua gigantes ab Hercule mactatos iacere fabulæ ponunt. In ea ciuitas ad meridiem in altero cornu ſinus poſita, ubi duo ſunt promontoria Phobria nomine & Myconi propinqua Gyarus inſula eſt, haud magna circūcincta acutis petris, ubi Romani noxios uiros damnabāt, ex qua Theophraſtus author eſt incolas fugatos à muribus fuiſſe, Stopodia nūc à tranſeūtibus. Poſt Myconē ad Boream decem mil. paſſ. Delos inſula eſt cycladum media, atq; earū omnium clariſsima quæ & Ortygia à coturnicibus in ea primum uiſis dicta, quas Græci Ortygias uocant, Delon quum primum à radijs ſolis illuminatam fuiſſe diluuij tempore ſub Ogige nouem & amplius menſibus nox una ſuper terram, quæ quoniam repentè reddita foret uiſibus enatam dixerunt: eadem eſt Aſteria (præter alteram quam inter Ithacam & Cephalonicam eſſe diximus) à cultu Apollinis: Lagiáque à uenatibus. Item Cerha, Mydia, Cynethum, & Pyrpile ab igne ibi pri-

mum reperto: ac etiam Cynthia à Cynthio monte in ea eminente appellata: Hæc inſula parua eſt, nec amplius quinque mil. paſſ. ambitu. Fuit in ea urbs ad mare occidentem ſpectãs in plano ſita, ut fundamenta indicãt, cui Cynthius mons ſublimis & aſper incumbit, in quo lapis candidiſſimus naſcitur Ligdius nomine. Amnis per inſulam non ſanè magnus labitur Oęnopus: Plinius, fons eſt, eodem quo Nilus modo ac pariter cum eo decreſcit augetúrue. A qua urbe Apollinis & Mineruæ templum aliquanto diſtabat cuius adhuc fundamenta ſuperſunt, quod Eriſiton Cicropis F. extruxit. Cui authoritas religionis tanta fuit, ut ne Perſæ quidẽ Græcię dijs & hominibus infeſti, ex eo quicquam attigere: Fertur inſulam diu fluctuaſſe, obfirmatamq́ꝫ Latonæ partu, edidit enim quũ iſthuc grauida peruenifſet Apollinem ac Dianam. Vbi ex Cycladibus & uirginei cœtus, & frequentiſsimi cõuentus aggregabantur, quo & ſacra P. mittebantur. Vocabantur inſulæ circa Delon ſitæ Cyclades, quoniã in orbe aſtabant, quæ duodecim ſunt, uidelicet. Cæa, Sythius, Serriphus, Melos, Syphnus, Cimolus, Oliaros, Naxos, Syrus, Myconus, Tenos, Andros, Delon. Reliquas uerò poſt Cycladas, Sporadas dicũt, id eſt, ſparſas: Delon quum Athenienſes tenerẽt, monumenta omnia iuſſerunt ſuſtuli, edixerunt nequis in inſula neq́ꝫ moreretur, neq́ꝫ naſceretur, ſed morituri iam, ac parituræ in Rheniam tranſportarentur inſulam, Ita parum à Delo diſtantem, ut Policrates Samiorum tyrannus, quum aliquando à claſſe polleret, & alijs inſulis imperaret, captam Rheniam cathena annecteret Delo, Delioq́ꝫ Apollini conſecraret, ut ſcribit Thucydides: Plutarchus non Policratem, ſed Niciam iunxiſſe inſulas ait: Maro ne fluctuaret inquit, ut in his metris quum de ea loqueretur.

Quam pius arcitenens oras & litora circum
Errantem, Mycone celſa, Gyaroq́ꝫ reuinxit
Immotamq́ꝫ coli dedit, & contemnere uentos.

Delon Mithridatici duces inuadentes cuncta in ea uaſtarunt, quam Romani recuperarunt: oportuna negotiatoribus, quo multitudinem commigraſſe legimus: iacet enim nauigantibus ex Italia, & è Græcia in Aſiam commodiſsimè: canes etiam in Delo alere nephas tum fuerat. Rhenia quã Anthidides Celaduſam uocat: & Arthemitem Helladius, unà cum Delo in præſenti Sdile dicuntur, ab ea non niſi quatuor ſtadijs interuallo, ubi optimus portus, ipſa tenuis quidem & deſtituta eſt, nam & caſtella duo ſolo æquata in ea uidentur, quorum alterũ Amyclę dicebatur. Mox ad Cercium uentum neque procul à Delo Syra inſula eſt, quæ adhuc ita nominatur. Occurrit dein Cæa quæ hodie inſula Zia dicitur, à Sunio Atticæ promontorio quadraginta mil. paſſ. in eurum tendẽs, quinquaginta in circuitu, licet excauata ad occaſum uehementer ſit, in lunæ ſpecie concurrentibus cornibus Coos ante à Coo gigante, Titani & Terræ F. denominata, qui eam

qui eam prius incoluit, à Græcis Hydruſa, auulſa Eubœæ, quæ & Tetrapolis dicta à quatuor in ea exiſtẽtibus ciuitatibus ſcilicet: Careſſus, uel Coryſſia, Iulis, Carthea, & Poëſſa, ex qua inſula Plinius ſcribit amplius trecẽtorum millium paſſ. abrupta ſubito hiatu cum pluribus mortalib. mare rapuit, Poëſſa & Coryſſia terræ motu dirutis: quæ montuoſa admodũ eſt, prętet campum, quem habet ad ſeptentrionem, cui oppidum imminet, in radice montium ſitum, Iulis olim, à mari circiter tria mil. paſſuum diſtãs, cuius emporium locus eſt in quo Coryſſia poſita fuerat, iuxta quam Helixus amnis fluit: Iulienſibus fuiſſe legem fertur. Qui rectè uiuere nequeant, turpiter ne uiuunto: Quiq́; annos ſexaginta exceſſiſſent, aconito uitam finirent, ut reliquis cibaria ſufficerent: quod & Valerius tradit. Hanc quondam inſulam celeberrimam Corinthijs fuiſſe nymphis poetæ canũt. Sub Cæa Sythius eſt quæ amna Oenos nunc inſula Fermenia à iunioribus nominatur, haud ambitu minor Cæa. Poſtea Serriphus quam Serfenam modo incolæ uocant, oppidum habens cum campo qui ad auſtrum uergit uſque mare: In hac inſula Perſeum educatum ferunt, qui quum Gorgonis caput alatũ Serriphijs oſtendiſſet, uniuerſos mutaſſet in lapides, fabula ab effectu nata, quum lapidoſa maximè inſula ſit ubi ranæ ſilent, eædem alio allatæ canunt, & ſub ea paulo Syphus, uel Siphnus Meropia & Acis ante appellata: nunc uerò Sifano: uiſui ſpectabilis: ac tũ locuplex, nam & auraria & argentaria metalla illi erãt, tantumq́; pecuniæ, ut ex decima eius parte reponerentur apud Delphos, quod Herodotus tradit. Poſt quam Præpeſinthus alia inſula iacet, recẽtiores Arzentarã dicunt: Cui modico freto ad ſolis ortum Olearus paruã adeſt inſula, quam Quiminium incolæ nũc uocant: Quæ omnes ad auſtrum uergũt, æquo penè inter ſe ſpatio, æquáque magnitudine ſunt, circiter enim triginta millia paſſuum ſingulę conſtant. Hinc ad auroram anguſto mari Paros inſula cernitur, antiquo nũc etiam uocabulo inſignita, licet ante Platea, ac deinde Minoida à Minoë diceretur quinquaginta mil. paſſuum ampla, tota ab oriente in occidentem plana. Oppidum ad occaſum habens iuxta ſinum maris poſitum, penes quod Aſopus amnis ex montibus qui mari auſtrali imminent, per planitiem fluẽs in mare cadit, uetus autem urbs in ripa ad meridiem fuerat, quę nunc ſolo deiecta conſpicitur, clara olim: huius inſulæ ſeptentrionale ac meridionale latus montes muniunt, inter quos unus eſt qui Marpeſia appellatur: unde illud:

Quam ſi dura ſilex, aut ſtet Marpeſia cautes.

Ad ſeptentrionem caſtellum eſt in Sunio promontorio, quod illi nũc Cephalũ uocãt, à quo non longè portus eſt Bonus nomine: meridionales mõtes omnes candidiſs. lapide ſunt, à quorũ candore, inſula Paros niuea cognominatur, marmor ſculpturæ aptiſsimum, nam Plinius omnes inquit ſculptores, candido tunc marmore uſi ſunt è Pario inſula · quod re ipſa

ubiq;

ubiq; in antiquis ædibus ſtatuis, atq; operibus alijs manifeſtatur: quem lapidem Lychnitem appellare cœptum eſſe quum ad Lucernas in cuniculis cederetur. Eſt & parua inſula ad occidentem huic anguſto interluēte freto quæ Antiparium dicitur, atq; ad auroram eius minus quinq; mil. paſſ. Naxos inſula obiacet haud ſpernenda, Nicoſia modo dicta octuaginta circuitum implens, Homeri maximè ſepulchro nobilis, etſi alij alibi illud fuiſſe ſcribant, quam quidam Veneris, inſulam appellant, alij Dian, Dionyſiadaq; à uinearum fertilitate, nec non Siciliam minorem, aut Calipolim uocauerunt: Naxus uerò Polemonis Carris imperans, quum inſulam cepiſſet pro Dia à ſe cognominauit Naxon, pulchra quidem uiſu, & bona multis olim pecunijs, & ſeruitijs prædita, campum in medio feracem habens, cui duo in montib. caſtella imminēt, ciuitas uerò ad occidentale mare eſt Strongyle tum nomine, à qua ſępius inſula denominata eſt: Hāc Perſæ adepti incenderunt, iuxta quam ſcopulus in mari eſt cum ædificio eruto, ad quod ſaxoſo aggere manufacto uia erat, diſsipato nunc, ipſi uerò urbi harenoſa planities adiacet orientem uerſus diffuſa, uineis conſita, quemadmodum & priſcis temporibus fuerat, nam præcipua habuiſſe uina apud Diodorum legimus, ex quo Baccho à maioribus fuiſſe conſecratam, nam Ouidius:

Naxon ait Liber curſus auertite ueſtros
Illa mihi domus eſt, uobis erit hoſpita tellus.

In hac Theſeus Ariadnam dormientem reliquit. Rperitur hic marmor Lacedęmonium, à quibuſdam Thebanum, quod Ophites Gręci appellant, ideo quia ſerpenti ſimile, uiride enim eſt, maculis liuidioribus aſperſum, quare à poeta: uiridis Dionyſa dicitur, latini Serpentinum uocant: gignitur non in lapidicinis, ſed ſub terra ex quo Plinius ait columnæ ubi paruæ admodum inueniuntur. Naxo autem ad orientem Tenoſa eſt inſula, idem nunc etiam nomen ſeruans. Sub Paro uerò ad auſtrum in Cretenſi pelago, eæ ſunt inſulæ, primo occaſum uerſus Melos (enata ut refert Plinius) quę adhuc priſcum retinet nomen octuaginta mille paſſuum circuitu, forma orbiculata, unde nomen illi obuenit oppidum habens in montium radicibus ſitum, quod ingentem ante ſe campum uſq; mare habet, in quo ſulphureæ aquæ medicamentis accommodæ ſcaturiuut, ubi patentiſsimus portus aperitur ad plagam ſeptentrionalem expoſitus. Hanc Ariſtides Mymblidam appellat: Ariſtoteles Zephyridā: Callimachus Memallidam, Heraclites Siphin & Actiam: ſed ut ait Feſtus, ultimo loco à Melo qui ex Phœnice ad hanc fuerat profectus nomē accepit: Cuius incolas Atheniēſes quondā immiſſo exercitu uſq; ad puberes uniuerſos fermè trucidarūt, quod aſſerit Thucydides: Cæterū huius inſulæ terram feraciſs. eſſe Theophraſtus author eſt, atq; adeo ut ſata intra triginta, aut 40. dies poſſet meti, non tamen coctu facilia, nec multa fieri, uerum frumenta oleasq;

ingenuè

ingenue ferre, uites autem modice. Quod etſi in aliqua eius parte fuerit effoſſa inſula, tellurem ibi ſtatim renaſci, foueasq́ illas ſine ulla prorſus humana opere repleri: preterea ſcribit Plinius hic effodi marmor colore atrum maculis uarijs iniectis, nomen à L. Lucullo, qui eo admodum delectatus eſt, appellatum, primusq́ Romam inuexit. Etiam colorem ibi mellinum, candidum optimum, ſulphurq́ nobiliſsimum atque optimum, ſimiliter & bitumen gigni & ſulphur nobiliſsimum. Opponitur dictæ inſulæ alia parua Polygeo nomine, Falconaria modo, quæ deſerta iacet. Poſt autem ad orientem Cinolus eſt inſula, quæ Cinuſa etiam uel Echinuſa dicebatur, in qua ciuitas eodem nomine fuit, nunc à nautis Polino appellatur. Mox Phelocandrus, quam corrupto uocabulo recentiores Policandrum nominant, aſperam ſanè inſulam, ut ait Aratus: tuq́ ô Latona in ferrea permanes Phelocandro miſeranda utique. Sequitur Laguſa ſiue Agaſa, quam iuniores Chriſtianam dicunt. Alia Sicenus quæ & Sycinus dicitur: prius Oenos, nunc Sicandrus uocatur: Eadem omnes ferè magnitudine, pariq́ diſcretę freto. Quib. ad meridiē Theraſia fragmentū (à Thera enim auulſa fertur licet altera Thera ad auſtrū Cretę inſulæ ſit) uocatur nunc Thera Saturnini, prioribus tamen ſæculis Calliſta, id eſt, pulcherrima: in qua quum ciuitas Thera ædificaretur mutauit nomen: quare Callimachus.

Nomine Calliſto primum ſed poſtmodum Thera
Dicta fuit tellus urbis origo meæ.

Cui Theraſia ad ſeptentrionem opponitur, mari ortæ inter quas ut ſcribit Plinius, poſt annos centum & triginta earum ortus, Hiera quæ & Automate. Et ab ea duobus ſtadijs, poſt annos centum & decem in noſtro ęuo M. Iunio Syllano, M. Gelio Balbo Coſſ. ad Octauij Iulij Thia, ubi prius flammæ in mare diu uiſæ, deinde ſequuta ſuper æquora ſaxa ſunt per totam inſulam ſaxa ueluti igne aduſta nigricant, prioris incendij ueſtigia cō monſtrantia, in ea ciuitas eiuſdē nominis fuit, & Eleuſis, & Hoca, delctæ omnes. Propè dictam inſulam ad orientem Anaphiæ inſula in medio quoque Pelago enata iacet, quæ modo Namfio dicitur, oppidum habēs in petra cui ſubiectus eſt amnis per planitiem delabens, ubi Ægleti Apollinis templum fuit. ad occaſum Theræ. Ius inſula modica eſt, nunc Palma nomine in qua oppidum olim, ſepultúmque Homerum fuiſſe nonnulli contendunt. Hactenus de inſulis Ægei maris ad Europam pertinentibus.

Peloponeſi peninſulæ ſitus.

PEloponeſus inter duo maria Ægeum Ioniúmque ſiue Adriaticum peninſula eſt, anguſtis Iſthmi faucibus Achaiæ continenti adhærens, platani folio cōſimilis: excauatur enim introrſus quibuſdam magnis ſinibus longiſsimis promontorijs intercurrentibus anguloſa notabiliter efficitur: Ægialea prius. Dein Apia, poſtea Peloponeſus: quod

quod nomẽ in noſtrum uſq; tempus durauit, licet uulgus Moream appel let: Euſebius enim Ægialeus primus Sicyonijs imperauit à quo Ægialea nũcupata: Plinius uerò ubi de Achaia Ægialos dicta inquit, propter urbes in litore per ordinem diſpoſitas, nam Ægialea latine dici poteſt litus: Apis item Sicyonijs quartus à quo Apia: Poſtea Pelops homo barbarus apud Argos regnauit à quo Peloponeſus uocata eſt: ait enim Thucydides, Pelopem primum ui pecuniarum quam portans ex Aſia ad parandam ſibi inter inopes potentiam uenit, etſi peregrinus erat, tamen cognõmen regionis obtinuiſſe, ſimiliter Herodotus, Diodorusq; atteſtantur. Gentes in ea fuere: Arcades, Cymerij, Doriẽſes, Ætoli, Driopes, Lẽnij, & quædã aliæ. Quarum primæ duæ loci indigenæ, reliquæ omnes aduẽtitiæ ſunt, Arcades nunquã ſedes quas in initio habuere cõmutaſſe feruntur: Cymerij è loco priſtino egreſſi alienũ incoluere: In Achaiam quippe ſeſe tranſtulerũt, qui dein pro Cymerijs Pelaſgi Ægialees, id eſt litorales uocitati ſunt: poſt aũt aduentũ Danai & Xanthi huc ab Ione Xanthi F. Iones ſunt appellati. terra totius Græciæ arx, quod & Strabo, & Liuius perhibẽt: Nam & Plinius, Peloponeſus Pelaſgia peninſula haud ulli terræ nobilitate præferenda, regnum profectò ab Heroicis uſq; temporibus rerum geſtarum gloria nobiliſsimum, & rebus omnibus quæ uel ad uictum uberiorem, uel ad elegantiorem uitæ cultum ſpectant ſua fœcunditate affluentiaq; inſigne. Anguſtiæ unde proceditur, iſthmos appellantur quatuor mil. paſſ. patẽs: ipſa longo & ancipiti nauium ambitu, ſeptingentis enim mille paſſib. conſtat: Quam ob cauſam perfodere nauigabili alueo anguſtias tentauere: Demetrius rex dictator Cæſ. C. Caligula, Domitius Nero: Nam Plutarchus medio expeditionis tempore Corinthiacum fodere Iſthmum enitebatur Cæſar: Tranquillus Iſthmum in Achaia perfodere deſtinauit Caligula miſeratq; iam ad dimetiendum opus primipilarem, ſed morte intercedente nil actum eſt: Et in Neronis uita, in Achaia iſthmum perfodere aggreſſus prætorianos pro concione ad incohandum opus cohortatus eſt, tubaq; ſigno dato, primus raſtello humum effodit, & corbullæ congeſtam humeris extulit, ad quod opus Egiſippo teſte ſex millia iuuenum ualidorum in Iſthmum Neroni Veſpaſianus miſit, Iudæam namq; ingreſſus, ſpectata ętate, uel genere omnium robore quos ſibi ſtatui pręceperat, elegit. Quod ij omnes quos enumerauimus proculdubio feciſſe dicuntur (præter eos quos neceſſitas impediuit) ni per geometras didiciſſent, ſi ita fieret, futurum ut quædam eius nobiliſsimi regni ualles, per corruentem fluxum pelagi obruerẽtur: Nam ut apud Philoſtratum legimus, Nero à Lehæo Corinthiorũ portu incœpta ſtadia fermè quatuor cõtinenter proceſſit: Strabo Demetrium deſtitiſſe, quia prohibitũ ab Architectis, dixerant enim illi, ipſum nauigationis haud utile fore meatum, ob eam rationem, quum euripi omnes fluxiles ſint: At Plinius, infauſto omniũ exitu patuit incœpto.

pto. Nūc autem ob incolarum diſcordiam, uaſtatis iam multis in ea locis (Græci quippe Albanenſibus mixti, illi urbes ac munita loca, iſti planities montanaq; reliqua obtinebant, ex quo ſæpius incurſiones populationesq; hinc inde fiebant) deſertam penė, præter pauca admodum quæ ad mare ſunt, Turci ætate noſtra, ſicut & reliquam Græciam inuaſerunt, nullaq; commiſſa inter ſe pugna obtinuerunt. Situs uerò eius ad hunc modū ſe habet: à ſeptētrione iſthmum qui Eximile uulgo dicitur, duosq; hinc atque hinc ſinus, alterum Corinthiacum, alterum Saronicum: Ab occaſu atque meridie Adriaticum pelagus, quod ut diximus Siculum alij, alij Ionium uocāt. Ab ortu ſolis mare Creticum. In ſinu autem Corinthiaco, poſt Iſthmum, ac in eius radice Acrum promontorium eſt Iunoni Corinthiæ ſacrū, quam & Acreā uocāt. Mox Lechæum nauale uicus & portus: quo curſum tenebant ab Italia uenientes nouem mil. paſſ. ab Corintho, modo locus tantum. Dein Olirus fuit Pallenorum caſtellū: & Aſopus fluuius oritur è Celoſſa monte, præter agrum fluens Sicyonium, & Aſopiam regionem efficiens, quæ Sicyoniæ pars una eſt: Sicyoniæ enim terræ nomen Sicyon rex indidit, qui populi Ægialei prius ab Ægialeo ibi imperante appellabantur. Quam Syos fluuius terminat hic in mare cadens, unde regio quę propriè Achaia uocitatur incipit, ſaltuoſa quidem, ubi flumina in mare decurſus non habent, ſed hiatu terræ abſorbuntur: Cuius etiam naturæ Arcadia eſt, non enim conualles qua unda delabatur habent. Achaiæ prima urbs eſt Ægyra in colle aſpero atq; difficili poſita, amplius mille paſſ. ſupra mare, nūc diruta iacet, Parnaſum exaduerſo ſpectans, Xilocaſtrum ipſi modo uocant. Amnis Selinus propter collem in quo urbs ſita eſt defluit. Inde Ægion urbs quā iuniores nunc Voſtizam dicunt, à Turcis exciſa inter quam & Ægiram, Ægę fuere. Inde eſt Erineus portus, iuxta quē ad occaſum Rhium eminet promontorium quod & Molycrium uocatur qninque mil. paſſ. à patris abſens, in falcis figuram interius curuatum, unde & nunc etiam Drepanū, id eſt, falcem appellant, & in eo Neptūni tunc templum, ex quo fretum quod Naupactum inter & Patras fluit Rhiō ſcriptores uocant. Sequitur Patræ urbs inſignis, à Patre urbe quondam Leuchadiæ, cuius colonia hæc fuit dum Aroë prius uocaretur quidam à Patræo mœnibus ampliatis nomen accepit quod nunc habet: Cui Panacharius mons ad ſeptentrionem imminet: in qua Roman. populus poſt Actiacam uictoriam, nobiliorem militum partem locauit. Ante quam ſinus eſt Panormus nomine, mediocris nauium ſtatio. Mox Olenos erat urbs præter quam Melas magnus amnis labitur. In cuius nūc urbis loco caſtellum in petra eſt, incolæ Chaminizam nuncupant: ubi Eſculapij templum inſigne fuit. Item Dyme urbs Cauconia à pleriſq; quum in agro Dymeo inter Dymam & Tritiam fluat amnis quem antiquorum quidam Cauconem, quidā Lariſſum alij Buphragum uocant, ab Elea per Bupraſſium deſcendentem,

dentem qui in Scollin monte exorit̃, breui curſu labens, nam Scollin quæ & Olenia rupes dicebat̃, Dymeis, et Tricieis, & Eleis cõmunis eſt, in quã põpuli conterminabant̃: qu:dam totum Elidis tractũ à Dyma urbe uſque Meſſenium appellauere Cauconã, Dyma ſine portu eſt, Stratos ante, nũc uerò Clarenza dicitur, in colle ſinui imminente exciſa ſedens. Poſtea Teuthoas urbs exigua, amne eiuſdem nominis infuſa, ubi caſtrũ eſt quod hodie Clarusmons nuncupatur. Inde Araxus eſt promontorium Tornese nunc. Et paulo poſt aliud Eleum nomine, unde terra Elidis aperitur, grandi expoſita ſinui. Quo in loco Cyllene nauale olim fuit Elienſium emporium iuniores Antrauidam dicunt locus tum inſignis, à quo ſinus Cyllenis denominabat̃. Item Hormina ſiue Hyrmina promontoriũ, in quo eiuſdem nominis urbs fuit exilis, cuius ueſtigia modo nõ extant, eſt Hormina mons in mare protenſus prope Cyllenã, iuxta quẽ fluuius eodẽ nomine in pelagus cadit, cygnis frequens. Neq; hinc procul Peneus fluuius in mare it, qui nunc Igliachus uulgo dicitur, fontes in Pholoë monte habens: Item Selleis amnis è Pholoë ſimiliter mõte exortus, haud procul à Peneo in mare editur. Hinc promontorium Chelonatas cui ſcopuli præiacent. Quo loco ſinus panditur promontorij nomẽ habens, ſic à teſtudinibus appellatus, in quo magna eſt copia. Mox promõtorium aliud ſequitur, in Cherſoneſi modum, ingens ſanè quod Pheas dicebatur in quo oppidulũ ſui nominis uel Ichthicuſa fuit: Aliud q̃d in mare exilit Ichthis ad fluenta Iardani nomine, id eſt, abundãs piſcib. Et inde Alpheus fluuius nauigabilis, Minyus ante, poſtea corrupto uocabulo pro Minyo, Minterius appellabat̃, dein Aniger dictus, ultimo autem loco Alpheus, nunc ab accolis Orphea à nautis uerò Italis prǽſertim Carbon, ex ijſdẽ locis quib. & Eurotas fluit, hoc eſt ex Arcadia. Inter quos duos uicinos fontes quib. amnes effluũt pagus eſt Aſia nomine. Alpheus ut ait Strabo, Celadonte aſſumpto, & Erymãto, & Amarintho qui Arcadiã terminat, & alijs ignobilib. inter quos Tryus eſt (aiunt enim incolę 100. & 40. in eum amnes cadere) per Phrixeum & Piſeum & Triphylium delatus agrum, prætereà ipſam Olimpiam delabens pelagus inter Phean & Pitanem inuadit. Eſt enim Pitanas mons Triphylię, Maciſtã à Piſeo ſeparans agro, ad cuius oſtium Dianæ Alphionię lucus & templũ erat, in quo Cleantis & Aregontis picturæ opera, laude plurima celebrata uiſebantur. Sunt nonnulli authores qui Alpheũ longum poſt curſum demergi dicant, & à terra abſorptũ, atq; ſubter mare defluentem ex hoc loco in fontẽ Arethuſam apud Syracuſam in Sicilia ſe attolli, & inde in mare Siculum cadere: Ex quo Virgilius:

—Alpheum fama eſt huc Elidis amnem
Occultas egiſſe uias ſubter mare, qui nunc
Ore Arethuſa tuo Siculis confunditur undis.

Similiter Lucanus: & Statius. Qui plurimam aquarum partem, ut ſcribit

Strabo

Strabo ex paludibus à fonte nympharũ Anigriadũ, à quibus Aniger di-ctus prouenientib. excipit, profundus quidẽ, ſecꝙ adeò ſuppinãs ut longẽ ſtagnet, Locus aũt quũ Harenoſus ſit, ex duob. et amplius mil. paſſ. profundum litus exhibet, piſces ad ueſcendũ ineptos gignit. Qui quum albas maculas, & impetiginẽ ſanet, Alpheum adeptus eſt nomẽ. Nam Alphos maculas curare ſonat: Minyus aũt dictus, quia Minyæ gentes ex Orchomeno Minyo huc habitatum uenerint. Vltra hunc ad auroram Meſſenia regio eſt, in qua primo oppida Aulon (alterum à Macedonico) & Brepium in litore erant, promontoriumꝙ platanodes locus ſcilicet conſitus platanis. Mox Cipariſſia urbs in Cherſoneſo ſita ad mare Triphyliacum, portum habens ſui nominis quam incolę modo Philatram ſiue S. Heliam uocãt, à qua tum Cypariſſius ſinus. Poſtea Pyrgæ uel Pteleum oppidum, ab ijs qui ex Theſſalico Pteleo habitaturi hunc locum uenerunt ædificatũ eſt, quod quum ulmi nemora circum habeat Pteleum uirens cognominatur, ideo minus habitatum, uocaturꝙ Pteleaſimum, id eſt ulmarium. Poſt illud Nedia fluuius præterit, è Lyceo Arcadiæ monte delatus, cuius fontem Rhea quũ Iouem eſſet enixa rupiſſe fertur, ut unde lauaretur haberet. Mox Acidonis fluuij oſtium eſt, quod ſequitur promontorium Cypariſſium nomine: iuxta quod Sela fluuius intrat mare, quẽ Chalcen Strabo uocat, itẽ pagus Chalcis ipſo amni appoſitus: cui Cruone fons proximus eſt. Inde Samicum acris locus, ubi ciuitas Samos appellata propter altitudinẽ fuit, nam inter montem ex quo Iardanus effluit, & Anigrum amnem, ubi pratum & in eo ſepulchrum inſigne, Achęæ petræ montis, rupes abſciſſę ſuper quibus Samos ciuitas condita fuerat oſtenduntur, loco cuius urbis, licet mutato ſitu, oppidum nũc eſt, quod Arcadia dicitur. Deinde Pylos urbs fuit ubi nunc nihil præter nudum nomen: etſi duę aliæ fuerint una ad Scollium montem, altera ad Alpheũ amnem: quæ uerò ad montem, fuit munitiſs. uſqueadeò ut plerumꝙ loci, ſuopte ſitu muro nõ indigebat, quæ & Amathœſia, & Triphylica, & Arcadica dicta eſt, etiam Neſtorea quia regnata à Neſtore Nelei F. unde Ouidius:

Nos Pylon antiqui Neleia Neſtoris arua
Miſimus.

Nam ut Diodorus ſcribit, Neleus cum ſuorum manu in Meſſenem tranſiens accolarum uoluntate ciuitatem condidit: Triphylica ideo quia tria illam phila, id eſt, nationes alia poſt aliam condiderunt. Apeorum, Minyarum, Eleorum, Polybius uerò à Triphylo Arcade nomen habere dicit. Amathœſia ab amne Amatho, id eſt, harenoſo, qui Pamiſus etiã dictus, urbem pręteriẽs qui è ſuperioribus locis per ualles ſerpit, Pylos uerò illa quę ad mare erat monti Ægialeo hærebat ubi Athenienſes eam reædificauerunt, nam antiqua ſub monte erat, Meſſeniorum nauale. Cui non longe in mari inſula obiacet Prota olim, nũc Pruodo à nautis dicitur: Hanc Strabo

Sphagiam uocat, quam Ptolemæus in cõſpectu Methonẽſis urbis ponit, ſyluestris tota portum habens. Inde 50. mil. paſſ. Coryphaſium promontorium eſt arduum ſanè iuniores C. Zunchi uocant, ubi Erena urbs, quã nonnulli Arenam prius dicunt uocitatam, ut poëta atteſtatur.

Qui coluere Pylon, & amœnæ mœnia Arenæ.

Quæ dein Thryõ ſiue Thryoëſſa appellata fuit, quia tota Thryo, id eſt, iũcis aut uluis paſſim referta ſit, quod nomẽ ad noſtra uſq; tempora manſit, nam uulgo Zunchio dicitur: etiam nonnunquã Epitalium, & Æpy, quoniã in altiſs. montis cacumine ſita ſit, ex q̃ Homerus: bene munita urbs inquit: Cui piſculẽtus lacus ad ſeptentrionalẽ partẽ ſubiacet, tenui prohibitus litore, qua orientẽ ſpectat, quare quũ pelagus uentis exaſperatur undę ſuperato litore in lacum tranſiliunt, licet paruæ duæ inſulæ obiectæ ſinui ſint, quę portum efficiunt Sphagiæ unà cum ſuperiori tum uocitatę. Inde planũ penè litus excurrit, in cuius extrema Methone urbs eſt inſignis quõdam, quæ Pedaſus appellabatur inter uineta poſita, quam iuniores corrupto uocabulo Modon dicunt: (altera Methone in Laconica fuit: tertia in Thracia ut ſcribit Plutarchus) In conſpectu uerò urbis duob. mil. paſſ. à continente Sphagia ſiue Sphateria inſula eſt, Sapientia modo dicta portũ habens. ac inde orientem uerſus, modico freto, altera eſt, eadem fermè magnitudine Teganuſa quondam, nunc Caurea: Contra quam in litore poſt Methonẽ in humili colle caſtellum eſt uulgo Griſum, Colone olim. Mox Acrite promontorium nautæ caput Galli nunc uocãt, longè in mare prominẽs. Cui exigua obiacet inſula ſcopulis cincta Oenuſta tunc, Venetico modo. Statim mari litus cedit, ſinusq; magnus efficitur, qui & Meſſenius & Aſinęus dicitur, in quo oppidulum fuit quod Aſine uocitabatur à quo ſinus nomẽ accepit: ubi caſtellum nunc eſt, Anchora nomine, circa quem locum Threſtirides paruæ ſunt inſulæ. Item in eodẽ Corone urbs in Cherroneſo ſita, ſic adhuc appellata, Pedaſus à poëta, quo etiã nomine Methonem diximus uocitaſſe, à qua Coroneus ſinus etiã dictus eſt, abluit Coronem Platoniſtus amnis. Sequitur Meſſena urbs ab Hercule condita à qua ſinus pręcipuè denominatur, ipſa Corintho perquam ſimilis extiterat, habens in præerupto ac præcipiti ſaxo arcem Ithone nomine, quam Lacedæmonij deſtruxerunt: Poſtea Thebani: dein Philippus Amyntæ F. reſtaurauit, ante quam Pamiſus amnis præfluebat, qui Stomio nunc ab incolis dicitur, qui inter omnes huius loci fluuios magnitudine præcellit, tametſi non amplius tredecim mil. paſſ. à fonte profluit, abundantes per Meſſenium campum oramq; Macariam, id eſt, felicem trahens aquas, urbem modo Niſim ipſi nuncupant, quæ in parte occidentali amnis eſt, reliquum in altera amnis parte uetuſtas aboleuit. Sunt & alia caſtella poſt Coronẽ uſq; ad hunc amnẽ, uideli. et. Caſtellum francum, Coſmena: Petalidi, quibus poſterioris ætatis uocabula ſunt. Poſtea ultra Pamiſum urbs Phere quinque

que ſtadijs à mari diſtans, ubi Thuriæ, Gerenisq; finitima, Lacedæmonio rum colonia, quæ nunc ab incolis Calamata dicitur, præter quam Nedon amnis qui per Laconicum labitur agrum, fluit, Triphylæ ac Meſſeniæ terminus. Inde Abea quæ poſtea Thuria eſt dicta; quidam Antheam fuiſſe Thuriam à qua Thuriates ſinus, in quo Rhium ciuitas interijt è regione Tænari. Ac deinde Mantinea in excelſa rupe, unde Æpea id eſt, celſa nomen ſortia eſt, nunc Mantegna. Hinc Laconię oræ, Leuctrum parua urbs initio eſt, quo à Boëtijs Leuctris deducta colonia, in Cherroneſo ſita, quā hæc ætas Maina uocat, neq; oppidum ſolum, ſed etiam imminentem regionem, quæ quum montuoſa atque aſpera uehementer ſit, incolis tutiſsimū ad inhabitandum locum præſtat: circa quod oppidum per ualles Pamiſus alter fluit, qui & Amathon, & Creſphon dicebatur. Inde Thyriades, id eſt, feneſtræ, ſic enim uulgo tum dicebatur, confragoſus & pręceps locus, per quem ingens labitur aqua latè ſtagnans, Cinædio ac Tænaro proxima, nam eorum locorum terminus eſt. Mox Tænaria promontorium nunc à nautis caput Matapam dicitur, in quo fuit Neptuni templum: & in propinquo loco ſpecus, per quem Cerberum ab inferis ſuperius adductum ab Hercule fabulæ canunt: unde Virgilius:

Tænarias etiam ſauces alta oſtia Ditis.

Et Horatius:

Inuiſi horrida Tænari ſedes.

Per quæ Orpheus exiſtimatur deſcendiſſe. A quo promontorio Laconicus ſinus incohat. Vbi primum oppidum eſt Tænaron uetuſtate nobile, ubi in litoris flexu, hoc eſt ubi nunc portus de Qualeis dicitur, Metymnei Arionis phanum fuit, quem Delphino aduectum eò narrant hiſtoriæ: In quo ſimulacra duo ænea uiſebantur, delphinus uehens, & homo inſidens. Poſtea fuit urbs Cæne ubi Camares nunc, cuius incolæ, ut eſt apud Polybium, propter cupiditatem ambitionemq; omnibus inuiſi erant. Mox Theutrō oppidum fuit, Scopia modo. Et aliud Las nomine, iuniores Vathi nominant. Inde Gythium emporium Spartanorum inſigne, habet enim nauium ſtationem manu effoſſam quam Trinaſum uocabant, cuius meminit Liuius, oppidum omnium maritimarum rerum Lacedæmonijs receptaculum dicens: Valida olim urbs, & multitudine ciuiū incolarumq; inſtructa. Quam modo Græci (licet in breue redacta ſpatium ſit) Paleopolim uocant, cui ad orientale latus fluuius ex propinquo paruoq; lacu emanans in mare uadit, imminebatq; Gythio Pleias caſtellum. Neque ab eo longè Eurota qui amnis per Laconum fines deuoluitur, in Menalio exortus monte haud procul ab Alphei fonte, qui propter Lacedæmonem fluit & longum per campum diſcurrens paludem efficit, cuius ripæ lauro abundant. Hinc paluſtris ora eſt, & uicus Helos nomine, id eſt, palus qui priſcum adhuc uocabulum ſeruat, quę prioribus annis ciuitas extitit,

quam Helius Perſei F. condidiſſe perhibetur à quo nomen accepiſſe, non autē à palude ut quidam uolūt. Inde Acra ſiue Acria, aut Acta oppidum. Item Biandyna nunc Prignicos. Poſt Aſopus à quibuſdam Cypariſſia, cum portu in Cherroneſo ſita, quod caſtellum à recentioribus modo & Aſopum & Rampanum appellatur. Quod Onugnatos uel Zarix promontorum ſequitur Xili modo, Zaricis mōtis extrema, quidam & Cinethium uocāt. Quod Dionyſius Halicar. à quodam ex amicis Æneæ appellatū dicit, qui non longè inde defunctus, in eius montis uertice ſepultus eſt & ab eo montem Cinethium denominauit. E cuius promontorij regione ad auſtrum circiter quinque mil. paſſuum interuallo inſula Cythera iacet, ſexaginta in circuitu, quæ antea teſte Plinio Porphyris appellabatur, nūc apud iuniores Cirigo dicitur, commodis inſtructa portubus & eiuſdem nominis oppido, Maleam ſpectante. A qua Venus dicta eſt Cytherea, quum in eam primum dum in mari eſſet concepta deuecta eſt. Licet aliter Heſiodus, nam Cytheream ciuitatem Cypri eſſe dicit in qua enutrita Venus, unde Cytherea cognominatur. In qua inſula Phryges duce Ænea quum perueniſſent, templum Veneri conſtruxerunt, & urbem ad mare Scandeam nomine portui imminentem. Cui ad meridiem parua eſt inſula Epla olim, & à quibuſdam Limera, modo nautæ Louo dicunt: Quæ quum commodiſsima portu ſit, ut ſcribit Apollodorus Limeram, quaſi Limeneram, id eſt, portuoſam appellatam eſſe, nomine permutato. Inter autem Cytheram Cretamq́ inſula eſt Æglia quam iuniores Cicirigum uocant, Phalaarna Cretæ oppidum contra. In continente autem poſt dictum promontorium Boë ſiue Boia urbs fuit, in cuius hodie loco Vatica caſtellum eſt, Cui in mari inſula obiacet Teganuſſa quondam, modo Ceruorū dicitur ſcopuloſúsque prope Cothon. Hinc Malea promontorium attollitur, haud acutum, abſciſum undique & in profundum præceps, à quo Maleacus ſinus qui & Laconiæ dicitur, illud caput Malium uulgo nominatur: longè intus nauigationem habens aſperam, tamen ſtationes & portus in ea ſunt: Supra Maleam ut ait Strabo non eſt tuta nauigatio propter aduerſos uentorum flatus, ideo à nauigantibus ob periculum longè à conſpectu circumitur. unde illud:

Dubijs Malea uitata carinis. Et Statius:

Et raucæ circumſonat ira Maleæ

Cui monti nomen Maletus Tuſcus rex (qui præter opinionem Silij Italici tubam primus inueniſſe dicitur) indidit: Is enim quum piraticam exerceret montem hunc ad habitandum elegit, ubi Apollinis templum extruxit appellauitq́ Maleoticum Apollinem. Poſt montem in Argolico ſinu Phalerea urbs quondam fuit, frequēs olim propter egregium portum tutasq́ ſtationes. Mox Minoa portus & caſtellū. Et alius inde Iouis ſaluatoris appellatus, ubi Epidaurus oppidum Limera cognomine in Cherſoneſo anguſtiſsi-

ſtiſsimo collo continenti annexo poſitum, meridiem ſpectãs, hodie Malvaſia dicitur, ut inquit Plinius, inſulam eſſe deſijt, nam è mari eam terræ motus abſtulit continentique iunxit. Cui ad auroram in pelago Pythiuſa inſula eſt, haud magna, item Irine ephyræq; ſcopuli. Poſtea eſt Cyphanis uel Cyphanta portus nobilis, qui nunc Lebote dicitur, quem Cyphanta oppidum Eriches modo deſpicit. Poſtea caſtella quædam ſunt: ut Caraca Zarex olim: Cypariſſium, Agiolinidum huius ætatis uocabula, Et Praſia parua urbs, in cuius nunc loco, Tiros caſtrum eſt: unde Thyrea amnis, Lacones ab Argiuis diſterminans: Igitur in Argiæ ora primum oppidum eſt Aſtrum, in rotundi montis uertice ſitum, qui mons in Cherſoneſi forma, circumdatus penè à mari eſt, à quo uadoſus flectitur ſinus. Et in eo poſt Aſtrum ſiue Stellam, ut iuniores modo uocant, fluuius haud magnus ex propinqua palude effluit, Ciueri nunc dictus, non Inachus, quamuis circa hunc locum, ut ſcribit Ptolemæus in mare feratur, quum non propter Argos urbem decurrat, quomodo maiores tradunt, ſed medio in curſu abſorbeatur à terra, ſiue aluei repletione diſperſus. Nam ea in parte qua Ptolemæus fontem eius notat, per profundiſsimum uallem circiter quatuor millia paſſuum amnis inter ſaxa elabitur, qui quum ad planitiẽ propinquatur qua Argos inſidet euaneſcit, renatus fortè è palude quam diximus, non tamen ſignata humo, eius decurſus cernitur unde legimus: Inachi apud Argos ne alueus quidem relictus eſt: Inachus ut eſt apud Solinũ, rex Argiuorum fuit præclariſsimus qui quoniam in flumen decidit, nomen illi obuenit: Alij non in flumen eum cecidiſſe, uerum à ſe flumen nominaſſe di unt. Poſt autem Inachi oſtium Nauplia Argiuorum tum nauale eſt, ſic proprie dicta quod eò naues nauigent, nunc Neapolis dicitur, urbs in promontorio ſita antiqua ſanè, ut admirandæ uetuſtatis mœnia, & alia nonnulla oſtendunt: Sunt qui à Nauplio Palamedis patre qui eam condidit appellatam dicant, nam & mons eſt ibi imminens qui adhuc filij nomine Palamedis ab incolis uocitatur. Hic mons à parte aquilonari urbis excellit, arctam inter ſe & mare uiam relinquens, qua progredientibus ex urbe iter ad Argos per ingentem ſtatim planitiem præbet. Hinc Hermionicus expanditur ſinus in quem poſt Nauplium locus ſpeluncis frequens in labyrinthi modum ædificatus, Cyclopeas tum illi uocabant: ubi Tirynthis ciuitas fuit, cuius mœnia condidiſſe Cyclopes quidam ſcriptores Græci aſſerunt, in qua genitus Hercules fuit, unde Tirynthius appellatur. Mox caſtellum Phliu quod quum ad quatuor mill. p aſſuum ſupra mare eſſet ad Celoſſam montem ſitum, dictúmque Phliaſium, incolæ inde emigrantes illud ad mare ædificarunt, à Phliunte ut aiunt Æginæ nymphæ patre denominatum. Hinc longam poſt ac præcipitem oram, Hermione urbs eſt haud ignobilis quondam mœnibus præcipuè inſignibus cincta. A qua nomen ſinui eſt, in reducto litore

ſita, nunc Caſtri dicta, eam Driopes condiderũt, è proprio ſolo ab Hercu le pulſi, Rumor in uulgum eſt, apud Hermionenſes compendioſum eſſe inferorum deſcenſum, quocirca nullum ibidem mortuis naulum imponunt, quod ait Strabo. Contra hoc litus inſulæ ſunt: Tiparenus: Epiropia Colonisq́ & Ariſtera. Poſt dictam urbem Scylleum eſt promontorium quod nonnulli Salaminiacum uocant. Nautæ uerò noſtri temporis caput Schilum, quouſque Hermionicus extendebatur ager. Ex quo promontorium in Hermione, quidam dicunt, nomen à Scylla Niſsi F. habens, quæ Mynois cupidine capta, quum ei Niſſæam proditione tradidiſſet, ab eo in profundum deiecta eſt, & fluctibus horſum agitata, ſepulturam obtinuit. Cui promontorio adiacet Æno inſula, quam noſtra ætas Sydram uocat. Hinc Saronicus ſinus aperitur, qui quum querno olim nemore eſſet redimitus, uocabulum inde accepit, ita Græcia antiqua appellãte quercum: à quibuſdam uerò Salaminiacus, & eius pars intima, Iſthmiacus, qui ſinus excelſis quaqua uerſum montibus includitur. Eſt inde Troëzene urbs inſignis, cui Troëzen unus ex Pelopis filius nomen dedit, nunc Damala dicitur, quæ ſacra Neptuno erat, à quo etiam Poſidonia uocitabatur, item & Coriphaſſium, ubi omnes uitia pedum ſentiunt. Diſtat urbs à mari duobus mille paſſibus, cui Calauria inſula obiacet ſtadijs quatuor interfuſo mari, à continenti delapſa, portum efficiens, in qua Neptuni aſſylum dicatum fuit: Noſtris uerò temporibus incolæ relicta urbe in inſula oppidum conſtituerũt, ac dein omiſſum illud in continente apud montes aſperrimos habitacula poſuerũt, cõtra quam Belbina, Liſia Baucidasq́ paruæ inſulę ſunt. Poſtea Cherroneſus Methana, & ciuitas quondam eiuſdẽ nominis locus natura munitus, nunc aũt Fanari dicitur. Mox Epidaurus urbs, Epitaurus ante Pigiada modo, ſed longius à litore quam antiqua erat, clariſſima tunc Eſculapij templo, in quo uaria morborum genera curabantur. Olim terræ motu quum inſula eſſet continens facta. Nam apud Suetonium in Claudij uita legimus: quum quidam, ægra & effecta mancipia in inſula Eſculapij tedio medendi exponerent, liberos eſſe ſanxit. Nec minus optimorum & generoſorum equorum fertilitate gratiſsima: unde illud. Domitrix Epidaurus equorum. ſita urbs eſt in ipſo Saronici ſinus receſſu penè intimo frequentem uinetis campum habens. Cui retro à mari Sicyon alta & eminens eſt. Hinc litori circiter ſex mil. paſſuum in mari inſulæ obiacẽt: Cetiphalos, Sytioneſosq́. Inde Spiræũ promontorium quod ſpectant inſulæ: Eleuſa, Dendros, Graugiæ duæ, & Cetiæ duæ & Secaloſa. Et ſub eo portus quem Ptolemæus Athenienſium uocat. Et alter inde Bucephalus. Poſtea Cenchreæ Corinthiorũ nauale & emporiũ ubi uicus & portus penè ſub ipſa urbe qui ſic adhuc uocat̃. Ad quẽ applicãt qui ex Aſia nauigãt. Neq́ longe inde Ceneriũ oppidũ in eo ſpatio interijt, ubi Iſthmo Ægeũ mare ab Ionio prohibet̃. Poſtea circiter 6. mil. paſſ.

paſſ. Schœnuntis portus eſt, ubi anguſto tramite nauigia tranſuectantur, ibiq; Neptuni Iſthmij phanũ extiterat, & quinquenalis ludus, Pityarum arborum luco redimitũ. eſt in Saronico ſinu penè medio Ægina inſula ſic adhuc appellata ab Ægina Nympha ex Phliunte orta, dicta, ut paulo ante diximus, quod ſcribit Diodorus: alij Aſopi regis Boëtiæ, à Ioue in ſpecie ignis grauidata, cui nomen antea Enopia fuit, Herodoto teſte. Et item Ouidius: Strabo uerò à loco Epidauriæ terræ exaduerſo inſulæ ita appellato: quæ imperium quandoque maris tenuiſſe memoriæ proditum eſt, contraq; Athenienſem populum in nauali ad Salaminam prælio, de principatu contendere non dubitaſſe, qua tempeſtate Perſæ Græciam inuaſerant, nam ut eſt in hiſtorijs, perſæpe maritimis certaminibus re ſtrenuè geſta ſuperbè turgebat, pollens opibus magnamq; triremiũ multitudinem paratam habebat, quibus rebus confiſa per æmulationem ſemper quacunque in re ab Athenienſibus diſſentiebat: Cuius ambitus uigintiquatuor mil. paſſ. Conſtat duodecim fermé ab Atticæ Peloponeſiq; litoribus abſens: ſuæ appellationis oppidum ad meridiem habẽs: Ager in ſuperficie lapidoſus, interius autem terræus, cuius cultura non niſi ordei ferax, ex quo incolæ Myrmidonas appellatos ferunt, non ut in fabulis, ſed quum uelut formicæ terram effodiant, lapides aſportent, quo culturæ aptior ſit atque foſſis inhabitent. Non enim lateritijs utebantur caſis: Huic inſulæ ut ſcribit Plinius ſecunda fingendi laus fuit, ex cuius officinis bos ille æreus qui Romæ in foro boario exiſtebat conflatus eſt: Similiter & candelabrorum ſuperficies iſthic elaborata aſſeritur. Cæterum Æginenſes ad Cydoniam Cretæ urbem colonos demiſere: Nec minus in Vmbriam, cui paruulæ quædam circumiacent inſulæ in continentem uerſæ. Poſt autem maritimam Peloponeſi deſcriptionem, mediterranea ſequitur. Et primo dicemus montes, quorum medius penè Stymphalus eſt, Poglizi modo ad ſeptentrionem, magis Achaiæ imminens. E quò Eraſinus naſcitur fluuius, & per lacum quem Stymphalidem appellant tranſiens. Vnde aues uocatas Stymphalidas ab Hercule ſagittis & tympanis fugatas poëtæ finxerunt. Ipſum autem fluuium in terram ſubmerſum perq; uigintiquinque mil. paſſ. ocultum in Argiuo dehinc agro emergere: & campũ irriguum reddere Ouidius ait:

Sic ubi terreno Lycus eſt epotus hiatu
Exiſtit procul hinc, alioq; renaſcitur orbe:
Sic modo combibitur, modo recto gurgite lapſus
Redditur Argolicis ingens Eraſinus in aruis.

Quem Arſinum quidam uocant: cuius nominis & alij ſunt, ut in ſuis locis dicentur. Eſt mons alius Taygeta in Laconia Portes nunc ad auſtrum longè excurrens in Tænario promontorio deſinens, ubi uenabantur uirgines, Libero & Apollini ſacer, non grandis admodum, cæterum excelſus

uerſum mare, & rectus, ad aquilonem Arcadiæ radices contingens, adeò ut in medio uallis relinquatur, qua Laconiæ Meſſenia coniungitur. Sic quoque dictus à Taygeta filia Agenoris regis Phœnicum: mons eſt niualis ac frigidus uehementer. In quo lapidicinæ ſunt lapidum Tęnariorum: in eóque Smaragdi inueniuntur plurimum uiriditatis nec non imaginum maculas habentes. Inde ad orientem mons eſt Cronius recentiores Greuenos. Eſt & Zarix qui tractum omnem orientalem obſidet uocatúrque nunc ab incolis plaga illa Zachonia, in Maleámque terminans. Stymphalo autem occidentalior mons eſt Pholoë, Xiria nunc altus ac ſyluoſus totus in quo oppidum ſui nominis fuit. Cui monti teſte Diodoro Pholus centaurus nomen dedit: ait enim quum Pholus Herculem hoſpitio recepiſſet, illicꝙ defoſſum uini dolium obtuliſſet, cuius odor ad propinquos delatus centauros ebrios reddidit. domum igitur Pholi aggreſſos, Hercules occidit: uerum quum Pholus centauros ſepeliret, euulſa à quodam eorum ſagitta uulneratur, quo uulnere obijt, hunc Hercules magnifice tumulauit ſub monte à quo mons dein cognominatus eſt. Alius etiam attollitur mons Mynthe ſiue Menta, ſic eum Strabo uocat, Olonos incolæ modo uocant ad meridiem prope Pylos, quam Mentam Plutonis Pellicem extitiſſe fabulæ tradunt, eam quum Proſerpina dolo circumueniſſet in Hortenſem mentam transformauit. In eo enim menta herba abundat: Iuxta quem Plutonis templum erat: & ſuper campum Pyliacum, lucus Cereris, egregia fertilitate conſpicuum. Duo inde fluunt amnes Dalion et Acherõ qui in Alpheum uadunt. Item mons Neris in Argiuis: unde illud:

Quæꝙ pauet longa ſpumantem ualle Charadon
Neris.

Eſt Chardus amnis per eam uallem effluens, ſaxa natantia euoluens. Similiter & Nonacris Arcadiæ mons circa quem aqua mortifera manat nec odore notabilis, nec ſapore Styx ab incolis appellata aduenas fallens, quia non facie, non odore ſuſpecta eſt, quæ non aliter, ac gipſum conſtringit, & alligat uiſcera. Brabaſthenes quoque mons eſt à Lacedæmonia decem millia paſſuum diſtans uerſus mare. Item Cyllene mons maximus, à Cyllene nympha denominatus, eius ad perpendiculum altitudo (ut quidam aiũt) duorum millium & quingentorum paſſuum. In quo Mercurius natus eſt, unde Cyllenius appellatur, qui in Ichthin promontorium perducitur, ad cuius radicem auroram uerſus Alpheus in mare præterit, in quo primum Mercurius Lyram fecit. Quidam Maiam ibi eum eſſe enixam: circa quem teſte Plinio, nec uſquam alicubi merulæ candidæ naſcuntur. Præterea mons eſt Lycæus in Arcadia, uarijs ueſtitus arboribus unde dictum eſt:

—Et opaci rura Lycæi. Et rurſus:
Conſitaꝙ arboribus Lycæa relinquerat arua.

In quo

In quo Lycæi Iouis templnm locatum fuit. Lactantius autem grammaticus in Lycæo Panos templum fuiſſe ait. Menalus deinde mons amœniſsimus eſt, propinquus Argo ſyluis undecunque redimitus: quod Maro notat:

Menalus argutumq́ nemus pinosq́ loquentes
Semper habet, ſemper paſtorum ille audit amores.

Nam regio circũ ad ouium paſcua bona admodum eſt: In Menalo oppidum Melæneæ fuit, quod & Menalus à montis uocabulo dictum, inter Heræam & Megalopolim ſitum. Poſtea Herimantus à quo eiuſdem nominis fluuius in Alpheum defluit, ex aquis in nemoroſo iugo ſcatentibus deriuatus. Cuius etiam nominis cupreſſo arbore denſiſsima ſylua iuxta montem pullulat, Arcadiæ finibus contermina, in qua Hercules aprũ agros uaſtantem cepit: Aliqui uolunt Erimanton locum eſſe iuxta Parthenios agros, ubi Hercules de apro, & de auibus triũphauit. Mons quoq́ Arthemeſius eſt in Arcadia, ab Arthemiſia herba in eo naſcente quam Chiron ibi primum reperit, denominatus. Eſt & Parthenius à uirginibus dictus, quæ ilhic uenari conſueuerant: de quo Virgilius:

Aut apros uenabor acres, non me ulla uetabunt
Frigora Parthenios canibus circundare ſaltus.

Ac præter iam dictos mons eſt Apheſantus nomine in regione Argia: de quo Statius:

Mons erat audaci ſeductus in æthera dorſo
Nomine Lernei memorant Apheſanta coloni
Gentibus Argolicis olim ſacer.

In quem Adraſtus Argiuorum rex quum expeditionem in Thebanos acturus eſſet unà cum Melampo uate aſcendit uiſurus quid ex bello Argiuis euenturum eſſet. Poſt autem montes ciuitates ſunt, & eæ primum quæ propriè in Achaia habentur. Pheræ cuius nominis alteram ad mare poſuimus nũc Sanctus Georgius, Elice inde, quam urbem Euſebius terræ motu abſorptam dicit: & Strabo à fluctibus deletã, nam quum terræ motus in ſublime pelagus extuliſſet ipſam diluuij inſtar abſorpſit ſimul & Neptuni templum Eliconij, cuius urbis calamitatem noctu incidiſſe Heraclides cõmemorat, ipſamq́ licet ſtadijs duodecim diſtaret à mari, toto cum loco fuiſſe obrutam, duxiſſeq́ nomen teſte Igino ab Elice nympha Oleni Vulcani filij gnata, quæ una cum ſorore Ægan Iouis nutrix fuit, quod ſcribit Homerus. A qua 5. mil. paſſ. Bura urbs mari incumbit, quæ dicta eſt à Bura filia Ionis filij Xuthi & Elices, quam ex frequenti terræ motu abſorberi contigit, ut Ouidius atteſtatur:

Si quæras Elicen & Burin Achaidas urbes
Inuenies ſub aquis, & adhuc oſtendere nautæ
Inclinata ſolent, cum mœnibus oppida merſis.

In Bura Sybaris erat fons à quo flumen in Italia denominatum eſt. In hoc litore Eraſinus fluuius labiť, ut paulo ante meminimus. Poſtea Pellena eſt caſtellum ſanè ualidum olim quod nūc Zaracha dicitur, cui Taygetā uerſus ampla & fructifera uallis adiacet, Pellena Diacoptum nunc ab incolis dicitur: eſt & uicus Pellene: ſunt Pellenenſes ex Cephallenia teſte Herodoto. Fuit & Pellena aliud ab hoc oppidum in Laconica ſitum iuxta Megalopolitanum agrum. Eſt & Caradron ciuitas iuxta montem Neritem penes eiuſdem nominis flumen, ut anteoſtendimus. Hinc Sicyoniæ terræ in qua Phlios urbs quam Statius pecoroſam cognominat. Inde Sicyon urbs quæ ante Mecona poſt Ægialum nomen appellabať nunc Vaſilica. Quæ quum tribus millib. paſſibus à mari in edito tumulo Cereri dicato reædificaretur Demetrij perſuaſu (ut Plutarchus ſcribit) ſuo de nomine Demetriadem appellari iuſſit, uetus ædificium quum ad mare eſſet à Phoroneo Argiuorum rege, ut quidam uolūt poſitum, emporium cum portu. Sicyoniæ terræ atque Corinthiæ terminus eſt Nemæa fluuius cuius nomine etiam ſylua eſt. Verum Statius:

Qui Drepani ſcopulos, & oliuiferæ Sicyoniæ
Culta ſerunt, quos pigra uado Langia tacenti
Lambit.

Videtur Langiā fluuium eſſe (ut hic Statius) quem Strabo Nemæam uocat: nam & Langia fons eſt, ut infra dicemus: Plinius hæc urbs diu officinarum omniū metallorum patria fuit, quę deorum ſimulacra nobiliſsime expreſſerat. Fuit Sicyoni propinquus Selleis fluuius, alter ab eo ſuperius dicto, & ei uicinus pagus Ephyra. Super Sicyoniū campum Orneæ oppidum, cui nomen pręterlabēs fluuius dedit, incolarum tum copia frequēs. Hinc eſt Corinthus urbs à Siſypho latrone Æoli F. cōdita ut Euſebius tradit: Ephyra prius dicta teſte Plinio, quæ euerſa, à Corintho Oreſtis F. reſtaurata, Corinthus denominata fuit, cognomine ſupercilioſa ob eius oppoſitionem. Sunt qui dicant Cercyram quoq; uocitatam quandoque ſub qua Orneus amnis elabitur. Vrbs quondam Achaiæ caput, totiusq; Græciæ (ut inquit Cicero) lumen in duo maria Ionium & Ægeum quaſi ſpectaculo expoſita: quare Statius:

Iam pronis Gradiuus equis Phyrea præmebat
Litora, qua ſummas arce Corinthus in auras caput
Extollit, & alterna geminum mare protegit umbra.

Imminet enim Iſthmo ad meridiem, arcem in ſummo monte munitiſsimam habens quę ſola hodie reſtat, aſcenſus ad tria mil. & quingenta paſſ. reliquum uerò urbis in campo ad utrumque mare diminutum eſt. Erat enim ſub arce in radice montis ad aquilionem uerſa: quam eodem nunc nomine, licet corruptè iuniores appellant. Romani eam funditus euertere L. Manlio Cos. ex S.C. quia ibi legati Roman. uiolati erant: ſed direptam primum

mum, ut ait Florus, dein tuba precinente deletam ac incenſam. Quare cõfuſa ſtatuarum metalla, auri, argenti, ęriſq́ ſunt, ex quo æs Corinthiũ precioſius cæteris habebatur, quod ſcribit Plinius: cuius urbis circuitus undecim mil. paſſ. complebatur. In montis uertice ædiculá Veneris ſacrá erat, infra uerticem Pyrene fons perſpicuas ad imum habens aquas, potui ſuauiſsimas. Vrbem diutius poſt caſum ſuum deſertam Diuus Cæſ. reſtituit, propter bonum terræ illius ingenium ut ait Strabo, miſſis eo colonis frequentibus generis Libertinorum. Inde caſtellum Sollygiá fuit in colle ſui nominis ſitum iuxta litus Criſſei maris Hinc Elidis terra quæ Epie antea uocabatur: Locus ut ait Polybius incolarum multitudine, & rerum omnium copia inter cæteras Peloponeſi regiones refertiſsima. Quippe magna pars habitantium, ita agriculturæ deditiſunt, ut omnem ſuam ætatẽ ruri agant, nunquam ciuitatem ingrediantur, amœna omnis. Nam templorum uarijs dijs, ſicut & Elaphiæ, ac Daphniæ, id eſt, Ceruariæ atq́ laureę, Dianę, Veneri ac nymphis dicatorũ pleniſsima eſt, frequẽteſq́ intereundum Mercurij ædes adſunt & luci, & florida uireta propter abundantes aquarũ fontes. In qua mediterraneæ ſunt urbes: Elis oppidũ ſpecioſis uiris, tum fœminis prędítũ: in cuius nunc loco caſtellũ eſt Chalaurita, Homeri ætate muris nondum cincta, quam Strabo curuã Elicem uocat, quia ei ſic obtigit: fertilitate præſtans ubi tubera nobiliſsima naſcuntur. Quod quum Perſæ bellum Græciæ inferrent, multi in unum populi conuenerunt, & eam quæ hoc tempore cernitur ciuitatem condiderunt, quod ſcribit Diodorus: Per huius atque Pyſæ terminum Eliſſus ſiue Eliſſa flumen labitur, per ipſam uerò Elidem Alpheus fluit. Mox Bupraſium oppidum fuit, non ſanè ignobile, ut ſcriptores tradunt, nunc loco tantum uocabulum reſtat, & eſt in uia qua ex Elide Dymã proficiſcitur. Sequitur olympia Pyſa urbs ubi nunc Stauri oppidum à iunioribus, quod uallibus undique cingitur, cui Ortonius mons imminet, numini olympij Iouis tum dicata, ubi eius delubrum erat ludis atq́ tot oblatis ex uniuerſa Græcia muneribus clarum: In quo eiuſdem dei ſimulacrum Phidiæ opus, per quã Alpheus amnis labitur. Sunt qui Pyſam à fonte Pyſa appellatam dicant, qui fons dein Beſa uocitatus eſt: alij à regione quæ Pyſa nominabatur in qua etiam regione Salmone urbs eſt, fonti ſui nominis uicina, de quo fluit Enipeus Alpheum ingrediens, qui dein Barnichius eſt dictus: Diodorus Salmoneus ait ex Æolo Deucalionis F. natus, ex Æolide cum magna ſuorum manu profectus cõſtitit in Elea apud fluuium Alpheum, ubi ciuitatem à ſuo nomine Salmoneam condidit. Fuit etiam ciuitas Ies in monte ſui nominis poſita ſex mil. paſſ à mari, quem montem Alpheus præterfluit. Item Aleſium quod poſtea Aleſiæuu oppidum uocatum eſt. Mox Heraclea urbs nõ longè à Salmonea, diſtat ab Olympia locus (ſuſtulit enim eam antiquitas) quinq́ mil. paſſ. ferè, ad Cytherium flumen poſita. ubi Goniades nym-

phæ ſacellum habent, de quibus opinio eſt, ut aquis earum morbos ſanitati reſtituant. Et nõ longè ab olympia Epina urbs interijt per quam Parthenius excurrit amnis. Inde eſt Coryne, à quibuſdam Corena ſiue Corone urbs Antilodum modo. Dein nõ multo Hypania quæ nũc Acumba dicitur, ſub qua Acheron & Dalion exigui amnes in Alpheũ cadũt. Eſt quoq; Leprium ciuitas quę ad mare quondam fuit, ubi nunc Chaiapa caſtellum, ad Pylum in 5. mil. paſſ. ferè. Circa Leprium montes ſunt qui ad mare uſq; perueniunt, iuxta Neptuni Samiacũ ſacellum. Sub his duo ſunt ad litus antra, unum nympharum Anigriadum, ut ſuperius meminimus. In altero monſtrantur facta de Atlantidibus & Dardani procreatione. circa Leprium bina iecinora leporib. translatis aliò interijt alterum: ſicut in Crana reperire inſula indicauimus: & in Cheroneſo ad propontidem fama eſt. Sequitur Chaan urbs quondam Leprio uicina quam Acidõ amnis præterfluebat, ubi Æphaſius campus aperitur. Inde oppidulũ Tympania à quibuſdam Typaneæ à Typæo monte fluuio Acidoni appoſitũ quod incolæ Strouizi modo uocant. Poſt autem Eliden Arcadia regio eſt, quam Amarinthus fluuius in Alpheum irrumpens ab agro Pyſeo diuidit, ab Arcade Iouis F. denominata, dicente Euſebio, Arcas filius Iouis & Caſtillonis Pelaſgis in ditionem redactis, regionem ipſorũ Arcadiam nominauit. Plutarchus, Ferunt Arcadas primum Græcis in Peloponeſo fuiſſe cognitos, quum ea regio Apia etiam diceretur, unde Apij Arcades mutato nomine appellati ſunt: Quæ quondã Lycaonia dicta eſt Dionyſio Halicar. teſte: Item & Parrhaſia quandoq; appellata: alij nemus in ea, ut Statius Parrhaſiumq; nemus, ubi Calliſto à Ioue compræſſa eſt, ſylua poſtea Helice nomẽ accepit: Quidam à ciuitate tum idem nomen gerens, quam meminit Homerus. Strabo Arcadicæ gẽtes Græcam nationẽ uetuſtate præſtare credũtur: At enim propter omnimodam regionis uaſtationẽ haud ſanè longior de illis ſit oratio, oppida namque bellorũ aſſiduitate deleta ſunt funditus, quę ſuperiorib. ſęculis fama nobilitauerat, ex quib. temporibus agrorum cultores defecerũt: Fertilia pecori fuere paſcua præſertim equis atq; aſinis, equarũ ſuppoſitoribus. hæc ille. Cuius uerba libenter ex hoc retuli, ne ſi cum priſcis locorum nominib. præſentia comparauero, pręter paucis, minime mirandum ſit, licet caſtellis plurimis refertus locus, omnia tamen ab antiquis uel tranſpoſita, uel denuo ædificata ſunt. Pauca locum priſcum, quẽadmodum & nomen tenent. Quod etiam Thucydides probat (ut ad gentis primordium redeam) uetuſtiſs. Arcadas eſſe, quum dicat hũc morem Gręcię fuiſſe, ut coacti in alienã ire terrã quas fertiles eſſe cognouerãt, eaſdem uaſtabãt ueterib. incolis pulſis, ſed Arcades ob ſterilitatem agrorum commoti non ſunt, & ideo nobiles exiſtimantur. de qua re Ouidius:

Ante Iouem genitum terras habuiſſe feruntur
Arcades, & luna gens prior illa fuit.

Regio frigida & nebulis obnoxia, cur autem id illi contingat Ariſtoteles in problematibus probat. In Arcadia ſcribit Plinius uinum fieri quod fœcunditatem fœminis importet, uiris rabiem, & alio loco. In Arcadia taxi arboris baccas naſci, tam præſtantis ueneni, ut ſi qui dormiant ſub ea cibúmue capiant moriantur. cuius in montibus Asbeſtus lapis naſcitur coloris ferrei. Eſt in regione hac inter alias, ciuitas Hira, ſiue Hæra, Hereum à quibuſdam, in monte iuxta Megalopolim quam herboſam cognominauit poëta quinque millia paſſuum ab Argo diſtans, à Mycenis decem, condita ab Heræo Lycaonis F. quæ Sologorgos ante dicta eſt. Inde eſt Phialia uel Phigalia urbs in montibus ſita nunc Dauia quam Acidon fluuius præterfluit, qui inter Megalopolim & Elidem medius eſt, quem teſte Seneca terræ motus effudit: quidam Ladonem ipſum appellant, amnem placidum é paludibus profluētem, circumiectamq́ue ciuitati regionem Phialam incolæ nuncupabant, pecoroſam cognomento, quod egregio abundet pecore. Eſt inde Lāpa ciuitas à candore pruinarū dicta, Lampo enim Græce ſplendidū dicitur, in niuoſis montibus conſtituta. Sequitur Tegea quę Muchli modo nuncupaт̃ ciuitas amplisſ. agrum habens felicē, Strabonis tempore mediocri ſtatu permanſiſſe, ac præter Aleæ Palladis, ut ipſe ſcribit, reliqua omnia aſsiduis bellis conſumpta: Alea à conditore Aleo in ſyluis. Inde Mantinea urbs altera ab ea q̄ in maritimis eſt cuius interitu Goriza modo dicta renata eſt: eam olim Epaminūdas ſuperatis ſecunda pugna Lacedæmoniјs illuſtrā reddidit, in qua & ipſe diē ſuū obijt, eam urbē ait Plutarchus Argiuis Antigonis conceſſit quum illi ab intregro reficere decreuiſſent, ipſe imp. quum eſſet eius inſtructioni opecis præpoſitus, ex decreto ne deinceps Mantinea ciuitas, ſed Antigonia mutato urbis uocabulo in adulationem Anthigoniј eius qui Philippi Perſæ, procurator regni fuit. Adrianus quoq; princeps ex Anthigonia rurſus ut Mantinea diceret imperauit: atq; ita poſt obtinuit, urbs in amœno loco ſita: ideo Ptolemæus Anthigonia quę & Mantinea. Cynoſura inde locus, à quo minor urſa Cynoſura dicitur. Pſophis urbs quæ Pſophris à nōnullis, antiquiſs. Arcadū eſt, q̄d ſcribit Polybius, et in medio Peloponeſi ſita, circa quem locum nūc oppidum eſt, incolæ Dimizanam uocant: Cuius ab occaſu iuxta mœnia uelociſs. torrens defluit, qui quū magna hyemis parte intrāsfretabiliſ ſit, aditum ad urbem ex eo latere prohibet. Ab oriente Erymanthū habet magnum ac præcipitē fluuium in quem torrens ipſe cadit. Tertium à meridie latus tutiſſ. reddit, quartū aūt quod ad ſeptētrionem uergit collis ſuperat aſper ac difficilis. Poſtea Lyſie ſiue Hyſie urbs nunc Crepa. Dein Stymphalus oppidū Lōganico modo apud ſui nominis montē, cuius ueſtigia penè ſuperſunt, ubi Terentiū comicū interiſſe fama eſt, quidā Leucadiæ Stymphali ſinu. Sequiт̃ Clitor oppidum exciſum modo Gardichi ab illis nūc hominib. cū fluuio ſui nominis, & fons ſub ipſo: de quo ait Ouidius:

Clitorio quicunq; ſitim de fonte leuauit
Vina fugit, gaudetq; meris abſtemius undis.

Eſt non longè inde Lilæa ciuitas diruta. Poſtea Megalopolis, nunc Lundari, olim cunctarum urbium Arcadicarum ampliſsima, in quam habitatum plurimæ ciuitates poſt deleta frequentia præliorum oppida confluxerunt, ex quo nihilo Sparta minor, aut uiribus inferior fuit, nulliusq; imperio ſubdita, in libertate degebat: Eam Cleon, ſiue ut quidam Cleomenes cepit, ſpoliauitq; ac funditus euertit, ut nulla iu poſterū ſpes ipſius denuo ædificandę relinqueretur. In eius agro ignis noctu flagrat, nō acer ſed iucundus, nam frondem denſi ſupra ſe nemoris non adurit. Mox Palatiū oppidum, à quo Romæ Palatium. Item Nonacris urbs fuit montibus ſcepta in qua teſte Herodoto Stygis aqua è petra manat, ſeu diſtillat potius, quam in uaſe quodam colligebant ad iuſiurandum, hoc eſt per aquā Stygis: ea Plinius, nec odore differens nec colore, epota ilico necat. Vnde paulo Phœneum urbs ſita erat, circa quam ut refert Erathoſtenes Nauian fluuium per campum urbi uicinum ſtagnare, & ſubter quædam ingredi foramina: apud etiam hanc urbem Stygis aqua fuerat: In cuius agro lacus eſt urbis nomine, aquæ natura mirabilis, quem deſcribens Ouidius ait:

Eſt lacus Arcadiæ, Phœnon dixere priores
Ambiguis ſuſpectus aquis, quas nocte timeto
Nocte nocent potæ, ſine noxa luce bibuntur.

Poſtea oppidulum eſt Ardania ſub Megalopoli ſitum, uerſus Meſſenem, Oechalia Euryti prius dicta. Dehinc Argiæ mediterranea in quibus primo regio Nemæa & urbs fuit, qui locus Triſtena nūc dicitur, cui Nemęa ſylua proxima erat, quæ & Molorcha dicta eſt à Molorcho paſtore: Qui Herculem uenientem ad occidendum Nemæum leonem ſuſcepit hoſpitio, quæ ſylua inter Cleonas & Phliuntem ſurgit circa montem quem Tritonem uocabant, huius in radicibus aderat ſpelunca ad quam diuertebat belua haud lōgè à Mycenis: ibi de Nemęo leone geſta fabulis prodita ſunt. unde Virgilius:

Et uaſtum Nemææ ſub rupe leonem. Item Lucanus:

In Nemæa ſylua duo labuntur flumina Eraſinus, & Aſterion è Stymphalo ut diximus monte exorientia, inter ſe contraria, nam illud magno ſono & arborū populatione præterit quum alienis aquis intumuerit, iſtud mitè incedit, quorum meminit Statius dicens:

Et nunquam in ripis audax Eraſinus: Et in alio loco:
Driopumq; trahens Eraſinus ariſtas.
De Aſterione uerò:
Celer Aſterion, & fluctibus æquus.

Eſt etiam in Nemæa ſylua fons Langia nomine à nympha ſic appellatus, qui poſtea dictus eſt Archemorus ab Archemoro Licurgi F. qui puer iuxta fon-

xta fontem ſerpentis ictu concidit, ubi annuus agon iuxta illum in eius honorem exercebatur, cuius meminit Statius. Hinc eſt Cleone mediocre oppidum alioquin pulchrum in uia quæ ex Argo Corinthum ducit, in eorũ cõfinio poſitum quindecim mil. paſſ. ab Argo, à Corintho decem: In quo nunc loco Sanuaſili oppidulum eſt. Poſt autem Temeniũ eſt, in media planitie qua itur ab Argo Nauplium, Quo in loco Temenus herous iacet, moles eſt ingentibus erecta ſaxis, tria mil. paſſ. à litore Argolici ſinus diſtans, iuxta quam Lerna fluuius, eodẽ quo palus nomine imbriferis aquis fluit, ideo in æſtate areſcit. Inde Argos Hippium cognomine ciuitas ferè antiquiſs. Græciæ priſcum nomen adhuc ſeruans, à qua regioni nomen eſt, inter alias nobiliſs. Nam Liuius, Argos & Lacedæmones duas clariſsimas urbes, lumina quondam Græciæ. Quam Danaũ, ut apud Diodorũ legimus, ex Ægypto profectum cõdidiſſe ferũt. Quapropter & apud has nationes antiquo more circumcidebantur pueri ab Ægypto ea conſuetudine traducta, à quo qui antea Pelaſgi nominabantur Danai poſtea uocitarentur: Alij à Phoroneo rege ante conditam uolunt: quæ floruit ea tempeſtate qua Phœnices Io Inachi regis filiam eripuerunt: duabus prædita arcibus quarũ altera quæ adhuc reſtat, quum reliqua omnia urbis funditus euerſa ac deleta ſint, colle eminẽte ſita eſt, Lariſſea à collis nomine tum uocitata: unde Lariſſeus apex, Collis ipſe ea parte qua mare ſpectat acliuus eſt, lenem aſcenſum præbens, reliqua autem latera præcipuè quod in aquilonem uergit, recta atque ardua rubentib. petris in profundam uallem deſinunt, qua Inachus inter ſaxa labebatur, ex Lyrcio colle penes Cynoſuram montem Arcadiæ ortus, uiolẽtus tum ac ſpumeus: Inde perpetum iugum montis Parthenij ad interiora prouehuntur: Hinc ad auſtrum uſque mare planities, quæ curuatur in magnum ſinum uadoſum totum, cuius extrema alterũ Nauplia, alterum Aſtrum tenet: urbi ſubiectus ager, ut Ariſtot. tradit, q per Troiana tẽpora propter paludes, paucos alere poterat, exſiccatis poſtea locis, ſolidus commodusque ſucceſſit, qui abundantia frugum Libycus ager cognominatus eſt. Alij quod ex Libya primo huc illata ſint ſemina, quod ait Feſtus: quam ob cauſam & Ceres ab Argis Libyſſa uocata eſt: Nec frugum modo ſed equorum quoque regio fertilis, ut Homerus teſtatur: quare Argos nonnulli cognomento equeſtrem dicunt, uel equorum alumnum, licet Pelaſgicum, & Iaſidum à principibus & Inachum ab Inacho fluuio nuncupatum legimus. Mox Proſymna ciuitas Argiuorum fuit & alia Thyrintia. Inde Mycene urbs egregia quondam, quæ Charia modo dicitur ſex mil. paſſuum ab Argo abſens, à Perſeo condita, cognominata autem (ut quidam uolunt) à nympha eius nominis. Quam urbem Argiui inuadẽtes radicitus euertere agrumque ipſi & Cleonei ac Tegeatæ inter ſe diſpartiuere: olim enim Mycenæ ſolo præſtabãt, ex quo malum illis accidit: unde Virgilius Iunoni Samos, & Mycenæ dites. Neque

longè ab ea urbs Aſine, eſt, Hermionica cognomēto Vulcanos nūc dicta, Strabo Argiuę terræ pagus dicit, & Driopum domiciliū, quam Driopes ipſi condiderunt ut Diodorus author eſt: pulſi enim ab Hercule domo eorum rege interempto alij in Euboeā, alij in Cyprū conceſſerunt, reliqui Euriſtei Herculis hoſtis præſidio freti tris urbes in Peloponeſo cōdidere: Aſinem, Hermionē, Eionem. Meſſeniorum hinc terra eſt, quā fructuoſam eſſe Euripides ſcribit, aquisq; irriguā, paſtoribus copioſam, nō hybernis flatib. neq; æſtatis feruidis ſolibus moleſtā. in ea lapis Achates reperitur. Huius regionis Olura ciuitas fuit in ualle ſita, quam quidam Dorion uocant, cuius in agro, muſæ Thamirim Thracē cantandi uſu priuauerūt. Neq; ab ea procul Oechalia urbs exilis Andania deinde dicta. fuit quoq; Oechalia altera in Theſſalia. Et alia Amphygenia cuius urbis Homerus meminit, etiam Statius. Hinc Aliartus urbs apud quā Lyſander à Thebanis occidit: ubi Niocaſtrū modo. Mox Ithome oppidū nūc Grebegni dictū, & eſt illa arx in rupe ſita quā fuiſſe Meſſenię urbis ad mare diximꝰ, cuius cętera collapſa quæ iuxta mare erant, ſola arx ipſa remāſit, quæ in mediterraneo uergebat, Ideo Ptolemæus hic à mari procul, quemadmodū & Acrocorinthos, id eſt, Corinthi arcē poſuit. Dein Troëzen ciuitas, nunc Treſina quā Theſeiā cognominat Statius (altera ab ea quæ in maritimis ſedet) q̄d Theſeus huic urbi iter obſeſſum à latronibus liberū præſtitiſſet, cuius in agro carbunculus gēma reperitur, uilis tamē. Laconiæ quæ & Lacedæmoniæ deinceps regionis deſcriptio ſequitur, quæ Oebalia quandoq; dicta eſt ab Oebalo Heroē, unde Ouidius loquens de Caſtore et Polluce qui fuerāt ex Amycla ciuitate Laconiæ inquit:

Effugere Oebalidæ curſu potuere potentes. Et Statius:

Soluerat Oebalio claſſem de litore paſtor.

Dardanius hæc regio ut ſcribit Strabo centenis urbib. quondā fuit: & ob id Hecatompilon uocitatā: deinde quemadmodū & Arcādia tota deſolata eſt: adeò ut præter Spartam, exilia quædā numero circiter 30. reſtare oppidula. Latum arandi campū Laconia habet, cęterum cultu difficilem, inter mōtes enim curua, circumeuntib. collib. dura atq; aſpera, hoſtibus ad incurſandū minimè patens. Hic marmor uiride naſcitur, quod Græci Ophites, nos ſerpentinū uocamus, ut in Dionyſa inſula ſcripſimus, quod etiam Lacedæmoniū dicitur. Erat in regione inter huius atq; Argiæ montana Thyreæ ciuitas, quam amœnā fuiſſe Homerus ait & Sellas oppidum ſuper Eurotā fluuiū. Erat et Cardamyla urbs in petra ualido munimine olim, propè mare ſita caſtellū modo Sapicū. Hinc Lacedæmō urbs magna quondam in cauo & in æquali cāpo qui ſtagnari ſolitus, ideo lacus uocabatur dein aridus factus, ſita, Iunoniq; ſacrata, nunc uerò ſublata uetuſtate urbe eius arx in petra aſcenſu difficili reſtat, quā Miſitra hæc ætas uocat. Sub qua ad Eurotā amnē magnæ urbis fragmēta apparēt, ubi ſub ipſis prope

mœnibus

mœnib. fluebat, quæ urbs regioni teſte Homero nomen dedit, à Lacedæmone Semelæ F. ait Euſebius condita, Quæ & Sparta aliquādo dicta fuit, à Sparto Phoronei regis F. qui eodem authore teſte urbem ampliauit: Aliter Trogus atq; alia de cauſa Spartā dici uult: ſiquidem quū Lacedæmonij ab uxorib. domū reuocarent (decē quippe annos in obſidione urbis Meſſeniorū conſumpſerāt) illi obſtinatione quadā, iuuenes eligunt qui domū reuertant, ſuiſq; cū uxorib. permiſceant, ex quib. geniti ob notam materni pudoris, Spartani uocati ſunt: Fuit quoq; & urbi & regioni cognomen Cetoeſſa, ut apud ſcriptores quoſdà reperit: Strabo ſiue à Cetis, id eſt, balenis, ſiue quoniā magna eſt à magnitudine dicatur: ſubinde Cæteſſa quia herba Calamintho, id eſt, nepita uehemēter eſt abundans: alij ad rimas appellari quas terræ motus efficiunt, qui cæti uocantur, Laconicā uerò frequētibus terræ motib. agitari: legimus enim apud Plinium Anaximandrū mileſiū Phyſicū Lacedæmonijs prædixiſſe, ut urbem ac tecta cuſtodirēt, inſtare enim motū terræ, & tum urbs tota eorū corruit, et Taygeti montis magna pars ad formam puppis eminens abrupta clade eam inſuper & ruina preſsit. A qua urbe haud procul uerſus orientem defluit Eurotas flumē quod modo Iris ab incolis dicitur, ex maiore parte anni propter profunditatem intransfretabile, & quia in margine laurus pullulat poetæ ſacrarunt illud Apollini, dicente Virgilio:

Omnia quæ Phœbo quondam meditante beatus
Audijt Eurotas, iuſſitq; ediſcere lauros.

Colles uerò qui ad occaſum uergūt, aſperi atq; difficiles ſunt, & pręter modum alti, imminentq; urbi. Iuxta quorū radices flumen ipſum labitur, qui colles Menali montis ſunt: In cuius urbis laudibus moratur Cicero, & qui ſoli toto orbe terrarum 700. inter annos amplius, unis morib. & nūquam mutatis legibus uiuunt inquit. Poſt autem parum à dicta urbē Amyclæ ciuitas fuit in agro amœno ſita, in cuius nūc ueſtigijs Vordonia oppidū eſt, Apollini tum ſacra, ubi dei templū inter cætera regionis illius opera, diuitijsq; præcipuum. Vrbis uerò ager omni arborū ac frugū genere feraciſs. quæ etiam Melano monti ſubijciebat. Inde quoq; haud procul Bryſea oppidum interijt, in quo Bacchus præcipuè colebatur, unde Bryſeus eſt dictus. Item Lerna regiūcula ſic à Lerno rege cognominata, in qua eiuſdem nominis ciuitas olim, nūc ab incolis Petrina dicitur, quam Achilles apud Ouidium deleuiſſe inquit: ut,

Nam certè ualuit, uel quum Lernæſia primum
Mœnia deieci. Et in alio loco.
Procubuiſſe ſolo Lernæſia mœnia dextra.

Iacet hinc locus inter hanc, Argiuosq; ac Mycenæos per quem Lernæus fluuius per eiuſdem nominis paludem fluit, poſtea in campis diſperditur, in qua palude Hydra ab Hercule interfecta eſt: Iuxta autem Ler-

nam urbem fons oſtenditur Amymone ſic denominatus à filia Danai quã fabulæ in eodem loco Iouem compræſsiſſe tradunt, ex qua Nauplius Palamedis pater natus fuit. Sequitur Thurium oppidum in cacumine aſpero poſitũ Bardugna modo. Inde fuit urbs Blemina loco decliuo ſita. Poſt quam Thalama nunc Vaſilopotamum. Et Gerenia urbs Paſaua modo, ex quo loco Neſtorem Gerenium uocitari dicũt, quoniã ibi ſalutem comparauit. Oſtenditur in Gerenio agro ſacellum Eſculapij Tricæum cognomine, quia uenientes è Theſſalica Tricca mortales, illud condidere. Item Oenoë, quam alij Boënam ciuitas ſuper Selã flumen poſita, & Bityla urbs natura munita, quæ ſic etiam nunc dicitur.

Cretæ inſulæ ſitus.

CReta inſula eſt, quæ uulgo Candia dicitur, in ortũ occaſumq́ proiecta, longa 250. mil. paſſ. nuſquam latitudine ſexaginta excedẽs: tota uerò quingentis patet. Ab occaſu mari Adriatico: A ſeptentrione Cretẽſi: A meridie Punico: Ab oriẽte Carpathio pulſatur, quod ait Ptolemæus: Dionyſius uerò: ab occaſu Cretẽſi: à ſeptentrione Ægeo: à me die Punico: ab oriente Eoo abluitur. Centum quondã urbibus clara, quare poëta Hecatompolim cognominat. Ephorus nonaginta quum decem, prius ab Idomenei inimicis euerſas fuiſſe memorię proditur, unde Maro:

Creta Iouis magni medio iacet inſula ponto
Mons Idæus ubi, & gentis cunabula noſtræ
Centum urbes habitant magnas, uberrima regna.

Item Lucanus, & Ouidius: Cui nomen inditum teſte Doſyade à Creta nympha Heſperidis filia, Diodorus ait à Creta eius inſulæ regis filia uxore Hammonis nominatam, quum prius Idæa ab Idæa coniuge Iouis Celi fratris dicta & à Curetibus et Corybãtibus regnata fuiſſet: Anaximander uerò à Crete rege Curetum inquit, qui primus in ea regnauit: Philiſtides Molos, Ecathes Æriam primum dictam, quod Gelius aſſerit: dein Curetam, & Macaron à cœli temperie appellatam fuiſſe: & à quibuſdam Macroneſon, hoc eſt longam inſulam. Hanc initio antiquiſsimã Idæi dactyli appellati habitauerunt, qui circa Idam montem loca tenuere: Ephorus, ex Ida quæ eſt in Phrygia Idæoſdactylos diuinandi arte peritos cum Mydgono huc perueniſſe ait, ex quibus nonnulli Curetes genitos uolunt. Alij quidem ex Ioue Celi fratre, qui quum in inſula regnaret, decem genuit filios qui Curetes ſunt appellati: licet Strabo ſcribat Curetes Iouis educatores atq; cuſtodes è Phrygia huc tranſmiſſos, cui aſſentit Euſebius. Creta quamuis montibus frequens, ualles tamen fertiles & pingues habet, quum inſula aquarum copia abundet, larga uitis, mira ſolis indulgentia, quare afflueter uinum optimum facit, quod eius loci homines uernacula lingua Maluaſiam dicunt, cuius iam bonitate ac nobilitate omnes Europæ incolæ capti uinum Creticum magna quiſque impenſa

in ſuas

in ſuas prouincias conuehūt, nec lactis minus, ac mellis. Ingentes ibi arbores Cupreſſi præſertim ad naues fabricandas naſcuntur. Et quod mirabilius atq; beatius eſt, nullum hic infeſtum homini animal producitur, non urſus, non lupus, non ſerpens, neq; aliud quid ſimile reperitur: quod beneficium Herculi attribuitur, nam eius opera, hæc omnia ab inſula eliminata eſſe feruntur, Idq; Iouis feciſſe gratia quandoquidem Iuppiter ibi natus alitusq; ſit: præter Phalangium, ſed nec nocentem hic. Eſt & ſylueſtrium ceprearum magna frequentia, quibus ſi in Ida duntaxat monte herbam carpere cōtigerit, dentium ſuperficies uelut inaurata reſplēdet, ubi etiam Ditanum herbam Plinius creſcere dicit ueneno contrariam, Quod probat Valerius dicens, capreæ Cretæ quum uenenatis ſagittis confixæ fuerint ad ſalutare auxilium herbæ Ditani confugiunt. Ceruos præterquàm in Cydoneatarum regione nō eſſe: item apros & Attagenas Herinaceóſque. Cæterum huius inſulæ ſitus, ut Ariſtoteles refert, prę clare adeò poſitus, ut uideatur eam ad principatum Græciæ quum mari cuncto imminere atnatam eſſe, nam & Græci ferè omnes cir-um mare poſiti ſunt, florebant enim Cretenſes tum nauigatione: Poſtea dum in tyrannorum poteſtate fuiſſent, qui maria omnia latrociniјs aggredierunt, deuaſtati à Cilicibus ſunt: Dein Romani eos debellauerunt: nam Pompei conſulatu Creta poſt Cilices fons ſecundus Piratarum erat, Strabo author eſt: homines præ aliјs ad inſidias, furta, rapinas, nocturnos inſultus, & omnia doli genera promptiſſimi. In prælio uerò diſpoſitis cohortib. ſegnes, timidi, ac prorſus inutiles, qui teſte Homero ex uariјs nationibus atque diſsimili ſermone extitere, Fuerūt namque Achiui Cretenſes, Comati, Dores, Pelaſgi, & Cydones qui latus occidentale inſulæ incoluerūt. Vbi primo Corycis promontorium eſt, & ciuitas eiuſdem nominis fuit, cuius nūc promontoriј nomen Cambruſſa. Cui non in mari procul inſulæ duæ paruæ ſunt Coſicæ appellatæ olim, totidémque Mylę Cambruſſæ nunc. Inde Pholaarna locus tunc habitatus, modo deſertus, quem conſtituit Minos, dein Lacones & Achæi muro ualidiſsimo cinxere, effeceréq; ut in meridiem ſpectaret. Mox Ramnis portus. Inachorium oppidum deletum penitus, & ultimo loco promontorium quod Græci Criumetopon, id eſt, arietis frons, nunc S. Iani, cui ſcopuli tres Acuſagores nomine obiacent: Auſtrale uerò latus Eteocretes tenent, qui horum locorum aborigines putantur, reliquos autem præter hos atque Cydones, aliunde conuenas: In hac itaque maris ora poſt iam dictum promontorium, Liſſus oppidum interiјt, ſupra ſui nominis portum erat, qui portus Phioniſſi nunc ab incolis dicitur. Poſtea fuit oppidum Tarba, & aliud Poëcilaſium olim, iuniores modo Selinum dicunt in ſinu poſitum, E regione cuius licet in mari procul Thera inſula in qua eodem nomine ciuitas fuit, hodie Gozi dicta. Sequitur Hermea promontorium à quo ſcopuloſa ripa uſque Phœnicem por-

tum ex-

tum excurrit, ad quem Phœnix ciuitas poſita erat, ubi nunc Caſtrum S. Niquetæ ſitum eſt. Inde Maſſalia flumen longè à ſeptentrionali plaga è medio penè inſulę duobus auctum amnibus in mare excurrit. Mox ſinus aperitur planitiem ingentem terminans incolę nunc Meſſeream illam uocāt. In cuius medio ad mare Pſychi oppidum olim nunc Priotiſa dicitur. Cuius ad orientalem partem Electra amnis quem Potereum Victruuius uocat in mare exit, qui mediam planitiem ſecat, inter Gortynam Cnoſonq́ ciuitates, multas ſecum aquas trahens: In ea planitie pecora quæ proximè Cnoſon paſcuntur ſplenetica eſſe, quæ uerò proximè Gortynam non habent apparentem ſplenem, quia in hac tantum fluminis parte herba naſcitur, quam Cretenſes aſplenon uocant: Ad occaſum uerò dicti oppidi ad montes uſque loca omnia paluſtria ſunt. Poſtea in litore Matalia Gortynæ olim emporium, quod alij Matallum uocant, portum habens, ſexdecim millia paſſuum à Gortyna abſens. hinc in mare Leon promontorium uadit, ita ab indigenis denominatum, quoniam leonis formam retineat. Fabulæ autem narrāt eſſe unum ex leonibus qui quondam Rheæ matris iugo ſubditi fuerunt, à quibuſdam uerò Phæſtion dicitur, in Phæſtia enim ora ſedet: Retro quod promontorium haud lōgè à Gortyna Leuineum templum erat, quo multi ex Aphrica religionis cauſa nauigabant, ubi & Olyſſa oppidum interijt, iuxta quod inſula parua iacet nautæ Calolimionas dicunt portum efficiens: quare Homerus imminet mari petra inquit in Gotyni finibus, unde auſter magnos in aſperum promontorium Phæſtiō fluctus impellit, & parua petra magnam undarum uim cohibet, huc Menelaus tempeſtatem fugiens ſe recepit. Inde fuit Lebena alterum Gortyniæ emporium ab ipſa undecim millia paſſuum diſtans, & Cataractus fluuius Anapodare nūc, magnus quidem ac procul intus ab occidentali parte, alijs quibuſdam aquis plenus effluit, ſpatioſiſsimos rigans campos quos item Meſſaream appellant, quod niſi colles tenui diſcrimine interiacerent, planities hinc inde commiterentur. Alius dein fluuius Ilitheus per campum circa ſuos fontes labens, inde collibus receptus, mare infunditur iuxta cuius oſtium ad auroram Ilithoſpolis urbs fuit, quam uetuſtas abſtulit, eam quidam Amyſſum uocāt, in qua Diomedes regnauit, habuitq́ portū difficilem, in quo Ilithiæ antrum. Item fluuius Myrtus magnam per Planitiem ſerpens, & quę in alterum penè ad ſeptentrionē mare pertingat. Poſt illum alius eſt illi modo Calogeros uocāt, Inde alius quem Ipotamos nuncupant, pari fermè inter ſe ſpatio à montibus ad mare defluentes. Hinc urbs eſt Piytina ſiue Pynta cognomine ſacra, ſiue Hierapygia quæ Lariſſa ante Strabone teſte nominabatur, in colle enim eſt, qui Sacer appellatur, nūc Zirapetra à iunioribus dicitur: cuius exaduerſo nūc in mari longè Cleudos inſula eſt, in qua olim ciuitas Gaideronis modo ab incolis, cui circumſtāt ſcopuli ut Cryſa, Ophiuſa, Buto, Aranusq́.

Poſtea

Poſtea Erytheum eſt promontorium cui aliquot obiacent ſcopuli: & inſula Litoa olim, nunc recentiores Chriſtianam dicunt. Poſtq̃ illud promontorium aliud Ampelas nomine in mare proſilit. Mox Itanoſpolis ciuitas in petra uudiq; prærupta ſita fuit, cuius ne ueſtigium quidem apparet. Hinc litus orientem ſpectat, quod Dorienſes tum incolebant, ubi primo Sammonium ſiue ut alij Salmonium promontorium attollitur. Salamon huius ætatis nautæ dicunt. Ante quod inſulæ modicæ ſunt: Phocæ, Plachiæ, Sirides, Naulochos, Armedon, Zephyreq;. Poſt autem illud Minoa portus eſt qui & bonus portus dicebatur. Iuxta quem Camara ciuitas ſiue ut alij Thalaſſa fuit colli in mare deſcendēti adiecta. Ac paulo inde Olus oppidum antiquitas deleuit. Nec multo poſt Cherſoneſus eſt ubi Lycti emporium, pagus nunc, diciturq; Paleocaſtrum, cernuntur quippe ibi uetuſti ædificij paſſim plura ueſtigia: ubi Britomartis ædes ſacra erat: de qua Solinus, Cretes Dianā religioſiſsime uenerātur Britomartem gentiliter nominantes, quod ſermone noſtro ſonat, uirginem dulcem. Inde altiſſimus mons pluribus collibus diſtinctus in Cherſoneſi modum, cuius extrema Zephyrium appelatur. Poſt autem circumflexo Zephyrio, ſeptentrionale inſulæ latus occurrit, ac initio magnus ingreditur ſinus, in cuius intima Heraclium eſt Cnoſſij emporiū, quod inſulani nūc Setiam dicūt: Cui adeſt ad auroram amnis quidam, retro campum frugiferum, ſinus nomen ab oppido accipit: in cuius conſpectu ſcopuli in alto iacent Saniſades nomine. Poſt illum ſinū, alius magnusq; patet, in quo parum à litore, nōnulli ſunt ſcopuli, quorum qui contra Panormum eſt, Colloqueta iuniores appellant, unde & ſinui uocabulū eſt, Panormus oppidum quod modo Mirabellum dicitur, in medio penè curuati litoris ſitum, à quo paululū Cherſoneſus parua prominet. Inde terra in mare longè extenditur, unde iterum curuatur, ubi Cytæon urbs olim, quam recenti uocabulo Candiam nautæ dicunt, Venetorum colonia, à qua tota inſula Candia nūc denominatur. Inde fluuius è ſuperiorib. locis, peregrinis auctus aquis, Potamos illi, in mare cadit. Protenduni inde recta in aquilonē montes ſaxoſum relinquentes litus, in quo oppidū fuit Dion alio nomine Matiū, Cui obiacet inſula quæ Dia tum dicebatur Standia modo. Mox Pantomatrion aliud oppidum, quod nunc Milopotamum incolæ uocant. Hinc amnes quidam mare ſubeūt, quorum extremus largè effluēs aquas, cæteriſq; productior eſt. Poſtea Rhithymna ſiue Rhytius ciuitas in Cherroneſo ſita, portu carens, quam poſteriores Retemum nuncuparunt. Statim flectitur litus ſinum efficiens Amphimalim quondam, nunc Sudam, planitie undique ſtratum. Vbi paulo à mari in collibus qui campos ad occaſum terminant urbs Minoa fuit, quod antiqui operis fragmēta latè intuentibus indicāt, dicitúrque nunc locus Paleocaſtrum ab accolis, id eſt, uetus caſtellum, Strabo emporium Amniſum prius dictum quod Minos uſurpaſſe: Ex cu

ius urbis

ius urbis excidio renatum eſt ad orientē oppidum in eodem litore poſitū, quod inſulani modo Picornam dicūt. Inter quę Pycnus amnis planitiem rigās in mare labitur. Hinc maxima, inutilis tamē efficitur Cherſoneſus, alpeſtris tota: Poſt quam in ſinu Cydon urbium mater, ut græci dicūt ampla quondam ac illuſtris, portū habens haud profundum, tamen nec magnarum nauium capacem, quę urbs Cama nunc à iunioribus appellatur: A Cydone tum dicta Euſebio teſte, qui ea tēpeſtate in Creta regnū habuit: Diodorus à Minoë ędificatā inquit, ubi primū de pecudum cornib. arcus curuati ſunt: Herodotus à Samijs conditā, difuſam, pſpectās planitiē, quā ſecat Iardanus fluuius ad occaſum urbis mare intrās. Nam Homerus Cydones Iardani fluminis accolas dicit. Abeſt Cydonia pari interuallo ab Cnoſſo & Gortyna 10. mil. paſſ. Dehinc mōtes attollunt in altum quib. initio promontoriū eſt alij Coſomon, alij Ciſamon uocāt, inter q̊d & Cydonē, nec ab eo procul inſulę duę Leucę dictę, duęq Budroę anguſto diſiunctę freto. Inde urbs Ditamnū ſolo æquata cuius fundamenta circa mare apparēt. Vltimo uerò loco promontoriū Paſcum eſt, quod nautæ nūc Spatā uocāt: à q̄ inſinuat ora. In cuius parte intima Ciſamopolis eſt, emporium Apteræ, q̊d caſtrū Chiſamū hodie ab incolis nuncupat, à q̄ ſinui nomē eſt, cōtra dictū promontoriū Oniſia eſt inſula. Nūc ad interiora inſulę diuertamus: ſunt multi ac magni in ea mōtes, ut initio diximus, nota tamē digniſs. Leuci, id eſt albi habent, in occidētali parte inſulę ſiti, q altiſs. ac in ſummo dorſo anguſtiſs. ſunt, in his arbores cupreſſi mirandę altitudinis groſicieiq naſcuntur, nec in cōuallibus uel ipſorū montium lateribus uerum etiam in priſcis ac ſummis iugis, adeò ut ſpectabilius nihil humano uiſui ſit, cuius materiei naues, aliaq ad hominū uſum ab Cretenſib. fiūt. Præter hos Dictynnus erigitur mōs in Cydonia plaga, ſic à Diana cognominatus, in q̄ phanū eius deę fuit, Dędali opus. Similiter Ida mons qui in medio ubi latiſsimè inſula patet cōſurgit, ab Ida Corybantis filia denominatus, Cretenſium cunctorū celſiſs. rotundus penè 80. mil. paſſ. in circuitu, unde niues à uerticibus nunquā abſunt, q̊d etiā cæteris accidit. Ex quo Solinus, albet Creta iugis montium, qui ita excandeſcūt, ut eminus nauigantes magis putent nebulam. Sed pręter cęteros Ida, qui ante ſolis ortus ſolē uidet, cuius in radicib. haud ignobilia tum oppida inſtar coronę ſita erāt: in quo ocultatum à matre ac nutritū Iouem fuiſſe à poëtis traditur: ubi etiam cupreſſi, ut in Leucis pullulant. Poſtmodum Dicta ſiue Dictęus mōs auroram uerſus eminet, à Dicte nympha uocitatus, quæ in eo colebatur, in quo quidam genitū fuiſſe Iouem uolūt, atq hinc à matre in Idam tranſlatum abſconditumq ex quo Virgilius:

Addidit expediam: pro qua mercede canoros
Curetum ſonitus, & crepitantia æra ſequutæ
Dictæo cœli regem tenuere ſub antro.

Cæterum

Cæterum oppida in uniuerſa inſula hæc fermè habētur: Polyremnia urbs Cydoniæ contermina quam deleuit antiquitas. Aptera etiam, ſic dicta Euſebio teſte, à rege qui in inſula regnauit, quam ſimiliter abſtulit ætas, eius per campū ueſtigia iacent, ſita enim in ſolo plano montib. cincto erat, qui locus hodie Paleocaſtrū dicit̄, ſiquidē græci uulgari ſermone, eo uocabulo uetuſtiora oppida uocant, diſtat Aptera à Cydonia 10. mil. paſſ. Phæſtus inde urbs interijt, à Minoë rege ædificatā Strabo perhibet, quam Gortynios euertiſſe dicit, erat eñ à Gortynia non amplius 7. mil. & 500. paſſ. à mari uerò duob. & ab emporio Metallo 5. Inde Praſſum Etreocretū cognomine puſillū oppidū inter Samoniū Cherroneſumq́ propinquā ſitū, q̄d Hierapyntanij effoſſo ſolo lapſum eſt oppidū, q̄d inde in prærupto colle reędificatū eſt, Similiter Subrita oppidū in ſaxo montib. undiq́ ſeptum fuit. Mox Eleutheræ ciuitas in cōualle ſita, inter huius loci urbes haud ignobilis. Gortyna prętereaquę ampla & illuſtris ciuitas fuit 16. mil. paſſ. pulchris ut Homerus ait muris cincta, ab Aphrico mari circiter 12. in campo ſita, quē Meſſareā uocari diximus, amne Lenæo infuſa, ex propinquis montib. exoriente, & hinc in Electrā cadente flumē. In qua teſte Plinio fuiſſe iuxta fontem Platanū unam inſignē, nuſquam folia dimittentē, quod Theophraſtus in hiſtoria arborum ſcribit, ſub qua Græci Iouem cum Europa cōcubuiſſe aiunt, ex quo urbs Elotis prius eſt dicta (ſic eñ apud Cretenſ. Europa uocabat̄) Dein Lariſſa: poſtea Crymnia: & ultimo loco Gortyna à Gortyno Heroe appellata. Fuitq́ haud procul à Gortyna locus ille apud poëtas celebratiſs. quem uocāt Labyrinthū à Dædalo fabricatū ad Ægyptij exemplar ut inquit Plinius centeſimā tantum portionem immiſtato, qui item ambages, occurſusq́ & recurſus inexplicabiles cōtinet: Labyrinthū Philocorus apud Plutarchum carcerē fuiſſe affirmat, qui nihil aliud affert incōmodi niſi quod ex eo effugere qui aſſeruaretur nō poſſet, fuitq́ ſecundus ab Ægyptio. Poſt urbs Pannonia erat, lateri montis ueluti pendens appoſita. Inde Cnoſſus ciuitas clariſs. in plano ſita, ubi nūc præter nudū nomē aliud nihil eſt, quā Homerus eximie pręconijs extollit, ingentē Minois regiā uocans, ipſe enim urbē teſte Diodoro ædificauit: Euſebius à Curetis conditā 4. mil. paſſ. ambitu, in Lyctiæ atq́ Gortyniæ terræ medio fermè, quæ Ceratus prius dicta à Cerato fluuio illā præ labente: Ditis belli Troiani ſcriptoris patria: q̄ Rom. dein colonia fuit. Mox Lyctus urbs erat, quæ & ipſa unà cū reliquis interijt, famoſa tum Idomeneo principe, hāc Cnoſſij quum Lyctij in expeditione eſſent, nullo domi pręſidio relicto, aggrediuntur, incenſam per iram, ac funditus euerſam domum remearunt: Lyctij autem ad Lampeorum urbem ſe contulerūt, quam in Arcadia ſcripſimus: Fuit aliquando Lyctus Lacedęmoniorū colonia. fuerūt etiam Lycaſtus: & Lyctonia urbes, quas Homerus nominat.

Hæc de Creta inſula: ac totius Europæ fine.

GEOGRAPHIAE

Commentarius I. Aphricæ, in quo duæ Mauritaniæ Tinganica & Cæſarienſis continentur.

MAuritania (ut ab occaſu incipiamus) Aphricæ prima eſt regio in extimo ad occaſum angulo, è diuerſo Hiſpaniæ procurrens: Nomen à Mauris, quos Maureſios uocant alij, præcipua in ijs locis gente deduxit, à corporis nigredine, quam Grræci μαύρον uocant. Hanc Claudius Cæſ. Germanici F. gentis ſæuitia in duas diuiſit partes, & prouinciam fecit: alterã Tingitanã ab illuſtri oppido Tinga, alterã à ſe Cæſarienſem nominando, cum Tingitana priori æuo Mureſia, Cæſariẽſis aũt Maſſulia ſiue Maſſeſila fuiſſent appellatæ. Bochi ſcilicet & Iubæ regna. Sunt qui dicaut Mauros Indos eſſe qui cum Hercule in hũc locum deſcenderunt: Alij Medos quorum nomen paulatim Libyes corruptè, barbara lingua Mauros pro Medos appellauerũt, magnum genus & opulentum, feracẽ regionem ea tempeſtate inhabitantes, præter quam quæ deſerta ad meridiem uergit, at bellis deinde attenuata ad paucas recidiſſe familias Mella ſcribit, regionemq; eſſe ignobilem & uix quidquã illuſtre ſortitam, paruis oppidis habitari, parua flumina emittere, ſolo quã uiris meliorem, & ſegnitia gentis obſcuram. In ea leones abundant, ſimiliter pardi, & elephantes, ea præcipuè parte quæ in occaſum tendit, montuoſa quippe eſt: Alit prgterea dracones, capras, bubalos & ſimilia animalia, ſimiarumquoque & ſtruthionum maximam multitudinem: Incolas, maiori ex parte ſyluas frequentari ac paſtoraliter uiuere, leonum, et pardalũ, & urſorum pelles induere, & ſibi dormientibus ſubſternere, auro crines exornare. In mõtanis autem carbunculũ lapillum inueniri, & Charcedoniũ legimus, in maritimis quoq; margaritas gigni, non tamen ea pulchritudine & candore atque Indicæ ſunt.

Mauritaniæ Tinganicæ ſitus.

MAuritania Tinganica ea eſt quam poſteriores Romani Setinenſem à Setia urbe ſatis in ijs gentib. clara appellauere: barbari magis obſtinatè Phes à Pheſſa urbe altera adhuc uocant: Cuius hic eſt ſitus. Latus occaſum ſpectãs, exterius mare, quẽ oceanum occidentalẽ ſiue Atlanticũ uocamus irrumpit: ſeptentrionale terminatur Herculeo freto, & Iberico mari: orientale Mauritania Cæſ. in Malua fluuio, auſtrale aũt interiori Libya iuxta Getulos. In hac plaga gentes enumerant, circa fretũ Socoſſij & circa Ibericũ pelagus Metagonitę ſub eiuſdẽ nominis promõtorio,

torio, ex eo dicti quoniã ex angulo in agulũ migrãt, id eſt, ex loco in locũ. Sub ipſis Verues, & ſub Metagonitarũ regiũcula Maſices. Poſt Verbibæ ſunt. ſub quib. Salinſę & Cauni, poſt Bacuatę, Macanitæ, & ſub Veruib. Voli, Biliani, lãgaucacani, Nectiberes, unde Pyrrõ planities: ad cuius meridiẽ Zegrenſij Baniubæ, & Vacuates, & Maurẽſij qui totum orientale latus ſimul cũ Herpeditanis tenent. In ripa aũt Mauritaniæ in Atlãtico oceano Cotes primo promontoriũ, quod iuniores nũc Spartellũ uocãt, ubi ait Plinius Loligines euolare ex aqua tãta multitudine, ut nauigia demergãt: Mox Zelia fluuius & alter ſub eo Lix ubi Heſperidum hortos germinare poëtæ, aiunt etiã ſcriptores alij, licet aliter ut eſt apud Pliniũ, flexuoſo meatu æſtuariũ ẽ mari adeò ſinuoſis laterib. tortuoſum ut uiſentib. procul lapſus anguineos fracta uertigine mentiaẽ. amplexatur quoq; ibi mare inſulam græci Ampeluſiã uocãt, eſt locus eminẽs in quo ſpecus qui mare ad 7. ſtadia ſuſcipit, habetq; in ingreſſu arã Herculis conſecratã, prouenireq; ibi præter Oleaſtros arborem maluam altitudinis pedes uiginti craſsitudinis quam circũplecti nemo poſſit. Suburis deinde amnis magnificus & nauigabilis, in ſinum Emporicũ deflućs, iuxta quem ciuitas eſt Larraccia nũc dicta, olim ut inquit Strabo habitationes dũtaxat mercatorias habẽs ex palma confertas. Et in ſinu altero Sala oppidũ eiuſdem nominis fluuio appoſitũ, ſolitudinib. uicinum, & elephantorũ gregibus infeſtũ, multo tamen magis Autololũ gente, per quã iter eſt ad montẽ Atlantẽ, nunc uicus illud adhuc nomẽ retinens: Ad ſiniſtrã inſula eſt Pena nomine exilis à continẽti anguſto diſcreta freto. Hinc alius fluuius eſt Diuus tuni appellatus, ſiue ut quidã Amulus. Poſtea Atlas mons qui minor uocatur, reſpectu maioris, ut ſtatim aperiemus. Item Cuſæ fluminis oſtiũ in Ruſibi ſiue Rutubi portu. Inde aliud Aſamæ portu ſpectabile & Diuris ampli fluminis os. A quo haud procul mõs eſt, qui promontoriũ Solis dicitur, quẽ Myſocaras portus ſequiẽ: ubi nõ longè Phtuth amnis in mare it, ſiue Phuth à uiri nomine ut ait Hieronymus nauigiorũ capax: mox Tamuſa oppidũ, & Vſſadium promontoriũ longã retro ſe ſolitudinẽ ſpectãs. Sequitur Suriga ciuitas ad Venæ fluuij oſtiũ ſita. Poſt Anga amnis mare influit, & Sala alter qui Vior à quibuſdã diciẽ circa quem ueſtigia habitati extare ſoli fama eſt: nã & uinearũ & Palmetorũ reliquię ibi cernunẽ. Poſt Atlas maior eſt, quẽ montem accolæ modo Dyrin uocãt, à q̃ Atlanticũ omne illud appellatur mare, nam Plinius Atlas ad litora oceani, cui cognomẽ impoſuit, ab Atlãte ipſe Heſperis fratre denominatus: alij ab Atlante rege Libyæ F. mõs rotundus arduus, inciſis undiq; rupibus pręceps ac inuius, q medijs ex harenis ſeſe in cœlũ attollit, adeò ut uerticẽ nubib. ſemper tectum habeat, opacus, nemoroſus, ſcatebris fontiũ riguus, ſqualidus qua parte oceanum ſpectat, qua uerò Aphricã frugiferas arbores producere ſpõte aſſeuerãt: in eo Egipanũ, Satyrorumq; laſciuia noctu impleri, tibiarũ ac fiſtulæ cãtu, tym

panorúmque ac cymbalorum ſonitu ſtrepere, quod Polybius, ſcriptoreſq; alij tradunt: A quo mons alter humili prius initio exoriens uſq; ſupra magnam Syrtim per mediam harenã perpetuo excurrit iugo, ex quo quidam Atlantem, quidam Cotes, ab eo quem paulo ante meminimus, appellatũ uolunt, iuniores uerò Charenã uocant: ad Atlãtis radices in mari Erythrea inſula eſt, & portus qui deorum dicit. Septentrionale uerò latus, & q̃ in Herculeo primo freto ſunt, ut Tingis olim ciuitas in ſinu, nunc oppidulum eſt, quod barbari Tanger uocant, illud Anteum ædificaſſe ſcriptores quidã uolũt, fama tamen eſt apud gentẽ illam, ex Tinga uxore Antei poſt mortẽ uiri ab Hercule cognita, Syphacem genitũ, qui poſtea illis in locis regnans urbem de matris nomine condidiſſe. Traductã deinde Iuliam, ſiue Tinga Cæſaream, quoniã eam Claudius Cæſ. coloniã feciſſet: quod oppidum quũ Sertorius expugnaſſet, & ibi Anteũ ſepultum eſſe ab incolis audiſſet, eiuſq; monumẽtũ propter magnitudinẽ nõ crederet aſſerentib. barbaris perfodit, repertoq; ibi corpore 70. cubitorũ obſtupuit, reſtauratoq; tumulo famã eius honoremq; adauxit: quidã dicunt monumentũ eius uiri collẽ modicũ, ſupini hominis imagine iacẽtis extitiſſe: de qua re Lucanus:

Hinc æui ueteris cuſtos famoſa uetuſtas
Miratrixq; ſui ſignauit nomine terras

Inde Vallon amnis in mare uadit. Poſtea in ſinu Marſamuſia uicus. Mox Exilliſſa ciuitas, ſiue ut alij Eliſſos colonia, Seta modo ſiue Seuta uel Setia, à qua nũc prouincia denominari diximus. Cui proximus eſt Heptadelphi mons freto imminens altus ſanè, ſic denominatus, quia ſeptẽ in eo eminẽt colles, quaſi de induſtria in ordinẽ expoſiti, obq; ſimilitudinẽ fratres, qui elephantib. ac litorib. frequentiſs. ſunt. Hinc Abilys mõs ad Ibericũ mare, & eſt altera Herculis colũna, præaltus quidem, Heptadelphis iunctus, ex aduerſo Calpis ferè. Inde Phœbi eſt promontoriũ & Iaghathum oppidũ & Thamuda fluuius magnus nauigabiliſq; quondã & oppidum. Inde alius Lauth nauigiorũ capax. Deinde Oleaſtrũ promontoriũ. A quo paulo Acrathũ eſt oppidũ in petra ſitum. Item ciuitas Tænio longa olim, nũc oppidulũ quoddam. Sunt & promõtoria duo Seſtiaria nomine prærupta admodũ: iuxta quæ Riſſadirũ oppidum in ſinu hinc inde aſperrimis petris munito. Poſt metagonites promontoriũ in mare proſilit, ſub quo diximus in mediterraneo eiuſdẽ uocabuli gentẽ habitare quo uſq; Numidia quondã fuit, à quo nõ longe Molochthus ſiue Mulucha fluuius in mare cadit. Inde Malua q̃d & Muthul, flumẽ nauigabile in pelagus influit, in quo diximus Mauritanias terminari quod barbari hodie Munzemar uocant. Sunt in hoc membro nõnulli montes, ut Dierus ab oriente in occidentẽ dimiſſus, arduus multis in locis. Similiter mõs Phocra qui ab Atlante minori excurrit uſq; promontoria iuxta Riſſadirũ. Ciuitates uerò quæ interius à mari ſunt, eæ inſigniores habẽtur: Zelis quæ & Zugil à Rom. Iulia loza

appellata

appellata nam Augusti colonia fuit nunc Arzilla parum à mari diſtans in alteram ripã fluminis eiuſdem nominis trãslata. Ideo Plinius Traductam Iuliã uocat: Lix quoq; colonia à Claudio Cæſ. deducta prope Heſperidũ hortos. Poſt Oſpinum oppidũ eſt in planitie ſitum in inſula Zeliæ amnis, quod Rhabath modo barbari uocãt. Item aliud Subur in ripa fluminis eodem nomine poſitũ. Inde Bonaſa colonia quæ poſtea Valentia cognominata eſt, præter quam Subur defluit. Poſt Tamuſida ciuitas nunc Pheſſa insignis, Phes à barbaris, & eorum regia, Salæ amni ſuperiore infuſa. Inde Silda in harenis ſedens. Similiter & Gontiana. Poſt quam Baba, quæ dein de Iulia campeſtris appellata eſt Rom. colonia. Præter quas, Ptitiana, Vobrix, Volubilisq; oppida ſunt. Poſtea Erpis in mõtanis locis ſita Molochtho fluuio imminẽs. Item Tocoloſida, Triſidis, Molochath ad eiuſdẽ nominis fluuiũ, ac Benta ciuitas in patentib. campis. Inde Galapha exilis in amnis Maluæ ripa, & oppida alia, ut Oecath, Dorhat ſub qua ad meridiẽ Pyrron planities ingens iacet. Bochamũ cognomento Hoemerũ, nũc Marocchum dicitur ad Saſſum amnem. Poſtea Valla oppidum.

Mauritaniæ Cæſarienſis ſitus.

MAuritania Cæſarienſis, quę Maſſilia quondã deinde Phuthenſis nũcupata eſt, à uiri potẽtis nomine: à barbaris modo Trimiſsẽ dicit, ab urbe in ea regia quæ olim prouincia Numidiæ pars una fuit. Huic ad occaſum Mauritania Tinganica in Malua amne occurrit: ab ortu Ampſaga flumen: à meridie Getulia: à ſeptentrione Sardum pelagus. Hanc terram uariæ incolunt gentes, quarum pręter alias ab occaſu primũ Herpeditani ſunt, alij tamẽ ab ijs q in Mauritania altera ſunt, ſub montib. Chalcorycijs appellatis degentes. Sub quib. Taladuſij. poſtea Soraci. Sub quib. magis meridionales ſunt Maſſulij, magnũ genus in quib. leones gignũtur. Vbi magnus lacus eſt, ex quo fluuius erumpit quem quidam Nilum eſſe putãt, hoc eſt, hinc fluere, ut in Libya interiori dicemus: Infra aũt Maſſulos Drytæ habitant, & poſt Durdum montẽ Helulij. & Tolotæ. et Nacmuſij uſq; montes Garaphos. Taladuſijs aũt magis oriẽtales Machuſij ſunt uſq; ad oſtia Chinalaph amnis, Sub quibus Zalacus mons eſt. Et poſt hunc Mazices, poſtea Banturari. Et ſub Garaphis montib. Acuenſij, & Macenæ, & Macuræ: Et ſub monte Cinnaba Enabaſi qui magis orientales ſunt quàm Zalacus mõs. Supra aũt mare ſunt Macchurebi, ſub quibus Tulenſij. Poſt Baniuri, Salaſij, & Malchubij, & Zabyzi. Apud quas gentes quum mercatores applicant, ſua quæ commutari cupiũt exponũt, illi pro ijs auri ramenta ex fluminib. aſſumpta iuxta ponunt, diſceduntq; neq; extra conſpectum, quod ſi dignum mercibus uidetur, eo aſſumpto relictis mercibus abeunt, ſi minus ad naues iterum contendunt, illi uerò accedentes plus auri ad id quod ſepoſuerant addũt, donec perſuadeant. His finitimi ſunt Zizantes ubi magnam uim mellis apes in ſolitudinib. conficiũt,

ipſiq́ꝫ minio facies illiniūt: ueſcunturq́ꝫ ſimijs, quarum apud eos in monti bus ingens modus. Iterum magis oriētales Tulenſijs ſunt Mucuni: & Chi tuæ uſq; ad Ampſacam fluuium. ſub quibus Cidamuſij, poſt apud fontes Ampſacæ Todulucæ. Huius igitur prouinciæ maritima ora ad hunc mo dum deſcribitur. Poſt oſtium Maluæ, Acra magnum promontorium at tollitur. Gypſaria portus aperitur. Sigapolis colonia ſita inde fuit, nam di ruta nunc iacet, regia Scyphacis, portum habens Sigenſem dictum in quē Siga amnis influit. nam & hanc terram quandoq; Scyphax occupauit. In de portus Magnus à ſpatio appellatus cum oppido ciuiū Rom. ubi Aſſa rath fluuij oſtium: Cui inſula Iulia Cęſarea appellata opponitur 40. millia paſſ. ferè interuallo, in qua ciuitas eiuſdem nominis quondam fuit, nūc de ſerta, Albora à nautis dicitur. Item flumē aliud excurrit Chylimath uocāt. Mox Cuiza colonia iuxta quam deorum portus eſt, cuius appellationis al terum in Tinganica eſſe diximus. Inde Arſenaria colonia, & Cartenus flu uius & Carenæ, Carepula, Carcoma, Lagnutumq́ꝫ oppida: Vbi promon torium Apollinis uaſte proiectum in altum. Canuccis inde caſtellum. Chi nalaph amnis, à quo haud procul Cæſarea ciuitas Iol ante, nunc One, opu lenta quondā ac celeberrima quā quum Iuba Ptolemęi pater muniret, mu tato nomine Cæſareā uocauit, à diuo Claudio coloniæ iure donata, portū habens, & ante ſe inſulam modicam. Sequitur Typaſa ciuitas à Veſpaſia no Imp. eodem quo Iol coloniæ iure prędita. Poſtea Via ciuitas, duoq; in de amnes in mare profluentes Ancris: & Nabar. Item Icoſium colonia Au guſti, barbari modo Oram dicūt, à comitib. Herculis antea condita: Her cule enim ſicuti Solino placet hac tranſeunte uiginti qui à comitatu eius de ſciuerant, locum deligunt, iaciunt mœnia, & ne quis impoſito à ſe nomine priuatim gloriaretur, de condentium numero urbi nomē id datum eſt, cu ius Saua amnis latus abluit. Huius ad meridiem longè à litore ſcribit Mel la, ſpinas piſcium, muricum, oſtrearumq́ꝫ fragmēta, infixas cautibus anco ras, aliaq́ꝫ eiuſmodi ſigna atq; ueſtigia, effuſi olim uſq; ad ea loca plagi, in cā pis nihil alentibus eſſe. Inde poſt Icoſium Ruſtonium caſtellum in ſaxo, et Ruſcibar urbs parua & Modunga, ubi Serbetis amnis ex mōte Byrin ex ortus in mare uadit. Poſtea Ciſſa: Adimaq́ꝫ caſtella, & Ruſoccorum colo nia. & Iomnium municipium. & Salde colonia Aug. Buzia nunc regni ſe des ad oſtium Naſauab fluuij in portu qui dicit̄ magnus ſita. Nec procul inde Cobath municipium. Siſarus fluuius à Garas monte decurrens: Cui oppidum adiacet Iarſath nomine in radice Audi promontorij ſitum: un de litus excauatur, Numidicum efficiens ſinum, in quo primum Hyſilgi la uicus. Poſt quem Mudus fluuius in mare exit: Iaſſath oppidum ubi Gu lu amnis effluit. ac Tucca oppidū oſtio Ampſagę impoſitū: eſt Ampſaga magnus fluuius quem barbari Collo nunc uocant. Excurrunt prouinciā montes inter quos Durdus eſt, memoria dignus in orientem ac occidentē

perductus. Cui coniungitur Phocra mons alius ex Mauritania altera proueniens. Dein Zalacus: & Haraphi montes præalti, & Madethubadus ingens ſane ad auſtrum uergens acutis eminens ſcopulis: Cui ad aurorā Cinnaba planitie circumuentus extollitur. Byrin quoq; ſaxeus ac præruptus mons, haud à mari procul. item Phrurēſus latam undiq; occupans terram & Garas, & Valua ſiue Valuus herbidus aquoſusq;. et quia pecori bonus in eo familiæ aliquot cum mapalibus pecoribusq; ſuis uiuūt. Item Vuzaræ occidentale cornu ex Aphrica huc percurrens. Poſt autem montes, ciuitates quæ in mediterraneo nominantur, hæ ferè ſunt. Vasbaria. Calema in ripa Sigæ amnis poſita. Vrbara, Lanigara, Maluę fluuio imminēs. Villacomia, Atoë quæ ad flumen Chylimath iacet. Item Mniara, Timici, Aſtacilis, Garra, Arina, Aripa in medijs cāpis. Victoria, Bunobara, Giglis Cartino amni appoſitæ. Vage, Manliana, Garaphis montibus proxima. Ampſarum, Oppidoneon, id eſt, nouum oppidum colonia. Burca nō longè à fonte Chinalaph amnis, Tarrum poſtea ad meridiem. Zuchabbar colonia Aug. Irathq;. in orientali ripa Chinalaph. Dein Teniſſa, ubi nūc Triſmiſſe urbs regia in occidentali ripa Sauę amnis poſita. Eſtq; Lamida, Vaſſana, Binſutta, Caſmara ad Phalmium flumē ubi Sauam influit. Poſtea Pigaua, Nigilgia, Laudiaq; ad idem flumen: Tiſizima uerò inter Sauam & Phalmium iacet loco ſterili ac arido, habēs ad meridiem montem Phrureſum. Mox Cozala, Aquæcalidæ colonia uerſus mare, Phloria, Oſpidiūq; ad Serbetin amnem, Badea municipium in radice Byrin mōtis Gaſmara, Symœtha, Bida colonia, Thibinis Izeutha, Auximis in harenoſis campis & iuxta Phalmij fluuij fontes Suburbia municipium. Dein Thudacā, Tigis colonia, Turaphilum à mari haud procul, Sudaua, Tuſiatath, Vſſara, Vazagada, Auzigiaq;, Naſauab amni proximæ: eſtq; Tubuſiptus in occidentali ripa Audi, & Robonda, & Zaratha, & ad flumen Siſarim Anſum uel Anſa municipium, & Nababurum. Poſtea ſub his, ultraq; Garas montem Thamaritha, & ad ſeptentrionem rurſus Vitaca, Thubuna, ſiue Thabena haud à mari procul Augala, Suptusq;, ſiue Suthul oppidum ad amnem Gulum quod meminit Saluſtius in prępupti montis extremo poſitū. Mox Hippa, Vſincagia, Sitici colonia ſiue Sitiphin in exuſta caloribus harena ſitum Ferato mōti contiguum. ſimiliter Tummara, Germiana, Pepia, Veſcethraq;. Egea autem & Taruda ad Ampſagam flumen neq; longè ab eius fontibus.

GEOGRAPHIAE Commentarius II. Aphricæ, in quo Numidia & Aphrica cum adiacentibus inſulis continentur.

NVmidia Mauritaniæ ad ortũ occurrit, quæ ab incolis modo Buzia dicitur, nomen à Buzia urbe regia Mauritaniæ trahẽs, quo uſq; poſteriorib. temporib. fines ſuos extẽdit: licet ſimul cum Aphrica, etiam omnẽ illam tertiã mundi partẽ ab Ægypto ad Herculeũ uſq; fretum Barbariã iuniores appellent: Huius itaq; prouinciæ ſitus ſic ſe habet: latus occidentale iuxta Mauritaniam Ampſaga fluuio: orientale Bagrada fluuio altero, Plinius Tuſca, quem ante Bagradã ponit: meridionale Deſertis interioris Libyę: ſeptentrionale pelago Aphrico terminatur. Numidia quæ & Metagonitis terra (quod idem eſt) à Gręcis appellatur, nomen ab effectu ſumpſit: non enim diu gentes eam inhabitantes, eodem in loco permanere ſed frequentius ſedes commutare dicuntur: unde illud. Numidæq; uagi. Nam quod illi nomi, nos pabulum interpretamur: unde nomades, id eſt, paſtores. Plinius Numidię nomades à permutãdis pabulis, mapalia ſua, hoc eſt domus plauſtris circumferentes. Et Feſtus Numidas dicimus quos Græci nomades, ſiue quod id genus hominum pecoribus negocietur, ſiue quod herbis ut pecora alũtur, nam plerumq; radices edere dicuntur, alios carne, & lacte, & caſeo nutriri. Hanc terram feliciorem eſſe quam quæ Mauritaniæ proxima eſt Maſſæſyliorum. Videlicet iſta florentior & melius compoſita, quanquã propter res Carthaginenſium ualde labefactata: Vnde Saluſtius quę pars Numidiæ Mauritaniam attingit agro uiriſq; opulentior Iugurthæ tradit, illam alterã ſpecie quã uſu potiorem, quę portuoſior & ædificijs magis exornata erat Adherbal poſſedit, Similiter et Mella ſcribit, ac Plutarchus. Numidia nãq; in duas olim partes diuidebatur, altera occidẽtalis quę Mauritania Cęſariẽſis deinde dicta eſt, altera oriẽtalis ad Bagradã flumẽ pertinẽs, uel ad Tuſcã, amnes: Ampſaga inter labente fluuio. Quæ uerò in Mauritaniã ceſſit, ea, uicta Carthagine Maſſiniſſę reddita. eiectus eñ paterno regno, hoc eſt, Maſſulia erat: hãc uerò quę Carthaginẽſib. affinis eſt Syphace expulſo captoq; dono acceperat, quandoquidẽ eo bello multa & pręclara facinora ꝓ populo Rom. fecerat: Quare Adherbal oratione in ſenatu à ſe acta inquit. Verũ ego ijs finibus eiectus ſum q̃s maiorib. meis Pop. Rom. dedit, unde pater & auus meus unà uobiſcũ expulſere Syphacẽ & Carthaginẽſes: At eñ regionẽ illã quæ inter Tyſcã & Bagradã eſt, Maſſiniſſa, bello atq; ui dum pax inter duos populos eſſet à Carthaginenſib. eripuit, Numidięq; adiecit ex quo Ptolemęus Numidiam

midiã nouam partẽ illam appellat in Bagradamq́ terminat, Tyſcam quũ illi poſsiderãt 50. urbiũ terra. Cæterum Numidas infidos, & ad omnem motũ leues eſſe, neq́ beneficio, neq́ metu cohercendos legimus: quorũ Cirtenſij: & Mabathræ ad mare uſq́ noſtrum iuxta Mauritaniã ſiti ſunt: poſt quos uerſus ſolis ortũ Iontij ad Rubricatũ uſq́ amnẽ pertingunt: poſt Mideni qui iuxta Carthaginẽ ſunt: ſub Cirtẽſijs uerò ad auſtrũ ſub Audo mõte Miſulami, gens præ cæteris Numidarũ inediæ patiens, & quibuſcunq́ herbis pro panè ueſcitur: ſub quib. Natabutæ. Poſt Niſibes: & ſub Miſulamis Mædi, ſub quib. Mauſumi. Poſtea ſub Othamnæ mõte qui interius ad auſtrũ eſt Sabubures, ſub quib Aliardi, & Sittaphius campus. Hæc regio præter marmoris Numidici, ferarumq́ prouentũ, paucis exceptis oppidis. & fluminibus nihil aliud inſigne habere ſcribit Plinius, ſed Maſſiniſſæ nomine clara: nam qua parte ſylueſtris eſt, feras educit, qua iugis ardua eſt equos alit, & urſos qui cæteris præſtant rabie duntaxat, & uillis profundioribus quare Lucanus:

Et ſolitus uacuis errare mapalibus apher
Venator ferriq́ ſimul fiducia non eſt
Veſtibus iratos laxis operire leones.

Vnde Numidæ antiquitus ob multitudinẽ ferarũ agrum colere nequiuiſſe fama eſt. Huius regionis litus ab intima ſinus parte, quẽ Numidicũ appellari diximus, incohat: ubi primũ tumulus eſt qui quũ ob altitudinem lõgè in mari proſpectũ habeat Collops magnus à Græcis appellatur, cui ſubiectũ flumen cũ caſtello nomen Collo adhuc eſt. Vnde ad orientẽ Triton promontoriũ eſt: cui Hydra inſula exilis adiacet. Mox Ruſicada urbs & Olcachites ſinus, in quo Tacatia urbs puſilla, poſtea Collops alter qui dicitur paruus, ubi Siur portus. Inde Hippi promontoriũ: à quo aliud modico interuallo Stoborum nomine, iuxta quod Aphrodiſium colonia interijt: quo in loco nunc Stora oppidulum urbis Conſtantinæ olim Cyrtæ emporium. Et paulo poſt Hippon urbs nunc Bona à Phœnicibus in Rubricati amnis oſtio prius condita, quæ breui aucta originib. ſuis præſidio decoriq́ fuit. Dein teſte Appiano, ab equitib. Græcis Agathocle Syracuſanorũ tyranno duce inſtructa, mœnib. arce, & portu nec nõ naualibus inſignis reddita eſt: quæ etiã Hippargeta Diarrichumq́ à Græcis, propter aquarũ irrigua uocitať, adiacet eñ ſtagno quod nauigabile eſt, mariſq́ ęſtu demergiť. In q̃ mira de puero à delphino amato Plin. & Gellius ſcribunt. Rubricatus fluuius eſt, quem nouæ ac ueteris Numidię limitem diximus: Poſt cuius amnis oſtium Thabacra colonia ſita eſt, quam nunc corrupto uocabulo Thabarcã dicunt, urbs quondã nobilis. Inter quã & Hipponẽ in mari neq́ longè Coraliũ uirgultus lapideus retib. carpitur: cui loco procul in pelago (trigintamil. paſſ. interuallo eſt) inſula iacet Galatha nominè quę ſic adhuc appellatur, cuius terra ſcorpionem, dirum Aphricæ animal

necat.

necat. Poſtq; dictã coloniam ſunt ſaltus in quibus Simiæ abundant: cui uicinum eſt promontoriũ Apollinis ſacrũ, quod à quibuſdã Candidũ, & à quibuſdã Pulchri dicit̃, uaſtè proiectũ in altum, grandes pateſacies ſinus. In quo ad idẽ promontoriũ Vtica urbs inclyta oportuniſſ. loco ſita fuit, q nũc locus à barbaris Mazachares nuncupat̃, deleuit quippe illã uetuſtas: Vbi portus accommodus ad cõtinendas rates, quã ex Phœnicia profecti homines cõdidere, Tyriorum enim colonia fuit, Catonis fato inſignis, cuius pars mari abluebatur, retro imminebat tumulus, inde ad meridiem magni campi, Romani eam diruere, magnitudine authoritateq; ſecunda poſt Carthaginem, atq; ante condita, ut Silius in carminibus:

Proxima Sidonijs Vtica eſt effuſa maniplis
Priſca ſitu, ueteriſq; ante arces condita Byrſæ.

Poſtea aræ Neptuni erant, & Hippon, ſiue ut alij equorũm citatio promõtorium in mare ſe porrigẽs ab Hippone Diarricho denominatũ. Eſt dein Thirmida oppidũ, & Apollinis promontoriũ alterũ: ubi Cornelij caſtramentatio: locus peridoneus ponendis caſtris, eſt aũt iugum directũ in mare eminens, utraq; ex parte prꝗruptũ atq; aſperum ab Vtica paulo amplius paſſuũ mille, quo itinere lacus dictus iacet, quem ſiquis uitare uoluerit ſex mil. paſſ. circuitu in oppidũ peruenit. Huic promontorio Dracontius inſula haud magna adiacet, quã Chelbi nunc barbari uocãt. Neq; longe hinc in eodẽ ſinu Bagrada amnis amplo oſtio effundit̃, Biſerti nũc ab incolis uocitatus. Hactenus q̃ ad mare ſunt. In mediterraneo uerò mõtes nominant̃, Buzara cuius occidentalẽ partem in Mauritania Cæſarienſi meminimus, iugum enim longè in ortum occaſumq; laxat̃, difficile trãſitu, exciſum atq; arduũ eſt. Inde mons Audus ex patenti circumquaq; harena ſurgẽs: cui ad ſeptentrionẽ uerſus mare Iouis mons iacet, altus ac rotundus, frondoſus ſatis, ea præcipuè parte qua aquilonẽ ſpectat. Et ad orientẽ magis Cirna à quo mõte effluũt aquæ, quib. Siſara primo, deinde Hipponetes paludes contiguæ inuicẽ efficiuntur, neq; à mari procul deſinentes. Eſt & Othammes longiſsimè hinc inde proiectus in cornua à q̃ Rubricatus fluuius exoritur, ingens quidẽ ac præceps hyemis prꝗſertim tempore, nam æſtate intra ripas leni labitur curſu. Poſt aũt montes ſunt oppida, quorum Cirtenſium Cirta eſt, non longè à mari, inter nobiles Numidiæ urbes olim eminẽs, ac regni Syphacis caput, quæ Cõſtantina nunc appellat̃, in qua multa collapſa ſint quæ Rom. Imper. eminebãt uidetur, nam complura illorum temporũ paſſim iacentia, & ſepulchra præſertim latinis inſculpta literis. cuius per agrũ torrens excurrit, quẽ tranſeunt qui ex Carthagine iſtuc proficiſcuntur. Poſtea Mircum oppidum in radice Audi montis. Item urbs Thala ampla et opulenta quondam, ſolo modo complanata, à qua ad flumen proximum 50. mil. paſſ. loca arida ſunt, quamuis à mœnibus haud longè fontes quidam ſcaturiãt. Mox uacca ciuitas magna ac diues à Rom.

deleta

deleta, non longè à flumine Muthul, quod cõmittatur mons 20. mil. paſſ. ferè tractu pari, ex quo collis trãſuerſo itinere porrigitur ueſtitus arbuſtis, planities uerò quę media, eſt deſerta. Vaccę finitimũ oppidum Zetta fuit. Lares ad meridiẽ Iouis mõtis. Apari poſtea ultra Audũ montem, & Azama Zama apud Saluſtiũ magnatum, à Rom. exciſa, in campo ſita prope Buzaram montem, opere, nõ natura munita. Iuxta quam teſte Plinio fons eſt, ex quo bibentes canoras reddũt uoces. Poſtea eſt Caluca colonia. Thunudromum colonia, Aſpuccra, Simiſthi, Thuburnica, Tucca, Thieba colonia, Vcibi, Gauſaphna: & in mõtium radice, Lambæſa, Thuburgis ſeu Subutis: quę oppida penè omnia in apertiſs. campis iacent, eſt ẽt Saleca 15. mil. paſſ. ab Vtica: Itẽ Bulbaria, Sicca cognomine Veneria, Aſſurus, Narangara, Thebeſtaq́ ad amnem Rubricatum poſitę. In Numidia uerò noua hæ habentur, Thunuſda, Nadurus, Ammedara, Thanatuda, Gazacupada, Geduaq́, unde ad Bagradã uſq́ fluuiũ alię ſunt, uidelicet: Canopſei, Mentida, Vzanum, Thiſica, circa Hipponetes paludem ad occaſum: & ultra paludem ad orientẽ Theudalis immune oppidum Hipponenſi agro finitimum. Auitta, Tobros, & in ripa Bagradæ Cipipa, Eulica, Parada, Tucca altera, Bendenaq́ & ſub Cirna mõte, Dabia, Vazua. Poſtea Nenſa. Aquæcalidę, Zigira, Thaſia, Thunuba, Muſta, quæ circa radices Campſari montis iacent. Inde Themiſcua, Zamacizon, Timica, & Tuſcubis.

Aphricæ regionis ſitus.

APhrica ad orientem Numidiæ iacet, nomen à tertia orbis parte accipiens, quæ & Zeugitana regio apud Plinium & alios quoſdam nominatur: in duas diuiſa prouincias, ueterem ac nouam diſcretas foſſa, Thenas uſq́ producta: Regio uſq́ ad columnas felix, nullam producẽs herbam, niſi ex iacto ſemine: quæ uerò ad auſtrum tendit, inculta, atq́ harenis obducta ferarumq́ immaniũ, ſicut et mediterranea omnis referta eſt, quod ſcriptores omnes, ac præſertim Saluſtius ſcribit, ager frugũ fertilis, bonus pecori, arboribus fœcundus, cœlo terraq́ penuria aquarũ. Genus hominum ſalubri corpore, uelox, patiens laborum, pleroſque ſenectus diſſoluit, niſi qui ferrò aut beſtijs interiere, nam morbus haud ſæpe quenquã ſuperat. ad hoc malefici generis plurima animalia ſunt: in qua nec apros, nec ceruos, nec capreas, nec urſos eſſe Plinius ſcribit. Sed hoc loco antequam ad reliquas deueniamus gentes, haud incongruè poni ea uidenĩ quę in recẽtioribus hiſtorijs de Zinganorum gente legimus (ſic ætas noſtra illos uocat) quum noſtros ſæpe homines admiratio teneat, unde hæc natio & quare turmatim uagi & errãtes ſemper ſint: ex Ægypto quos fuiſſe tradunt, qui quodam rege duce ex Aphrica Zeugitana ad oras Græciæ occupandas nauigauerunt, ubi à Græcis incenſis nauibus mortis metu, in uictorum poteſtatẽ ac fidem conceſſere: utque barbarorum mos eſt, cum uxoribus ac liberis transfretarunt: quos libertati donatos (quandoquidem

Chriſtianos

Chriſtianos fieri ſpoponderint, patrium morem, uagationémque priſtinam retinere dicunt: qui corrupto uocabulo Zinganos pro Zeugitanos uocamus. Sunt qui à Ceneo mago dici ac deſcendere gentem iſtam uelint, quum putentur magicas tenere artes, pollicentur enim (modo ſtipem accipiant) unicuiq; præterita ſuæ uitæ ac futura prædicere. Cuius Cenei Strabo meminit: fuiſſe Boërebiſtam Getarum præfectum uirum ſtrenuum, & qui ob multa eius in circumſtãtes populos fortiter facta Romanis terrorem incuſiſſet: hic ad nationis ipſius commoditatem adiutorem habuit Ceneũ uirum magicis deditum, diu Ægypti oras peruagatum, auguriorum peritum, per quem deorũ reſponſa nunciabat, & alia. hactenus de Zinganis ſeu Cenganis: hinc dicemus de nationibus alĳs. Omnes huius tractus gentes quæ introrſus à mari ſolitudines incolunt, beſtiarũ non hominum ritu uitam ducunt, alĳ ferarum pellibus tecti: alĳ nudi omnino incedentes, noctu uel ſub dio, uel iunceas caſas ſubeuntes, quum nulla eis oppida ad inhabitanda ſint: carne ac lacte, neq; omnes uiuunt, quidam ſylueſtribus fructibus & melle, cuius copia in hac terra eſt, aut herbis paſſim naſcentibus famem pellunt, eſſe inter has gentes, familias efaſcinantium, quarum laudatione intereant probata, areſcant arbores, emoriantur infantes. Sed qui hanc prouinciã Aphricam tenent, qui ad maritimã oram propinqui magis ſunt Libophœnices uocitabãtur, iſti ad hanc regionẽ cum Didone ex Phœnica Syria in coloniã uenere, ex quo illis mixtũ nomẽ obtigit, quũ Libyæ incolę facti ſunt. Iſti ad montana uſq; Getuliæ terrã fertilitatis eximiæ habitant, cuius pars quæ ad mare uergit Plinius Byzantinã regionem appellat 250. mil. paſſ. in circuitu, ut iacta ibi ſemina cum incremento centeſimæ frugis renaſcentur. Poſt illos uſq; paruã Syrtim Machini & Cinthĳ qui magis ad ortum uergunt: & uſq; Cinyphum flumen Nigitimi: & circa flumen ipſum Lotophagi, id eſt, loto ueſcẽtes quorum terra inſignem arborem loton ut ait Plinius gignit, & eſt præcipuè circa Syrtes, atq; Naſamonas, tam dulcis cibo ut nomen etiam genti terręq; dederit nimis hoſpitali, aduenarum obliuione patriæ: uinum quoque exprimunt illi ſimile: exercitus, quin etiam paſtus eo, accepimus ultro citroq; commeantes per Aphricam: quod Herodotus etiam tradit meminitq; Homerus ſcilicet, loti ueſci florib. illos dicit, nullo indigẽtes potu: ad quod litus Vlyxem tempeſtate maris iactatum fuiſſe, arasq; ibi erexiſſe: & Dionyſius Alexandrinus carminibus cecinit:

> Aſt inter Syrtis urbs eſt quam nomine dicunt
> Eſſe Neapolim, hanc ſupra iuſtiſsima fertur
> Hoſpitĳs gaudens gens degere Lotophagorum.

Poſt hos apud magnam Syrtim Samamycĳ: & deinde Nyctĳ: quib. ſubiacẽt Eleones: à meridionali autem Libophœnicum eſt Bazacites regio ſub qua Zoëtæ. Poſt Corophæi, & Campſari ſupra eiuſdem nominis montẽ.

Sub

Sub monte aũt ſunt Matuturij. Et ſub Machinis ſunt Machryes, Gephei, poſt quos Minaces, & ſub Vaſalætũ montem Vzarę & principiũ Libyæ deſertæ. Similiter autem ſub Cinthijs Sigiploſij ſunt. Mox Achæmones, Muthurgares, ſub quibus Muchruũij ſiue Muchthuſij, ſub Nigitimis autem ſunt Aſtacures. Sub Lotophagis Eropæi, Dolopesq́ſub quibus Erebidę, ſub Samamycijs Damenſij, Nygheni, ſub quib. Nycpij, quibus ad auſtrum Macęi Syrtytæ cognominati, quoniã circa Syrtes (licet interius) habitant, qui multitudine hominũ præſtare dicuntur, ſoli inter cęteros Libycos agros uberes fructu colentes: iumentorumq́ ex quibus nutriuntur, diligentem curam habentes. Hi regibus parent, uitam non omnino agreſtem exercentes, neq; ab aliquali humanitate, alienam agentes Herodotus author eſt: Cõtra quẽ Silius: eos ſqualidos eſſe ac aſperos, & qui cibo feruentib. harenis torrido uictitent aſſerit. Huius igit prouinciæ atq; totius Aphricę caput Carthago urbs magna fuit à Phœnicib. condita, unde Pœni, quaſi Phœni Hieronymo teſte corrupto ſermone appellantur: Ipſa uerò eorum lingua noua ciuitas dicitur: ſiue à Cartha oppido unde fuit Dido, inter Tyrum & Berytum ſito: quidam à Carchedone Tyrio uolũt: alij à Didone conditam eſſe: Hieronyms enim Carchedon, id eſt, Carthago: ſimiliter Appianus, Carthaginem in Libya Phœnices condidere Xorus & Carchedon: Sed ut Romani, & ipſi Carthaginenſes exiſtimant, Dido mulier è Tyro profecta huc enauigãs eo loci ubi nunc Carthago ſita eſt conſedit, ab incolisq́ tantum ſoli quantum taurino corio circundare poſſet, impetrauit, Phœnices coriũ per minuta ſecãtes circũ poſuere loco ubi Carthaginis arx reſedit, quæ ob id Byrſa appellata eſt: quod ſcribit Virgilius, ubi inducit Venerem Æneæ alloquentem:

Deuenere locos ubi nunc ingentia cernes
Mœnia ſurgentem nouæ Carthaginis arcem
Mercatiq́ ſolum facti de nomine Byrſam
Taurino quantum poſſent circundare tergo.

Quare Cicero quum tres iam Hercules nominaſſet: quartus inquit fuit Iouis F. & Aſteries ſororis Latonæ, qui Carthaginem filiã genuit, à qua Byrſa quam Dido condidit Carthago dicta eſt, uaſto imminens ſtagno in mare amplo exiſtente orc. Ea poſt Troianum bellum annis 143. & 73. antequam Roma conſtrueretur, ut ſcribit Trogus, cõſtructa eſt: Appianus uerò Alexandrinus annis 50. ante Ilij captiuitatem dicit: Procedente deinde tempore urbem extra Byrſam extenderunt uigintitria millia paſſuum, muro amplexam in aſpero ad modum dorſo, ac montuoſis ſaltibus ad reliquam Aphricam coniungitur, ad quam difficiles ac manufactæ uiæ erãt: cui loco inſurgebat murus triginta pedum latus, in altitudine cubitorum, quadraginta. urbs quidem inclyta, Romani imperij 120. annis ęmula, quę duobus ſubacta prælijs, tertio Scipione Æmiliano duce, euerſa eſt: Quæ

quãta fuerit, ut reliqua omittamus, uel ignium mora, quemadmodum ſcribit Florus probari poteſt, quippe per cõtinuos ſeptemdecim dies, uix potuit incendium extingui, quod domib. ac templis ſuis ſponte hoſtes immiſerant, ut quatenus urbs eripi Romanis non poterat, triumphus arderet. Hæc initio belli 300. ait Strabo urbes in Libyã habuit, in ciuitate hominũ millia ſeptingenta, marisq́; adeo potẽs fuit, ut omnibus mortalibus nauigatio eſſet periculoſa. Quæ quum poſt excidium diu iaceret, demum præter ſpem à diuo Cæſ. reſtituta eſt, eodẽ ferè tempore quo & Corinthus, ex proprijs colonis, & ex militibus nõnullis, priore tamẽ anguſtiorem effecere, ueluti oportunum in Libya locum, Nunc aũt præter nomẽ, & uillis ubi ea fuit, nil aliud eſt, quamuis & aquæ ductus & alia quædam antiquitatis ueſtigia paſſim uideantur. Fuit quandoq; Carthaginenſibus conſuetudo pueros in altaribus dijs ſuis ſacrificare: quod Silius inter alios tradit inquiens:

Mos fuit in populis quos condidit aduena Dido
Poſcere cæde deos uenias, ac flagrantibus aris
Infandum dictu, paruos imponere natos.

Poſt itaq; Carthaginem ſtatim Catada amnis in mare uadit: ad quẽ Maxula colonia erat, in ueſtigijs magnæ urbis ſedẽs, ex euerſione alterius Maxulæ, ut infra notabimus, renata. Inde Thunis ciuitas regia eſt priſcũ nomen licet corruptũ adhuc retinens, in humili ſita tumulo, magna & quæ nunc totius Aphricæ metropolis eſt, quã Appianus Thunicem, Liuius Thuneta, & Ptolemæus Thimiſam uocant 15. mil. paſſ. à Carthagine orientẽ uerſus iuxta paludem quã incolæ Golletam modo dicunt, marina aqua infuſam, ore adeò anguſto ut ponte trãſmittatur, loco tuto tum operibus tum ſuapte natura poſita, olim unà cum Carthagine à Rom. diruta. Sub ea adortum ſolis campus iacet quem Machera fluuius ſecat altis quidem ripis & prærapido gurgite in ſubiectum mare uadit, uno tantum ponte tranſmeabilis, urbsq́; dicta ab eo, Machera ſupra amnem poſita pontem mœnibus complectitur. Hinc oppidum eſt Carpis in petra ſitum. Niſura aliud oppidum munitum ſatis. & locus qui Aquilaria appellatur nõ incommodam æſtate ſtationem habẽs, duobus eminentibus promontorijs contentus, mox iuxta Cophiticum promontoriũ ſiue Mercurij tumulus eſt Clupea uocatus in quo Clupea urbs ſita, prope quam patẽtes cãpi ſunt. Huic loco ad occaſum non procul Coſyra eſt inſula ex aduerſo Clupeæ medio enim ſpatio inter Lilibei Siciliæ promontorij & Clupeæ iacet, Zemolus nunc à nautis dicta. item exiles duæ, quarum una Egimurus uocitabatur, ſunt enim ſcopuli potius quam inſulæ Cartharginenſi imminentes ſinui. Promontoriũ inde Hermea, id eſt, Mercurij aſperum, multũ in mare procurrens Caput bonum adnauigantes nunc appellant. Cui ab orientali parte ciuitas Hermea proxima erat, quã Rom. uaſtarũt. Opponiẽ dicto promontorio

montorio ad aurorã 40. mil. paſſ. ferè intercapedine Miningis ſiue Lotophagites inſula clariſs. quam nũc Pantalariã appellãt, in qua ciuitates duę fuerunt Girapolis & Minix cui arbor lotos in ea multa nomẽ dedit. Poſtea in continẽte (unde ad paruã uſq; Syrtin tota regio emporia dicebat agri uberis) Aſpis ciuitas fuit quod nomen clypeum ſonat, in colletum quodã ſita Taphitis promontorij, cui colli Aſpis nomen eſt ad ſimilitudinem appellatus quẽ Agathocles Siciliæ tyrannus habitari fecit: quam ſimul cũ urbibus alijs Rom. deſtruxere. Poſtea Curobis uicus loco oportuniſs. ſitus: A quo non longè Neapolis colonia erat, quę & ipſa interijt. Poſtea Siagul oppidulũ. Inde aliud Aphrodiſium Maometa nunc, quod condidere Siculi, quò Veneris Ericinæ religionẽ tranſtulerunt: inde in intima ſinus amnis in mare uadit. Item Adrumentũ colonia bene munita, in rupe enim ſita eſt, difficilẽ habens aſcenſum Suſſa modo dicta in qua erãt naualia, à Phœnicibus condita, quæ non multo poſt in nobiliſs. urbẽ euaſit. Inde propè litus Lauineſiæ inſulæ duæ paruæ ſunt, quæ & Tarchiæ à quibuſdã dicuntur aſperæ admodũ, Conigliare nunc appellatę. In litore Ruſpinę portus, nam urbs ipſa duob. mil. paſſ. à mari abeſt, à Romanis propſtrata: cui ad ſiniſtram partem campi ſunt prope mare 15. mil. paſſ. in longitudine, hanc planitiem iugum ingens à mari exortũ uelut theatri ſpeciem claudit. Fuit inde Leptis parua quæ nunc à nautis Aphrica dicitur in promõtorio ſita. Poſt quã Thapſus urbs tum inſignis ſupra ſtagnum ſalinorũ poſita, inter quod & mare mille & quingentis paſſ. litus extat. eam deleuere Romani. Item Brachodis promontorium humile ubi dicta regiũcula terminatur. Huic ad orientẽ nõ longè in mari Cercinna inſula eſt: nam põte Cercinnitis, hoc eſt, ſuis gentibus qui in continenti ſunt litore iungitur, quã Cercenni (licet quidam Gamelaram) barbari adhuc uocant, oblonga, ſaxoſaq;. in qua olim ciuitas ſui nominis fuit, haud ignobilis, ubi portus non ſolũ mercatorib. ſed etiam longis nauibus accõmodati ſunt. Cui ad ſeptentrionem 60. millia paſſ. ferè Lepaduſa alia eſt inſula à patellis dicta Oſtreorum genere quæ cui ſemper fuit nomen, habens ad occaſum exilem inſulam, quæ & Miſinus & Demoneſus olim dicebatur, à Demoneſo quondã condita, in qua metalli genus prouenit quod Græci Chryſocola, nos auri pigmentum dicimus. Et ad ſeptentrionẽ alia eſt Gaudos tũ, nunc Limoſa quã Callimachus Calypſonis inſulã fuiſſe dicit: q̃d Straboni nõ placet. ab hac circiter 90. mil. paſſ. Melita inſula eſt, longè à Pachyno Siciliæ promontorio eſt, 60. periculoſo freto diſiũcta, ab his aũt litorib. ubi proximior 180. ab ipſa 130. ambitu colligit. quæ nunc corrupto uocabulo Malta dicitur, & in ea ciuitas eiuſdẽ nominis in ſinu poſita, in duo ad aquilonem promõtoria prominẽs quorũ alterum Iunoni, alterum Herculi ſacratum erat, in quib. celeberrima deorum templa fuere, quæ non ab incolis tantum ſed ab exterris quoq; etiã hoſtib. maxima in obſeruatione habita ſunt: quæ & opti-

moſ portus habet, ex quo opibus aucta. Similiter quia uarijs artibus erat præcipuè in componendis ex lino telis, potens per id tempus fuit. Huic ad occaſum anguſto freto Glauconis inſula eſt, & in ea caſtellũ, quæ à nautis Gozo dicitur: quam Ouidius Coſyram nominauit. Et ad orientem altera exilis Gea nomine ipſa palmis abundat, nec nõ arboribus alijs fructiferis, fertilis admodũ eſt. A promontorio autem Brachodis in continente nõ longè Vſilla uel Acilla ciuitas fuit. Taphrura inde grandis uicus: à quo Syrtis parua inſinuare ſe incipit 300. mil. paſſ. à Carthagine diſtans 200. in reductione, quæ aliquãto magna, clemẽtior eſt: ab tractu denominatur, quod omnia ad ſe trahãt, & appropinquãtia uadoſo mari hęreãt. Nam et Strabo ibi difficultates eſſe ait, ꝓpter fundũ multis in locis cœnoſum ex ꝗ cõtingit ut multi in breuia incidentes inhæreſcant. Sinus quidem ſunt importuoſi, atq; atroces infeſtiq; ob alternos motus pelagi affluentis, ingruentibus in eas uentis, quum litora circum decliuia ſint, ex quo auſtrinis flatibus mare ibi maxime fremit, deuoluentibus in illud harenas & ſaxa, quę illhinc reuomit, quo fit ut inæqualitas fundi magna ſit, alio quidẽ loco mare profundiſs. alio uadoſum eſt, & ſæuienti æſtu, quæ modo eminebãt, in imo reſidant, quæ uerò in imo iacebant ſupra undas extollantur, ex quo omnis locorum facies ſimul cum uentis mutantur. Igitur poſt Taphruram Theænæ ſiue Theron colonia eſt: item Macomada municipium. Triton fluuius, in medio Syrtis mare ingreditur, cui Tacapa colonia adiacet, emporium quondam ingens, Capes nunc dicitur. In fertili ſolo ac irriguo ſita, ubi palmæ prægrandes, ficus, uiteſq; ſub quibus frumentũ ſeritur, ſub palmis olea. Inde iuxta finem Syrtis Hedaphtha ciuitas in colle ſita, Cui inſula adiacet Zerbi ab incolis nunc dicitur. Mox in litore lacus expanditur Zuthis nomine 50. mil. paſſ. in circuitu, ingeſſum habens anguſtum in quo urbs eſt eodem nomine, ubi purpurificium, & piſcium uariæ cõdituræ ſolebant fieri. Dein Zitha promontorium, & Sabathra colonia cui portus eſt Poſidon nomine. Item Eoa oppidum, à quibuſdam Oza, nunc locus tantum, ubi Garapha portus, inde Neapolis quæ & Leptis magna dicitur, nunc Tripolis uetus à iunioribus uocitatur, paruum oppidum in medium harenis à Sidonijs poſitum, igitur à poëtis nonnunquam Sarrana cognominatũ eſt. Fuit enim Tyrus etiã Sarra appellata, cuius regio emporia uocabatur, agri uberis, quæ ſingula in diem talenta uectigal Carthaginenſibus dedit, Liuius author eſt, adiacet oſtio Cinyphi amnis iuxta quem regio eſt, eam Cinyphem uocant, tantæ bonitatis, eiuſdem amnis aqua, ut cuiuis telluri par eſt prouentu fructus cerealis cæteræ Aphricæ, nã ſcatentibus ubiq; fontibus occulte ſub terra ab amnè manantibus humectata eſt, quare ſiccitate aëris minus læditur, in eo etiam tractu pluit: cuius loci urbertatem Ouidius meminit ubi ait:

Cinyphiæ ſegetis citius numerabis ariſtas

Quam

Quam tibi noſtrorum ſtatuatur ſumma laborum.

Poſt autem fluuij oſtium, ſequitur præcipitium quoddam ingens, horrendumq́, cuius ripas pons iungit: ubi Barathrum oppidum puſillũ, nomen à profunditate illa trahens. & aliud Ciſternæ. & Tricorum promontoriũ quod & Borion dicitur, & à quibuſdam Cephalas, altum ſyluoſumq́ magnæ Syrtis initium, quæ & nomine & ingenio par priori eſt, cęterum multo maior, namq́ ambitum 400. & 30. mil. paſſuum complet: cuius in margine Macomacha primum uicus eſt. Inde Aſpis locus in alto à mari poſitus, iuxta quem portus optimus. Sacamaza pagus. Pyrgis Euphrantà, Pharaxa uicus, quem alij Charaxam dixerunt, locus quo Carthaginenſes emporio utebantur aduehentes uinum. Et alius Iſporis dictus. Mox Hippi promontoriũ, quod à quibuſdam Siccurra, circum ſe importuoſum litus habẽs lotophagorum ora. Et paulo poſt Philleni uicus, ab aris Phillenorum ibi poſitis appellatus: Veteres pro confinijs columnas ponere in loco ſolebant, ut hic, licet quidam harenarum cumulos tradant, Finis Carthaginenſium cum Cyreneis, nihil enim uel montiũ, uel fluuiorum interiacebat, ſed harenæ ſpatioſiſs. ubiq́ campos tenentes: miſſis itaq́ duobus iuuenibus ex utraq́ parte, eadem hora, ut quo in loco eſſent obuij, ibi communis duorũ populorum terminus eſſet. Carthaginenſes quum ante tempus ab urbe diſcederent, longius in Cyrenenſium terram proceſſerunt, cognita re, ſi illi ibi uiui ſepeliri uelint, ſuorum finis eſſet, quod quum annuerent, Carthaginenſes iuuenibus ubi humati fuerant aras conſecrauere. Verum in interioribus partibus regionis montes nominãtur, Campſarus in ſeptentrionem auſtrumq́ ferè lõgo diſcurrit iugo, aſper ſanè, ac nudus, colore fuſcus, & qui igni quãdoq́ exuſtus fuiſſe uideatur, à Bagrada magno flumine ſectus. Vſaletusq́ mons alter, magnus admodum, acutis undiq́ ſcopulis munitus, ſole quodãmodo ambuſtis, in quo exoritur amnis Triton per uaſtas paludes fluens, Tritonam ſcilicet ac Libyam, quas Callimachus Pallanteas uocat, In Tritona, Minerua dicitur nata, unde Græci Mineruam Tritogeniam dicunt: quod etiam Silius ait. At Lucanus nõ quod ibi dea genita, ſed à Tritone deo quum pedibus aquam tetigiſſet, & in eã ſe uidiſſet, ſtatim adamata eſſet ait enim: ſtatimq́ quieta

Vultus uidit aqua, poſuitq́ in margine plantas
Et ſe dilecta Tritonida dixit abunda.

Hic amnis inſulam efficit antequam paludes intret, in qua teſte Diodoro ſurgit collis præceps atq́ undiq́ abruptus, in quo urbem Nyſeam fuiſſe, unumq́ ad eam aditũ, quas portas Nyſias dici. Eſtq́ alius in regione mõs Silius nomine circa quẽ terra omnis calore exuſta iacet (in media penè regione exurgit.) Inde Thizibius nõ ꝓcul à Magna Syrte in ſolitudinib. & alius Zuchabbarus in extrema parte regionis, quẽ nonnulli Charitonem uocant, in orientẽ occidentemq́ tendens, harenis quaqua uerſus profun-

diſſimis obductus, exciſis undiq; petris prominens, quem Cinyphus amnis à meridie ueniens pertranſit. In locis uerò ſupra magnã Syrtẽ Fons eſt Arabe nomine ingens ſanè inſipidæ tamẽ aquæ, ab alijs Achabe dicitur, ſolitudinib. propinquus, Cyrenem uerſus: ubi iter agentes opus eſt ſidera obſeruare, aliter curſus minimè illis pateretur: ſolet enim in illis locis tempeſtas nõ ſecus atq; in mari ut ſcribit Saluſtius homines retinere, nam ubi per loca æqualia & nuda arborũ gignentiũ uentus Corus harenã humo excitauit ea agitata magna ui ora oculosq; implere ſolet, neq; hoc ſolũ, uerum etiam peruerſis locorũ ſitibus nulla inditia agnitioni quo ſemitæ dirigant reliquunt, dum modo quæ fuerant tumulis ardua in ualles demiſſa, modo uallib. preſſa coniectu pulueris aggerant. In deſertis locis teſtudines ut ait Plinius eximiæ magnitudinis ſunt, quia parte maxime ſitientib. harenis ſqualent, roſcido ut credit humore uiuẽtes, namq; eo in tractu maior pars ferarum æſtate nõ bibit inopia imbriũ, neq; ubi teſtudines uiuunt aliud animal ꝓuenit. Ciuitates in hac prouincia mediterraneæ ſunt, in Bagradę fluminis ripa, Vol non longè à mari, ſub qua Vthina, Abdira, Bullamenſa, Nuroli, Ticenia ultima ad auſtrum quæ omnes ad idem flumen ſitæ ſunt. Poſtea uerſus mare Maxula uetus deſerta, Vticna, Creuſa. ſub qua Cuina colonia, Orbita, Vzita quæ eſt ad meridiẽ Adrumenti ad infimas iugi radices, quod iugũ campos Ruſpinæ urbis circuire diximus. Poſtea Vſdrus & Agar 16. mil. paſſ. à Thapſo & Vzetia ſunt. Interius uerò Turza, Giſira, Zalapa, Zurmentum: & iuxta Syrtim Caraga, Muruſiq; ſunt. & Mediccara, Vlizibirra, Laſica, et ad meridiẽ magis Tiburba, Auguſtũ, Barbarus Bizacina, Thabba, Auidus, Carbica, Leę, Targarũ et nõ ꝓcul ab oſtio Tritonis amnis Zugar. Sub quib. Cilma eſt cui ꝓximus eſt collis ſtatuendis caſtris idoneus, nam pabulatũ aquatumq; mittendi haud longè eſt. Cætera uerò regio circum circa arida & aquarum indiga iacet. dein Saſura, Buntum, & Vbata ſunt: quib. oriẽtalior eſt Capſa oppidum magnum atq; ualens ab Hercule ut fama eſt inter ingentes ſolitudines conditum anguibus harenisq; uallatum: quare circumadiacentia omnia uaſta inculta & egẽtia aquæ ſunt, à Rom. incenſum, cuius pars quę nũc habitat Capſa etiam nuncupat. Poſtea in calce prouinciæ uerſus auſtrum, Vepillium, Tiſurus uel Tiſdra Putea, Ticheſa, & Neſenta uel Vſcẽta oppidum loco difficil. ſitum. ſunt & ultra paludes Tritonas ad orientẽ, oppida, Siddenis penes Zitam promontorium neq; procul inde Piſinda, ſub quibus Chuzis, Sumucis, Sabrata, & iuxta Cinyphum amnem Ammonis ciuitas regia quæ Chabes nunc dicitur, & ad auſtrũ magis in amnis margine Muſta pagus, Butta, Tegaq; ſiue Tegea, ac Burga Zuchabaro mõti proxima. trans autem Cinyphum ac in eius ripa Amuncla, Vddata, iuxta uerò Syrtim magnam Azius, Geriſa, Iſcina, Sycapha, Galyba. & ultimo loco Tagulis.

GEOGRAPHIAE Commentarius III. Aphricæ, in quo

Cyrenaica, & Ægyptus, cum inſulis ſibi adiacentibus continentur.

CYrenes nũc ſitus: eſt enim Cyrenaica prouincia, quæ modo Barcha uocatur, ab occaſu Aphricam habet iuxta deſertas harenas, quas ſupra Syrtem magnam iacentes paulo ante meminimus, uti procelloſum ac profundũ mare limen, ab ortu ſolis Marmaricam interiacentib. deſertis harenarũ campis haud minus ſeptingentorum mil. paſſ. laxitate, à meridie deſerta Libyæ, à ſeptentrione Libycũ pelagus hoc eſt, Punicũ quadringent. mil. & quingentorũ paſſ. præternauigatione. Hanc dictam ferunt à uirgine Cyrene Penei Arcadiæ regis filia, quam (ut poëtæ narrant) Apollo é monte Peleo Theſſaliæ rapuit, & in hanc ab eodem deductam terram: Alij ſunt qui à Cyrene urbe nomen prouinciæ inditũ uolunt: A nonnullis etiam Pentapolis appellata, quod quinq; urbibus maxime fulgeat: Berenice, Arſinoë, Ptolemaide, Appollonia, & ipſa Cyrene. Cuius regionis quæ ſeptentrionalia ſunt læta admodũ, atq; laudatiſsimis ſemper uernans floribus eoſq; odoratiſs. eſſe, ex quibus unguentum pulcherrimum fit. Quare Theophraſtus, ea quæ apud Cyrenam proueniũt, non niſi ratione ſiccitatis odorata conſiſtere, tum cætera, tum uel maxime roſa, & crocũ: quod in frugibus quoq; eadem ſit ubertas, ut ait Herodotus: ſed præcipuè in uineis, Ariſtoteles ſcribit: circa Libyã uitem quandã naſci, ex qua uuæ quæ oriuntur partim iam maturæ colligi poſſunt, partim ut matureſcant expectandæ ſunt, quum acerbiſsimæ ſint, partim etiam continuè pullulant ac naſcuntur, nec id euenire multo interiecto temporis ſpatio, quod ne à beſtiolis conſumentur, locuſtis maxime (frequens enim ibi malum) lex eſt ter anno diuellendi morſu erodentes, primò oua deterendo, deinde fœtum, poſtremò adultas, deſertoris pœnam in eum qui ceſſauerit Plinius ſcribit. Item ranas huius regionis mutas ac ſine ulla prorſus uoce uictitare, murumq; plura genera, alij lata frõte, alij acuta, alij Herinaceorum genere pungentibus pilis. At meridionalia ſteriles harenæ flante maximè auſtro circumuolantes ueluti turbo occupant. Igitur iuxta mare in litore magnæ Syrtis poſt Philenorũm aras lacus eſt qui hodie Salinæ dicitur quatuor & triginta mille paſſ. in longitudine, in latitudine uerò 12. fermè, per quem amnis ex ſuperioribus locis in mare emittitur. Et ante eos, ſiue amnis oſtium quo lacus creſcit decreſcitq; maris æſtu parua inſula iacet, qua nauium ſtatio fit. & in intima ſinus Automala eſt præſi-

dium ubi nunc caſtellum, quod nautæ Zanaram uocant. Poſtea promontorium Drepanũ. & locus inde Hyphalœormus nomine, id eſt, petroſus. Mox portus Diarroea. & Heraclea turris. Vnde haud multo præſidiũ aliud Dicherſis. Et in fine Syrtis orientem uerſus Boreum promontorium paruum eſt à quo extenditur litus quod Bryon dicitur, uſq; ad Berenicem. Hinc pars eſt regionis quæ propriè Pentapolis dicitur, ubi initio urbs eſt Berenice, Heſperidum quondam, locus tum ſacer, ubi Hortos fuiſſe traduntur, in promontorio quod Pſeudopenias olim, id eſt, falſus Aphricus nunc Teiones appellatur, poſita in extremo Syrtis cornu, Bernicho modo dicta, & in ſinu reædificata paulo ab antiqua quæ cõminuta iacet, eam Berenice muniuit, quæ Ptolomæo tertia nupta fuit, à qua nomen accepit, cuius orientale latus amnis Lethes abluit, infernali ut putant exundatione prorumpens, & apud priſtinos uates latice memoratus obliuionis: ſicut Lucanus quum in eius mentionem incideret:

Quam iuxta Lethes tacitus præterlabitur amnis
Inferni (ut fama) trahens obliuia uenis.

Quem quidam inſcite Lathonem uocãt. Poſt Arſinoë urbs eſt Theuchira ante dicta, nunc ab incolis Tachora: cui Mirmex parua inſula in mari obiacet. Item Ptolemais ciuitas quam Thereus condidit qui cum Bato huic oræ appulit, iuniores modo Ptolemetã dicunt. Inde Auxida uicus grandis. & Aptuchi ſacrum, ſic eminentiam quandam appellãt. Et Phycis promontorium Raxaſen modo à barbaris: ab Italicis uerò nautis caput Carenæ dicitur, humile quidem ſed ualde in mare expoſitum quo iuga montiũm ab Atlante uſque procurrentia (ut iam diximus) finiunt in quo fuit oppidum eiuſdẽ nominis. Poſtea urbs Apollonia nomine nunc uicus, penes quem Lanea flumen in mare it, ipſa campo edito in ruderibus. Iacet, portus ibi præclarus Nauſtathmos nomine, quod nauiũ ſtatio latine dicitur, quo Cyrenenſium naues applicant. Ante ſe Leam Veneris paruam inſulam habens. Poſt quem uſque ad Libyam Ægypti præternauigatio non ſatis apta eſt, propter portuum & ſtationum, & aquarum inopiam. Inde eſt Erythron locus. Zephyrium promontorium fameſum quod ſtationem habet, in qua Dardanis ciuitas poſita eſt, quam ſimul cum promontorio Bonandream recentiores uocant: ubi hæc prouincia in Ægypti pede terminat. Sunt in hac montes, ex quibus harenarum cumuli nominantur, Herculi tum ſacrati, in conſpectu magnæ Syrtis iacentes, Iuxta quos Paliurus palus eſt in qua conchilium gignitur, ſupra quam ſolitudines ſunt in quibus elephantes nutriuntur. & alij qui Velpæ dicuntur Syrti propinqui. Et qui Bæcolicus appellatur, à noſtris Ater ex re ipſa, quod ſolis repercuſſu aduſtus uidetur, in orientem occidentémque diductus aſper atque incultus, in ſolitudine ad auſtrum ſitus ubi rupes hiat, auſtro ſacrata, in quam ſi quid deiectum fuerit, ſtatim

uentorum

uentorum turbine harenas cõuolui. A quo nõ longè palus eſt Limnothalaſſas, id eſt, palus marina à flumine Lathone decurrẽs. Tenent prouinciã populi quorum qui ad occaſum ſolis ſunt Barcitæ ſiue Barcæi qui corrupto ſermone Baricianiab Aphris uocãtur: quidam à Barca oppido partẽ quam diximus harenoſam incolentes: unde Virgilius:

Hinc deſerta ſiti regio, lateq; furentes
Barcæi Et Silius:
Diſtituit Barcæ ſitientibus arida uenis.

Ad orientalẽ uerò plagã ſupra harenarũ cumulos Horti Heſperidũ ſunt; alij ab ijs quos in Mauritania diximus: Heſperides hoc loco bonũ colere ſolum dicunt, q̃d uagante urbertate centuplũ reddit. Orientaliores autem quam Heſperides Arauceles ſunt Et qui magis ulterius degũt Asbytæ dicunt inter alios pugnaciſsimi, mõtes incolẽtes, in quib. Asbytarũ oppidũ inexpugnabile propter uaſtitatẽ ſaltus, ac paluſtris ſoli, eſt Et ſub Velpis montib. Macatutæ gẽtes. Dein Laganicorũ ſpecus eſt: habitant eñ Laganici loca ſaxis impedita, ac uelut ex induſtria concauis, in quibus ſicuti beſtiæ noctu ſe recipiũt. Et ad orientẽ magis Pſylli ſunt, quib. gentib. ut Agatharchides ſcribit, à Pſyllo rege nomen inditũ, quibus à natura uis ineſt (ut ſcribit Plinius) quo ſerpentib. terrori ſint, tactuq; ipſo leniant percuſſos: q̃d etiã Plutarchus tradit, quũ Cato eſſet in Aphrica dicẽs. Multos homines ſecum duxit qui Pſylli nominant, qui morſib. ſerpentũ medentur: ore trahens uenenũ, & ipſos ſerpentes cantib. mitigãtes, taceo ſcriptores alios q de hac re ſcripſere: gens à Naſamonib. ut ferũt, ſublata, præter paucos admodũ, nam qui illorũ terram nũc tenent, ex ijs ſunt qui profugerãt, aut quum pugnatũ eſt abfuerant, hodieq; in paucis remanet. Poſt aũt Pſyllos Silphiophora regio eſt, nomẽ à Silphio herba, ut Græci uocant deducens, Latini uerò Laſarpiciũ appellãt, cuius ſuccus eſt laſar, magnificus in uſu, medicamẽtisq;, & ad pondus argẽti denarij penſum ut inquit Plinius, Solinus, gigniĩ odoratis radicib. uirgulto herbido magis quã arbuſto, cuius ex culmo exſudat æſtatis tẽpore pingue roſidũ, idq; paſcentiũ hircorũ inhæret barbulis, ubi quũ arefactum inoleuit, guttis ſtyriacis legiĩ, ad uſum mẽſarũ, uel medelæ magis. Dictũ eſt primũ lac ſirpinciũ, quoniã manat in modũ lacteum, deinde uſu deriuante laſar nominatũ, quod quidã maſticẽ eſſe dicũt: Quæ germina in initio barbaricæ incurſionis, uaſtatis agris poſtea ob intollerandã uectigalis nimietatẽ, fermè penitus ipſi accolæ euerterũt: Plinius natũ in Bereniceo agro repẽtè madefacta tellure erga Heſperidum hortos. Hinc autem loca deſerta & infructuoſa ſunt, ferarum plena, ut potè aquis carentia, eo uarijs ac magnis ſerpentibus fertilia ijs præſertim quos Ceraſtas uocant, quorum morſus letales habentur. Ciuitates mediterraneæ in hoc membro, haud procul à mari: Chereda Aſinoæ uicina. Neapolis propè Ptolemaidem in ualle ſita. ſub qua eſt Artamis uicus &

cus & Erhaga & in ſolitudine Barce oppidum cui uocabulum Barcã regi nam dediſſe antiquitas perhibet. Supra uerò Zymithus oppidum in colle aſpero ſitum. Eſt & Cyrene urbs antiqua, quã Batus Lacedæmonius Cyr ni regis F. condidit, & ex oraculo ſibi ab Apolline dato, à matris nomine, in eo colle quo uirginem ab Apolline deductam fuiſſe diximus, loci amœ nitate, & fontis ubere copia captus. Nam regio urbi proxima campeſtris eſt, quæ oleo, uino, ac cæteris frugibus abundat, nec nõ paſcuis pinguiſsi- mis: fluuiorũ aquis riguis: Quæ uerò ad notũ uergit, aridis campis obdu- citur: ex quo illam plurimum creuiſſe fama eſt: neq; ſolum fructuum uber tate bonitateq; ſed etiam equorum nobilitate: quod ait Dionyſius:

Nec non Cyrenæ clarorum mater equorum.

Tantæ quondam potentiæ, ut imminentib. barbaris reſiſtere potuit: cui finitima eſt regio Silphiophora. Poſt illam ad orientem Archilla oppidũ eſt, Sub quo Celida urbs, et quę ad meridiẽ magis uergũt, Marabena haud procul à Syrte, Alybbaca, Thantis, Cenopolis, Hydra, Phalacra, Acabis & Auretina. In radice autem Velpæ montis iuxta Syrtem, Agadunum ui cus, & propè deſerta Echinus, Arimantis, Philonisq; uici ſunt.

Aegyptij regionis ſitus.

AEgyptus dehinc eſt quã Nilus mediã percurrẽs cum ſit regio maxi ma in tris diuidit̃ partes. Quarũ q̃ ad orientẽ ſpectat Ægyptus The bais nunc Scid. quæ ad occaſum Ægyptus Aphricæ: quæ ad ſeptẽ trionem inter amnis diuiſionẽ amplectitur, Ægyptus inferior appellabat̃: ex quo pars una Ægypti in Aphrica, altera Aſia deputat̃, et hoc ſecundum eos qui in Nili ſectionẽ terminos Aſię atq; Aphricę ponunt: ſecundũ uerò Ptolemæũ nequaquã, qui nõ in fluminis alueũ, ſed in anguſtiã illam deſer- ti, quæ inter mare noſtrũ & Arabicũ ſinum iacet, quemadmodũ in diuiſio ne orbis terræ diximus. Hæc Cham eorũ lingua dicitur. Æria quondã: de- inde ab Ægyptio ibi regnante nomẽ q̃d adhuc ſeruat, accepit, ut Euſebius perhibet: ſiue ille (ut quidam uolunt) frater Danai fuit: Marcellinus aũt à fluminibus maximis Ægyptũ appelatã Homero teſte dicit: Verum Mar marica, Libya, Mareotica regiunculæ Ægypto interſerunt̃, quæ omnes in mare noſtrũ portentunt̃ p̃ter Thebais (ea quippe in Arabicũ ſinũ uergit) ut paulo poſt deſignabimus. Ægyptus naturaliter difficillimis cõcluſa li- mitib. maxime tuta reddit̃: nã ab occaſu Cyrenaicã et partẽ interioris Li- byę habet, q̃ in loco aridę ac deſertę harenę terrã occupãt, nõ minns dierũ 15. trãſitu: neq; aquarũ ſolum inopia, ſterilitateq; rerũ, aditu difficili, ſed e- tiam periculoſo ac uehemẽter: A meridie Æthiopiã qua in parte Nili Cata ractæ nauibus inuię ſunt, licet ſcaphis eisq; raro ob terrorẽ, meatus ſit. Mõ tes quoq; Libyes, & Arabici eis cõtigui, quibus latus illud omne penè cin gitur, ex quo neq; adiri terreſtri itinere poteſt: cui etiam parti deſertum 12. dierum adiacet. Ab oriẽte, latiſsimos atq; harenoſos campos Barathra ap pellatos.

pellatos, Iuxta Palæſtinam, & Petream uſq; ad Arabicum ſinum, & eiuſdem ſinus partem, qui tractus inuius, & aqua carens, itinere dierum octo, uiro expedito patet: A ſeptentrione uerò Ægyptiacum Pelagus quo abluitur, difficilis ſanè acceſſus oram, quę portuum incommoditate importuoſa eſt. Ex quibus rebus in initio Ægyptus ualde tranquilla fuiſſe perhibetur, tum propter regionis ubertatem, tum propterea quod non facile externis gentibus pateret: nam à ſeptentrione maritima ora circiter decies centenis millibus paſsib. difficilis ad nauigandum eſt: ex quo Plinius, nec alia terrarum pars pauciores recipit ſinus. Quod aſſerit Herodotus: ac Ioſephus: ſimiliter Diodorus, qui in Ioppem uſque Syriæ ciuitatem, nullum nauigantibus excepto Pharo tutum eſſe portum dicit: locaq; eſſe per uniuerſum litus ſtagnantia atque ignota nautis, quo accidit ut maris ſe fugere pericula exiſtimātes tanquam in tutum ad litus directis nauibus de improuiſo in ſtagnis hæreant omni euadendi ſpe ſublata. Quidam quū præuidere continentem nequeant (regio quippe omnis plana eſt) in uadoſum ac paluſtre litus deferūtur. Attamen ab aliquibus pars quæ Alexandriam uerſus extenditur, loca egregia habere dicitur, atque omnis illa ora ad tuendas ancoras accommoda eſſe: idq; Ptolemęus in geographia oſtendit, ubi portus nonnullos ponit, uti paulo poſt dicemus. Tellus inſueta imbribus teſte Platone, nec tamen pluuiarum indiga, cui Nili irrigua ſpontaneos imbres miniſtrent: utrumq; ei Nilus eſt, cœli ubertas, terræ fœcunditas, auram temperat, ſolum opimat, nautis & agricolis iuxta uſum, ij nauigant, illi ſerunt: unde Lucanus:

Terra ſuis contenta bonis non indiga mercis
Aut Iouis in ſolo tanta eſt fiducia Nilo.

Quare Trogus Ægypti ſolum ita fœcundū inquit, ut alimentorum nulla terra feracior ſit in uſus hominum: igit̃ Plinius Percrebuerat antiquitus urbem noſtram niſi opibus Ægypti ali ſuſtinerięq; non poſſe: ſuperbiebat uētoſa & inſolens natio, quod uictorem quidem populum paſceret, quódq; in ſuo flumine, in ſuis manib. uel abundantia noſtra, uel fames eſſet. Sed neque ſolum miræ fertilitatis, quod in frugibus eſt laudat̃, Verū enim hominum aliorumq; animaliū perfœcunda generatrix: nam & in anno oues atque capræ bis pariunt: unde Columella innumeroſam natura progenerandi ſobolem dedit Ægyptijs. Et Diodorus, olim numero hominum omnes ferè orbis gentes ſuperauit Ægyptus: neq; nunc quoq; nationib. alijs multitudine cedit. Ciuitateſq; priſcis temporib. ultra 10. & 8. mil: fuiſſe in Ægypto libri ſacri cōtinent: Ptolemæi Lagij tempore amplius tria milia, hominū ſepties decies centena milium: nūc haud pauciores eſſe, terdecies centenis milibus tradunt. Regio enim temperata eſt, nam neq; hiberna frigora, nec ęſtiui ſoles incolas premūt. Quę quāuis ſpatioſa ac ſuppina omnis: nō tamen ab auſtro, quemadmodū cætera Aphrica peruagat̃, u: to equidē magno

magno accenſo calore, quandoquidem torridam perradit zonam: terram Ægypti cauam eſſe Ariſtoteles perhibet, partes medias inferiores habet, ſuperiores remotiores〈que〉 eminentiores ſunt, hinc autem auſter ut caua intacta ſupergradi, ſic excipi ab eminentiorib. poteſt. Ne〈que〉 unquam uix tremuiſſe ferunt, ſed ſi quando tremuit, parum ſenſit. Cæterum Ægyptios ut Herodotus ac Diodorus atteſtantur primos dijs, & aras, & ſimulacra, & delubra ſtatuiſſe, quin etiam animalia in ſaxis inſculpſiſſe: primos〈que〉 omniũ cœlum ſcrutaſſe ac menſos eſſe auſos, poſtquam perpetuæ apud ſe ſerenitatis obſequio cœlum ſemper ſuſpectu libero intuentes depræhenderunt: ex quo Manlius de hac gente loquens ait:

Hi tantum mouere decus primi〈que〉 per artem
Sideribus uidere uagis pendentia fata
Singula nam proprio ſignarunt tempora caſu.

Quæ tamen ſcientia à Caldæis plantata in Ægypto noſcitur: unde poſtea ad Græcos perueniſſe ſcriptores tradidere. Similiter & medicinę artis inuentores fuiſſe Clemens ait, quã Eſculapium poſtea ampliaſſe: Vnde Homerus in Ægypto inquit plurima alma terra, & bona & mala generantur medicamenta, & uiros præ cæteris medicinæ peritos, utpote Peonis genereortos, Quare Helenam Menelai coniugem, medicamentũ quod ab Ægyptis didicit, uino miſcuiſſe in cœna, qua Telemachus Vlyxis F. interat, ne mentio patris à Menelao facta ulterius in lachrymas eos prorogaret, nam mœrorem omnem, et malorum obliuionem bibentibus faciebat, ne tota die etiam ſi ambo interiſſent parẽtes, aut ſi fratrem, uel cariſsimũ filium ferro interfectum uiderent, lachrymarentur. Ægyptios apud authores legimus gentẽ deſidioſam eſſe, delicatã, ſuperſtitioſam, mobilem, legũ inſciam, magiſtratuum ignaram, laborum impatientem, imbellem, & nouandis quam gerendis rebus aptiorem: uentoſam, furibundam, iactantẽ, iniurioſam, quorum uerba inania nihil〈que〉 ueritatis habentia ſunt: quod notauit Martialis dicens:

Niliacis primum puer hic naſcatur in oris
Nequitias tellus ſcit dare nulla magis. Et Propertius:
Noxia Alexandria dolis aptiſsima tellus.

Præterea fœminæ hic negociantur, cauponantur〈que〉 & inſtitoris operis uacant: uiri autem intra domos texunt: Onera uiri capitibus fœminæ humeris baiulant: Fœminæ ſtantes mingunt, uiri ſedentes. Domi uentrem exonerant, exterius in uijs commedunt, In funeribus ſinunt capitis crines augeſcere, barbam tamẽ tondent: Lutum manibus tractare, maſſam uerò ex qua panis fit pedibus. Apud cæteros mortales uictus à ferarũ ſecretus eſt conſortio, Ægyptij cum feris ueſcũtur, quibus uniuerſis aut linea, aut ſtirpe quodam iunceis uel palmaceis ſimilia ſunt ueſtimenta, rubra ut plurimum, ſemper recens abluta. Huic præcipuè uacãtes: uirilia circumcidunt

immundiciæ

immundiciæ gratia, pluris facientes ſe mundos eſſe quàm decoros, quæ ſcribit Herodotus: Strabo uerò illos & circūcidere, & fœminas excidere, quod Iudæi ex lege habēt, qui ab antiquo ſunt Ægyptij: Sacerdotes totum corpus eradunt, ueſtem tantum modo lineam, calceos papyraceos geſtāt, qui filios erudiunt. & literis, quæ appellantur ſacræ, & alijs quæ ad communem ſpectant doctrinam, præſertim geometriæ arithmeticæq́ ſtudio intenti ob inundationem fluminis quæ uarias agrorum ſingulis annis formas ſuperinducit: Gens omnium ut ipſi prędicant uetuſtiſsima, neq́ alijs quàm cum Scythis de antiquitate certant. Qui & primi per figuras animalium, ſenſum mētis effingebant, ut antiquiſs. monumēta memoriæ humanæ impreſſa ſaxis cernuntur. Ætate ſuperiorū regū (ut inquit Diodorus) nulli externi illhuc nauigabant, quum partim occiderentur, partim addicerentur in ſeruitutem: Pſeminthicus autem primus cæteras nationes ad importanda quæ apud ſe erant allexit ſecuritate ſingulis adeuntibus præbita. Quibus antiquus uiuendi mos fuit, ut in tria hominum genera inſtituerentur, paſtorum, agricolarum, artificum, qui quidem cōtinuo, & qui ab eis naſcebātur eadem ſunt perſequuti. Ex quo artes apud eos admodum exculptas eſſe, & ad ſummum perductas: Colebant tum Ægyptij animantia quædam præter modum, non ſolum uiua ſed etiam mortua, ſicut felē, Ichnemonas, canes, accipitres, Ibides, lupos, crocodilos, et huiuſmodi plura, quod ſcribit Lucanus:

Multas uolucresq́ ferasq́ Ægyptij poſuere deos. Item Iuuenalis:
Quis neſcit Voluſci Bithynicæ qualia demens
Ægyptus portenta colat: crocodilon adorat
Pars hæc, illa pauet ſaturam ſerpentibus Ibim:
Effigies ſacri nitet aurea Cercophytheci
Dimidio magicæ reſonant ubi Memnone cordæ.
Et reliqua.

Quę cibo delicate ac ſollicite nutriebantur: & quum morerentur honorifice ac magno ſumptu, maximo omnium luctu ſepeliebantur, quæ interimere capitale erat, Legimus apud Strabonem Ægyptij præſens uitæ tempus omnino parui faciendum eſſe putant, ſed æternā exiſtimant, ideo defunctorum ſepulchra ſempiternas domos, quoniam apud inferos infinitum ſit tempus uocāt, circa quorum magnificentiam ſummum ſtudium operamq́ impendunt: domus autem ædificandæ curam contemnūt. Terra hæc frequens beſtiarum eſt, ita ut illa etiam quæ apud illos nō ſunt, hęc ſola nutriat, uirtute atq́ malicia, & aſpectu ſolito differentia, quorum ſunt aliqua etiam uolatilia, ut quū de terra nocere nequeant, ſuperuolando non prouidentes occidant. Quare iter agentibus terra ſæua atq́ periculoſa eſt. Generat etiam diuerſas aues, longeq́ ab ijs quæ alibi ſunt diſsimilimas. Similiter in cæteris gignentibus diuerſitas accidit: naſcitur enim hic faba

quæ Ægyptia appellatur, longè ab aliis & magnitudine & colore exiſtēs. Item biblus, quę ſolum hic eſt & in India. Perſicus uerò hic & in Æthiopia ſolum arbor magna, fructu dulci & grandi. Item morus quæ fructum fert qui Sicomorum dicitur, nam ficui perſimilis eſt guſtu, non malus. Naſcitur & corſiū fructus piperi ſimilis aliquanto tamen maior: ſed oleo caret, præter quam quod in Heracleotica præfectura fit. at uini non parum fert, frumentum quoq;, legumina & alia ſemina abundanter. Cæterum terrarum omnium accommodatiſsima eſt ungentis, quamuis teſte Plinio minime odorati in ea flores, quia nebuloſus & roſidus aër eſt à Nilo flumine. Metalla quoq; hic erui dicuntur, & in iis pręcipuè partibus quę ad Æthiopiam uergūt: Vnde Diodorus antiquitus ait reges, crimine damnatos omnes, ac ex hoſtibus captos, inſuper ob aliquam falſam calumniam, aut regum iram in carcerem detruſos magnam quidem copiam auro effodiendo deputabant. Hic & lapis Amethiſtus reperitur, & alii nonnulli: item ſqualidis locis detractis harenis maſſa inuenitur ſalis, præcipuè in deſerto medium inter mare noſtrum & Arabicum ſinum. Verum à Copto urbe ſuperius arbos nulla in terra prouenit præter ſpinam quę dipſas uocatur, & hęc rara propter feruores, & aquę penuriā, quippe nō niſi quarto quinto q; anno pluit, & tunc impetuoſe & breui tempore, quod ſi aquæ plures inceſſerint, fungi pręſertim uerſus Arabicum mare erumpunt, qui ſole tacti in lapidem cōmutantur. Sed ut regionis membra diſtinguamus: Marmarica ab occaſu Cyrenaicam habet, Cuius ſeptentrionalia tenent gentes Libyarchæ & Amiritę: & Baſciſitę. Quibus à meridie Baſciſii montes imminent. Sub quibus Apotomitæ: Poſtea qui etiam his Auſtraliores ſunt Ægylæ: Poſt Naſamones quos ante Meſamones Græci appellauere, ab argumento loci, hoc eſt, medios inter harenas ſitos: gens ut ait Curtius nutrita nauigiorū ſpoliis, quæſtuoſa quippe obſidet litora, & æſtu deſtituta nauigia notis ſibi uadis occupant, quod ſcribit etiam Herodotus, Si quæ naues, dicens, infeliciter actæ uenerint ſyrtibus inuolutæ eas ſpoliant, & ſic per rapinam cum aliis habent commertia: de quibus Silius:

Hinc coit æquoreus Naſamon inuadere fluctu
Audax naufragia & prædas auellere ponto.

Similiter Lucanus. Namq; (ut author eſt Diodorus) omnes hæ dictæ gentes neq; ullis ſubeunt legib. neq; ullā (latrociniis ſemper intenti) iuſticiā norūt, rapientes eīn quæ primo ex deſerto caſu occurrāt, confeſtim ad ſua loca redeūt. Qua de cauſa Rom. eos antequā cæteras gētes eius litoris deleuerunt: Apud hos arbor Loton inſignis gigniī, ſicut & in Aphrica, unde & Naſamones à quibuſdā lotophagi uocantur, eo enim uiuunt, Ex quo etiā uinū conficiunt, quū regio uinum nō ferat, nā Marmarica omnis, cęramo recepto, mari mixto uinum fingit, quod Libycū appellāt, ut in Antiphrauico paulo poſt dicemus. Deinde in his montib. Grannaticē naſci, ut in-

colæ

colę putant imbre diuino, quam cognatã carbunculo uocat Plinius, inuenitur ad repercuſſum lunę maxime plenæ, quem lapillum Naſamonitem Solinus nominat. Eſt & ibi Cleartis palus haud immodica ubi Androgynas degere Naſamonibus confines, utriuſq; naturæ inter ſe uicibus coëuntes: Calliphanes tradit: Ariſtoteles adijcit: dextram mãmam ijs uirilẽ, læuam muliebrem eſſe. Poſt itaq; Naſamones & Ægylas ad orientem Bacatæ ſunt & Anachiſæ, & Topazitæ, qui gemmis nomẽ dederũt. Poſt quos Sentites, & Obylæ, & Æzari: Et in ultima ad auſtrum terra Diammos regio, in qua non pluit, prouenire tamen ibi magnas palmas atq; optimas aiunt. Libyæ autem nomos ſiue pagos qui ſupra mare ſunt colũt Zyngitę: & Chattani, & Zyges: Auſtralia uerò Buzes & Ogdæmi: Mox Adyrmachidæ. Poſtea Ammoniaca regio, id eſt, harenoſa. Hermipus enim ubi expeditionẽ Liberi P. in Aphricã ſcriberet, Ipſe cum exercitu (ait) in eum locum deuenit, qui propter multitudinẽ pulueris, Ammonides eſt appellatus, ubi campi ueluti mare, harenarum motib. quicquid in ſe reperitur, obruit, necatq;. Quos aperuit Curtius dicẽs, terra cœloq; aquarũ penuria eſt, ſteriles harenę iacẽt, quas ubi uapor ſolis accendit feruido ſolo & urente ueſtigia intolerabilis æſtus exiſtit, luctandumq; eſt nõ ſolũ cum ardore & ſiccitate regionis, ſed etiã cum tenaciſsimo ſabulo, quod præaltũ & ueſtigio cedens, ægre moliunt̃ pedes. In qua planitie ad auſtrũ palus ingens eſt Lacci nomine. Vltra quam in regionis extrema penè parte ad meridiẽ Abrachos regio eſt feris inhabitata gentib. Poſt itaq; Ammoniacos, Anagombri ſunt apud mõtes ſui nominis. Poſt Lobacchi: & Ruaditę. Mareotidis itẽ nomi ſequunt̃, cuius pars quę mari imminet Tęnia dicit̃. Sunt nomi loca paſcua, uel regiões uillis refertæ, quas nomades, id eſt, pecuarij inhabitãt, q omnes maiori ex parte à ſui metropolis denominant̃: Interiora tenent Goniatæ: & Proſoditæ. Poſt quos Scyathica regio eſt in qua Scyathis uicus. Et poſtea Maſtitæ: Et ad auſtrum magis Nitriatæ incolunt: & Oaſitæ, & Libyægyptij ſunt: Omnia uerò litora Arabico expoſita ſinui Arabesægyptij Ichthiophagi: & paſtores Troglodytæ habẽt, gentes errãtes per litus, ſupraq; petras ſolis calore feruẽtes aſſant piſces, et hoc ſolo alimẽto uictitãt, qui nõ ſecus ac marinæ beluæ nando in mari ualẽt. Similiter & omnes iam ſupradictæ gentes præter eas quæ maritima incolũt loca pauperrimæ ſunt: quib. uita Diodoro teſte ſylueſtris eſt, nã ferarũ more cœlum pro tecto contenti, nihil domeſticũ edunt, nullis ueſtibus præter quam caprarũ pellib. tegunt corpora: potentiores inter eos nullas habent ciuitates, ſed turres aquis proximas, in quib. quæ uſui ſuperſunt condunt. Quorũ arma, tris haſtas uiritim manu geſtãtes, ac lapides quos in uaſis ex corio factis deferunt. Marmaricæ aũt maritima ſic ſe habent: primo in litore poſt Cyrenaicã Azylis ſeu Azyriſtũ uicus eſt, amœniſs. collib. utrinq; cõcluſus, & utrinq; flumine præ labente, aliquot annis à Thereis quondã

Bati ſocijs inhabitatus, quũ prius Plateã inſulã è cõſpectu ædificato oppi do biennio incoluiſſent. Dein Cherroneſus magna promontorium ubi Phthia portus. Et paulo poſt Paliurus uicus. Mox Batrachus portus à qui buſdam Menelaus dictus. Cui alius proximus eſt Petrę paruæ nomine. Si militer & Antipyrgos, & Scythranius portus, & Catęonium promonto riũ, cui Andonis obiacet inſula. Poſtea Ardanis alij Anaxes extrema, pro montoriũ humile eſt: Vbi ſtatio Petræ magnæ uocitata, In mediterraneo pagi ſunt Leucoẽ, Bochyris, Menelaus, Gephara, Albi camini: Muſuchis & Tacaphoris, quos Libyarchæ & Aniritę inhabitãt. Itẽ in Baciſijs, Ma ſadalis, & Albæ ualles uici ſunt. Præterea in Apotomitis, Dioſcorũ, Alo, Migo, & Saragina. Similiter Ægylæ Ægylã uicum habẽt. Et apud Naſa mones præter alia locus præcipuus eſt Margi nomine, Topazitę, Maza cilã Billamq́ incolunt. Hinc Libyæ litus, in quo primum Panormus, ſiue ut alij Plynus portus. Iuxta quẽ Tetrapyrgia oppidũ. Inde Catabathynõ magnus, ſiue Cataracta, uallis repentè deuexa, eſt enim deſcenſus ſiue pro fundũ, nam Saluſtius decliuem latitudinẽ quem locum Catabathynõ in colę appellãt inquit, longè ab interiori regione ad mare uſq́ protendit In de eſt Æneſiphira portus quẽ parua facit inſula, in quo Zygris uilla: & alte ra Chettæa, cui Tindarij ſcopuli 4. portũ continentes præiacẽt. Poſtea Se linis portus ubi Æniſippa inſula exilis: & Triſarchi uicus: & Aſpis turris, Cuius exaduerſo Phocuſæ inſulæ duæ ſunt, ab animantib. quæ in eis uer ſantᷣ dictæ, tanta enim harum beſtiarũ copia in ijs locis ſupereſt, ut mirũ ui deatᷣ aſpicientib. Poſtea Paratoniũ ciuitas, portũ inſignẽ habẽs 5. cm̃ mil. paſſ. in circuitu patet: hanc nõnulli Ammoniã uocant, quam Alexandrũ condidiſſe teſtatᷣ Euſebius, nunc Raxa dicitᷣ: Cui Pythis promontoriũ ab orientali parte aſſurgit, ubi & portus Greaſgoni nomine. Et inde Leuco gium promontoriũ alterũ Caliũ apud Ptolemæũ: cui Zigis portus ſub eſt. Hinc Albũ litus excurrit, nunc Ripæ albæ etiam dicuntur, nomen à re inditũ, ſunt enim ibi tumuli quidã albi omnes, quo etiã in loco ſepulchra multa paſſim iacent, perfracta omnia: Cui litori inſula à parte occidentali opponitᷣ quæ plana eſt portum habens. Poſtea Hermea promontoriũ. & Phœnicus portus. Mox Pirigeus uicus, in cuius conſpectu Pedonia eſt in ſula, quæ portũ habet. Poſtea Antiphra uicus, unde Cerami plurimũ car puntᷣ, ex quo & aqua ſalſa uinũ fingũt, quo Marmaricę etiam gentes utun tur: Iuxta quẽ Derris eſt promontoriũ, collo perſimile, portum ſui nomi nis habens. Cui Zephyrius locus propinquus eſt. Inde Leucaſpis portus, cui Glaucũ promontoriũ ab orientali parte imminet. Surſum uerò à mari nomi ſunt: Tachorſa, Azicis, Nemeſiũ, Thiſarchi, Sophanis, Laodoman tinũ. & inde Catabathynos paruus, hoc eſt profunditas altera, ſed mino ris ſpatij. Poſtea Pedonia, ſub quib. Meneſium, Philonis, Bibliaphorium. Scopa iuxta Aſiphũ montẽ. Et ad meridiẽ magis Tuccitora. Et in radice

Aſiphi

Aſiphi mōtis climax. Pednopumq; cui Aſpis mōs imminet. & inde Thauthis uicus: quę uerò magis ad auſtrum uergit, Siropū Mareotisq; ſunt & Ammoniaca regio, & in ea Alexandri ſtatio: & Ammon ciuitas, ubi Iouis Ammonis nobile templum inter uaſtas ſolitudines iacet, ſuperiorib. annis (ut fama fert) mari propinquū quū mare longius Aegyptū inundaret, quod ob effluentiā in mediterraneo modo extat: nā paſſim per Aegyptū ſub arena ſalſa refertæ conchylijs foueæ reperiuntur: perinde ac agro maris aquis inundato, ſyluis ut ait Curtius circundata, quas aquæ paſſim manantes alunt: In quibus Metropon arbor à quo gummi quoddam ſeu lachryma emanat Ammoniacus nomine: in hac denſitate incolę diſperſis tugurijs habitant. ut ſcribit Iginus, Liber P. quum in Aphrica ut diximus bellum gereret, ac in maximum periculum aquę penuria deueniſſet, & beneficio arietis, fontem aquæ large manantē inueniſſet, ubi Ammonis poſtea templo conſtituto, Iuppiter eſt appellatus, quo corporibus recuperatis, Liber Iouis Ammonis templum cum Arietinis cornibus ſimulacro facto conſtituit, Quod templum Lucanus deſcribēs, in Garamantibus gentibus poſuit: In medio autem nemoris Solis fons dulcis eſt, quod Soli ſit Sacer, cuius aqua ſub lucis ortum tepida manat, medio die quū uehementiſs. eſt calor frigida eadem fluit, inclinato in ueſperam caleſcit, media nocte feruida exæſtuat, hæc Curtius: Item & Plinius ſed in Troglodytis eum eſſe ait. quod Lucretius quoq; canit:

Eſt apud Ammonis phanum fons luce diurna
Frigidus, & calidus nocturno tempore fertur. Similiter Ouidius:
Medio tua corniger Ammon
Vnda die gelida eſt, ortuq; obituq; caleſcit.

Verum poſt Libyam ad orientē Mareoticæ litus eſt, In quo China pagus & alter Plinthina nomine: quē Cherroneſus parua ſequit̄, portū habēs, Supra quē turris eſt: cuius interius à mari, Monocaminū. Habnyræ, Tapoſiris, Cobij, Hierax, Phamothis. & Palęmaria uici ſunt. Hinc terra quę propriè Ægyptus dicitur. Initio cuius Alexandria urbs inſignis ac totius prouincię metropolis à cōditore Alexandro rege Macedonū appellata, Noo ante ut ait Hieronymus dicta. Namq; ut ſcribit Victruuius, ab Ammonis oraculo rediēs, quū animaduertiſſet portū naturaliter tutum, emporium egregiū, campos circa totā Aegyptum frumentarios, immanis fluminis Nili magnas utilitates, iuſſit Dinocratē architectum ſuo nomine ciuitatē Alexandriam conſtituere: ſimiliter & Plutarchus ſcribit, Cuius formā dicit pro illius loci ſimilitudine deſignari iuſſit: oblōga enim eſt in occaſum atq; ortum porrecta: & ut ait Plinius 15. mil. paſſ. laxitate immenſa ad effigiem Macedonicæ clamidis orbe gyrato lacinioſæ, dextra læuaq; anguloſo procurſu, Sita ab oſtio fluminis Nili Canopico 50. mil. paſſ. Retro ad meridiē lacum habens Mariam magnum ualde ut adeo dicat Strabo, duo

maria locum undique abluunt, alterum à ſeptentrione, alterum à meridie, quod Mariæ lacus, ſiue Mareotis appellatur: ex quo munitiſſ. undiq; urbs redditur, uel etiam incõmeabili ſolitudine, fluminibusq; ac ſyluoſis paludibus ipſa aëris temperiẽ bonam habet, quæ idcirco contigit, quod ea utrunq; abluitur, tum eteſiæ à borealibus partibus è pelago flantes. Quare Alexandrini optime æſtatẽ agunt: cuius nunc ea pars tantum quæ ad mare uergit habitatur: quæ uero meridiem reſpicit, deſerta atq; exciſa iacet: in qua adhuc multa antiquitatis ueſtigia paſſim proſtrata cernũtur, quæ magnam olim atq; nobilem fuiſſe urbem deſignant. Erat enim tota ſuffoſſa, ſpecusq; habebat ad Nilum pertingentes, quibus aqua priuatim per domos inducebatur. Quæ quũ diuitijs alijs præſtaret urbibus præter tributorum pecuniam quatuor menſium Romanæ plebi annonã miniſtrabat, q̃d ſcribit Ioſephus: Et ut alios omittamus, Hadrianus Rom. Imp. in quadam epiſtola ad Seruianũ ita ſcribit. Alexandria ciuitas opulẽta, diues, fœcunda, in qua nemo uiuit ocioſus: alij uitrũ conflãt: alij chartã conficiunt: omnes certè lanificiones cuiuſcunq; artis & uidentur & habẽt: podagroſi q̃d agant habent, cæſi q̃d agant habẽt: cæci quod faciãt: ne chiragrici quidem apud eos ocioſi uiuũt: unus illis deus nullus eſt, hunc Chriſtiani, hũc Iudæi, hunc omnes uenerant, & gentes: Et utinam melius eſſet morata ciuitas, digna profectò quæ pro ſui fœcunditate, quæ pro ſui magnitudine totius Ægypti teneat principatum: In qua præter deorum ornatiſsima templa, atque regum magnificentiſsmas domos, bibliotheca illa nobiliſſima erat ſeptingenta uoluminum millia à Ptolemæo Philadelpho compoſita, quæ bello Alexandrino, dum diripitur ciuitas, ſub dictatore Cæſ. conflagraſſe dicitur. Dein ut ait Plinius, admiranda in ea, ſigna extabant, inter quæ obeliſcus cubitorum triginta quem Ptolemæus Philadelphus fecit, qui fuit cõditus à rege munus amoris in coniuge, eademq; ſorore Arſinoë. Item ait Dinochrates architectus de magnete lapide Arſinoës templum cõcamerare incohauerat ut in eo ſimulacrum ferreum è medio pendere in aëre uideretur, interceſſit mors, & ipſius & Ptolemæi regis qui id ſorori ſuæ iuſſerat fieri. Similiter alij duo obeliſci ad portum erant in Cęſaris templo, quos excidit Meſtires rex quadragenum binum cubitorũ. Obijcitur Alexandriæ ad occidentem inſula oblonga ortum occaſumq; aſpiciens quæ Pharos dicitur, ante Rhacotis appellata, ponte continenti iuncta quæ olim erat in pelago, quod ex inundatione Nili limo ſubinde uehentis effectum eſſe traditur: Quod etiam Plinius ſcribit. Et Lucanus dicens:

> Tunc clauſtrum pelagi cepit Pharon inſula quondam
> In medio ſtetit illa mari, ſub tempore uatis
> Protheos, at nunc eſt Pelleis proxima muris.

In ea urbem olim fuiſſe Mariã, author eſt Thucidydes, Colonia dein Cęſ. dictato-

dictatoris: Sed Strabo uicũ dicit, oppidi tamen magnitudine, à regib. tum in cuſtodiã datũ, uicoꝗ ꝓxima bubulcis tradita, ut externos ab Ægypto arcerent, namꝗ à nauigantib. impetebãt, præſertim à Græcis, ij enim prædatores erant, & alieni appetentes propter ſoli tenuitatem. Quem locum Alexander in formam urbis ædificare uolens. Dein conſiderato loco quia futuræ urbis minime erat capax reliquit, ac Alexandriã in conſpectu condidit: Iacet inſula inter duo promontoria ſinum efficientia, utrique inſulæ cornu prominentia, ex quo hinc inde portus conſtituuntur. Alterum promontoriorũ ortum uerſus Acrolochias dicitur, id eſt, locus in inſidijs, ubi portus ab eo efficitur ore optimo, Huic inſulæ petra eſt mari circumluta turrim habens multis tunc tabulatis excelſam, & albo lapide mirifice ſtructam, quæ ignes per noctem ad quadraginta mil. paſſ. ferè lucentes nauigantibus oſtenderet: In qua epigramma Græcis literis, architecti declarans nomen affixum erat, cuius interpraetatio eſt.

SOSTRATVS GNIDVS DEXIPHANIS F. DIIS SERVATORIBVS PRO NAVIGANTIBVS.

Fuit Soſtratus regum amicus qui turrim ſtruxit, quam octingentis talentis conſtitiſſe tradunt magno animo Ptolemæi regis, quę inter ſpectacula mundi connumerabatur, ſuper enim quatuor cancris uitreis locata erat: Nam quum ora ex utraꝗ parte impottuoſa, & humilis eſſet, & cautes, & breuia haberet, ſignum aliquod neceſſarium fuit altum & clarum, quod nauigantes ad portus ingreſſum duceret: Circum autem inſulam opere inſtructo ingentes muri erant, quibus afflictum pelagus, & aduerſis obicibus fractum aſperiorem faciebat meatum, eoꝗ periculo ſuper anguſtiam additam, intus tamẽ portus ipſe tutiſsimus quatuor mil. paſſ. in circuitu: Alter uerò portus qui occaſum reſpicit, nõ ita magnus eſt, neꝗ ingreſſum ualde tutum habet, is hodie uetus appellatur. Maria ſiue Mareotis lacus quem ad meridiem Alexandriæ iacere diximus Herapotes antea dicebabatur, campus aliquando, nunc ueluti mare ab aquis uagatur uiginti mil. paſſ. latitudinem, longitudinẽ citra quadraginta habet, ambitu uerò 150. altior quam ad nauigandum magnis onuſtisꝗ nauibus ſatis eſt. In quem à mari per flumen ſeptem diebus nauigatur octo in ſe habens inſulas, Hunc Nilus multis foſſis, tum è ſuperioribus partibus tum etiam à turrib. adauget, per quas multo plura Alexandriam importantur, quàm è mari, quare portus qui in lacu eſt ditior eſt maritimo: Iuxta quem uinum optimum naſcitur, quod eius uocabulo Mareoticum appellatur ad uetuſtatem perdurans. Legimus apud Herodotum, ideo Ægyptum multis foſſis interciſam eſſe, quoniam Seſoſtris rex ut ciuitates quæ non accolerent flumen ſed in medio regionis eſſent refluo flumine non laborarent penuria aquæ ad potandum, ac ea ſuppeditaret è puteis, multiplices foſſas fieri fecit loca uniuerſa occupantes. Vt aũt ad maritimam redeamus oram: Ab Alexã

dria ad quatuor mil. paſſ. orientem uerſus locus & ſuburbium eſt nomine Necropolis, in quo horti plurimi ſunt, & ſepulturæ, & manſiones condiendis mortuis idoneæ, nec eſt minor habitatio urbe. Deinde Canobos parua inſula in Canopico oſtio à Menelai gubernatore ibi ſepulto dicta, ut etiam Ditis Cretenſis aſſerit, ubi de Græcorũ reditu à Troia mẽtionem facit, quem ſerpentium morſu interiſſe ait, ibiq; à Menelao extructum magnificum monumentũ, Quæ deinde mutata litera Canopos uocitata eſt: quam poſtea Alexander ampliauit, ac inſtar ciuitatis ſuæ, quæ Pella dicebatur condidit: unde Virgilius:

Nam qua Pellei gens fortunata Canopi
Accolit effuſo ſtagnantem flumine Nilum.

Fortunatam dixit propter agri fertilitatẽ. Alij uerò Canobos à culicib. ut uocant Græci cognominant, & quia in ea maxime Aegypti parte multi ſunt culices, habitacula quę ſibi faciunt Aegyptij ad arcendam culicũ moleſtiam, canobea appellãtur: Vbi & Scrapidis dei templum magnifice extructũ fuit, quo reſponſa, inſomniaq; captabantur, curationesq; fiebãt: ad cuius ſolemnia turba ingens Nilo terraq; noctu præcipuè laſciuiens proficiſcebatᷓ, quod Iuuenalis meminit. item Virgilius: et Ouidius: Circa quam urbem: ait Plinius, in collibus & cautib. Smaragdi effodiuntur locum tertium habẽtes: alacriter uirides, ſed non facile puri & concolores. Hinc Nilus 7. uel 10. ut alij aiunt, oſtijs mare irrumpit, licet alia alijs tenuiora permulta, Ariſtoteles cuncta, præter unum Heracleoticum, manu facta, nec fluminis eſſe ait. quare licet oſtia cętera ingreſſus habeant, nõ tamen apta magnis nauigijs, ſed ſcaphis propterea quod breuia ac paludes loca obtineant, igitur hoc oſtio præcipuè tum utebantur. Eſt itaq; Heracleoticum ſecundum à Canopico occidentem uerſus Nili oſtium ſic dictũ, quia Herculis templum habuit, nunc Roſſetum dicũt: à caſtelli nomine quòd in eius ripa occidentali eſt, ſurſum à mari. Tertium oſtium eſt quod Bolbiticum uocant, iuxta quod harenoſum quoddam ac depreſſum promontorium ualde expoſitum eſt: quod agni cornu appellatur: Vltra quod Perſei ſpecula eſt. Quartũ oſtium Sebẽnyticum, modo Sturionios à iunioribus cognominatur 5. mil. paſſ. latitudine, Lacus faciens iuxta mare, quorũ alter Buticus à Buto urbe denominatus 30. mil. paſſ. in circuitu. Quintum Pineptimi, q̃d quum paludoſum ac incertũ pene ingreſſum habeat à nõnullis inter Nili oſtia non computatur, quamobrẽ Græci pſeudoſtomũ, id eſt, falſum os uocãt. Sextum Diolcos, ſimile quarto, ex quo iſtud quoq; Pſeudoſtomum appellant. Septimum Pathmiticum dicitur. Octauũ Mẽdeſicũ, hodie uerò Damiatæ. Nonum Taniticũ, quod aliqui Saiticum uocant, nunc Tanes. Decimũ Peluſiacũ à Peluſio ciuitate, ei uicina cognominatũ: Iuniores uerò quatuor tantum oſtia eſſe uolunt, ex quibus duo principaliora dicunt Roſſeti, & Damiatæ: Inter Peluſiacum Taniticúmque

paludes

paludes ſunt, quæ lacum maximum paulo à mari conſtituunt, in quib. paludibus crebri ſunt uici, & præcipuè in inſula quæ Tanis uocatur. Eſt aūt Peluſium ciuitas à Peleo Achillis patre cōdita, quam Belbais barbari nūc uocāt, circum circa paludes habens, quę Barathra à quibuſdam nominantur, incolæ Bayrena, Inter quam & mare circiter tria mil. paſſuū loca ſunt cœnoſa quæ uicatim habitātur, ubi lens optima naſci dicitur. Ex hac parte Ægyptus difficilem ingreſſum habet. Per quæ loca, hoc eſt ab hac ciuitate uſq; ad ciuitatē Solis, ut author eſt Diodorus, per deſertum Seſoſtris rex murum duxit longum 200. mil. paſſ. ferè, ut ab ea parte Ægyptus quę oriētem uerſus ad Syriam & Arabiam ſpectat tutaretur. Poſtea Peluſium mons eſt Gerreus nomine. Hinc terra eſt Caſiotidis in qua ad mare oppidum eſt quod Chabriæ uallum dicitur. Dein aliud Caſium, & Ecregma Sirbonidi ſtagno, quod nunc Stagnonū nautę uocant, appoſitum. Eſt Sirbonidis marinæ aquæ plenus, quā anguſto ore admittit, non aūt Aſphaltidis, ut Strabo dicit. diuerſiſs. enim & ſitu & natura Aſphaltis & Sirbonis lacus ſunt. Circa quem lacum, ac ſecundum Aſtapum flumē Syrbotæ gens habitant, qui octona cubita excedere dicūtur. Poſtea Oſtracina manſio ad idem ſtagnū, aquę inops, ob quam cauſam aduentitia utuntur indigenæ. Poſtea Caſius mōs acuminatus, in promontorij modū aquis carēs, Iouis Caſij tēplo inclytus: & Pompei magi tumulo, circa quē regio plana & ſterilis eſt. In quo arbor ſui nominis prouenit, cotoneo malo ſimilis, in quam circa Canis ortum aduolāt pennati uermiculi erodentes, ob id in ſcrobe ſordeſcit. Poſt quem montem haud procul à Nili oſtio, Rhinocura urbs eſt, Pharamica nunc in fine huius Palæſtiniq; litoris ad torrentem ſui nominis poſita, muris tum ſepta, quæ quū à ſerpentib, occuparet, deſerta relinquitur: Dicta Rhinocura, quia ab hominib. excīſis naſis cōdita. Nam quū Actiſanes Æthiopū rex latrocinia nouo more compeſcere uellet, ut ſcribit Diodorus, reos omnes in unū cogens, miti ſententia damnauit. amputatis enim narib. in ultima deſerti ire cōpulit, ubi ſita eſt, quæ omnib. uitæ cōmodis caret, nā omnis uicina regio ſalſa eſt, Intra urbis mœnia unicus eſt puteus, et is inutilis, utpotè aqua amara guſtu, Hos aūt eo in loco poſuit, ne ſuis morib. uicinas gentes inficerent, neue eorum erga reliquos iniurię eſſent occultę, ſed ut tanquā in oram deſertā relegati, omni re egentes cogēte neceſſitate ſibi uictū exquirerent. Itaq; ſciſſis calamis quos ex uicinis agris collegerāt longa ſibi retia fecere, quibus iuxta litus per plura ſtadia diſpoſitis, ex coturnicib. captis (nam magnus earum numerus in litore capiendo piſces uerſantur) uictus ſibi compararunt. Cui urbi retro Sirbonidis, quem diximus, lacus appropinquat, in quē paludes ſuperiacentes exonerant, inter Syriam & Ægyptū ſitus, Herodotus Caſio monti appoſuit. In eo biblus naſcitur, & Ægyptia faba, eius uirgæ altitudine ferè æquales ſunt & decempedis: Biblus nuda uirga eſt, lanuginem quandā

inſum-

in ſummo habens, ex quo nauigia texunt, & de libro uela: unde Lucanus;

Conſeritur bibula Memphytis cymba papyro.

Paludes uerò quæ in hunc aquas euomunt, inſperata pericula inſcijs afferũt, quibus arenę cumuli circumſtãt, quæ uentis agitatę in aquam deffęruntur adeò denſe ut immixtę aqua, continens uideantur, neq; facile terra ſit an aqua diſcerni queat, quo fit ut uadum tentantes abſorbeant. Vbi inter cætera palus eſt modica quã Thiphonis reſpirationes Ægyptij appellãt, quouſq;, id eſt, à Peluſis paludib. Ægyptũ priſcis temporib. maris inundationib. opertã fuiſſe legimus. Poſt aũt dictas paludes Anthedon eſt ciuitas, quę Lariſſa nunc à iuniorib. dicit in ſtagnanti ſinu, iuxta eiuſdem nominis amnem haud magnum poſita, qui amnis à Nilo exciſus circa Heliopolim, ad ciuitatem Peluſium primo tendit & inde per deſertũ intrat in mare, & appellatur in ſacris literis, Riuus Ægypti: ipſa olim nobilis, & antiquum Ægypti emporium, & Memnonis regia quę & Oxyris phano exculta fuit. Hęc in ſeptẽtrionali habent litore. In oriẽtali uerò hoc eſt, in Arabici ſinus litore, quę ſequent, nam de ipſo primum freto dicendum. Procurrit hic ſinus, ex eo quod Rubrum uocat, Ægyptiaco Arabicoq; perſtrictus litorib. Arabicus ab Arabia dictus, qui & Sabęus ab eadem in qua Saba urbs: & à nonnullis mare Rubrum appellat, præcipuè in ſacris libris, ubi etiam mare Tarſis legimus nuncupatum, ut in Aurea Cherſoneſo dicemus: non aũt à Tarſo Cilicię: Intrat autem terram per anguſtiſs. fauces, neque amplius 40. mil. paſſ aperturæ, licet quidam 7. mil. & 500. dicãt: unde ſtatim laxat in amplum mare, dextra Caſſanitorum ſinum, lęua Auliticum cõplens, ubi haud minus 400. mil. paſſ. latitudine fit, unde ad ſeptentrionẽ productum coarctat, idq; magis quoad intima ſinus ſe condat, ubi Arabię deſertum inter mare noſtrum atq; ſinum ipſum mille ſtadiorum, Strabo centũ & quindecim mil. paſſ. latitudine, Plinius iacet longitudine tanta, ut quinquies decies centenis millib. paſſib. emittat, mare multis difficultatibus ac periculis nauigandum: quippe utroq; litore gẽtes uagæ ferociſsimæq; ueluti effrenatæ beſtiæ habitant, multis in locis in inſidijs, ut noceant, latitantes: cæcisq; ſub undis acutiſsimis ſaxis paſſim ſtratum, ita ut expertum tali re, in altitudine ſtare opus eſt, & inde qua nauis perducenda ſit, prædicet. Itẽ innumeris peruagatur inſulis, ac ſcopulis cautibus aſperrimis pręcinctis, quorum pauciſsimũ domeſticum ferunt fructum: in quibus aues uariæ aſpectuq; mirabiles nutriuntur. Verum in litore promontorium Zephyrium eſt Veneris Arſinoës ſacellum tum habens. Sub quo ad meridiẽ ſinus inflectit, Æant Arabes uocãt: hoc in loco dicũt quondam urbem Thonã fuiſſe, eodẽ nomine quo rex qui Menelaũ & Helenã hoſpitatus eſt: Propè cuius promõtorij radices Arſinoë ciuitas quã Cleopatridam nonnulli uocant, antiquæ Nili foſſę proxima, condita ſororis nomine in ſinu Charanda à Ptolemæo Philadelpho: Hic primus Troglo

dyticem

dyticem excuſſit amnem, qui Arſinoem præterfluebat, & Ptolemæum appellauit. Ad hanc urbem uiæ quæ per deſerta ad mare Arabicũ ducunt conueniunt, quas Plinius tres eſſe inquit, Vnam à Peluſio per harenas in qua niſi calami defixi regant, uia non reperitur, ſubinde aura ueſtigia operiente, Alteram uerò duobus millib. paſſibus ultra Caſium montem, quæ in 45. mil. paſſ. redit in uiam Peluſiacam, accolunt Arabes Attei: Tertiam à Gerro quod incolæ Agipſum uocant per eoſdem Arabes 60. propius, 50. aſperam montib. et aquarum inopem. Funt quoq; in eodẽ ſinu Charanda oppidum Cambyſo, in quo ægri Cambyſis exercitus deducti ſunt. De antiqua aũt Nili foſſa tradunt ſcriptores, ubi ad mare Daneon eſt portus, deriuaſſe, ex quo nauigabile aluecũ produceret in Nilum, paulo ſupra Bubaſtem urbem, iuxta Phaciuſam uicum, cui continuus eſt Philonis uicus, decurrit 62. mil. paſſ. interuallo quod inter flumen & Rubrum mare iter eſt: primus omnium Seſoſtris rex excogitauit, quod Ariſtoteles meminit, Herodotus uerò ac Diodorus, Necum regẽ hoc opus primũ aggreſſum eſſe teſtantur: Alij eam à Pſammithico puero, morte intercipiente, incohatam putant: mox Darium Perſarum eam deduxiſſe latitudine P. 100. ſiue ut Strabo ait cubitorũ 100. altitudine P. triginta hoc eſt profundum quãtum nauigio ſatis ſit decẽ millia ferenti uſq; ad fontes amaros. Lacus enim quoſdam & foſſas extra deletã eſſe, qui uocabãtur amari quia prius amari erant, ſed facta foſſa & admixto flumine ſunt immutati, & aquatilibus uolucribus, pleni, Vltra uerò hos lacus non proceſſit, admonitus quod ſi immitteret mare aquam Nili corrumperet, quæ ſola potum præbet. Sunt, qui deterruiſſe eum inundationis metus dicant, excelſiore tribus cubitis Rubro mari comperto, quam terra Ægypti, quod falſum erat, nam eam poſtmodum Ptolemæus ſecundus perfecit oportuniori loco ſumma arte efficiens, hanc quum nauigare cuperet aperiebat, rurſus quum uſus eſſet claudens: Flumen quod in foſſam defluit à nomine authoris uocabãt, In exitu Arſinoë ciuitas quam diximus ſita erat. Vlterius uerò ad auſtrũ Clyſma præſidium eſt. dein promontorium nomine Drepanum, curuat enim ſe in modum cubiti. Myſormus uicus. Philoteras portus, à Philotera ædificio in eo ſito denominatus, quod Ænum prius uocitabatur, à ſorore ſecundi Ptolemæi appellatum, Fuitq; Satyri opus qui ad Troglodyticam & elephantum uenationem perſcrutandã miſſus eſt. Per quæ loca uarijs in locis ex petris iuxta deſertum in mare emanant aquæ ſalſedine amaræ, ſimiliter calidarũ, quæ & ipſæ amaræ ac ſalſæ ſunt ab excelſo quodam ſaxo, quod Aias ſiue Æas uocãt in mare excurrũt. habitãt petras Azarei ex Troglodytarũ conubijs homines feri. Et paulo poſt portus cognomine Albus, q̃d ex cãdore circumſtantiũ montiũ illi obouenit. Iuxta quẽ Sydonia inſula eſt q̃ portũ habet. Nõ procul à portu mõs eſt Acabe nomine rubrica plenus, in cãpo ſitus. Inde Smaragdus mõs latis ac uiridib. imminẽs

campis, in quo ſunt Smaragdi unde illi nomen eſt, & alŋ quidam precioſi lapides ubi Arabes profundos quoſdam meatus effodiunt. A quò montes alij inſuper ſunt uſq; ad Sotherum portum contigui: In montis uerò radicibus ſtagnum ingēs eſt, ſiue portus, ut quidam, difficile ad nauigandū nomine Aphrodites, mare anguſto ore atq; admodum flexuoſo, recipiēs. cui litori opponunť in mari inſulę: Saſpirena: Aphroditę, id eſt, Venereę, duæ enim ſunt, & Agathonis: & Adymos deſerta. Quarū duæ oliuas ac ficus abūdè ferūt: Reliquæ Meleagrides aues multas habēt. Poſtea Lepta promontoriū gracile iſthmo enim continenti annexū eſt. Deinceps ſinus qui immundus dicitur, Immundus idcirco, quia occultis cautibus & dorſis exaſperatur: In cuius penitiori parte Berenice urbs poſita eſt, nomen à Philadelphi matre accipiens, Hylana ante uocitata à barbaris modo Alchaſer dicitur: Cui Sabanitis mons imminet, portus Rubri maris teſte Ioſepho: Strabo uerò quanquam eam ſine portu eſſe, apta tamen diuerſoria habet. Dicunt Philadelphicum primo hanc uiam exercitu aperuiſſe quū ſicca eſſet, ac manſiones conſtituiſſe, tam peditibus iter agentibus quam camelis, idq; effeciſſe quod rubrum mare difficulter nauigatur, præſertim ex Arabico receſſu: unde ad Coptū iter eſt. Hinc paulo Muris ſtatio, quæ nauale habet, olimq; excelluit, ea eñ omnes utebantur. Mox Pentadactylus mons, nomen à forma trahens, quinq; enim ſcopulis eminet quinq; digitis procul apparentibus. Inde Bazium promontorium Ægypti atq; Æthiopiæ limes. Hactenus maritima prouinciæ, mediterranea nunc ſubſequuntur: Diximus regionem hanc nobiliſsimam flumine Nilo ſecari, qui longiſsimos terræ tractus, huc ex cataractis ſiue catadupis decidēs, uenit: Eſt enim cataracta, ut ſcribit Strabo, petroſum quoddam ſupercilium, in ſuperiore parte planum, ut flumen recipere poſsit, deſinens uerò in præcipitium, & aqua præcipitatur, Vtrinq; ſecus terrā alueus eſt, qui facile annauigari poteſt, hac itaq; annauigantes defluunt in caractem, & cum ſcapha in præcipitium detruduntur, & ipſi & ſcaphæ illeſi. Huic amni uaria indita ſunt nomina, & eorum uarię nominum opiniones: nam alij Aquilam. alij Oceanum: alij Ægyptum, alij Nileum appellauerunt, cui dein ſubtracta litera Nilus eſt dictus: Cui nomē uetus Oceanus fuit, tempaſtate uidelicet Oſiridis. Aquila propter uelocitatem curſus circa cataractas. Ægyptus uerò à rege Ægypto, q & prouinciā ſuo de nomine appellari uoluit. demū à Nileo rege Nilus nuncupatus eſt: Nam quū rex ipſe plures foſſas oportunis feciſſet locis, & flumē utile admodū colonis reddidit, cauſam nominis præbuit. Sūt qui Nilum, quia nouū ſemper deuehat limum, quo terra fœcundatur dici uelint. Feſtus, Nilum, Melum alio nomine uocari dicit. Sacræ uerò literę, Seor qui interprętatur turbidus, & alibi Geon nominant. Similiter de eius ortu diuerſe ſcribitur. Nam (ut eſt apud Diodorum) ad tempora uſque Ptolemæi Philadelphi, nulli Græcorum, ne dum

Æthiopiam, ſed ne Ægypti quidem montes (ita difficiles aditus ſunt) trã ſcenderunt, ex quo Nili origo incerta manebat, ſiquidem nõnulli ſæpe ex periri uolentes, per deſerta & arentia duntaxat immenſo longitudinis ſpa tio ambularent, neq; exortus illius quum inuenirẽt, ſpe fruſtrati unus poſt alium redierunt. Poſtremo Iuba rex fontes fluminis magno ſtudio ac dili gentia exquirere aggreſſus eſt. Similiter & à Cæſ. miſſi milites, qui Nili ca put inquirerent, ut narrat Seneca. quibus omnibus caſſus labor fuit, nihil ex eo qua de cauſa profecti ſunt, reportantes: Aiebant enim ſe perueniſſe ad immenſas paludes, quarum exitum nec incolæ nouerant, nec ſuperare quiſquam poteſt, ita implicitæ aquis herbæ ſunt, & aqua nec pediti elucta bilis, nec nauigio, quod niſi paruũ & unius capax limoſa & oppoſita pa lus fert, & alia quædã. Quod etiam poëtę occultos habuiſſe fontes cecine re. Iuba uerò rex, non ex meridionali plaga, ſed occidentali ab Atlante ut i pſe ait monte emiſſus, his confiſus indicijs, quod piſces & herbæ, & belug ſimiles per eas paludes gignũtur quemadmodum in Nilo, Æthiopiæ aũt partes prętermeãs ubi abſorptus à terra Nilus nominũ diuerſitate decur ſa, quę & orbem peragranti nationes indidere complures, & inde inunda tione ad cataractas uenit: Quare fuerunt nonnulli qui Aſtapon flumẽ, hoc eſt, ortam ex tenebris aquã pro Nilo acceperunt, dixeruntq; ita Nilum ab locorũ inſcitia cognominatũ, non aduertentes Aſtapon in flumen Nilum influentem, ut paulo poſt aſſignabimus. At enim Ptolemæus liquatis ni uibus in extremis Æthiopiæ finibus ex Lunæ altiſsimis montibus quo rum cacumina ſemper nebulis oplentur duos effici fontes ait, ex quibus Nilum paululum prius à fontibus in terram merſum, ſtatimq; erumpen tem duobus longè procurrentibus amnibus & in ſe poſtea coniungenti bus fluere. In quem nullus neq; fluuius, neq; fons ingredit̃ præter Aſtabo ra flumen barbari nunc Taccui, quod ad orientalẽ eius partem ex Colona palude profluens, quod quũ à Meroe inſula inciditur, diſpenſantis aquis, pars quæ ad dextram præterit, natiuum retinet nomen, quæ ad ſiniſtram Aſtapodis ab accolis Abauy dicitur, ambo in Nilũ cadẽtes: Præter quos (contra maiorum aſſertiones) ex iunioribus ſunt, qui dicant ab Æthiopi bus quibuſdam audiſſe, Nilum mille fluuiorum aquis ab utroq; latere de currentium augeri: Qui quum maximus omnium ſit per uarias, pluresq; regiones fertur, magnis retortus flexibus. nam antequam Meroën pertin gat, modo ad orientem, modo ad occidentem, nunc in meridiem contra rio delatus curſu, in boream per mediam Æthiopiam demum labitur: bel uarum generatrix, ſyluarum opifex, & qui plures complectitur inſulas, nam circiter ſeptingentas ferunt. Harum quaſdã ab Æthiopibus non mi nus decem millib. incoli, milliumq; in eis feri: Quaſdam ſerpentib. ac Cy nocephalis uarijsq; feris ſylueſtribus fœtas, ac propterea difficiles acceſſu eſſe: quaſdamq; tam uaſtę magnitudinis (quãuis rapida celeritate) ut die

rum 5. curſu uix nauicula tranſuolet: ſed earũ maximã clariſsimamq; Meroen. Quam quũ perſtrinxerit, collectus in unũ, uires omnes acquirit: & nunc uagus aliquandiu & extra ripas effluẽs campos ſtagnat: rurſus multifidas undas unum in alueũ reſumit, unde per ſaxa excurrẽs præcipitem ſe in cataractas emittit: Ægyptum aũt ingreſſus, mõtes ab utraq; parte protenſi flumen excipiunt, qua conuallib. & anguſtijs interiectis diſperſum, magnos lapſus uſq; Deltam fermè efficit, nam quantum ij extendũtur, & inter ſe diſtant, tantum diffunditur flumen, & contrahitur, & regionẽ habitabilem diuerſo modo figurat: rurſus tanquã inde repulſus per campos funditur, naturalẽ recipiens curſum: Tam inſignis fluuius, ſolus omnium abſq; fluctib. quietus eſt ac tranquillus, præter quam quũ fertur inter cataractas, ubi atrox ac ueluti ſagitta uelox curſu uideatur, magnitudineq; ſonus præcipitantiũ aquarum, Gens ea quę locũ accolit ſenſu auditus caret: quouſq; multę Æthiopum naues conueniũt: & licet cataractę plures ſint, maxima tamen hæc quæ in Æthiopiæ atq; Ægypti finibus ſita eſt: Nilus itaq; per Ægyptum fluens antequã in mare ſe proripiat ſcinditur, inſulam extremis brachijs cõtinens, quæ à latinis Ægyptus inferior à Græcis Delta appellatur, nomen à ſimilitudine grææ literę, licet reſupinæ iacentis, accepit: Vnde Plinius, Inter inſulas quidam Ægyptum retulere, ita ſe fundente Nilo, ut triquetram terræ figuram efficiat, ideoq; multi græcæ literæ uocabulo Deltam appellauere Ægyptum: Ptolemæus uerò communi uocabulo, quod Deltam dicimus, regionem inferiorẽ dici ait. Hanc autẽ inſulã in 7. aut 10. ut in oſtijs meminimus, diuiſam eſſe fluminib. conſtat: à quibus partes quædam præruptę, ac in uniuerſam diſpartitæ, multos riuulos, inſulaſq; fecerũt, ut tota ſit nauigabilis, foſsis in foſſas alias exciſis, quæ tanta facilitate nauigatur, ut nonnulli teſtaceas ſcaphas habeant. Fluuij uerò qui à ſciſsione exeunt, hoc ordine atq; nominibus ſeſe habent: Nilus in duo fluenta præcipua diuiſus ad uerticem ipſum magni Deltæ, alteri quidem occiduo, nomen eſt apud Græcos Agathos dęmon, hoc eſt, bonus genius, per oſtium Heracleoticum in mare defluens: alterum orientale, appellatur Bubaſticum fluens in amnem Buſyriticum qui excurrit per Pathmiticum oſtium, uocaturq; paruum Delta inſula, hac ſciſſione comprahenſa: Scinditurq; iterum Bubaſticus in amnem Athribaticum ac per ciuitatem ſui nominis delabentem per Pineptini oſtium mare ingreditur. Alius quoq; fluuius qui phermuthiacus uocatʼ ab Agatho dæmone effluens per oſtium Sebeniticum in mare it. Dein amnis Tanis qui exit per oſtium Bolbitinum. Ab his autem dictis fluminibus alij quidem ad mare per fluctus paludeſq; reliquis ex oſtijs feruntur. Aegyptiæ itaque regionis & Aethiopiæ partes quas Nilus dum creſcit adit, terramq; inundationibus tegit, omnes habitabiles ac fructiferæ efficiuntur: accliues autem, & ab aqua ſublimiores, undique propter ſiccitatem ſquallentes deſertæq; iacent:

certo

certo enim anni tempore Nilus leniter fluens terram innatat, ac præcipuè inſulam, ſiue Delta quæ tota undis obruitur, pręter habitationes, rę namque in naturalibus quibuſdam cumulis uel aggeribus ſitæ, quæ ſpeciem inſularum procul intuētibus præbent, & quum multam uariamq́ terram ſecum ferat, in locis humilibus ſtagnās regionem opimam fertilemq́ reddit: quod non ignoraſſe Maronem dicentem:

—aut pingui flumine Nilus
Quum refluit campis, etiam ſecondidit alueo.
Similiter & Statius.

Eius uerò incrementi cauſæ multæ ac uariæ apud ſcriptores ſunt. Solus inter reliqua flumina æſtate creſcit, quum decreſcant cætera, hyeme minuitur, quum reliqua augeantur, auctus autem teſte Plinio per puteos menſuræ notis deprahendebantur: quum aliter hodie fiant: Columna ſiquidem marmorea in inſula quędam, medio in flumine poſita eſt, contra Cairi partem quę Babylonia uocitatur, in qua creſcentis ac decreſcentis aquę, notæ ſequentis uel copiæ uel inopiæ ſectæ ſunt, iuſtum incrementnm eſt cubitorum ſexdecim minores aquæ non omnia irrigant, ampliores detinent, tardius recedendo, hæ ſerendi tempora abſumunt ſolum, ademptæ illæ non dant, ſitiente utrumque reputat prouincia: in duodecim cubitis famem ſentit, in tredecim etiam non eſurit, quatuordecim cubita hilaritatem afferunt quindecim ſecuritatem, ſexdecim delitias. Aqua ultra quadrageſimum diem ſupra terrā permanet, poſtea paulatim decreſcit quemadmodum creuit: in diebus ſexaginta omnino campus denudatur atque exſiccatur. Ex quo citius exſiccatur, eo citius & aratur & ſeritur. Beſtias Nilus quamplures nutrit, forma diſsimili ac natura, ſed duo præcipuè quæ maximè inter ſe differunt, Crocodilum, & equum, horum Crocodilus ex minimo in immenſum animal euadit. Nam quum oua eius anſerinis ſimilia exiſtant, ex ijs genitus pullus ad ſexdecim cubitornm magnitudinem excreſcit, noctu in flumine, die in ripis, atque inſulis proſtrati in ſole dormiūt, quibus magni ſunt dentes, robuſti ungues, cutis corticoſa, cōtra omnem ictum inuicta, uiſus in aqua ebes, extra accerimus. Equi uerò è cōtra ipſe die quidem in imis aquis latet, noctu in terram egreſſus tum frumēta depaſcitur tum fœnum, deſtruens paſſim propinquas agrorum meſſes: eius magnitudo haud minor aſino, ungulam more bouis fiſſam, aures uocemq́ equis ſimilem, caudam apri, tergoris craſsitudinem tantā ut ſagittis traijci non poſſit. Præter has beluas uarium ac multiplex piſcium genus affatim præbet, qui propriam quandam & ſuam formam habent, ſed maximè noti ſunt Oxyrinthus: & Lepidotus: & Latus, & Alabes, & Coracinus, & Porcus, & Phagorius, quem etiam Phragrum uocant, Item Silurus, & Chitarus, & Aloſa, & mugil: ex teſtaceis Dilichnus, Phyſa, bos: Item cochleæ ingentes: qui uocem ululatui ſimilem edunt, hęc

Strabo. Nũc reliqua mediterranea, & ea primo quæ ad occaſum ſita ſunt: igiturr ſub regione Scyathica ad meridiem circa Moëridem lacum, Bacchis, & Dionyſia uici ingentes ſunt, Moëridis ſiue Muridis: aut Myrios lacus propè Memphin eſt 450. mil. paſſ. circuitu colligens, admirabilis, pelagi magnitudine, & marino colore, unde & litora uidere eſt maris lotib. perſimilia longo ſitu, aquilonem uerſus auſtrumq; qui in Nili quoq; incrementis aquam recipit, conſeruaturq; ad irrigationes agrorum, duas enim habet foſſas, alteram ex Nilo, alteram in ſata, & habitationes d ſperſam, utriſq; oſtijs, clauſtra impoſita ſunt, quibus architecti influentem & effluẽtem aquam conſeruãt, cuius altitudo quibuſdam in locis 50. ulnis eſt, manufactus à regeq; fecerat appellatus, quod ſcribit Herodotus: In cuius medio ſepulchrum ſibi ædificauit & coniugi, ſupra quod ſtant duæ pyramides 50. paſſ. ab aqua extantes, altero tanti ædificij aquis tectum, ſuper quarum utraq; lapideus coloſſus in ſolio ſedẽs, alter ſibi alter uxori. Vectigal piſcium qui in ſtagno capiebantur rex uxori conceſſit tum ad unguentorum uſum, tum ad reliquum corporis cultum, Id talenti argentum ſingulis diebus pendit. Paulo ſupra hunc lacum uerſus urbem quæ dicitur Crocodilorum, in planitie uicus eſt ubi labyrinthus fabricatus, nullo addito ligno, quem Mœridis rex, uir minime bello aptus cõſtruxit, ut locus ſepulchri ſibi eſſet, non autem, ut quidam uolunt in lacu: rem mirandam Diodorus ſcribit, nõ tantum operis magnitudine, quantum arte ad immitandũ difficili: Nam ingredientib. haud facile regreſſus datur, niſi duce itineris experto, quẽ Plinius memorat, ſimiliter Herodotus, ac Strabo, qui longa eum deſcriptione perſequuntur, in eo fuiſſe legimus coloſſum Serapis è Smaragdo nouem cubitorum. Eſt quoq; in fine dicti ædificij, quod plus ſtadio occupat, ſepultura quædam Pyramis quadrata, cuius quodlibet latus quadrijugerum eſt. Ad meridiem dein lacus in Oaſitis duo nomi ſunt, unus ad ſeptentrionem qui Oaſis parua dicitur, alter ad meridiem Oaſſis magna propinqua Thinodi, id eſt, harenoſo mõti. Cuius ad auſtrũ procul ac in ultima prouinciæ parte, palus eſt ingens Lycomedẽ uocant, feruidis harenis circũ quaq; obductã. Ciuitates uerò quæ ab occaſu Nili ſunt à mari incipientes: Primo penes Deltã, Mercurij ciuitas parua eſt, ex eo dicta, quod quũ Mercurius à quo Argus occiſus eſt, huc ob eam cauſam profugiſſet, Ægyptijsq; nõnulla rei pub. accõmoda tradidiſſet, illi uolẽtes Mercurio gratias reddere oppidũ ſui nominis condiderunt, ac inſuper primo menſe ſui anni, id eſt Septembri, idem impoſuerũt nomen. Mox Andron, hoc eſt uirorũ ciuitas. Dein latone ciuitas, quæ aliquãto à flumine abeſt, ita nominata quia eius incolæ Latum piſcẽ, qui in Nilo eſt adorant: ſingulæ enim penè in hac parte ciuitates, ſingulas beſtias & monſtra uenerãtur, & quodcunq; uoluerint, hoc inuiolabile & ſacrũ putant: unde & urbes quoque apud eos ex animalium uocabulis nuncupantur. item ad occaſum fluminis

minis Metelis oppidum. Inter uerò Nilum & Pharmutiacum amnẽ ciuitates ſunt, Pthenuti nomus, in quo metropolis Butos, in qua teſte Herodoto eſt Latonę oraculũ, grande id, & porticũ habẽs 10. paſſ. ſublimem, eximio factum lapide. Dein Cabaſitę ſunt in quib. Cabaſa. Item Saitæ & in ijs Sais ciuitas tum magna, quę à flumine quindecim mil. paſſ. diſtat. In hac uenerabatur Pallas, in cuius templo Sammithici ſepultura erat, Cuius templi ueſtibulum Amaſis rex fecit, opus admirandum, tum ſublimitate tum magnitudine, tanta erat uaſtitas lapidum atq; ſubſtructionum: Quin etiam ingẽtes coloſſos, & immanes androſpingas ibidẽ poſuit: alia quoq; ſaxa prægrandia in apparatum comportauit: attulit etiam ædificium ex ſolido ſaxo ab urbe Elephantina quæ à Sai diſtat uiginti dierum nauigatione, in quo afferendo triennium conſumpſerunt duo millia delectorum uirorum, qui omnes erãt gubernatores. Et paulo ſupra hanc urbem Oſiridis eſt aſſylum, in quo Oſirim iacere arbitrantur. Hinc Eleitica habitatio quæ Alexãdriæ & Nicropoli proxima eſt, Canopicę foſſæ impoſita, pręfectura à fratre primi Ptolemęi appellata. Hinc Schœdia habitatio urbi ſimilis triginta millia paſſuũ ab Alexandria diſtans, quæ nauale habet thalamiferorum nauigiorum quibus principes in ſuperiorẽ nauigant regionem, Hic & rerum earum uectigal exigitur quæ à ſuperiori Alexandriæ parte importantur & exportantur, cuius gratia & ratis in flumine iuncta eſt, unde Schœdiæ nomen loco inditum eſt, nam Schœnis funis dicitur. Ex hac Memphim nauigãti ad dextram ſunt uici plurimi uſque ad lacum Mariam, è quibus eſt is qui Chabriæ uicus appellatur, regio colliculis quibuſdam molliter & clementer erecta philoſophiæ magis quam frugibus oportuna, ſupra lacum præſertim. Rurſus ad Nilum Naucra ciuitas, ſiue ut quidam Myleſiorum murus, eam enim Myleſij cõdiderunt, nam ut inquit Strabo, ipſi per Cyaxaris tempora qui Medorum rex fuit triginta nauibus Bolbiticum tenuerunt, poſt in Saiticam præfecturam nauigantes Inaris nauali prælio ſuperatis Naucratim urbem ſupra Schœdiam poſuerunt, Circa quam atque Memphim tantum, nitriariæ egregię eſſe ſolebãt, ſed circa hanc meliores. Poſtea ab ortu ſolis iuxta Nilum nomus eſt Proſopitæ & eius metropolis Nicij. Et inter Pharmutiacum & Athribiticum amnes Sbeniteris inferior, metropolis Pachneumunis nomine. Similiter & Xoëti quorũ metropolis Xois. Inde Phthẽphuth nomus cuius Tauca ciuitas eſt. Et inter Athrabiticũ & Buſiriticũ amnes Onuphitæ, & Onuphis, Athribitæ, & Athribis per quam ut diximus amnis ſui nominis excurrit, Athribitæ murem araneum colunt. Hinc Thuauis caſtellum eſt ubi homo colitur, qui quæ ſibi ad ſacrificium præparantur commedit. Poſtea Menedeſiæ, ubi metropolis Thmuis. Hinc ſupra, Sebennites & ciuitas Sebennitus, olim non procul à mari, quæ deſtructa decem millia paſſ. introrſus reædificata eſt in modum uici, ſecundum amnem ager frumen

to ac cæteris fructibus abundans arbuſculo quoque myrræ: Buſyritides quoq; in quib. ciuitas Buſyris ubi Pan colebatur & Hircus: & ut Pindarus ait in hoc loco Hirci cum mulierib. coëunt. Dehinc Buſyris ciuitas in medio Deltæ ſita, quæ aduerſus Romanos rebellans ad ſolum uſq; ſubuerſa eſt, in qua maximum templum erat Iſidis, id eſt Cereris, & quo die feſtum agunt, poſt ſacrificium cuncti de more uerberantur, multa ſane hominum millia. Sequitur Leonton cuius urbis incolæ leonem colunt. Inter autem Buſiriticum & Bubaſticum amnes Neutis eſt nomus, & metropolis Panephyſis. Extra uerò Delta (nam quæ adhuc diximus deltæ uel appoſita, uel in ipſo poſita ſunt.) ad occaſum Nili, inferioris regionis Heptanomi, id eſt ſeptem nomi dicūtur, quorum primus Memphites cuius Metropolis Memphis ciuitas omnium præclariſsima antiquiſsimaq; uiginti millia paſſuum ambitu, totius quondam Ægypti arx, Quæ ſic à quærela uocata eſt, nam ut fabulæ tradūt iuxta eam in palude Oſiridem ſiue Menelaum uirum ſuum Iſis à Typhone fratre laniatum inuenit: Hanc Mineus rex ſicuti Ioſepho placet ædificauit, item Herodotus, qui primus apud Æpyptum regnauit, iunxiſſeq; pontibus Nilum ad Memphin: Ariſtippus uerò Apin Argiuorum regem condidiſſe ait, quod Euſebius etiam tradit: Diodorus autem Ogdoum regē ex Buſyridis regis progenie, à cuius filia quidam urbem denominatam uolunt, quam magicis artibus fuiſſe deditam Hieronymus meminit. Sita urbs eſt in oportuniori totius eius partis loco, ab occidentali parte ex flumine effoſſum habet ſtagnū, ab aurora ipſe Nilus, ad auſtrū uerò aggeres ingentes opponuntur: In ea templum Vulcani magnum fuit à Mineo extructum, Vbi Seſoſtris rex monumentum ſui reliquit, ante ædem lapideas ſtatuas, duas quidem, tricenum, unam ſuam, alteram uxoris quatuor autem uicenum cubitorum totidem foliorum, In quam ob egregium eius ſitum relictis Thebis cæteri reges habitationes ædificarunt, propter quod deinceps diminuta eſt Thebarum magnificentia: quæ & ipſa Memphis ex ædificatione Alexandriæ ſubſedit, nunc tantum urbis ueſtigia reſtant: quę natiuum adhuc (licet corruptū) nomen retinent. Erat tum populoſa mixtis hominibus referta, qui eo diuerſis regionibus commigrarunt: Circa hanc nitrariæ (licet non egregiæ) erant, nam & lapideſcit ibi in aceruis ut Plinius refert, qua de cauſa multi ibi ſunt tumuli ſaxei faciunt ex ijs uaſa: Vnde & nitriotica præfectura dicitur: A qua ſex millia paſſuum palus eſt Acheruſia circum prata amœna habens ipſa loto & calamis plena, quæ modo nitron, id eſt uitria dicitur. Supra quam ad auſtrum montanum quoddam eſt ſupercilium, quod Aphricum olim, nunc Nitron ſicut & paludem barbari uocant, in quo ſtant multæ pyramides, & regum ſepulturæ: Sunt autem hæ pyramides turres faſtigiatæ, ultra excelſitatem omnem quæ fieri manu poſſit, itaque menſuram umbrarum egreſſæ, nullas habent umbras, quæ ut ait Plinius ſunt regum pe-

cuniæ ocioſa ac ſtulta oſtentatio; Quippe quum faciendi eas cauſa à pleriſque tradatur, ne pecuniam ſucceſſoribus aut æmulis inſidiantibus præberent, aut ne plebs eſſet ocioſa: Quarum tres eximiæ ſunt, ut ſcribit Strabo, ſed duæ inter ſeptem ſpectacula enumerantur, ſingulæ altitudine ſtadij figura quadrata, altitudinem habentes paulo maiorem quolibet latere, & paulo alta: altera maior, in media ferè laterum altitudine ingẽs lapis extat in quo Cochlius eſt obliquus uſque ad ſepulturam, atque hæ inter ſe proximæ ſunt in eodem plano, hoc eſt iuxta Memphin urbem, Maiorem Cheopen rex ædificari fecit, ad cuius opus trecenta & ſexaginta hominum millia deputata ſunt, quod uiginti fermè annis abſoluerunt: Minorem Chebreus Cheopi frater, ac poſt eum rex ædificauit. Vlterius in maiore montis altitudine altera eſt multo primis duabus minor, maiore tamen impenſa ſtructa, Nam ab ipſis ferè fundamentis uſque ad medium conſtat ex nigro lapide ab extremis Aethiopiæ montibus delato, qui quũ & durus ſit, & operatu difficilis reddit opus ſumptuoſum, Hæc dicitur meretricis ſepultura ab amantibus effecta, quam Doricham alij, alij Rhodopen nominaut. Micerinus quoque rex Cheopi F. Pyramidem à ſe inceptam minimè perfecit præuentus morte, erant ſingula latera in baſi iugerum trium, murus uſq; ad decimumquintũ cubitum ex lapide nigro Thebaido ſimili, reliqua pars ex eo lapide, quo & reliquæ pyramidæ conſtructa eſt, opus ſane tum artificio, tum magnitudine tum uerò lapidum ſumptu cæteris pyramidibus non inferius, Scriptum erat in latere ad boream uerſus nomen authoris. MICERINVS. Eſt & pyramis lateritia quã Aſchin rex ſuperiores antecedendi cupidus memoriam ſui reliquit, inciſis in lapide literis, in hæc uerba:

NE ME LAPIDEIS CVM PYRAMIDIBVS CONGREGES: QVAE TANTVM ILLIS PRAECELLO QVANTVM IVPPITER CAETERIS DIIS.

Sunt & aliæ tres pyramides quarum ſingula latera ad duo iugera protenduntur, uniuerſum opus ſtructura præter magnitudinem ſuperioribus ſimili, has dicunt à tribus regibus ſuis uxoribus ædificatas, hæ inter Memphin urbem & Delta Nilotenus quatuor millia paſſuum, à Memphi ſeptem poſitæ. Præter quas etiam ueſtigia plurium incohatarum extant. Vt autem Herodotus ſcribit, nullus ex ijs qui eas ſibi pyramides in ſepulchra condidere rex in illis ſepultus eſt: nam partim nimij laboris in operibus abſumpti partim crudelitas regum & inſolentia iram populorum compulere, ut eorum aut diſsiparent corpora, aut eijcerent ex monumentis, qua ex re domeſticis mandauerunt quidam ut ſua corpora in loco uili obſcuróque conderent, quo effugerent ſæuitiam plebis. Hæc de Pyramidibus. Poſt itaque Memphin

ut ad cęteras reuertamur urbes) Acanthus eſt, ubi neque à ciuitate procul Acanthi lucus. Item prope Memphim, Ptolemais ſtatio, cui ad occaſum nomus eſt Oxyrynchites & metropolis Oxyrynthos, hic Oxyrynthus piſcis colebat̃, ex quo denominati ſunt. ſub qua eſt Arſinoë quæ prius ciuitas crocodilorum dicebatur, quia in ea maximè animal illud adorabatur, In qua pyramis una eſt. Poſtea ubi Nilus inſulã quinquaginta mil. paſſ. longã facit, in qua Herculis ciuitas magna eſt, in qua Ichneumõ animal in Deum habebant, quia Crocodilis & aſpidibus pernitiem inferunt. Quæ inſula ſola inter alias oleis & fructiferis arboribus conſita eſt, ac ſiquis bene excolat, etiam oleum optimum gignit, id enim illi negligentes, etſi multum odorem tamen malum habet. Sub qua in eadem inſula ciuitas Cynos, id eſt canis, nam in ea Anubis uenerabatur, & honor, & ſacer quidam cibus canibus eſt conſtitutus. Poſtea ubi Nilus in inſulam ſcinditur, ciuitas eſt Heracleopolis quæ parua eſt cui occaſum uerſus in radicibus Æthiopicorum montium Hermopolis, id eſt Mercurij ciuitas magna, cuius incolæ Cynocephalo ſacrificant: Cui proximæ cuſtodię Hermopolitanę ſunt, ubi uectigal exigitur earum rerum quæ ex Thebaide deferuntur. ſub inde ad Nilũ Lycon ciuitas retro à flumine à Lyco, id eſt, lupo appellata, quia ibi animal illud colebatur: aiunt enim agros Ægyptiorũ incurſantes Æthiopes, à lupis facta acie, uſq; id ciuitatẽ Elephantinam repulſos eſſe ex qua re loco nomen ob id inditũ, & eis beluis honos à poſteris habitus. Inde Hypſelites & oppidum Hypſele. Poſtea Aphroditæ ciuitas ab amne remota. & alia haud procul Crocodilorum in ripa fluminis ſita. Mox Thimites in quibus metropolis Ptolemais Hermi cognomine, ciuitas omniũ maxima, & Memphi non minor. Item Abydus longè à flumine, quæ maxima olim fuit ac ſecunda poſt Thebas ut nonnulli aſſerunt, nunc in paruam habitionẽ reiecta eſt, in ea Memnonis regia mirifice ſtructa fuit: Item fons in quem foſſa ex Nilo deriuatur, Circa quam eſt Ægyptiarum Acantharũ lucus Apollini ſacer. Inde Diopolites in quibus Iouis ciuitas parua. Hinc Tentyra itinere dierum ſeptem ſeorſum à flumine: Tentyritę naturalem uim contra Crocodilos, quemadmodũ Pſylli contra ſerpentes habere dicunt̃, ut nihil ab eis patiantur, quũ aquam natent, alio nemine audente, Et ut ſcribit Strabo, quũ Romam crocodili allati eſſent ut uiderent̃ Tentyritæ eos ſequebant̃. Hinc foſſa eſt quæ Coptũ defert ſiue ut alij Tachepſum, et eſt in inſula Nili ſic appellata inter Æthiopiam & Ægyptum, Poſt Tentyrã uicus eſt Pãpanis nomine remotus à flumine. Poſtea Memnonites & in ijs pagus Tathyris à flumine diſtans, ubi regum Memnoniũ ſepulturæ in ſpeluncis in lapidem exciſæ, circiter quadraginta, mirum in modum ſtructæ, quæ aſpectum quendam pulcherrimum prębeant. Inde Hermonthis in qua Apollo & Iuppiter colebantur: hic & bos alebatur.

Mox

Mox Laton ciuitas, & alia Apollinis magna ubi homo accipitris habens faciem lancea Typhona interficiens, pro deo erat. Item Phontis uicus procul à flumine. Et inde paulo Elephantina inſula Nili aquis præcincta: Ad hanc uſq; nauib. Nilus aſcendit, namq; ulterius progredi cataractę non ſinũt, In qua inſula, benigna adeo natura ſoli eſt, ut nulli arbori folia decidãt ne uitib. quidem, Vbi eodem nomine urbs, in qua ſimulacrũ cerulei coloris, uiri corpus, caput arietis habens, & caprina cornua loco dei honorabatur. Hæc in Ægypto inferiori ſunt. In Thebaide uerò, hoc eſt ad orientalẽ fluminis partẽ quæ ſequentur: Igitur uerſus mare noſtrũ Tanis ciuitas eſt, maxima tum quæ Tanes ab incolis dicit̃, ſupra lacum ſiue paludes in quibus Tanis inſula eſt, ut in ſuperiorib. diximus, piſcib. & aquatilib. auibus maxime abundantes: urbs maiori modo ex parte diruta iacet: nam & paucis habitatur colonis, qui propter paſcua (magnos quippe circa ſe cãpos habet Taneos appellatos) in ipſis ruinis degunt. Dein Pharbętus metropolis. Et ab orientali parte Bubaſtici fluuij Sethrois. Item Arabicę nomus & metropolis eſt cui nomen Phacuſa. Mox Bubaſtus urbs Iſidi condita quemadmodũ in eis epigrãmate legit̃. Eſt & nomus Heliópolitæ ubi ciuitas On ſiue Oniæ q̃ & Heliopolis dicit̃ id eſt, ciuitas Solis. Quã Pontifex Onias ut Ioſephus tradit ex Hyeroſolimis fugiens accepto à Ptolemęo in Heliopolitana regione ſolo cõdidit, Hyeroſolimis ſimilem, in qua & templum fabricauit, non diſsimile quidem ab eo quod eſt Hyeroſolimis, Turrim autem ſimilem inſtruxit ingentibus ſaxis 60. cubitis erectã: ciuitas autem dimicãtibus aduerſum Romanos Iudæis ad ſolum uſq; deleta eſt, ubi eius adhuc ueſtigia, in loco depreſſo reſtant uocaturq; Solis oculus. & in Arabicæ finibus & Aphroditopolis, Babylon caſtellum, prius Litus dictũ, ut refert idem Ioſephus, erat enim Litus ciuitas deſerta dum Cambiſes Ægyptum deuaſtaſſet, in cuius loco Babylon poſtea fabricatum eſt, natura munitum à Babylonijs quibuſdam ut ait Strabo conditum, qui huc ſecedentes, hoc in loco habitationẽ à regib. impetrarũt: ubi Cepũ pro deo adorabãt, Cepus faciẽ habet ſatyro ſimilẽ, cætera inter canẽ atq; urſum, in Æthiopia naſcit̃, Babylõ nũc ab incolis Cairus dicit̃, gẽtis uniuerſę caput, quam in partes tris diuidũt, ac ſi tot urbes, in una habitatione contineant̃, Quarũ quę media eſt Cairus dicit̃, ubi arx munita in humili petra eſt: Quę uerò ad eius dextram Bubacũ uocãt, Quæ aũt ad læuam Babylonẽ adhuc nuncupãt, in ripa fl̃minis, ac in ipſo inſulã occupans obiacentẽ ubi amœniſſ. horti: Ampliauerũt quippe illã poſteriores reges, quos lingua patria Soldanos uocãt, ſiquidẽ magna eſt, atq; omniũ totius regionis ciuitatũ maxime populoſa, muris circũdata, nã præter hãc & Alexandriã, cætera omnia muris carẽt 200. mil. paſſ. inter ſe diſtãtes Nili nauigatione: à qua mille paſſ. hortus eſt balſami. Hinc orientẽ uerſus Heroũ ciuitas eſt, haud procul à mari, quæ Troia dicebatur, antiqua Troianorum habitatio, eorũ ſci-

licet qui captiui Menelaum ſunt ſequuti, & ibi remãſerint. Per hanc & Babylonem amnis Troicus, circa radices montis eiuſdem nominis fluens, et in Arabicum ſinum, ubi ſitus eſt uicus defertur. Ex his locis lapides effoſſi dicuntur quibus pyramides extructæ ſunt, nam ſub hoc præſertim monte ſpeluncæ ingentes aperiuntur: ſinus uico ſubiacet qui etiam Herous cognominatur, ad quem deſcendunt Ægyptij. de quo oppido ſeu uico Ioſephus ait, fuiſſe quo Ioſeph in occurſum patris in Ægyptum uenientis proceſſit, quem locũ ſacræ literæ Ieſſen uocant. Hic in mari, laurus eſt & olea; & Thymum, quod ſcribit Theophraſtus, Verum non uirida, ſed lapidis ſpecie parte à mari eminente, ſimilia tamen uiridibus tam folijs quam germinibus longitudo arbuſculorum cubitorũ ternorum dicens. Poſtea 35. mil. paſſ. à Babylone circa inſulam Aphroditopolitæ ſunt oppidum ſui nominis habentes, in quo bos alba ſacra alebatur. Inde Nilo uicina Heliopolis ciuitas ab Helio pertinace conditore tunc dicta: nunc Damiata quæ diruta iacet: triplici olim muro cincta, cuius partẽ riuus ex Nilo deductus intercipit, in qua turris ut loci (à piratis pręſertim) cuſtodia eſſet, ſtationes enim multæ ibi in ſuburbano mercium repoſitorię erant: in qua templum deo Soli magnifice ſtructũ fuit, nam Heliopolitani teſte Herodoto ferunt̃ Ægyptiorũ eſſe ſolertiſs. Huic templo Pheronnes rex Seſoſtris F. ab oculorũ cęcitate liberatus, quũ alia alijs tẽplis donaria poſuiſſet omnia memoratu digna, tũ maximè memorabilia ac ſpectaculo digna dedit, nam duos unius lapidis obeliſcos latitudinis 8. altitudinis cubitorũ 100. In qua urbe (Manethus author eſt) homines immolebant̃, quæ nũc in uici formã redacta eſt, neq; inter cæteros eius loci obſcurus eã Cambyſes rex incẽdit, ante Heliopolim ſpecula quędã oſtendit̃, quæ Euxdoxi appellat̃, unde ille cœleſtium motus adnotabat: ad quã ſpeculam Cerceſura ciuitas ſita fuit. Itẽ ad inſulam Ancyron ciuitas, poſt quam conueniũt fluuij qui inſulam efficiunt: Et ad inſulę propè finem Acoris ſiue Auaris ciuitas eſt quã Themoſis rex euertit, locus quem Hebræi in urbis modum antequã de Ægypto exirent munierunt. Hinc autem ad orientem magis Alabaſtrorum eſt ciuitas proxima mõti eiuſdem nominis, in quo Alabaſtrus lapis intercinctus aureis guttis gignitur. Et ſub Acoris in ripa fluminis Antinoites regionẽ tenent, & in ijs Antinoë ciuitas inſignis ab Hadriani amaſio ſic denominata, Vnde Euſebius, Antinous puer regius eximiæ pulchritudinis in Ægypto morit̃, quem Hadrianus uehemẽter deperiens (nam in delitijs habuerat) in deos refert, ex cuius nomine ait etiam urbs appellata eſt. Mox Antei metropolis ſeorſum à flumine. Ac dein Panon, hoc eſt antiqua hominum habitatio, qui linum, & lapides operantur. Item Lepidoton, & alia Chenoboſcia ciuitas quondam magna, in qua templum Perſei Daneæ F. quadratum fuit, quod Palmæ circumdabant, ingenti ſanè è ſaxis ueſtibulo. Cui ad auroram Porphyritici montes ſunt, nam Plinius, rubet

Porphy-

Porphyrites lapis in Aegypto, eodem interuenientis candidis punctis. Inde ciuitas Noua, nec à Chenoboſcia procul. Poſtea Coptus ciuitas Aegyptiorum Arabumq́ꝫ communis, à flumine diſtãs, cui (ut ſuperius) Muris ſtatio ad mare Arabicum eſt, ex quo totum Indicum & Arabicũ tributũ; & Aethiopicum, quod Arabico ſinu aduehitur Coptum defertur, quæ eiuſmodi mercium emporium eſt, circa quod Smaragdus lapis eruitur in collibus et cautibus, inuenitur q́ꝫ Balanite lapis ſubuiridis. Inde Apollinis ciuitas parua retro à flumine. Poſtea Thebarum nomus & metropolis, ab Aegyptijs Dioſpolis dicta, hoc eſt Iouis uel Solis ciuitas, à Græcis uerò à noſtro mari paulo minus ſtad. quinq́ꝫ milibus diſtant Thebæ, quam quidam Oſyrim condidiſſe, alij Herculem uolunt, qui quum tranſiſſet (ut aiunt) loca arida Libyæ, inuento ubere ſolo, urbem condidit, magnam ſanè in aggere ingenti poſitam. A qua ut diximus plaga illa Aegypti cognominata eſt, nunc uerò diruta iacet, quæ longitudine, ut ex eius captatur ueſtigijs nouem millia paſſuum conſtat fuiſſe, ambitu uerò octodecim, in qua templa quam plurima quæ magna ex parte à Cambyſe uaſtata ſunt.

Nunc autem uicatim habitatur, centum aularum olim: quidam portarum, fama nobilis, totidem ſcilicet principum domus erant, ſolitæ ſingulæ (ubi negocium exegerat) dena armatorum millia effundere: quod aiũt Homeri carmina:

His C. portæ, portarum quamq́ꝫ ducenti
Sublimes in equis homines, & curribus errant. Item Dionyſius:
Hanc habitant homines multi, pariterq́ꝫ opulenti
Qui ueteris claræq́ꝫ colunt ſub mœnia Thebes
Quam perhibent C. portas habuiſſe priores
Filius Auroræ Memnon qua regna tenebat.

Circa Thebas Grannatis gemma naſcitur, fragilis uenoſa, morienti carboni ſimilis, naſcitur & Achates. Poſt autem Thebas, Thuphium oppidum eſt. & aliud Chnibiſi nomine. Item Ilithyia, id eſt, Lucinæ ciuitas in qua eius templum erat: Cui ad orientem mõs obiacet Nigri lapidis, prope quẽ ad occaſum Toi ciuitas ſita eſt. Sub qua in ripa fluminis Ombi oppidum. Poſtea Syenæ ciuitas eſt quam nunc barbari Chinam dicunt in inſula fluminis, quæ ciuitatis nomẽ habet ſemiſtadij: In hac puteum quendam eſſe ferũt ad hoc effoſſum, ut æſtium indicet ſolſtitium, quoniam hæc loca circulo tropico ſunt ſubiecta: ubi die medio nullam umbram iaci puteumq́ꝫ totum illuminari, ex quo ſol illi loco fit ſupra uerticem: quod Lucanus ſignificare uolens ait:

Vmbras nuſquam flectente Syene. Et ſubiungit:
Nam quis ad exuſtam Cancro torrente Syenem ibit.
Et alio loco:
Cancroq́ꝫ ſuam torrente Syenem.

A qua

A qua urbe aduerſo amne uſq; ad locum quē modo Chus incolæ uocant, ubi onerantur nauigia ex mercimonijs delatis de Aden ducenta & quinquaginta millia paſſuū computantur. Poſt autem Syenem locus eſt Dodecaſchœnum uocant Græci, id eſt, regio duodecim Schœnis amplexa: Schœnus ſexagenis ſtadijs conſtat: Nam qui modicum terræ poſsident metiuntur illam paſſibus, qui minus inopes terræ ſunt metiuntur ſtadijs, qui multum poſsident paraſſangis, qui plurimum ſanè Schœnis. Conſtat autem Paraſſanga una tricenis ſtadijs. Hinc orientem uerſus Arabes Adei ſunt, in quorum montibus Onichinus naſcitur lapis: quibus ad Nilum poſt Cataractam Hieraſycaminon oppidum, id eſt, ad ſacram arborem, hoc eſt ficum Ægyptiā. Dein Philæ, id eſt, amicæ quæ Ægyptiorum & Æthiopium cōmunis habitatio eſt. Aiunt aūt Philas dici quoniam ibi Iſis regina Ægyptijs quibus antea iraſcebatur ob necem Oſyridis mariti, non inuenti, placita eſt reddita, ubi inuenit eius membra, quę in inſula uicinæ paludis Abotos nomine quod inacceſſibile interprætatur, ſepeliſſe dicitur, paludemq; Merorem uocari iuſſit. Ad quam inſulam neminē accedere, niſi determinata die ſtatuit, limoſa enim eſt & papyris referta. Inter Philas & Syenem campus magnus eſt ualde planus, ſupra duodecim millia paſſuum ſpatio, Qui campus multis in locis refertus eſt rotundis ac politis petris propè modum ſpericis, nigri ac duri lapidis, ſuper maiore petra alteram poſitam, ac rurſum ſuper ea aliam, nonnullæ per ſeſe iacent, earum maxima eſt non minore duodecim pedum diametro, atque omnes maiores quam harum mediæ. Hinc eſt Metacompſo locus ita à requie dictus quia in fine ſit poſitus: Contra quem locum ad occaſum fluminis Pſellicis Æthiopica urbs eſt. Item Præmna ciuitas natura quidem munita: à qua non longe harenæ cumuli ſunt, in quibus Cambyſis exercitus obrutus eſt uēto incidente: quemadmodum aliàs iuxta Ammonis templum eidem accidit. Inde Napata urbs Candaci regia quæ Æthiopibus imperauit, uirilis ſanè mulier, ſed altero oculo capta.

GEOGRA-

GEOGRAPHIAE Commentarius IIII. Aphricæ, in quo Libya interior & Æthiopia quæ ſub Ægypto eſt continentur.

Libya interior nunc dicetur, uaſta admodum & immenſa terra: cuius ſitus ſic ſe habet. A ſeptentrione terminatũ duabus Mauritanĳs, & Aphrica: & Cyrenaica iuxta magnũ iugum Atlantis, ut ſupra meminimus, quẽ iſti hodie Charenam uocant: Ab ortu ſolis Æthiopia quæ ſub Ægypto eſt: A meridie interiori Æthiopia quæ Agiſimba cognominatur: Hæc duo latera deſertis tantum locis terminãtur, nil aliud enim quam ſpatioſiſsimæ ac infinitæ penè harenæ interiacent. Ab occaſu uerò occidentalem habet oceanum qui Atlãticus appellatur. Hanc à Libya uxore Epaphi Iouis F. uocitari nonnulli uolunt: Regio maxima ex parte deſerta tùm propter æſtus torridæ zonæ, tùm propter innumeras feras: ubi pauci fontes, languidæ ſine arbore, ſine cultore harenæ iacent: nulli enim ibi, uel rari imbres cadunt, ſparſiq; ſtatim combibũtur à terra: paruis atque paucis habitationibus diſtincta: qui ut plurimum paſtores ſunt, duram uitam agentes, Nam ubi dies deficit, ibi noctem ducunt, Viuúntque ex milio, & ordeo ex quibus etiam potum conficiunt, butyrum & adipem pro oleo habent. Poma non habent, præter palmulas atque eas perpaucas in hortis regĳs: nonnulli herba ueſcuntur, & ramis tenellis, & loto, & calami radice, carnibus & lacte & caſeo utuntur. Quorum pecora ſunt, ut oues, capræ, boues, canesq; puſilli, aſperi tamen ac pugnaces: quæ omnia Virgilius meminit dicens:

Quid tibi paſtores Libyæ? quid paſcua uerſu
Perſequar: & raris habitata mapalia tectis?
Sæpe diem, & noctem, & totum ex ordine menſem
Paſcitur: itq; pecus longa in deſerta ſine ullis
Hoſpitĳs tantum & campi iacent: omnia ſecum
Armentarius Apher agit, tectumq; laremq;
Armaq; Amycleum canem, creſamq; pharetram.

Igitur ſub Mauritania in oceani ripa, poſt deorum portũ, quem ſuperius iuxta Atlantem montem poſuimus, Sobus uel Sububa fluuius in mare uadit à Sagapola mõte demiſſus: Reliquimus in litore aliqua loca exigua obſcuraq;. non enim commemorari à nobis omnia uel minima huius orę decet, quum indigna tùm propter ſe, tùm propter iuniorum quorundam nefanda uocabula corrupta quidem barbara hiſpanis ſunt: nam hæc ora ab

ſijs gentibus hac præſertim tempeſtate ad Praſum uſque promontorium ac inde ad Indos frequentatur, qui nauigationem ſuis adaptarunt moribus, nomina locis denuo pro uoluntate, non autem re aliqua, uel effectu impo nentes. Contra autem hoc litus quod Autolalæ tenent, quædam ſunt inſu læ neque magnæ in quibus Getulicam purpuram tingunt, ex quo purpu rariæ appellantur in quibus Merna eſt. Inde poſt Sabum, fluuius alius eſt Salathus nomine, Cuius ad oſtium in meridionali ripa ciuitas eiuſdem no minis eſt, ipſe fontem habet in Mandro monte iuxta quod litus inſula Au tolala iacet: Item Chuſaris ſiue Coſenus qui ex Mandro etiam oritur. Et in de Gannaria promontorium: & Ophiadis fluminis oſtium, quod à Man dro ſimiliter profluit. Inde ex eſt Bagaza ciuitas. Poſt quã Nuius amnis in mare it, qui à dicto quoque monte exoritur. Eſt & Solentia promonto- rium. aliudque quod caput modo Album recẽtiores dicunt. Alterum in ſe- ptentrionem, alterum in auſtrum reſpicientes: ambo ſinus in cubiti mo- dum deducentia. Inde Maſſath flumen ab eodem monte cum iam dictis excurrit. Mox Iarzitha ciuitas. & oſtium Darathdis amnis è Capha mõte prolapſi in quo Crocodilos gigni aiunt. Hinc portus eſt qui magnus ap- pellatur: cui oræ nonnulli ſcopuli ſunt. Poſtea Babila ciuitas in tumulo poſita. Inde Arſinarium promontorium, & aliud non procul ab eo Ryſa- dium nomine quod nunc à nautis caput Viride dicitur, frondoſum enim eſt. Sed antequam ad promontorium deueniatur, Hiſpani oram percur- rentes duos magnos notãt fluuios, non longe inter ſe oſtia in mare haben- tes, neque à promontorio diſtantia multo, ſeptentrionaliorem riuum Cene gam, auſtraliorem, Calanũ uocant, inter quorum oſtia inſula eſt quæ por- tum habet: uerum Ryſadium longe ex interiori regione huc procurrit, à quo Stachirus flumen exortus pari tractu cum monte atque ad eius radi- ces labens in ſinum maris exit, ſiquidem Heſperius magnus ſinus à pro- montorio curuare incipit: Stachirus in medio curſu paludem Cloniam fa cit. Poſt autem portus eſt Perphaſius, & promontoriũ Catharum, & On- niæ fluminis os, quod ab Onnia monte fluit unde Heſpericeras attollitur promontorium. Iuxta quod campi noctu ſtellarum modo nitere dicun- tur, imminereque mari montem excelſum meridiem uerſus qui æternis igni bus ardet Theonochema dictus à Græcis quod interprætaĩ deorũ mons ſeu uehiculũ. Poſtea Maſothilus fluuius in mare uadit, cuius fõtes in Theo nochema monte ſcaturiunt, Quo in tractu quatridui nauigatione ab He- ſperichera, modici colles amœna opacitate ueſtiti Egipanũ Satyrorumque ſunt, ubi Hypodromus à græcis locus appellatur, id eſt, ſubcurſus. Hinc aliquanto ſpacio Æthiopia regio ad meridiem Libyæ occurrit. Vnde geo graphi ulterius non ſe immittunt, terram hic cognitam determinantes.

Rurſum Libycæ oræ inſularum greges duo ſunt, alter Mauritaniæ, alter magis ad auſtrum Ryſadio monti obiacet, licet à conſpectu longè earum,

quæ

quæ ad meridiem uergunt ſecundum Ptolemęi ſitum Fortunatę appellantur, ſecundum uerò Strabonem, quę Mauritanię opponũtur, quod ita eſt; nam & nomina earum quædam adhuc ſeruant: & apud Plinium legimus nouemq́ eſſe numero: haud magnitudine inter ſe differentes: præter exiles quaſdam ac ſcopulos magis quã inſulas, in pelago circaq́ eas ſparſos; quarum quę ad ſeptentrionem magis eſt Aproſitus uocatur, à quibuſdam Ombrion nũc portus ſanctus dicitur, in qua nullum habitationis ueſtigium, neque quod unquam ibi ædificium fuiſſe reperitur, in montibus magnum iacet ſtagnum auibus frequẽs: & arbor ſimilis ferulę, è quibus aquã exprimitur, ex nigris amara, ex candidis potui iucunda. Altera Iunonia dicitur Madera nũc in qua ædiculam fuiſſe tantum, lapide extructam, ignobiliter ad culmen faſtigiatam ſcriptores tradunt. Ab ea in uicino eodẽ nomine paruę duę deſertę, Tertia quę litorib. uicinior eſt Pluitania, ſiue Pluuialia quondam, modo recentiores Lanciloto dicunt: ubi nuda ac deſerta omnia ſunt, neq́ in ea eſſe aquam niſi ex imbribus ſi quando pluit, Quarta Caſperia, à quibuſdam Capraria forte uentura nunc lacertis grandibus referta, Quinta Canaria ſic adhuc appellata à multitudine canum ingẽtis magnitudinis, ex quibus duo ad Iubam deducti ſunt: ubi etiam ædificiorum fundamenta apparent: Quę & omnium pomorum copia, & auium omnis generis abundat, nec non palmetis cariotas ferentibus ac nuce pinea, & mellis quantitate non modica. Sexta Pintuaria à quibuſdam Ningaria, ſiue Niuaria dicitur, nomen à perpetua ibi niue, nebuloſa enim frequenter eſt: iuniores modo Teneriſe uocant. In quarum inſularum fluminibus papyrus gignitur: infeſtarique eas marinis beluis Siluris maximè; quæ niſi expellantur aſsiduè putreſcunt. Quæ quum nouem ſint, tres alias omiſerunt maiores, quæ ad occaſum magis ſunt pari tamen interuallo cum ſex dictis, quarũ una Gomera, altera Ferrum, tertia Palma nominatur. Has inſulas nonnulli Helyſios eſſe campos, & animarum piarum ſedes credidere, in quibus Homerus, & Horatius: Ferunt enim imbres ibi raros mediocresq́ & uẽtos plurimum ſuaues ac roriferos eſſe: ſolum pingue nec arari modo plantariúe facile, ſed etiam ex ſe abſq́ ullo humano ſtudio fructum producere dulcẽ quidem, ocioſamq́ multitudinem nutrire ſufficentem: aër ſincerus ac temperatus, & mediocri mutatione cõtentus: Ad quas inſulas quum Tyrrheni tum mari potentes coloniam mittere uolentes, fama earum bonitate ducti, à Carthaginenſibus ſunt prohibiti, nẽ eius loci felicitate allecti ciues eorũ, ad eas ſe conferrẽt, Et ſimul ſi qua forſan aduerſa urbi fortuna incidiſſet, uolebant ignotum ad quem facile confugerent locum eſſe, ut ſcribit Herodotus: Ariſtoteles uerò Quidam ait mercatores Carthaginenſes cum unam inſularũ earum inueniſſent, à nullis ante id temporis habitatam, præter quam à feris, & propterea ſyluestrem admodum, multis tum arboribus tum fluminibus confertam, ac

ibi capti loci amœnitate ſedem fixiſſent, commotos ob id Carthaginenſes, capitis pœnam decreuiſſent, nequis poſthac ilhuc nauigare auderet, et qui iam inerant iuſſiſſe ſtatim interfici, ne ipſius inſulæ fama perueniret ad alias nationes, ſubmitteretuŕq; alicui fortiori imperio ac fieret quaſi oppugnaculum quoddam aduerſus eorum libertatem. Quas autem Ryſadium proſpectare promõtorium diximus, eas eſſe duodecim, nec minus ducentorũ mil. paſſ. ab eo diſtare, neque eo ſitu, quo Ptolemęus loci anguſtia coactus (ut in primo noſtri operis loco de Thyle & aliјs oſtendimus) iacere fecit: unã enim poſt aliam penes extremũ meridianũ ad occaſum figuram Chlamydis includentem, ſex numero depinxit, quum exterius ad modum expoſitæ ſint, neque una poſt aliam, ſcilicet in Gyro potius, quarum nomina quia latinis nominibus nõ ſunt exprẹſſa, ponere omiſimus. Quæ igitur ad mare huius regionis ſunt, hactenus diximus. Nunc ea quæ in mediterraneo habentur: Ac montes primo, in quibus Mandrus eſt, magnus quidem atque latè patens. Et Sagapola mirandæ altitudinis mons. Et Ryſadius ſimiliter præceps ab omni parte atque aduſtus. Item mons Theonochema à Græcis dictus, id eſt deorũ currus, arduus ſane, mari occurrẽs, quẽ paulo ante æternis ardere ignib. diximus. Eſt & Caphas mõs, & Onnias, hi omnes ad occaſum regionis extolluntur, aridiſs. obducti harenis: Interius autem orientem uerſus, Vſargala à quo Bagrada ingẽs amnis fluit qui per deſertas terras, ad auroram prius, deinde ad occaſum, poſtea recto curſu per prouinciam Aphricam in mare iuxta Carthaginem urbem exit: quem Silius deſcribens ait:

Turbidus arrentis lento pede ſulcat harenas
Bagrada, non ullo Libycis in finibus amne
Victus, limoſas extendere latius undas
Et ſtagnante uado patulos incolere campos.

Eſt etiam mons Girgirus in quo gemmas naſci aiunt, unde Cinyps fluuius duobus ex fontibus longè inter ſe diſtantibus manat, quare duobus fluminibus diu diuerſis uagisq; ac demum confluentibus unus atq; magnus excurrit, à nonnullis Garamanticus cognominatus quum Garamantum natio ſupra eius fontes ad meridiem terram inhabitet, Qui poſt longum tractum in Puniceum mare irrumpit, ut in Aphrico litore deſignauimus. Præterea mons eſt alius qui Thala uocatur, unde eſt Garamantica illa pręceps & ingẽs uallis. Item Arualitis mõs: & Aruanga, ambo meridiem uerſus: Per hanc terram raræ ſunt aquæ: at uerò fluuij mediterranea excurrentes maximi ſunt, uidelicet Geras ſiue Gir, uel Gis, ab Vſargala monte ad Garamantum uallem uſque permeans, à quo amnis diuertitur, qui paludes facit Chelonidas, quiûe in ijs deficit, & ut aiunt terra abſorptus alium educit fluuium qui contra ſolis ortum labitur, ubi paludem Nubam immergitur: nam Claudianus:

—& Gis

— & Gis notiſsimus amnis
Æthiopum, ſimili mentitus gurgite Nilum:

Sed maximus omnium Nigir nomen à gente deducens ex Atlante monte ut ait Victruuius, demiſſus, longe iam dictos & procurſu, & latitudine ſuperans, quo quidam Aphrica ab Æthiopia dirimi putant: Hunc nõnulli Nilum eſſe, ſeu Nilum efficere arbitrati ſunt, ut Mella, & apud Plinium Iuba rex, qui eum naſci in monte inferioris Mauritanię ait non procul oceano ex ſtagnante lacu quem uocant Iulidem ſiue Hiliden, in quo eoſdẽ piſces, crocodilumq́ ſicut in Nilo nutriuntur, præterea niues imbresúe, quum in Mauritania liqueſcerent Nilum increſcere. Ex hoc lacu rurſus in terram cõditus aliquot dierum itinere, relicta harenoſa & ſquallida, mox alio lacu maiori Heptagono in Cæſarienſis Mauritaniæ gente Maſſylum erumpit: & mutato nomine dicit̃ Nigir, quo uſq; ab exortu Clinis ab indigenis nominatur: Iterum harenis receptus conditur: rurſus uiginti dierum in deſertis locis proſilit fonte apud Mandrũ montem, ac inde in Nigiritem paludem deſcendit, unde exiens, duos amnes à ſeptentrionali plaga, alterum è Sargapola, alterum è Vſargala montibus procurrentes, ſimiliter ab aurora tertium amnem recipit, ex locis ſupra paludem quam Libyam uocant exortum: alium quoque à meridie lapſum ſupra Daradorum gentem duobus fontibus. Ipſe uerò Nigir ad uſque Thalam montem excurſus, ipſum ſubit, unde in Nilum ſubterraneis meatibus emergere dicitur, ſed neque hoc nomine Nilus appellari, niſi quum Ægyptios campos è Cataractis demiſſus percurrit. Poſt itaque montes ac flumina gentes in hac parte manifeſtandæ ſunt, Quarũ Getuli in occidentali plagã ſub Mauritanijs primo occurrunt, quibus contermini ſunt ad oceanum uſque Atlanticum pertingentes, magnam quippe terræ portionem habent mõtuoſam tamen, atque maiori ex parte uerſus maxime auſtrum deſertam, Vbi fons amplus bituminis, & ærariæ ſunt, ipſi partim in tugurijs partim ſub dio degere, uagareq́ per incultos campos. Quorum mulieres agros colũt, ædes ædificant, & huiuſmodi cætera faciunt opera. Et quibuſcunq; uelint commiſcentur, ac præcipuè aduenis: quibus tum odores tum tinctæ coloribus ueſtes aſpernantur, nudis omnes pedibus. Contra autem uiri his omnibus utuntur, nec id mollitie faciunt: genus enim hominum natura ferum, & bellicoſum præter cæteras huius regionis gentes: nam Virgilius:

— Genus inſuperabile bello. Et Lucanus
— Semperq́ paratus
Inculto Getulus equo.

In hac parte leones ſunt, lõgè uiribus præſtantiores quam cæteri. Poſt autem Getuliam, ad orientem ſub Numidia Aphrica, Cyrenaicáque uſque ad Ægyptum, deſerta omnia iacent, quæ Libyæ cognominantur, ſteriles

enim harenæ ſunt atque inuiæ, qua ſiquis tranſire uult, opus eſt noctu peruagare, non æſtu minus, quam ſiderum obſeruatione, ac ſi mare nauigandum eſſet: præter quæ iter eſt per ſerpentes ac ſaltus ferarum multitudine refertos, & introrſus elephãtorum uaſtas ſolitudines. Vltra quæ ad meridiem Garamantum gens magna ſanè, terram à Bagradæ fluuij fontibus uſque ad paludem Nubam incolunt: quos meminit Lucanus dicens:

Non ſuper arrentem Meroën cancriq́; ſub axe
Qua nudi Garamantes arant.

Sæui & à conſortio humanitatis remoti, aſpectum hominis & loquelam diffugientes, aquasq́; ne externis gentibus uſui ſint, quoq́; iter difficilius fiat, harenis operiunt, fodiuntq́; non alte puteos: nulli certa uxor, quare ex ſe natos, non niſi formæ ſimilitudine agnoſcunt, quos pro ſuis colunt. Apud has gentes armenta eſſe quę obliqua ceruice paſcuntur, nam prona in humum cornua officiũt. Fontem etiam repletum aquis à medio die ad mediam noctem feruentib. totidem horis ad mediam diem rigentibus quod Mella, Dionyſiusq́; Alex. tradunt. Illum tamen eſſe puto quem in Ammoniaca regione notauimus, quum quidam Ammonis templũ in Garamantibus ponant, atq́; id propter locorum uicinitatem euenit. Reperiunturq́; hic paſſim carbunculi: Iſtis gentibus Thelgæ oppidum eſſe apud ſcriptores nec plura legimus. Sunt dein Melanogetuli, id eſt nigrigetuli, magis enim ad æquinoctialem uergunt, ex quo uehementiori calore nigreſcũt magis qui tenent quęcunq́; interiacent Sagapolam & Vſargalam mõtes. Prętera Pirreorum Æthiopumq́; genus, qui magis ad auſtrum tendũt quam Geir fluuius, ſunt quoq́; Nigirtorum Æthiopum populi, qui ſeptẽtrionalem ripam Nigiris fluuij habitant. A quibus malabatrũ mittitur, naſcitur in ſtagnis lentis modo odoratius croco. Daradorum ſimiliter populi qui tenent quæ ſupra mare Atlanticum ſunt ab eodem fluuij nomine appellati, laxatur poſt hos ad Nigirin flumen uaſta ſolitudo nigris pulueris, eminentibus cautibus ueluti igne exuſtis. Inde & Pyrorſorum genus qui procul à mari magis orientales ſunt quam mons qui Deorum currus nominatur. & Odrangidorum Æthiopum qui terram inter Capham & Thalam mõtes poſſident. & Mimaces qui ſub ipſo Thala ſunt. & Nubæ qui tenẽt occidentalia uallis dicti mõtis, alij populi ab ijs qui in Æthiopia ſunt. Derbicorum gens qui magis ad occaſum uergunt quam Aranga mons. Minores deinde gentes quæ ſupra mare ſunt incolunt: Nam poſt Getuliam Autolalæ multo ualidiſs. habentur, quos deſcribens Silius ait:

Nec non Autolales leuibus gens ignea plantis
Cui ſonipes curſu, cui ceſſit incitus amnis
Tanta fuga eſt, certant pennæ, campumq́; uolatu
Quum rapuere, pedum fruſtra ueſtigia quæras:

Spectati

Spectati caſtris, quos ſucco nobilis arbor
Et dulci paſcit lotos minus hoſpita bacca.

Sunt poſtea Syrangæ: & Mauſoli uſq; ad Mandrum montem, quæ gẽtes certo tempore locuſtas terreſtres legũt, duratasq; ſalſugine, in præſidium uitæ ſolas habent, ſed ex illis quadrageſimũ æui annũ nullus ſupergrediatur, fœminæ ſeptimo ætatis anno pariunt. Sunt quoque Atlantes inter ſolitudines degentes qui neque ulla inter ſe nomina habent, & ſoli imprecantur, quod eos cum meſſibus ſemper amburat, hi nunquam ſomniare uidentur, quod ait Plinius. Poſtea uerſus Mandrum montem, & Babrij per quos Babotus amnis excurrit crocodilis et Hippopotamis refertus: unde ad Theonochema perpetui ſubcedũt montes: & Malciæ, & Mãdori uſq; quo Daradorum genti concurrãt. Poſt quos Sophucæi. & ſub Ryſadio monte Leucæthiopes, Inter quos & pyrorſos, Pyrrus laxatur campus. Poſtea Phorſij populi q; ad ſeptentrionem Sagapolæ montis degũt. Similiter & Natembres qui ſeptentrionaliores Vſargala monte ſunt: & Girgiri monte Lyxamathæ: & Samamycij. & inter Mandrum montem & Sagapolam Salthij: & Daphnitæ: & Zamazij, apud quos regio eſt harenoſa ubi in mõte emathides magnes ſaguinei coloris reperitur: Aliusq; nõ procul eſt mõs, in quo lapis gignitur Theamedis, qui ferrum omne abigit reſpuitq;. Sunt deinde gentes Aroccæ: Cetiani uſque Nigirites. & ſub Vſargala monte Suburpores. & Girgiri monte ueluti ſupra Garamantas Maccoi: & Dauxitæ: & Caleitæ uſque Nubam paludem. Poſtea Daradis orientaliores ſunt Machureti. & ſub Sophuceis Solœntij ſunt: quibus orientaliores Anaticoli: & Phrauruſij, Gymnetes cognomine: et Churitę: & Stachiræ uſque ad Capham montem: inter quem & deorum currum Ophrei loca tenent: ſub quibus Tarualtæ, & Maltitæ, & Aphricerones magnum genus. Et rurſus Odrangigis auſtraliores ſunt Achemæ, & Mimacibus Gongalæ qui nudi ſunt, armorúmque omnium ignari, nec uitare ſciunt tela, nec iacere, ideoq; obuios fugiunt, nec aliorum quam quibus idem ingenij, aut congreſſus aut colloquia patiuntur. Poſt quos Canubi. poſtea Nabathræ uſque ad Arualitem montem. Inter autem Libyam paludem & Thalam montem ſunt Alitambi: & Maurali: Et inter hos & Nubos, Armiæ: & Thalæ, ac Dolopes, & Aſtacuri uſque ad uallem montis. Et magis orientaliores quam Aranga mons ſunt Aſſaracæ, inter Derbicos autem & Arualitem montem ſunt Dermenij. & ſub Aphriceronibus quaſi ad auſtrum ſunt Ganginæ Æthiopes. Quibus orientaliores ſunt ſub ipſo Arualite mõte uſq; ad Arangam Xyllinces Æthiopes. Poſt quos Achalcei Æthiopes. Sunt item Augilæ, qui tumulos mortuorum incumbunt quum reſponſa captare uellent, & ea quæ noctu ſomniant pro reſponſis ferunt, putant manes tantum deos eſſe: fœminæ uerò nocte qua

uirum adeunt, omnibus munera afferentibus ſtupro patent, quibus magna gloria eſt ſi cum pluribus iacuerint, in reliqua autem uita pudicitiam ſeruare dicuntur. Harum quas diximus gentium, nonnulli lacertis uiridibus ueſci ſolent, ac locuſtis, ut paulo ante meminimus, per ea enim deſerta locuſtarum globi ueluti nubes feruntur, idcirco pamphagos quidam uocant, quum illis eſca ſit quicquid mandi poteſt, ut omnia fortuito gignentia. Ciuitates in regione uerſus occidentale litus primo ſunt, quarum Autolale in gente ſui nominis ſita, inter Sobum & Salathum flumina, & altera Thuilath in Salathi ripa, & Tagana ad meridiem Mandri montis poſita. Et inter Maſſam Darademq́ fluuios Magura in Daradorum gente: & Vbris, & Arzitha Daradi appoſitæ, in Leucis populis ſitæ. Hinc autem ad ſeptentrionem Nigiris fluuij ſub Mauritanijs Talubath ciuitas eſt, in margine Sobi amnis non longè à Sagapola monte: & ſub eodem Bynatha: & Malachath ciuitates ſunt ad amnem ex monte naſcentem in Nigiritem influentem: Item Tucaba dicto amni appoſita, & Peſsidi: Thiga, Cupha: Nigira metropolis magna ſanè in illis ſolitudinibus, etiam Vellegira, Tagama, & Panagra apud Nigiritem flumen ſitæ: Et in eius ripa Thycimath, Geua, Badiath, Iſcheri, Turchumuda, Thuſſa, Arthagira, Rubuna, & Liaxana: In meridiana uerò Thamondocana, Thuſpri, Punſa, Saluca, Dudum, & altera Nigira. Similiter ad amnē ex Capha monte prorumpentem in Nigiritemq́ exeuntem Angygath ciuitas poſita eſt. Sunt quoque circa Bagradam flumen ciuitates, Salica, Buthuris, Siccenthorium, Thabudis, & iuxta eius fontes Capſe. Præterea circa ortus Cinyphis fluuij ciuitates hæ ſunt Gelanus, Vanius, Sabe, Bouta, Bedirum, Garrami metropolis, Thumelithaq́.

Aethiopiæ regionis ſitus.

AEthiopia dictis regionibus iungitur, quam ſub Ægypto iacere ſuperius diximus, Ætheria primo appellata, dein Atlantia ut Plinius ait, mox Æthiopia à Vulcani F. q ei regioni prǽfuit nomine Æthiopus: Alij quod uerius fortaſſe, à uerbo Græco deriuari, quod apud nos, Cremo ſonat, iacet em̄ ſub torrida zona, ex quo aduſtione ſolis nigri fiunt. Euſebius ab Indo fluuio Æthopes ex Aſia cōſurgentes huc conſediſſe inquit. Strabo pantherę ſimilis diſtincta domibus ut punctis comprǽhenſis arida, & deſerta terra, uocant autem huiuſmodi habitationes Ægyptij Auaſes, quod eis nomen ad hanc noſtram ætatem perdurauit, nam uocatur regio Abas, ſiue Aabaſſia, ipſiq́ Aethiopes Abaſsini, faciem more gentis nota ignis inuſtam habentes, circumciſiq́ue ſunt: neque tamen omnes, uerſus enim auſtrum aliæ quamplurimæ nationes ſunt, hos minime ritus ſequentes: quamobrem non omnis Æthiopia, ſed quæ ad arctum uergit, Aegyptóque contermina Abas ad hanc uſque ætatem appellatur.

Regionis

Regionis aũt terminos eſſe à ſcriptoribus Ptolemæo præſertim traditos, Ægyptum ad ſeptentrionem: ad occaſum interiorem Libyam: ad meridiem Æthiopiam Agiſimbam: ad ortum ſolis reliquam Arabici ſiue rubri maris partem, ac Barbaricum pelagus, quod uſq; Rhaptum promontorium pertingit. In hac, gentes quas non irrigat Nilus (mediam enim Æthiopiam ſecat) paſtoralem ac inopem uitam degunt, quod illis propter ſoli tenuitatem ac aëris intemperiem obuenit. Eſt hæc regio admodũ populoſa, maxime ad utraſq; Nili ripas, etiã in eius fluuij inſulis habitationes frequẽtes ſunt, Gens effera, facie ſimi, uoce acuta, nudi per omnẽ uitam, quia ſolis ardoribus afflantur, quos ad euitandos, paludes remedia ſunt, mirandæ enim atque magnę, à ripis fluminis manantes, nam in ijs uerſantur, immerguntur'q; frequenter: & herbas quæ circa ſtagnantia atque in ijs ſponte naſcuntur, mandunt. Quidam arborum pro maiori parte ſylueſtrium fructibus uiuunt: Alij ſunt qui ſiſamum, & lotum ſerunt: & qui teneras harundinum radices edunt: plures arcu exercitati, auibus occiſis famem pellunt. Magna pars, pecorũ carnibus lacte & caſeo uitam ducũt. Hi pariter cum matribus & auis, cum filiabus & nepotibus copulantur. Circa uerò mortuorum funera diuerſos mores habent: ab alijs copora in flumen projciuntur, exiſtimantibus id optimum ſepulchrum eſſe: ab alijs uitro circundantur, domiq; ſeruantur: ab alijs in urnis fictilibus condiuntur ac circa templa humantur. Reperiuntur apud has gentes hyacinthus & chryſolitus aureo fulgore tranſlucent. In his itaq; ad mare poſt Bazium promontoriũ Ægypti, Colobi populi ſunt qui latine manci, uel ſimi dicuntur, ubi Prionotus mons, id eſt, ad notum uergens: cui Aſtarta obijcitur inſula. Sub quo Cherroneſus, locus quidẽ aſper. Item promontoriũ Apemium quod & ſacrum dicitur: nam iuxta ſe regionem habet thuriferam, contra quod inſula eſt quæ Ara palladis dicit. Poſtea mons Iſius mari proximus arduus ſanè ac præruptus à quo haud multo portus eſt, q̃ Profundus appellatur: Iuxta quẽ alter pãditur portus Caſtoris & Pollucis cognomine. Ac ad meridiẽ Tabeini litus habent, gẽs inculta, In quib. Cereris promontorium attollit alio nomine Demetrij ſpeculæ: cui ad orientẽ longè in mari Gipſitis inſula eſt. Mox in pelagus ex litore ſaxa procurrũt, uocanturq; Aſpis extrema, ubi Connonis Aræ. Poſt Melinus portus. Diogenis promontorium. Satyrorum mons, quem duæ in pelago proſpiciunt inſulæ Gomodeorum appellatæ. Sunt item populi ſub iam dictis nomine Syrtibes qui octonũ cubitorum eſſe dicunt, in quorum litore Monodactylus mõs, id eſt, unus digitus, nam ſpeciẽ digiti procul intuentib. prę fert: Et alius poſt illũ Gaurus: ubi Theonſoterũ portus, q nomẽ hoc à Græcis primũ eo nauigantib. accepit, q̃d deorũ ſalutariũ interprętatur: ſiue ut alij ſoſpite deo portus, Quẽ principes qdã è maximis periculis ſeruati, ab euentu rei ſic nominauerunt. In huius litoris fronte Myronis inſula eſt: & aliæ

tres

tres ſub ea, quarum una teſtdinum: alia phocarũ: alia accipitrum dicitur, quas Chelenophagi, id eſt, teſtudinea carne uiuentes habitant. Quibus ad auroram Triſtides duę quoque inſulę ſunt. Apiri dehinc populi in litore, ubi ad mare montes duo Tauri nomine ſunt, ſic cognominati quoniã formam taurorum oſtentare uidentur. Poſtea eſt alius mons qui Iſidis templum habuit Seſoſtris opus: ubi portus Euangelus, id eſt, bonus nuncius, qui & Iſidis à monte dicitur, in eum Troglodytis myrrha confertur. Prope quem inſulæ duę Pſeudopylæ, id eſt, falſæ portæ uocantur, altera oleis conſita eſt: in altera ſunt ſcriptæ ſtellæ lapideę literis incognitis ut Plinius tradit. Retro autem montem in campis arbor myrrha & thurifera naſcitur. Sequuntur, ad meridiem magis Babylenĳ quibus Ptolemais Cherroneſus eſt, feris abundè ſcatens, ubi & Ptolemais caſtellum, & portus Eumenis, quo in loco elephantum uenationem Eumenis condidit, quum ad id à Philadelpho miſſus eſſet, qui clam Cherroneſo & foſſa, & muro circumdata, & culta pro ſua obtinuit: Circa quem locum emittit pars quædam abrupta à flumine Aſtapora, cuius maiorem partem in Nilum influere ſuperius diximus: Quo uſq; à Gauro uidelicet monte ſinus panditur in quem nonnulla flumina à montibus decurrunt qui Pſebei appellantur. In conſpectu Ptolemais ſunt inſulæ ſex Latomiæ nuncupatæ quas Ichthiophagi incolũt. Reliquum autem litoris uſq; ad Auxumitarum gentem Rizophagi accolunt, qui etiam Elĳ uocantur, propterea quod ex adiacente palude euulſis radicibus maſſulas conficiunt & ad ſolem coctis ueſcũtur: Vbi leones ſunt, qui ſub canis exortum à maximis culicibus inde expelluntur: iſtorum litus Aræratum habet promontorium penes quod Antiphilis portus quaſi amici nautis eſt: & Sabaiticũ os, cui Stratonis obiacet inſula: Et poſt os Magnum litus appellatur, quod terminat Colobon promontorium, id eſt mancum: Ad quod poſt Theonſotheron maxima eſt & oræ & ſinus mutatio, nam præternauigatio non amplius aſpera eſt, ubi pelagus humile eſt, duorum ferè paſſuum, & ſumma eius facies herbida muſco & alga pellucẽs: Exaduerſo huius orę Magorũ inſula eſt: & alia ſub ea Daphnina: cui ad meridiẽ Acanthina: & Mecaria, id eſt beata: Neq; ab ea procul orientem uerſus Orneæ du.r, ſic à Gręcis dictę quoniam auibus refertę ſunt, ortigĳs pręcipuè, quas benigne nutrit. & alię in pelago multę in quib. teſtudo plurima. Et poſt ad auſtrũ alię Bachię & Antibacchię nomine ſunt. Similiter in Adulitico ſinu (curuatur enim litus à dicto iam promõtorio ad alterũ Palindromos, id eſt, recurſus propè Arabiam exeuntẽ, ubi mare anguſtiſs. fit, & quodãmodo hinc atq; hinc duab. terris è diuerſo cõcurrentib. iungiẽ.) Et in mari lõgè inſulę exiguę paſſim iacẽt ubi maris ꝓfunditas nõ amplius 3. paſſ. herbacea materia plurimũ abundãs, Etiã arbuſcula ſub aqua naſcunẽ, quare colore admodũ uiridi aqua ibi translucet, nõ aũt natura ut qdã putauere, mare ad nauigandũ facile, nulli

ſubditum

ſubditū tempeſtati, multis abundans piſcib. marinis prȩſertim canib. Cuius ſinus nō collibus neq; petris munitū ſupercilium eſt, ſed unà cum interiori regione planum, palmetis totum oliuetisq; ac lauretis perſpicuū, neque modo quæ intra anguſtias, ſed etiam ora quæ extra eſt mägna ex parte: In quo ſinu poſt Auximitarum gentem, Adulitæ ſūnt, nomē ſinui dantes. In quibus ad mare poſt Colobon ſupra Antiphili portum, Curtorum lucus uiret, tenent enim ea loca Creophagi, id eſt, carnes cōmedentes Glan deſcurti appellati, quorū mulieres Iudæorum more exciſæ ſunt. Poſt Berenice Troglodytarū urbs q̄ Panchryſos cognominata eſt, & alia Sabe maxima, & in conſpectu Berenicis 60. mil. paſſ. in mari inſula eſt in qua Iris lapis effoditur, cætera ſui parte criſtallus. Poſtea montuoſa Cherroneſus ubi elephantum ſimiliter uenatio ab Eumene quemadmodum & altera paulo ante dicta, quȩ Eumenis lucus uocitatur: Contra quam Philippi inſula eſt, eam quidam Ophiodes uocant decem mille paſſ. longitudine, olim deſerta cultoribus ob ſerpentium multitudinem unde & nomen ſumpſit, in qua Topazius lapis inuenitur, naſcitur in petris nocte in umbra lucet procul oſtendens quo ſit in loco. Deìn Adulia oppidum quod ſerui à dominis ex Ægypto profugi cōdidere, maximum in his locis emporium Troglodytarū Æthiopumq; abeſt à Ptolemaide quinq; dierū nauigatione, quo deferūt plurimum ebur, Rhinocerotum cornua, Hippopotamorum coria, celſium teſtudinū ſpingia, mancipiaq;. Mox Saturni promontorium eſt: cui Panis inſula opponitur. Et procul inde ad auroram Diodori, Iſidisq; inſulæ duæ, circa quas fruticem in alto eſſe, uocari Iſidoſplomacos coralio ſimilem ſine folijs, præciſum mutato colore, in nigrum dureſcere, quum cadit frangitur. & item aliæ inſulæ deſertæ. Et in receſſu litoris locus qui Antiochi aquæductus uocatur, ubi urbs Daraba, à quibuſdam Dire. & elephantum uenatio quæ ad puteum dicitur, eam elephantophagi inhabitant, ubi ſylua iuxta lacum Monoleum. Inde Mandach, & Arſinoë pagi. Et in anguſtijs Berenice ciuitas alia à prædictis Epidires cognomento, id eſt ſupra Dires, inſignis loco. in extremo enim monte, hoc eſt in ceruice longè procurrente in promōtorio Palindromo ſita, in cuius radice fons eſt Cutius nomine, nauigantibus expetitus. Quo in loco Seſoſtris columna eſt inſculpta literis quæ tranſitum eius in Aſiam indicant. ubi exaduerſo in mari inſula eſt Cithis nomine in qua priuſquā in Philippi inſula altera topazion gemma inuenta eſt, nam prædones Troglodite, (ut eſt apud Plinium) quū diutius fame & tempeſtate præſsi in inſula detinerentur, herbas radicesq; effoderent, eruerūt Topazium. Poſtea in Rubro mari ſinus laxatur: in quo Analitarū gēs & in ijs Analites emporium à quibus nomen eſt ſinui. Dehinc Malas emporium aliud. & item aliud Mondi nomine. Contra quod eſt inſula eodem uocabulo: Ex quo loco uſque ad Pytholai promontoria ſunt duo ingentes lacus, alter aquæ ſalſæ

quod

q̃d mare dicunt, alter dulcis qui Hippopotamos alit, et Crocodilos, & cir cum labra uerò papyrum. Poſtea promontorium & portus Moſylon, q̃d ſacrum populetum habet, in cuius radice eodem nomine emporiũ eſt Mo ſylon ideo dictum quoniam omnis ibi domus ex lignis compoſitæ ſunt: Cui Ammonium promontorium in Arabia contra attollitur: ubi rurſus li tora contrahuntur fitq; tranſitus quinquaginta mil. paſſ. interuallo, Quo ſex continuatæ iacent inſulæ tranſitum impedientes, relinquunt enim ual de anguſtas nauigationes: per quas ultro citroq; ratib. merces tranſuectan tur, uocanturq; ibi anguſtiæ. Inde Leonis uicus. Pythangeli portus, ſupra quem eſt regio in qua Pſeudocaſsiam, & thus colligitur, flumenq; quod hanc dirimit Phlœum multum gignit, id eſt, lẽticula amara, quod alio no mine Malabathrum dicitur. Inde flumen & Daphnus portus, cui Cobe emporium imminet, ubi retro à mari locus eſt qui thus habet & myrrhã, cinamomumq;. Hinc Elephas mons: & Pſygrium portus ingens in quo Acanne emporium eſt: & Cynocephalorum aquatio: Et extremum huius oræ promontorium & emporium ſimul Aromata nomine, quo cinamo- mum deuehitur: Huc uſq; Seſoſtris exercitum duxiſſe fertur. In barbari- co autem ſinu, cuius litus incognitum Strabo & Plinius dicunt, Pano ui- cus primum eſt: & Opone emporium, & Zingis promontorium poſt il lud, & Phalangis mons ita dictus ab araneis, tribus inſignis capitibus. Et Apocopa locus, id eſt abſciſsio, & Noticornu promontorium: Quibus li toribus in mari longe admodum obiacent inſulæ duæ quæ Menæ appel- lantur. Et ad meridiem magis Myrſica. Et alia Amici: præter eas quas no minare ſcriptores neſciuerunt: plurimæ enim eſſe traduntur. Poſt autem dictum promontoriũ litus curuatur in ſinum quẽ cõparatione ſequentis, paruum uocant: Magnum deinde in quo Eſſina emporium eſt, quod pau lo ab æquinoctiali linea abeſt: ubi Neptuni ara fuit, ex quo Neptunium li tus appellatur, ad eam Ariſton, à Ptolemæo ad perueſtigandam Arabiam uſq; ad oceanum (quidam hoc pelagus oceanum eſſe putauerunt) miſſus deo dicauit: Quæ maritima regio propter utilitatem admodum celebris eſt, & à palmis quas plurimas fert Phœnicea denominatur. Poſt autem Eſſinam Serapionis promontoriũ eſt & ſtatio nautica, ultra æquinoctia- lem uerſus auſtrum. Item Tonica emporium poſt illud. Hinc ſinus trium dierum tranſitu aperitur: ſtatimq; poſt illum Rhapta metropolis Barbari cæ gentis, parum à mari diſtans, cui Rhaptus amnis ad leuam in mare ua- dit. Et inde Rhaptum promontorium: ubi Arabes dicũt Nili ramum ma re influere: q̃ Æthiopiæ altera ab altera ea in parte diſiliunt. Introrſus aũt à mari hæc habẽtur: ad occidentalẽ partem Nili, ſub iam dictis Cataractis, ad Aphricum uentum, antequam Meroën inſulam faciat, ingenti flexio- ne curuatᷣ, pagi ſunt, Taſicia: Beorum: Autola, Phthur, Piſtra, Ptemithi, Albuncithi, Cambyſis Æraria cognomine: Erchoa: Satactha: Morus, Na

cis: Tathi.

cis, Tathi. Ad orientalem partem Pnupis, Berethis, Gerbo, Patærta, Pontyris: Primis parua, Arbis, Nangata, Sacolæ, Sandaca, Orbadarũ, & Primis magna: Sub quia ſtatim Meroë inſula iacet, eam Nilus ab occaſu, Aſtabora ad ortum ſolis, Aſtapoda ad meridiẽ (ut paulo ante diximus) circũfluunt, Magnitudine cęteras Nili inſulas præſtat, longitudine fermè 500. mil. paſſ. latitudine 130. forma clypeo perſimilis. Abeſt à Syene ſexcẽtis, et 40. cui ad occaſum plurimi ac magni harenæ cumuli, ad meridiem & ad orientem præcipitia montium imminent: effodiuntur in ea aurum in quo adamas, argentũ, æs, ferrum, hebenum inſuper fert, Licet alijs quoq; locis huius regionis, ad meridiem maximè ſylug ſint: Fert etiam precioſorũ lapidum multiplex genus, ſales quoq; foſſiles, quemadmodũ & in quibuſdã locis Arabię ſunt: montuoſa nemoroſaq; admodum, gentibus uarijs inhabitata, ex quib. partim paſtores, partim uenatores, partim agricolæ ſunt, protenſiorem uitam dimidio quàm nos habentes, quorũ fœminis mãmæ grandiores ſunt, & æquales infantib. ut ait Iuuenalis: Quib. ciuitates quædam ſunt, præſtantiores uerò Meroë, Sacolcha, & Eſor ſiue Eſar Ægyptiorum oppidum, quo Sammeticum quum fugerẽt, in eo produntur annis 300. habitaſſe: quod nomen aduenas ſignificat: quod & Sapem quidã uocãt. item oppidum Daron ſiue Dyaron: ſed nobilior Meroë, gentiſq; Æthiopum caput, unde inſulæ nomẽ, Ipſa à Meroë ſorore uxoreue Cambyſis ibi mortua appellata eſt, quæ prius Saba uocitabatur, Cambyſes enim Ægypto occupata, cum Ægyptijs uſque in Meroën progreſſus, ut Strabo refert: Euſebius uerò Pamphilus à Merida Chenephris Ægytiorum regis matre, In ſeptẽtrionali inſulę angulo tutiſsimo ſanè loco ſita 70. mil. paſſ. ab amnib. æquè diſtãs, circa quam ſyluas ingẽtes cæteriſq; uiridiores eſſe, in quib. Rhinocerotes, elephantes, leones, et pardales ſunt, draconeſq; qui cum elephantibus pugnãt Indicis pares uicenum cubitorum: Narraturq; in maritimis eorum quaternos quinoſq; quoſq; inter ſe errantium modo implexos erectis capitibus uelificantes ad meliora pabula Arabiæ uehi fluctibus. Item multas alias feras quæ à toſtis & aridis locis ad paluſtria & aquoſa confugiũt in eis eſſe, ſol enim ſupra illorum uerticem bis in anno fit quum ſub zodiaco iaceãt: Sita inſula eſt inter æquinoctialem, & ſolſtitium Canchri: quare Lucanus eam deſcribens ait:

> Ambitur nigris Meroë fœcunda colonis
> Læta comis habeni, quæ quamuis arbore multa
> Frondeat, æſtatem nulla ſibi mitigat umbra
> Linea tam rectum mundi, ferit illa Leonem.

Vltra Meroën iuxta Pſebeos montes, Pſebea lacus ingens eſt, qui in ſulam habet ſatis habitatam: ſunt Pſebei mõtes qui ab occaſu Troglodyticarum excurrũt, Intra quos regio eſt latiſsimis ad ſolis ortum campis in quib. Hibiſcus, Cardamomus, ac mirrę magnitudinis palmæ gignuntur, fructus

tota corpora rubrica illinineͤs. Iuxta quos Ilóphagi ſunt qui cum filijs uxo ribusq́ ad loca campeſtria accedentes arbores aſcendūt ac teneros ramos carpunt, quib. dente exeſis uentrē farciunt, Iſti ſemper incedunt nudo cor pore, cōmunesq́ uxores ac liberos habentes, moriuntur ut plurimū fame. Poſtea Molibæ, & contra Meroën Megabazi, quos aliqui Adiabaras nominauere, qui oppidum habent Apollinis, quorū pars nomades ſunt, qui elephantorū carne ueſcuntur. Sunt & Nubæ qui magis occidentales ſunt Analitis, magna huius loci gens, et adhuc regio illa Arabice Nobe uocat̄. Interius uerò Eudera gymnetarū hominū habitatio, qui arcu & harundineis ſagittis pręuſtis utunt̄, hi frequētius feras ab arboribus ſagittāt, nonnunquā etiam à terra, Maxima eſt apud eos ſylueſtriū ferarū boum præcipuè multiudo, ex quibus & alijs uitam trahunt: quum uerò nihil capiunt, ſicca coria prunis aſſantes ijs pro cibo utunt̄, Mos eſt apud eos ſagittandi certandi certamē adulęſcentulis proponere ex quo Niſichatæ appellant̄, quod ſignificat ternum & quaternū oculorū uiros, præcipua in ſagittādo cōtemplatione qua utunt̄. Et ſupra Creophagos quos in maritimis notauimus, comati, & barbati ſunt, hi canes maximos alunt, quib. Indicos boues uenant̄ è uicina regione uenientes, ſiue à feris pulſos paſcuorū inopia, eorum aduentus eſt ab æſtiuo ſolſtitio uſq́ ad mediā hyemem. Et ſupra Elephātophagos quos Darabā urbem inhabitare diximus itinere dierum 5. à mari Aſachæ ſunt, qui montes continui rubentes ardentib. ſimiles incolunt, hi omnes captos uenatibus elephantos deuorāt. Vltra hos ad auſtrū Struthophagi ſunt gēs nō admodū magna, Apud quos aues dicūtur eſſe ceruorū magnitudine quæ uolare nō poſſunt, ſed celeriter currūt quemadmodū Struthocameli. Sunt & Silli qui cum Struthophagis bellū gerunt, Orygum cornib. pro armis utētes. His finitimi ſunt, qui cæteris & nigriores ſunt, & minores, & uitæ breuiores, raro enim 40. tranſeūt annum, eorum carne iam in ferina uerſa, uiuūt ex locuſtis quas uenti Libes et Zephyri uehemētius flantes in ea loca compellūt. Vltra hos eſt regio deſerta quæ paſcua larga habet, ob ſcorpionū multitudinem derelicta, & aranearum quæ quadrimalæ appellantur, Hæc animalia adeo aliquando effluxerūt, ut homines ex toto fugā facerent. Iterum aūt ſub Molibas, Blemyes, ſub quibus Didacæ. & inter Aſtapodū amnem, & Garbatum montem Pechini qui orientaliores Struthophagis ſunt: Auſtraliores aūt ſunt Cathadræ mōtes, ſub quib. ad paludē uſq́ Colonā Myrrifera regio eſt uidelicet myrrām ferens. Poſt quam Maſtitę, uſq́ ad Nili paludes, urbem ac montes ſui nominis inhabitantes. Et ante paludes ut quidam prodiderunt Pygmeorum gentem degere, In quibus eſt Ariſtoteles, qui dicit grues ex Scythicis campis, ad paludes Aegypto ſuperiores, unde Nilus profluit, ueniūt, quo in loco pugnare cum Pygmeis dicuntur: quod Oppianus poëta etiam in carminibus his meminit:

Et uelut Æthiopum ueniunt Niliq́ fluentis
Turmatim Palamedis aues, celſæq́ per altum
Aëra labentes fugiunt Atlanta niuoſum
Pygmeos imbelle genus paruumq́ fatigant.

Neq́ id fabuloſum eſſe ſcriptores dicũt, ſed certè genus tum hominũ, tum etiam equorũ puſillum eſt, uiuereq́ in cauernis. Interius aũt ab Aromata promontorio regio eſt Aromatifera, quæ & myrrã fert, eam Ichthiophagi tenent. gignit etiam Perſicũ, & Ægyptiacam morum. Vltra quã Licha elephantorũ uenatio eſt, ubi multis in locis pluuialium aquarum lacunæ ſunt, quib. arefactis elephantes proboſcide ac dentib. puteos effodiunt & aquam inueniũt. In ſecundo ſinu Barbarici litoris Azania regio eſt, à qua Azanium dictum eſt mare ſibi adiacens, in ea plurimi elephantes ſunt atq́ leones qui formicæ uocantur, genitalia ſurſum uerſa habentes, Strabo tradit, colorem aureũ, nudiores arabicis. Fert etiam Pardales fortiſſimas, & Rhinocerotes, & Camelopardales nullam cum pardali ſimilitudinem habẽtes. In ijs etiam locis ut Arthemidorus ſcribit, ſpinges, & cynocephali naſcuntur, beſtiæ ex ſimiarum genere in omnibus præterquã in capite q̃d caninum habent, quorum lacte Medimni nomades uiuũt. Item Cepi qui faciem leonis, reliquũ corpus pantheræ magnitudinem damæ habet: Vri quoq́ qui carnem edũt, noſtros & magnitudine & celeritate longe exuperantes, colore aũt fului. Alteram uerò regionis partem quæ ab occaſu fluuij eſt, poſt magnam Cataractã diuerſę gentes habitãt: Et ij primo qui Macrobij, id eſt longæui, regionem quam Triacõtaſchœnum, id eſt 30. ſchœnis patentem, hoc eſt paſſ. mil. 86. incolentes, inter mõtes Æthiopum & Nilum fluuiũ, Terra auri & hebeni fertilis: nã tertio quoq́ anno ut apud Herodotum legimus, binos ſemodios auri rudis, & ducenas faſces hebeni munera Perſis præter cætera dabãt. Hi omnes ſubterraneis utuntur domibus apud quos fons eſt, in quo loti efficiũtur perinde atq́ oleo inuncti, uiolam olentes, eam aquã adeò inualidam aiunt ut in ea nihil innatare poſſet, ſed omnia peſſum ire in profundũ: Eſt & apud hos omnium rariſſimũ ac precioſiſs. æs. Fuiſſe quoq́ Macrobios alios teſte Diodoro, in Felici Arabia. Poſt aũt illos uerſus auſtrum Euonymitæ ſunt, domos & hi in concauis petris excauatas habentes, nomades omnes ferè. Poſteà locus eſt qui media Æthiopia dicitur quem Seberidæ, id eſt aduenæ, fugerunt enim ex locis quibus prius habitauerãt, incolunt unà cum Euonymitis, oppidum eorum Nilo impoſitũ Thenupſi ſiue Teneſſis nomine: Apud quos quadrupedes omnes ſine aurib. etiam elephantes ſunt. Quibus gentib. Gapachi ſubiacẽt & Ptœmphanes. Sub quib. Maduppi. Poſt quos Elephantophãgi. Sub quib. Poſsẽderę. Et ſupra paludes regio eſt Cinamomifera. Vltra quam ad auſtrũ negãt quemquam hactenus profectum in qua olim fiebat uenatio elephãtum: naſcitur em̃ hic Cinnamomũ: naſcitur & Caſſia

iuxta

iuxta Cinnami campos, ſed in montibus craſſiori ſarmento, tenui cute ue-rius quam cortice: Ex quibus locis mercatores regionibus illis finitimi: Troglodytę maxime cinnamomum uehunt per uaſta maria ratibus quas neq; gubernacula regant, neq; remi trahant, uel impellant, non uela, non ratio ulla adiuuat, quod ſcribit Plinius, Delati tandem in Caſſanitarum portum, qui Ocelis uocatur in Arabia Felici iuxta fauces Rubri maris, nauigationem perficiũt: ex quo etiam loco Arabes cinnamomũ petũt, iuxta quinto anno reuerti, & multos interire. Reliqua uerò regionis quæ occidentaliora ſunt, & iuxta Ægyptum ſub Diammo & Abracho regionibus iacẽt, montibus exaſperantur, ea Phazachæ, & Bacalitæ habẽt, poſtea Scenetæ in tentorijs habitantes. & Trallitæ nomades. poſt quos Rypæi uenatores: & Onygbennitæ ſunt.

Aethiopiæ interioris ſitus.

AEthiopia interior, quæ omnib. alijs auſtralior eſt, ultimo totius Aphricę loco ponitur (licet Æthiopia alia quę Agiſimba appellatur, poſt hanc ad alterum Tropicum hymalem ab Hiſpanis eſſe dicatᷓ) Interiorẽ illam Arabes Zenz modo nominãt, quę Æthiopię ſub Ægypto, totiq; Libyæ ad meridiẽ iacet: ad occaſum Hydatico oceano: ad Auroram Barbarico pelago intra Rhaptũ Praſſumq; promõtoria terminatᷓ, cui à cõſpectu lõgè in mari eſt inſula nomine Menuthias: ad auſtrum terræ nuper inuẽtæ: & quamuis Ptolemæus maritimã orã terræ ab hac parte cognitæ (ſicut in Libya interiori diximus) ſupra æquinoctialẽ lineã circiter grad. 5. deſcriptioni ſuæ terminum præfixiſſet, ac reliquum terræ litus incognitum eſſe dixiſſet, nos tamẽ ultra id ad gradum uſq; 12. illam Antarcticum uerſus deſcribendam eſſe duximus, uti in principio noſtri operis polliciti ſumus: cuius orę extrema pars Æthiopiæ Agiſimbę eſſet. Quare poſt Hypodromum nouiſſimũ Ptolemæi locum: ingens terræ hiatus eſt, quo mare ſurſum admodũ in mediterranea infunditᷓ, cuius ingreſſum recẽtiores riuum Fancaſſam uocant, in quo litore Heſperij Æthiopes quondã nunc Farſanguli appellati terminant. quod nõnulli amnes irrumpunt, ac in mare uadunt: mare ipſum quum litus aliquanto penetrat anguſtum redditur, ubi inæqualis fundus: unde ad interiora loca trãſgreditur. Nam ut quidã aſſerunt ad medium noſtri maris, orientem uerſus diffuſum eſſe, nauigatumq; quondã à triremibus Ligurum aduerſum flatib. illuc impulſis, nõ quod mare illud acer ac uehemens ſit, ſed quod ab aquilone prohibiti Herculeum ſubire fretum errantes ad hæc litora peruenerunt. Igitur altero cornu dicti ingreſſus ad meridiẽ, quo Theonochema mons terminatur, inſulæ quædam opponunᷓ, propinquę adeò, atq; cõtinenti uicinę, ut unà cum eo eſſe uidentur: ab altero uerò quouſq; cõtinens cognoſcebatᷓ bidui nauigatione diſtantes, Quarũ duę in occaſum uerſæ magnę ſunt Gorgades ab antiquis uocitatæ, Gorgonis quõdam domus, in eas teſte Plinio penetra-

uit Hanopœnorum Imp. prodiditq́; hirta fœminarum corpora pernicitate uiros euaſiſſe: Gorgadum duarum cutes argumenti, & miraculi gratia in Iunonis templo poſuit, ſpectatas uſq; ad Carthaginem captã. Hinc litus multis portubus multis fluuiorum oſtijs, multisq́; promontorijs refertum habitationibus uarijs cui nonnullæ paruæ adiacent inſulæ, paulatim ad Aphricum ſubit uentum quoad promontorium longè in mari eminentem deuenit. Nautæ caput S. Annæ nominant (reliqua ignominioſa prætermiſimus nomina: Vnde demiſſum ſubducit magis, minus ſemper locis frequens uſq; ad promontorium aliud S. Clemẽtis, quo auſtrum uerſus retortum, circa metã quam poſuimus terminatur. in fine totius Aphricæ ingens attollitur promontoriũ quod nautæ Hiſpani Caput bonę Spei uocant, cui promõtorio è regione procul in oceano ad occidentem eſt inſula quam hodie Comorbiniã Hiſpani nautæ appellant. Quæ uerò in mediterraneo huius nouæ partis terræ ſint, adhuc ignotum nobis eſt præterquam gentium oris informitates feritatesq́; ad litora quandoq; ex locis ſuperioribus uiſis noſtris ſeſe profundentes, ubi primo ueluti ſtupidi, deinde appropinquantibus ad litus ſcaphis refugerunt, neq; à monſtris quæ ſcriptores de remotiſſ. illis partib. tradunt omnino differre. Vt autem ad Æthiopiam reuertamur: terra auri multum, & uaſtos elephantes albos omnes fert: nec non aliarum beſtiarum ingentem modum: in quibus Camelopardales, & Rhazes forma tauris perſimiles, & Tigres, & Rhinocerotes unius in nare cornu: magnósque eſſe dracones adeo ut herba ſuper eis innaſcatur. Tenent aũt hanc plagam gentes quædã inter quas Antropophagi ſunt, Barbaricũ ſinum qui ſinũ à Rhaptis ad Praſum uſq; promontorium orientem uerſus occupant: hic ſinus breue mare dicitur, nam licet maximus ſit non tamen uaſtę altitudinis eſt: Ad cuius occidentalem partem Lunæ montes eminent à quibus Nili paludes liquefactas niues ſuſcipere diximus. Supra autem ipſos Rhepſij habitant. Magnum uerò ſinũ qui apud occidentalem oceanum eſt Ichthiophagi obſident quos Heſperij appellari paulo ante meminimus: Quibus ad auroram Antachæ ſunt: Neq; in hac regione quicquam præter quæ diximus, & montes quidẽ expectantur: non enim ex omni parte cognoſcitur: montes autem ſunt, Dauchis: & Ius ad occaſum: Zipha & Barditus ad ſolis ortum: & prope Lunę monti Selinus, Ptolemęus, Habet autem regio inquit, alia multa & magna uſq; ad incognitam terram, quæ ad notitiam peruenere hęc (ſuperius uidelicet dicta) ſunt. Finis interioris Æthiopię ac totius terrę Aphricę.

GEOGRA-

GEOGRAPHIAE Commentarius I. Aſiæ, in quo Pontus & Bithynia, & regio quę proprie Aſia dicitur. ac Lycia, Galatia, Paphlagonia, Pamphylia, Cappadocia, Armenia minor, Cilicia, cum adiacentibus inſulis continentur.

ASia dupliciter dicitur, maior uidelicet, ac minor, illa terrarum pars tertia eſt, iſta uerò minor & in ea cōtinetur, quæ proprie Aſia nuncupatur, ut in deſcriptione eius aperiemus: Scriptores tamen quidā ampliori uſi uocabulo, quā Geographi, omnē illam terram, quam nōnulli magnam Cherſoneſum uocant quæ intra meridionale Euxini Ponti latus, & Ægei pelagi orientalia, & ſeptentrionalem partem noſtri maris atq; occidentalem Euphratis amnis ripam complectuntur, pro minori Aſia in hiſtorijs utuntur: Recipit autem in ſe: Bytiniam, Pontum & minorē Aſiam, Lyciam, Galatiam, Paphlagoniā: Pamphyliam, Cappadociam, Armeniam minorem, ac Ciliciā, quas omnes unico uocabulo (uti uulgo apud græcos) ætas noſtra Anatoliam uocat, id eſt, orientalem plagam, unde apud barbaros pars illa in qua Aſia Bithynia Galatia & Cappadocia, prima Rom. id eſt, Romana ſiue Romea appellatur, & qui eam inhabitant, Roeni, id eſt, Romani uel Romei dicunt. Pars uerò quę ad aſtrū eſt: in qua Lycia Pamphylia Cilicia ſunt Cottomani dia, id eſt familiæ Ottomani quibus illa ſucceſſit, quondā dicebat, Turcis barbarię nationi ſublata terra, cui nulla urbium quondā & multitudine & claritate cōparanda fuit: nulla clementia cœli: bonitate felicitateúe ſoli præponenda. Quod non tacuit Cicero dicens: Cæterarum prouinciarum uectigalia quirites tanta ſunt, ut ijs ad ipſas prouincias tutandas uix contenti eſſe poſſumus, Aſia uerò tam opima eſt, & fertilis ut & ubertate agrorū, & uarietate fructuū, & magnitudine paſtionis, & multitudine earū rerū quæ exportent, facile omnibus terris antecellat: Hoc tamē unum in ea malū, nuſquā in orbe toto tam aſsiduos terræ motus, & tam crebras urbium diuerſiones eſſe dicatur: quemadmodum Tiberij Cæſ. principatu extitiſſe memoria proditur, quo 12. in ea urbes una nocte proſtratæ ſunt, quæ quum talis tum regio eſſet modo aſſiduis exuſta ac bellis deuaſtata paſſim iacet. Hæc de Aſia in genere: nunc ad ſingula. Duæ olim prouinciæ Bithynia, & Pontus extiterant, una ad occaſum, altera ad ortum ſolis Sangaro amne interfluente, quæ poſtea in prouinciā unam redactæ ſunt, Pontus & Bithynia dictæ: prioribus uerò ſæculis Bebrytia à Bithynia gente, quæ in Thracia erat, alij

iuxta Stymona, alij iuxta Bithyn fluuium huc ſame pulſa ac tranſeũte pro Bebrycia à fluuij nomine ad quem incoluiſſent Bithyniam denominatam ferunt: quidam à Bithynio rege Iouis Thraciſq; F. dicant, ex quo utrique terræ nomen inditum: quæ & Mydonia nonnunquam uocitata eſt. termi natur prouincia ab occaſu ore Pontici maris & Thracio boſphoro, & par te Propontidis: A meridie regione quæ propriè Aſia dicitur iuxta Rhyndacum amnem: Ab ortu ſolis Galatia Paphlagoniaq;: A ſeptentrione par te Ponti Euxini: Terra opulenta ac diues, quod authores inſinuant, nam Valerius Flaccus:

Proxima Bebryaci panduntur litora regni
Pingue ſolum, & duris regio non inuida tauris. Et Lucanus:
Pinguis Bebrycio diſceſſit uomere ſulcus.

Cuius terræ incolæ uermes albos & obeſos qui nigello capite ſunt, & naſcunt in lignorũ carie, pro magnis redditib. paterfamilias exigit, & quomodo apud nos atagẽ, & ficedula, mulus & Scaurus in delitijs computãtur, ita apud illos Xilophaton commediſſe luxuria eſt, quod ait Hieronymus: aupud quos auripigmentũ foditur, quod Arſenicon græcè dicitur, feræ namq; gentes ſunt, Quod idem poëta meminit:

Non muri cinxere domos, non fœdera legum
Vlla colunt Placidas aut iura tenentia mentes
Quales Ætneis rapidi Cyclopes in antris.

In litore Bithyniæ in ore Ponti templum fuit quod Iuppiter Iaſus à conditore Iaſo dicebatur, prope eiuſdem nominis amnem: quod Ouidius Panopeum cognominaſſe uidetur, Iuxta quod promontorium Dianæ ſacrum eſt, olim inſula, ex terræ motu continenti iuncta. inde Briazon & Plataneſus amnes in mare uadunt. Poſtea Chalcedon Megarenſium colonia, Proceraſtis antea dicta in ore Ponti exiſtens ſeptemdecim annis ante Byzantium urbem condita, quod quum Megabyzus dux exercitus Darij audiſſet, Chalcedoneos inquit eo tempore cęcos fuiſſe, qui quum pulchrior adeſſet locus ad urbem condendam, nequaquam turpiorem elegiſſent, unde primo quadriremem exijt, quam Veſporus architectus fecit: quæ urbs interius reædificata Cacelina à iunioribus dicitur: in cuius agro in metallis æris quæ iam defecerunt, Smaragdi reperiebantur qui uiliſſimi ſemper fuère minimiq; Plinius ſcribit: Acrite mox promontoriũ in quo Chryſopolis fuit, quam Megarenſes condidere, cum Chryſoroa amne, Gendo prius. Inde oppidum eſt Nicopolis à quo nomen ſinus habuit nunc Calipolis parua dicitur, & Naulocium, & Chalcedoniũ phanum ubi Athenienſes caſtellum erexerunt Azni portus. Hinc paulo à mari fons eſt nomine Azaritius qui paruos Crocodilos nutrit. Et oppidum Pariũ, & Olbia ſiue Olibia in promontorio ſita. Nicæa deinde in quo & Neptuni phanum. Indè curuatur litus quod Aſtazenus ſinus appellatur 60. millia paſſuum in longi-

in longitudine, anguſtus ſatis. In quo primũ urbs Aſtacus fuit in promon torio, quam Megarenſes & Athenienſes condidere, ubi Aſtaces fluuius in mare labitur irrigãs prius campos, in quibus paſcuntur oues nigro lacte, quo locum incolentes aluntur. Fuit & Dædalus ciuitas, à qua ſinus quondam denominatus fuit, à Lyſimacho diruta, habitatores eius Nicomediam tranſlati nũc Verlia locus, Poſtea in intima dicti ſinus Nicomedia præclara olim ciuitas iuxta radicem Poſidij montis, in igenti palude ſita: cuius cadauer nomen adhuc ſeruans, ante Contum dicta, nam Capitolinus, Scythæ Bithyniam inuaſerant, ciuitatesq́ deleuerunt, denique Contum quæ Nicomedia poſtea dicta eſt, incenſam grauiter uaſtauerũt, Quæ aliquando terræ motu funditus euerſa, uicinis urbibus ex parte uexatis, dicta Nicomedia à nomine regis cuiuſdã Bithyniæ qui eam cõdidit, Multæ eodem nomine uocatæ fuerunt propter prioris claritatem: Eſt contra Nicomediam circa Chalcedonem Dæmoneſos inſula parua, id eſt beata, alij à Dæmoneſo uocata, ibi metalla cerulei & Cryſocolle, itemq́ auri ferũtur inueniri. Hic Poſidium promontorium mari imminet in quo Mileſium oraculum Apollini didymeo ſacrum à Xerxe incenſum, quemadmodum cætera omnia templa, quod Mileſij deinde omnium maximum conſtruxerunt, quod propter magnitudinem remanſit ſine tecto. Eſt & Aſcania palus ſiue lacus, per quem Aſcanitis uel Aſcanius amnis, in mare uadit, Londar modo ab accolis uocitatus. De Aſcanio amne ait Virgilius:

Illas ducit amor trans Gargara, transq́ ſonantem.
Aſcanium.

Et in alio ſinu oppidum cum fluuio fuit ſtationem habens, qui locus nunc Chius dicitur à quodam Herculis ſocio qui quum è Colchis rediret ibi remanſit, & urbem de ſuo nomine cõdidit: quam Demetrius euertit, Pruſias zela Bithyniorum rex deinde reſtaurauit, à quo Pruſias quæ & Zelia dicta eſt. Olympum montem à tergo habens. Hoc loco Hylam Hercules perdidit, Fingunt enim fabulæ, quum ipſe aquatum egrederetur, à Nymphis captum eſſe, ex quo caſu Hylas amnis eſt appellatus. Vnde Dionyſius.

Bebrycij poſt hos, & myſia montibus alta
Qua Cius egregia decurrens murmurat unda
Qua nymphas comitem perhibent rapuiſſe potentis
Alcydæ puerum triſtiſſima fata gementis.

Inde Daſcylium ciuitas, quæ corrupto uocabulo Diaſchilo nunc dicitur, iuxta Daſcyliticum lacum à ſe denominatum. A qua haud longè Aperamia colonia eſt Myrlea à Myrleo colophoniorum duce, alij Pruſij regis filio prius dicta, à Demetrio exciſa, quam Pruſias Zela quum à ruinis excitaſſet, ab uxoris nomine Apamiam nominauit. Huic litori olympus mõs imminet qui & Myſius dicitur, ubi expoſitos Myſos fuiſſe ferunt, arbore

ſago redimitus, quam Siſſimam Lydi uocãt, cui à meridiana plaga terreni, & placide accliui colles ſunt, ſeptentrionali uerò arduæ erectæ prope rupes. Hinc Rhyndacus fluuius eſt, qui Lycus ante appellabatur, nũc Lartachus, Iuxta Besbicum Cyzicenorũ inſulã octodecim mil. paſſ. circuitu in mare ferẽ ſub terra prius immerſus, rurſusq; rediẽs, ex Azanitide colle iuxta Miletopolim ex ſtagno Artinia ortus, per Miletopolitanũ & Apolloniaticum agrum decurrẽs alios ſecum amnes trahẽs, inter quos Aceſtem, circa cuius ripas angues naſcuntur immanes, qui ſuperuolãtes quamuis alte perniciterq; alites, hauſtu raptas obſorbeãt, quod ait Metrodorus. Beſbicũ inſulã Caloimo incolę modo uocãt, parum à litore diſtat, in qua mõs arboribus plenus nomine Artaca: E regione in cõtinenti promontorium eſt Nigri cognomine. Hæc in propontide quæ tum populi Chalcedonij tenebãt, circiter 120. mil. paſſ. nauigatione: In qua præter iam dictas inſulas, alię quoq; ſunt exiguę: Elea, Rhodiaſię duę Crebinthos, Megale, Calcitis, et Pythiodes cõtra Herẽandũ promontoriũ ſita. Similiter. Et in Ponto ſupra 300. mil. paſſ. quã orã Thycini tenẽt, Quo in litore poſt Iaſi templũ ad ſeptentrionẽ locus eſt, quẽ Bithyniæ extrema uocãt, ubi Spitopolis oppidum interijt. Mox Artace portus & oppidum quondam Pſyllis, inde fluuius Achadamõ & alius poſt illum Calpas olim cum oppido Carpi nunc Aca parum, inde Sangarius ſiue Sangaris Zagari iuniores amnis inclytus ex Adoreo monte ubi Sagia uicus à Peſimunte 19. mil. paſſuũ per Phrygiam fluens, miſcetur uaſtis amnibus præcipuè Timbri, inde maior iam geminatis aquis rapax per Bithyniam fertur, quod quum ab urbe Nicomedia paſſibus circiter triginta octo mil. abeſt, Gallum amnem (à quo Galli dicuntur, miniſtri matri deorum) accipit, qui & Sagiarius, & à pleriſque Coralius dicitur, initium habẽs ex Modris Phrygiæ montibus, Plinius Eum qui de eius aqua potauerit inſanum reddi: quod Ouidius aſſerit, Nec tamen tam magnitudine mirabilis quam quod piſcium accolis magnam copiam præbet, in cuius oſtio ad occaſum mons imminet Scoroba nomine, qui in Bithyniæ Pontiq; finibus eſt. Hinc Hyppius amnis alter in mare properat. & Elata ſimiliter à quo parum Dioſpolis in petra eminet Cio nunc. Cui modico interuallo inſula obiacet Thynnia olim, nunc Farnaſia tribus mille paſſibus in circuitu, quæ urbem tum habuit, quam quia Bithynij incolebant, Bithynida appellabatur, Apollonia ante cognomine Thynnias. Poſtea Heraclea cognomento Pontica, nunc ab incolis Pendarachia in Maryandino ſinu poſita, ab Argiuo (ut fertur) Heracle condita: ſunt qui à Mileſijs dicant, Per cuius agrum Calecis fluuius it, atque eo aduerſo urbs petitur, Lyco Plinius, qui antea dixit, amnis Rhyndacus prius Lycus uocatus: Creſcit imbribus uehementer, atque ita ut uiolento defluxu raptus ruentibus undis omnia ſecum trahat, naues nequaquam uim ſufferre ualens, influit in portum qui optimus dicitur: ciuitas

uitas alioquin memoratu digna quæ colonias emiſit, nam Cherroneſus eius colonia eſt, & Calapis: & quum ſub Rromanis eſſet regem habuit: dein Romana colonia, ante uerò Megarenſium: in cuius agro naſcitur Aconitum, nam & mella ab ijſdem apibus facta, perniciosiſsima quibuſdam annis exiſtunt: Paulus Ægenita ait, mel illud qui commedit eis accidere quemadmodum qui Aconitum ſumpſerint: Eſt etiam hic portus Acone ab noxia illa herba denominatus, & ſpecus Acheruſia. Tenent Maryandini poſt Chalcedones reliquum litoris (poſſederant enim omnem maritimam oram Chalcedones uſq; Heracleam) ad orientem populi è Thracia huc profecti, à quibuſdam dicuntur: Theopompus uerò à Maryandino quodam barbaro Paphlagoniæ portionem tenente, qui facto impetu Bebrycum regionem occupauit, eiq; de ſuo nomine uocabulum indidiſſe. Portui autem Aconi proximus eſt Acheruſius ſpecus, quem foraminis ceci profundum ad uſque inferna aiũt patere, qua famam eſſe, Herculem ex infernis Cerberũ extraxiſſe. Poſtea portus eſt Amici, Bebryce rege ibi interfecto clarus, ubi eius tumulus: cui Pſyllium oppidum imminet. Mox Tyos oppidum, Mileſiorum colonia quod ſic etiam nunc uocatur, alij Tium dixere: id quum Aurelio portas clauderet, iratus dixit, canẽ in eo haud relinquam, quod quum cepiſſet, illiq; miles dictum meminiſſet, canem inquit, negaui in hac urbe me relicturum, canes omnes occidite. Dein Parthenius amnis per florida rura huc in mare defertur, unde & nomen aſſequutus eſt, ortum habens in Paphlagonia, priſcum adhuc nomen retinẽs. Poſtea Amaſtris urbs de conditoris nomine appellata, Samaſtro à iunioribus. Fuit Amaſtris uxor Dionyſij Heracliæ tyranni, quæ è trium urbiũ incolis unã fecit ciuitatem, Seſamo, Cytoro, et Cromia, ea in peninſula poſita portus habet ex utraque Iſthmi parte, cuius arx Seſamus dicitur, Plinius totam urbem Seſamon olim appellatam, cui Erythini duo ſcopuli obiacent, Erythri dein à colore uocitati. Inde uigintiquinque millia paſſuum Cromia ſiue Cromna, quæ & Theſſalis, & Malianda, & Strymonis deinde fuit appellata Cromena nunc in uici modo, quam Cauconas habitaſſe dicunt, unde ut Plinius habet, Nepos Cornelius, Venetos in Italiam tranſiſſe putat, & licet Eneti clariſsima Paphlagonũ natio dicatur, ex qua Pylæmon fuit, cum quo plurimi ex illis militarũt, non tamen abſurde illi Cromiam urbem inhabitaſſe dicuntur, quum in limine penè Ponti iuxta Paphlagoniam ſita ſit, & ea fortaſſe tempeſtate in Paphlagonia extiterat, nam facile regionũ confinia mutantur, ex qua à Cauconibus expulſi, cum duce Antenore in Italiã nauigaſſe quidam uolunt. Alij amiſſo Pylæmone poſt captam Troiam in Thraciam traieciſſe, errantesq; in eam regionẽ deueniſſe, quæ nũc Henetia appellatur. Poſt Cromiã Cytorum oppidũ eſt, Sinopenſium olim emporiũ, à Cytoro Phrixi F. poſitũ, Ephorus author eſt, modo in eius ſitu Caſtelle locus appellat: quod etiam Enetos habitaſſe ferunt,

ferunt, Circa quod plurima atq; optima buxus naſcitur, in monte præſertim Cytorio urbi imminente, qui buxo ueſtitus eſt, immitariq; undarum æſtus mota uēto, qui mōs in Paphlagoniā circiter ſexaginta tria mil. paſſ. porrigitur. Poſtea Bilis ſiue Pilis flumē in mare uadit: Cauconas circa Parthenium flumen & urbem Tion regionem habuiſſe fama eſt, interius uſq; Orminium montem, quos alij Scythas Halizonas, alij Macedonas, alij Pelaſgos putāt. Præter autem dictas gentes ſub Chalcedonijs Semonites regionem eiuſdē nominis tenēt: & ſub his Bogdomani: quibus ad auroram Zygiani ſunt. Ciuitates in his quæ à mari abſunt, hæ habentur Dedacana ad occaſum Orminij montis: ad orientem Flauiopolis quæ & Cratia dicitur. Sub ea Clitæ: & Latania: Et ad montis meridiem, Bithynia urbs clara quondā quæ prius Maryandina dicebatur à uiro Phœnice condita. Dein Nicomedia altera, quæ poſtea à Claudio Cæſ. Claudiopolis dicta eſt, Nicomedes enim rex urbem ampliās ex ſe nuncupauit, modo ab incolis Chaſtamena dicitur, Vrbs diuitijs nunc etiam potens ubi æris fodinæ nobiliſſimę patent: Cui proxima eſt regio Salonis paſcendis bobus idonea, in qua Timæa oppidū. Et nō longè à Nicomedia Gallica uicus Pſyllidi fluuio adiacens. & ſubinde Lybiſſa oppidum in finibus Nicomedienſium, cui campus eodē nomine adiacet per quē Lybiſſus labitur amnis: nunc locus Hānibalis tantū tumulo famoſus. Vbi & Eribœa. & in radice Olympij montis Pruſas urbs Olympena cognomine, ea prius Pruſas cōdidit, à quo dicta eſt, deinde Hannibal, quę nunc Burſa dicitur in colle nemoroſo ſita, ligneis caſis frequens cui arx imminet, quo mercatoribus ex longinquis orientalibus partibus conueniunt, eſt enim Turcorum emporiū nobile. Hinc ad plagam ſeptentrionalem Nicęa urbs modo corrupto uocabulo Nichia dicitur, eam primo Antigonus Philippi F. condidit, quā uocauit Antigonā: poſtea Lyſimacus Nicęam ab uxoris nomine, Bithyniæ aliquando metropolis, quę ſæpe ante terrę motu concuſſa & quandoque funditus euerſa. Sita eſt in plano propè mōtes & nemora ad lacū Aſcaniū magnum ſanè, qui muros urbis ab occidentali parte abluit, ex quo ducta aqua reliquum murorum circumcingitur, cui & campus ingens & ualde felix circumſtat. æſtate non admodum ſalubris. Vrbi portæ quatuor ad rectos angulos quę ex uno lapide in medio gymnaſij poſito omnes cernunt: de Aſcanio uerò lacu, & de quibuſdā fontib. circa Chalcedonē exiſtētibus ſummas aquas dulces eſſe, potariq; ferūt, interiores nitroſas. Paulo ultra à lacu oppidum eſt Otroea ad occidentales Bithyniæ fines, quam ab Otreo dictam putant. Item Pythopolis, & à quibuſdam Patauium amni Solœonti adiacēs quam Theſeū ædificaſſe author eſt Menecretes: Theſeus enim quum per hęc loca unà cum Antiopa bellandi gratia tempus tereret, Soloën amore mulieris captus, quumq; ea potiri diffideret, in flumē ſe pręcipitauit, Theſeus ægreferens, cōſulto Pythio, iubet ibi urbem condere, &

dere, et ibi ex ſocijs ducib. quoſdã dimittere, eamq́ à dei nomine, proximũ flumen honoris gratia adoleſcentis nũcupauit. Inde Prothomacra, & Dablis, & Pruſas alera ad Hyppium fluuium poſita, & ad orientẽ magis Dadaſtana, item Helgas oppidum, quod Germanopolis & alio nomine Boſcœte. Pruſiæ Agrilium oppidum prope eſt. & ſub ea ripa Rhyndaci amnis Cæſarea quondam Smyrdiana, & item oppida alia.

Aſiæ minoris regionis ſitus.

ASia regio cui nomen à magna Aſia contigit hinc particulatim commemoranda à nobis eſt: ſic eam Romani quum prouinciã facerent à continentis nomine uocauere, poſtquam illis hereditario munere ab Attalo Philomatore cognominato, relicta eſt. Terra & plãtis, et animãtibus cunctis, homini præcipuè, large benigna, Inclyta enim illis ingenia, uel ad rempublicam gubernandã, uel ad ſapientiam meditandam, uel ad alias artes colendas tribuit: frugales, ſanctiq́ ſunt, & à cæterorum luxuria, & leuitate longè remoti: ipſa frugiferis campis, copioſis paſcuis, auratisq́ amnibus abunde diues: Præterea quicquid ad bene beateq́ uiuendum deſiderari poteſt minime indiga, aliena nõ cupit, ſuis ſatis contenta eſt. Quę his finibus circumſcribitur: ad ſeptentrionem Bithynia & Ponto: Ad occaſum reliqua Propontidis parte, & Helleſponto, et Ægeo pelago Icario, Myrthooq́: Ad meridiem Rhodiẽſi haud minus ſexcentis mil. paſſ. prætern auigationis ora: Ad ortum ſolis Lycia, Galatia, & Paphlagonia: Conſtat hæc Aſia ex regiũculis, Myſia minore, & Phrygia quæ Troas cognominatur, Propontidi, & Helleſpõto adiacentibus (& deinceps reliquis ut in ſequentibus) quas Ida ſiue Olympus mons altiſsimus ab occaſu excipit. Terra tota regnãte Priamo ſub Troianis Scamãdro amne diuiſa, pars altera ad aquilonem Myſia, altera ad meridiem Phrygia, illa à Myſis qui trans Iſtrum ſunt Artheminoro teſte hæc Dardanica prius à rege Dardano, deinde Tros à Tros Calliroæ & Scamandri F. ut Dionyſio placet cognominata, à quo Troiani nuncupati ſunt, qui et Bryges dicebantur, quũ accolæ Macedonum fuiſſent, unde: tranſgreſsi in Aſiam unà cum loco nomen mutauere in Phryges, quod Herodotus ſcribit. Nunc ad alia: In litore Propontidis minoris Myſiæ quæ Helleſponto imminet. Cizicus ciuitas clariſsima Mileſiorum initio eſt, in inſula eiuſdem nominis ſita, cui nomen Cyzicus uir Æmonius dedit, quem à Minijs imprudentibus, quum Colchos peterent, fuſum acie, cæſumq́ ferunt, Eam duobus pontibus iunctam continenti, quam Alexander litori iunxit, feraciſsima quidem ſexaginta quinque millia paſſuum ferè ambitu, Ea iuxta pontes urbem habuit, ex monte in planitiem deſcendentẽ, cui monti alter imminet Dindyma nomine unicum habens uerticem, In quo Dindymenæ matris deum Argonautæ, delubrum ædificauerunt: Quæ arce, mœnibus, turribus, mar-

bus, marmoribus, Aſiaticæ plagę litora dicit illuſtraſſe, duos habuit portus clauſos, & naualia ſupra 200. naues continentia hanc Iouem Palladi filiæ attribuiſſe antiquitas refert, dotalemq́ urbē dici, nã & Cyziceni ſummo honore illam præ cæteris uenerabantur dijs: cui bouem nigram ſacrificare mos erat, nunc diruta iacet, & adhuc id nomen loco ſonat, nam iuniores Ciſico uocant: contra quam Proconeſſus inſula eſt quæ & Mecuris dicebatur 30. mil. paſſ. in circuitu, in qua ciuitas olim, nunc caſtellū eſt, montuoſa tota, eam nunc incolæ Marmora appellant, ex qua marmor album eſt quod Cyzicenū dicitur apprime laudatū, larga adeo uena ut circumſtantia ex eo lapide pulcherrime fabricata & ornata ſint: Item paruæ aliæ inſulæ, ut Ophiuſa, Cantus, Phœbe, Copellos, Halone cum oppido: Polydora, & reliquæ petræ. Poſtea in continente locus Harpagia in cōfinio Cyziceni & Priapeni agri, Vnde aiunt captum Ganymedem, licet alij circa Dardanium promontorium dicant, ubi Æſapus fluuius in mare uadit, qui diuerſis originibus auctus ex Cotylo Idæ colle naſcitur: Eſt Cotylus ultra Scepſim in mediterraneo ad quindecim millia paſſuum. Vltra uerò eius oſtia ad mare cumulus quidam eſt in quo Memnonis ſepulchrum oſtenditur, qui Thitonis F. fuit: Ei proximus eſt Memnonis uicus, A quo paulo Athenienſes urbem condidere Letanum nomine, quæ cito perijt. Poſt autem Grannicus fluuiuus, nūc Laſſara, ex pluribus fontibus factus in mare exit, ut Straboni placet inter Æſapum Priapumq́ non autem inter Parium Lampſacumq́ ut quidam, è Cotylo Idæ colle & ipſe profluens. Cui nomē inditum ab Grannico Archelai F. iuniore qui eo uſq́ cum Peloponeſiacis colonis profectus eſt, Qui magna ex parte per Adraſtiæ campos fluit, profundus ſanè, undoſus impetuoſusq́, ubi Alexander Darij ſatrapas prælio ſuperauit. Ad Grannici oſtia urbs fuit nomine Sidina quæ regionem multam eodem nomine habuit, nūc deleta, hinc eſt Priapus graia urbs & portus, quæ nunc Laſpi dicitur, locus dirutus in colle qua Alexander in Aſiam traſcendit: Hanc alij à Mileſijs conditam, alij à Cyzicenis uolunt, & nomen habere à Priapo qui ibi colebatur, Hæc regio uineis abundat, quæ conſuetudine quadam Adraſtia uocabatur, & Adraſtiæ campus, ab Adraſto rege qui primus Nemeſis, id eſt, fortunæ templum ædificauit, Adraſtiam uocitatam: Fuit & Adraſtia urbs quam deleuit antiquitas. Pitya dein cui Pityus mons imminebat. Poſtea Parium Paradiſus modo à iunioribus in monte ſita, quam Paris Iaſonis F. ædificauit: Mileſij deinde & Erithrei & Parij eam condiderunt, portum habens, circa hoc oppidum genus hominum fuiſſe memorię proditum eſt, qui Ophyogenes uocabantur, ſerpentiū ictus contactu leuare ſolitos & manu impoſita uenena extrahere corpori, paucosq́ ibi Varo tradit, quorū ſaliuæ cōtra ſerpentiū ictus medentur. Hinc Pæſus urbs fuit, & flumē eodem nomine Mileſiorum colonia, qua diruta Peſini Lampſacum migrauere, ut poëta:

Diues

Diues opum uariarum habitabat mœnia Pæſi.

Poſteà Lampſacus Græca urbs Pariorum colonia, cuius locus(ſublata e- nim à uetuſtate eſt) Aſpico dicitur, in conſpectu Calipolis Europæ urbis nec amplius quam quinque millia paſſuum freto inter ſe diſtant, inſignis tum quæ portum optimum habet: ea prius Pityuſa uocabatur quamq́ A- draſtiam Homerus appellauit, migrarunt enim in eam Adraſti Pityiq́ ua ſtatis bello patrijs ad habitandum: Lampſacus Mella ait Phoceis appella- tionibus nomen ex eo traxit, quod conſulentibus in quas nam terras po- tiſſimum tenderent, reſponſum erat, ubi primum fulſiſſet, ibi ſedem cape ſcere: In huius agro uineæ fructus abunde præbent quare dicitur Xerxem Lampſacum Themiſtocli in donum dediſſe, naſcunturque tubera ſapo- ris optimi. Prope hanc Gergithia ciuitas fuit, à Gergithis dicta, quæ in Cumano agro erat propè ortum Caici fluminis, nũc locus tantum eodem nomine uineis conſitus. Mox Percote oppidum ac locus qui Zelia pro- pontis appellatur. Hinc Propontis in Helleſpontum arctatur, ubi angu ſtię ſeptem ſtadiorum, qua Xerxes ponte Europam iunxit Aſiæ: ubi Aby dus urbs Mileſiorum colonia, & ab ipſis cõdita Gyge Lydorum rege per mittente, magni qnondam amoris commertio inſignis, nunc Aueo à nau- tis dicitur, æquali ſpatio Lampſaco atq́ Ilio diſtans, hoc eſt uiginti mille paſſibus. Quam Philippus Macedonum rex complanauit, Et ab ea non procul Pidius amnis: de qua urbe Lucanus:

—Cæſar tendit in undas
Thraciasq́ legit fauces, & amore notatum
Æquor: & Heroas lachrymoſo litore turres
Qua pelago nomen Nepheleias abſtulit Helle,
Non Aſiam breuioris aquæ diſterminat uſquam
Fluctus ab Europa.

Scribit Herodotus Xerxes quum audiſſet pontem mari iniectum, tempe ſtate dirutum eſſe atque diſſolutum, indigne ferens, iuſſit trecenta Helle- ſponto uerbera infligi, & in eius pelagus par compedũ demitti, cum qui- bus etiam miſit qui ſtigmata illi inurerent, mandauitq́ ut Colaphos incu- terẽt dicẽtes, ô aqua amara dominus hanc tibi irrogat pœnam q̃d eum leſi ſti qui de te nihil male meritus erat: te tamẽ rex Xerxes uelis nolis tranſmit tet: meritóque nemo hominum tibi ſacrificat, ut doloſo pariter & amaro flumini. Poſt autem Abydum in Helleſponto Simœntis fluuij oſtium in Achæorum portu eſt, Is ab Idæo monte dimittitur, in quem Xanthus in- fluit, fama quam natura maior, In campo currẽs multum lutum deuehit, unde maritima ora exaggerans, os obſtruit, & maria ſtagnantia & loca paluſtria efficit. Qui Troiæ cognomen dedit, nam Troia Simœntia dicta eſt. Dehinc Rhodius amnis in mare ferebatur, licet quidam Æſapo com-

miſceri dicant, à Celeandria & Gorgo fluens. Vltra autē flumen promontorium Trapeze: quod alij Gygas à Gyge Lydorum rege appellatū, qui loca hæc in ditionem habuit. Iuxta quod Dardanum oppidum paruum, à Dardano Iouis & Electræ F. conditum, qui Dardanus ex Peloponeſo huc nauigauit, dante ei Teucro rege agros et filiam in uxorem, à quo regio Teucria dicebatur, quo mortuo Dardanus ſucceſſit in regnū, & gentem de ſuo nomine Dardanam dixit: quare poëta:

Nubigena primum ſatus ab Ioue Dardanus ipſam
Dardaniam poſuit, quoniam nondum Ilion eſſet
In campo, ſed adhuc Idæ montana tenerent.

Nam ad ſcaturientis fontibus montis radices habitabant, nunc uerò ne ueſtigium quidem antiquæ urbis apparet, nomē tantum illudq́ corruptum retinet, id eſt Dardanelum, ubi ætate noſtra Turci ualidiſſimum præſidium erexere: & item alterum è regione, ne ex mari noſtro ad urbem ſuam Conſtantinopolim, claſſis ingrediatur. Poſtea extra ſinum Rhetium ſiue Rhetæum promontorium, alij Rhytium eſt, & in eo quondam eiuſdem nominis urbs: ſimiliter & litus Rhetæum dicitur: & in eo Achilleum oppidum iuxta Aiacis tumulum à Mytilenæis conditum, deinde ab Atheníenſibus ubi ipſe Achilles claſſem habuit Sequitur Scamander breuis amnis, circiter enim ſexaginta tria millia paſſuum ab ortu, nauigabilis tamen, ab Idæo decurrens monte, hoc eſt, à Cotylo colle, ex quo Grānicum & Æſapum fluere diximus, fontes inter ſe duorum mille & quingentorū paſſuum interuallo: Scamandrum fluuium Heſiodus diuinum appellat: Homerus Xanthum eum cognominat, quoniam rufas aues potata ex eo aqua facit Simœonteq́ miſcere uult, duobus olim fontibus diſsimilis naturæ aquis emanantem, dicente poëta:

Dicendi cauſam mirandus præſtat aquarum
Fluxus ubi geminis Scamander fontibus exit.
Alter enim tepidis fumoſus labitur undis:
Alter at in medio tam fertur frigidus æſtu
Quam nix & grando.

Nunc uerò, nec calidæ ibi aquæ ſunt, nec fontes duo, ſed unus ex quo profluit, Qui per campos deuolutus, ſicut & Simœntis lutum ſecum plurimum trahit, quo exaggerato oſtio, loca circum ſe inundat, atque paludoſa reddit, Palæſcamandria uocitata, Os à quibuſdā, exoneratur in Achęorum portum: ubi & Scamandria ciuitas parua: In Scamandrum Andirus influit, ex montana Cariſenæ demiſſus, fuit hinc in Sigæo litore Aiacis tumulus, & templum & Statua in ſtatione claſſis ſuæ. Inde Sigæum urbs eſt quam Archeanatam Mitylenеum ex lapidibus dirutæ antiquę Troię conſtruxiſſe ferunt, eam Ilienſes, quum minus obtemperarent euerterunt,

cui

cui naualc erat: Iuxta quam Sigæum attollitur promontorium & oppidum cui nomen impoſuit, & Eantion oppidum à Rhodijs conditum, in Cherroneſi forma, Sigæum ab Herculis ſilentio dictum, qui quum inde à Troianis expulſus eſſet, neq; hoſpitio receptus, quamdiu cõtra illos rediiſſet tacuit, nunc caput Ianizani à nautis dicitur: Fuit in eius montis radice turris Protheſilai delubro clara: Fuiſſe quoq; poſt turrim Archelaum oppidum, quod Athenienſes Mitylemneiq; ad tumulum ducis fecerunt. Et Achęum promontorium poſt illud: unde Tenediorum ora, Cõtra quam Tenedos inſula eſt à continenti quinque mille paſſibus abſens, ambitu decem mille paſſuum, duos habẽs portus ad ſolis ortum, Inter quos urbs clara tum fuit, nunc caſtellum in petra, belli Troiani tempore ab Achille deleta, quæ iterum reuixit: iterum proſtrata iacet, nam caſtellum ab antiquæ urbis ſitu ſeorſum eſt. Hãc inſulam alij Calydnã, alij Leucophrym, id eſt, candidum ſupercilium dixerunt: à Tene ut ait Cicero denominata qui apud Tenedios ſanctiſsimus deus habetur, qui urbem dicitur condidiſſe: Circumdant inſulam humiles montes, in medio planities, deſerta modo: quam ſcribens Virgilius ait:

Eſt in conſpectu Tenedos notiſsima fama
Inſula diues opum Priami dum regna manebant
Nunc tantum ſinus, & ſtatio maleſida carinis.

Circa autem Tenedos inſulæ paruæ ſunt Sigæum uerſus Cylidnæ tum nomine Maureæ modo, à Caribus poſſeſſę, melle fœcundę. Poſt igitur Helleſpontum in Ægeo pelago Phrygiæ minoris, quæ Troas à quibuſdam, et à quibuſdam Helleſpontia cognominatur, Alexandria Troas ab Alexo Macedone condita, quæ deinde Antigonia dum habitaretur ab Antigono denominata fuit, & quum è Cebrina urbe incolas ad hanc inhabitandam duxiſſet, Cebrina aliquandiu appellata eſt: Iacet enim ultra Zeliam Cebrina in regiuncula magna ex parte campeſtre eodem quo urbs denominata uocabulo. Circa Alexandriam Plinio teſte magnes lapis reperitur niger, hinc fuit Palamedium oppidum: Et promontorium Lectum à quibuſdam Leontum ex Ida prominens qui totius eius orę munitiſsimus locus eſt. Poſt cuius deflexum ingens ſinus diffunditur, quem Ida efficit, hunc alij Idæum, alij Adramyttium uocant. In quo poſt Lectum Polimedia ciuitas, & Chryſa, portum ad mare habẽs, in loco excelſo & petroſo à Teucris ex Creta huc enauigantibus poſita. Nunc locus deſertus, muribus abundans, quos tum ſacros uocabant, Quare in oppido fuiſſe Apollinis Sminthij delubrum ob id cognominati, cuius ſtatuæ murem quendam pedi ſubieciſſe traditur, alij pedibus præmere: Quæ urbs tranſlata fuit in agrum Adramyttinum iuxta Amaxitum. Eſt enim Amaxitum locus paululum interius à mari iuxta Lectum promontoriũ, ubi Agamem

non aram duodecim deorum conſtruxit, Retro uerò in mediterraneis Halyſius campus, ubi ſales, quos trageſeos uocãt incolæ ſponte Etheſijs uentis flantibus naſcuntur. Item Amaxito propinqua Lariſſa oppidum fuit, uigintiquinque mille paſſibus ab Ilio diſtans. Poſt autem dictas aras, Gargarum ſummum Idæ cacumen erigitur, à quo Gargara ciuitas dicta, quam in eo Aſſij condidere (erat antea in montis radice, à Gargaro Iouis F. condita) agro fertili prædita. A qua haud procul in ijſdem montis radicibus Mœſia ciuitas interijt. Item Aſſum urbs memorabilis, arte & natura munita, ea à mari & portu longum & erectum aſcenſum habuit, portus aggere ingenti conſtructus, quæ nunc exciſa iacent, quam alij Mitylemneos, alij Aeolios condidiſſe uolunt. Circa eam lapidem naſci, ait Plinius, quo corpora omnia conſumuntur, uocatúrque Sarcophagos, fiſsili uena, in quo corpora defunctorum cõdita, intra quadrageſimum diem aſſumi cõſtat, exceptis dentibus. Item Sardam gemmam ibidem reperiri. Fuitque ſub Aſſio Practius urbs cum fluuio. Sed ante Troada præter iam dictas inſulas, aliæ quoque perexiguæ ſunt, uelut, Aſcaniæ duæ: Plateæ tres, Lamiæ, Plitaniæ duæ, Scopelos, Gethone, Arthedon, Celæ, Laguſæ didymæ, & quædam aliæ. Huius itaque Myſiæ, & Phrygiæ mediterranea Ida mons nonnihil occupat, quum multipes ſit, quorum alij cum campis adæquantur ad meridianam regionem præſertim, alij in promontoria iam dicta eriguntur. Verum ad ſeptentrionem ardue ereptas propè rupes atque omnibus fermè locis inuias habet, in quo monte Teucri ex Creta quum ſediſſent, huic ab Ida qui in Creta eſt nomen dediſſe Strabo ait: quod Virgilius non negat: Dionyſius uerò Halicar. ab Idæo Dardani & Chryſis F. montem denominatum fuiſſe inquit: qui Idæus ex Peloponeſo in eam quæ nunc Phrygia uocatur, nauigans ſedes locauit: Sed propriè Ida Multifons dicitur propter fluminum multitudinem ex eo profluentium præſertim ubi Dardania ei regio ſubiacet, Mons fraxino arbore ueſtitus, qui in tantum cedro ſimilis eſt, ut emẽtes fallat, cortice albo: Vbi & pix liquida abundat: & magnes lapis, Sideritim alio nomine, quidam Heracleon ab inuentore uocant qui nunc paſſim inuenitur, deterrimus candidus, neque attrahens ferrum. In Myſia in Æſapi amnis cõualle ad læuam ciuitas Scepſis eſt, ex eius cadauere, quam Palæſcepſim in litoralibus diximus, hic renata eam Scamandrium Hectoris F. condidiſſe fama eſt. circa quam lapis quidam inuenitur, qui ambuſtus ferrum fit, deinde cum terra quadam in fornace excoctus, Pſeudargyrum exſudat, Quæ terra ſi æs acceperit, fit mixtura, quam quidam Oricalchum uocant, quod ait Strabo, Loca iſta Leleges dicuntur tenuiſſe. Dein poſt Scepſim, Alizonium oppidum: & Careſus ciuitas quæ deſerta eſt, in collibus ſedẽt: cui regioni ac Dardaniæ, proxima eſt Cariſena mõtana regio pluris habitata urbibus

& optimè culta à Careſo fluminne dicta, illud per ingentẽ uallẽ à Maluntheloco demiſſum, qui locus inter Scepſim et Achæiũ eſt, in Æſapũ cadit, poſt aũt Cariſenam uallẽ, Zeliæ campi aperiunt, collib. inęquales, culti nihilominus, in quib. Zelia urbs, circa quã amnis Tarſius, qui à mari uſque uiam 20. locis tranſitur. Poſt aũt in extrema Myſiæ parte ad meridiẽ ciuitas Sacra Germa ſita eſt. Hinc Phrygia in qua Iliõ diuerſę nationis ciuitas pulcherr. ac famoſiſs. fuit, à portu maris mille te 500. paſſ. diſtãs ab Ilio, in Ermeone ſpatioſo & aſpero campo ædificata: quod poëta canit & Ouid.

Mœnia Dardanides nuper noua fecerat Ilus
Ilus adhuc Aſiæ diues habebat opes.

Quæ & Troia à regionis nomine uocitata eſt: Homerus, omnium quæ ſub ſole, ac ſtellifero cœlo ſunt urbium, quidem inſignis eſt Troia Neptunia cognomine, Ex quo illud. Mœnia diuum fabricata manu ut fabulantur: Quæ ad ſolum, Græcorum inſidijs complanata eſt, neque ibi quicquam præter locus in quo fuit Troia nominatur. Quæ & ſi multa mutaſſet loca ex oraculo, non tamen in eo loco fuit, Quæ deinde Ilienſes nouam iuxta ſcilicet Idæ iugum ex uetuſtæ lapidibus inſtaurafunt, ſed quatuor millia paſſuum ferè, Strabone teſte, ultra Idam ad orientem, & Dardaniam uerſus, iuxta eum qui nunc Ilienſium uicus dicitur, quem incolæ Ilion fuiſſe dicebãt, Vbi Palladis templum erat, idque paruum ac tenue quod Alexander macedo donis exornaſſe, atque urbem ampliaſſe, & liberam & immunem cenſuiſſe dicitur: Poſt eius obitum Lyſimachus urbis cura ſuſcepta, delubrum conſtruxit, & murum circumduxit, & uicinas & antiquas urbes in eam habitatum deduxit, quę iam erant labefactatę: hanc Fimbria Tribunus Roman. Mithridatico bello ingreſſus incendit ac diſiecit, omniſque ſibi obuios occidit, adeoque interijt, ut nullum domicilium relictis, nullum templum, ac ne ſtatua quidem manſit. Ea poſtmodum Rom. coloniam accepit, & inter claras tunc perutabatur, magnaque Cæſaris cura circa urbem fuit, tum ut Alexandrum æmularetur, tum ut cognationem innouaret, regionem itaque eis tribuit libertate & immunitate ſeruata: de qua urbe hoc eſt uetuſta Lucanus ait: Cæſar

Circuit exuſtæ nomen memorabile Troiæ
Magnaque Phœbei quęrit ueſtigia muri:
Iam ſyluę ſteriles, & putres robore trunci
Aſſaraci præſſere domos, & templa deorum
Iam lapſa radice tenent, ac tota teguntur
Pergama dumetis, etiam periere ruinę.

In Troiano agro mõs Thymbreus eſt, item Thymbra campus Callicolonę proximus, à Thymbra herba quã nos ſancturciã dicimus unà cũ mõte denominatus qua abundãt, in quo monte quum templum eſſet Apollini

Nn 4 dicatum

dicatũ Thymbreus cognominatus eſt: quin & Thymbreus amnis q per eum fluens in Scamandrũ emittit. Callicolona eſt collis quidam ultra Ilienſium uicum, iuxta quem collem Simoís labitur. Rheſus fluuius ſiue ut quidam Rhebas apud Troiam fluebat, in Granoicum cadẽs, ſepties recta eunte pertranſitur, ex quo ſeptemuadus dictus eſt. quorum fluuiorum Rheſus, Eptaphorus, Careſus: Rhodiusq; ab Homero celebrati ueſtigia nunc non habent, quod Plinius aſſerit. eſt & Ophrunium oppidum non procul à Dardano, & apud eum Hectoris lucus in loco conſpicuo, & Pteleus lacus, eſt & Ceruenia oppidũ q̃d Cumei condiderũt iuxta Idam in cuius agro ferri uenæ reperiuntur. Poſt autem regionem Troiam, ſequitur ad meridiem Myſia maior Olympina cognomento à Myſis trans Iſtrum, quemadmodum minor inhabitata, Bithyniæ à tergo, Idæ montis contermina: cuius populi & Merones: & Meones, & Mennes dicuntur apud Strabonem: Ptolemæum uerò regionis ſeptentrionalia Olympini, occidentalia Trimenothurithæ, id eſt, Thuritæ trimes tres: meridionalia Pentadimitæ quinque tribus ut nomen indicio eſt tenent: inter quos Myſomacedones habitant quorum regiuncula Teutrania dicebatur: gens ampla per ſe, In qua ad mare hæc habentur: Larianum oppidum à Grais conditũ petræ adhærens ex Cimo monte qui urbi ad aurorã imminet euulſæ, Inde Palæſcepſis urbs nunc exciſa. Et Antandrus Edonis prius uocitata, ab ijs condita ut quidam uolũt qui ex Andro inſula ſeditione expulſi ſunt, Antandrus quaſi pro Andro: alij quaſi pro uiro accipi uolunt. Ferunt enim Græcos hanc urbem habuiſſe pro reddendi Polydori corporis precio: cui magna erat oportunitas faciendarum nauium ob materiem ex Ida ſuprapoſita, Imminet etiam ei mons qui Alexander appellatur, ubi deas à Paride iudicatas dicunt: In Antandro agro, ut ait Ariſtoteles duo ſunt fluuij, quorum alter candorem alter nigritiam pecoribus ſi ex ipſis biberint facit. Poſtea Cimeriſſos urbs quæ & Apollonia quandoque uocitata eſt. & Aſtyria uicus, oppidum ante, auri metalla habens: In proximo eſt Adramyttium urbs memorabilis, ante Pedaſus dicta à Lydis condita Athenienſium colonia in intima ſinus ſui nominis poſita, corrupto nunc uocabulo Landermiti uocant, quæ & portum & nauale habuit, & agrum opulentum, quem uocant Thebes, carmine Homeri nobilitatum, neque ullo alio loco Aſiæ, maior Mithridatis militibus parta præda eſt. Hinc Pyrra promontorium in quo Aphrodiſium oppidum fuit quo uſque Adramyttius pertinet ſinus, in quem flumina, Aſtron, Cormalos, Crianos, Alabaſtros, Hyerosq; ex Ida cadunt. Poſtea locus eſt, ubi Proſeclena urbs erat. Item Coryphantis, Heraclea, Attea, Arneúſque oppida, & Pitana urbs terræ motu euerſa, quæ duos portus habuit, & flumen Euocenum qui eam præterfluebat. à qua circiter quatuor mille paſſibus Caicus

fluuius

fluuius in ſinum Elaiticum uadit, uocaturq́ nunc ab accolis Caſtri, cuius fontes longe in campo uiſuntur, non à Pindaſo monte ſicut Plinius perſuſus, ſi Straboni credimus, Terminatur hic campus Tegno mõte, & eo qui Apiæ diciur, in mediterranea Thebanis campus imminens: è Tegno amnis Myſius fluit, in Caicum ſub eius fontibus cadens: unde illud:

— Myſusq́ Caicus. Et illud:

Io Caice Myſiæ lymphæ. Videtur Caicus aliam quandoque iſſe uiam, ut oſtendit Ouidius:

Emiſſum capitisq́ ſui ripæq́ prioris
Pœnituiſſe ferunt alia nunc ire Caicum.

Qui amnis liqueſcentibus niuibus creſcere & ſtagnare campos dicitur. In mediterraneo uerò inter alias urbes Apollonia penes Rhyndacum amnẽ eſt, cui lacus Apolloniaticus proximus eſt: ex qua Coloſſus triginta cubitorum Romæ in capitolio Apollo trãslatus à L. Lucullo fuit. Inde Traianopolis quam urbem Trimenothuritæ habẽt. Mox Allyba oppidum eſt à quo regio circum ſe denominatur, habens ad ſeptentrionem Tymnum montem, ubi argentifodinæ exercebantur. Hinc oppidum Præpeniſſus. Vltra quod Pergamus ciuitas in colle ſita eſt, longè clariſsima Aſiæ tum, cuius ueſtigia nunc uix apparent, licet locus adhuc ſic appelletur, quę diu ſub Attalicis regibus fuit fortunata. Namque Attalus à quo cæteri cognominati ſunt, urbem primo diligentiſsime muniuit, & lucum ſeruit, templo quoque dona, et biblyothecas curauit, urbem Silenus amnis intermeabat, Caicus præterfluebat, in quem ipſe cadit, inde per campum qui Caicus appellatur regionem ualde opulentam totius ferè Myſiæ optimamq́ percurrit, quæ modo propter fertilitatem frequentib. habitatur uicis: Cui ad meridiem mons imminet, Turbineus nomine in acutum apicem deſinens, ubi arx in qua regiæ pecuniæ cuſtodiebantur: Alter item mons ei uicinus eſt Aſpormos (quum ſit aſper & ſterilis) & templũ quod ibi eſt, matris deum Aſpormæ dicitur: uerum ut ad urbem redeã, Ibi prima inuentio earum chartarum fuit, quæ ab urbe ipſa Pergamenæ dicũtur. Hic lapidicinæ ſunt in quibus terrore belli quum multi occultarentur, caſúque ſaxum ante oſtium lapſum eſſet fame intus enecti omnes ſunt, multis deinde annis poſt, quum lapidicinæ operandi cauſa aperirentur, in lapidem illos omnes conuerſos reperierunt. Hinc autem regionis Aeolidis Myſiæ quondam appellatæ ſequũtur urbes, litorales tantum: nõ enim retro à mari in mediterraneo Æolia ſe extendit, Quarum primo Eleapolis eſt mille et quingẽtis paſſibus ab eruptionibus Caici fluminis in mare, & à Gryneo quinq́ à qua Eleiticus denominatur ſinus, in quo eam Pelops ſtatuit uicto Oenomao, quam Zime Amazonum dux pulſis qui habitarant, Zimon ſuo de nomine appellari uoluit: quæ portum & nauale regum Attalorum Mneſthei opus habuit 15: mil. paſſ. à Pergamo. Inde Cana attollitur promontorium

montorium & oppidum, quod Myrina Amazona nomini cuiuſdam ſui ducis condidit: ſuperiori uerò tempore antequam mons Cana uocaretur, Arginuſas nonnulli uocabant: aliqui Ægam, eodem nomine quo animal; unde Ægeum pelagus quidam traxiſſe uocabulum dicunt, Cui ad orientem Caicus campus ſubiacet, qua Ceteus fluuiolus torrenti perſimilis, is in alium incidit, deinde in alium qui in Caicum deuoluitur: prope cuius ortum Gergetha eſt uicus, & Titanus amnis & eiuſdē nominis ciuitas. item Gryneum Smyrneorum oppidum quod Pharnabazus Perſa Alcibiadi dono dedit, patria eiecto: ubi Apollinis lucus quod Maro meminit:

His tibi Grynei nemoris dicatur origo
Ne quis ſit lucus quo plus ſe iactet Apollo.

Vbi & Apollinis phanum candido lapide ſumptuoſum: nunc tantū portus cui obiacet Solis inſula. Lesbos inſula quę & Mitylene, quo etiam nūc nomine appellatur, his litoribus aduerſa à cōtinenti ſeptem mille & quingentis paſſ. abeſt, à Lecto uſq; Canas extenſa centum & triginta mil. paſſ. in circuitu, æqualiter à Tenedo, Lemno, & Chio diſtās fermè: Antiſſa prius uocitata: Poſtea uariante fortuna Pelaſgia, quoniam eam Pelaſgi Xantho Triopi F. duce ea tempeſtate occupauiſſent, deſerta deinde ob diluuium ſub Deuchalione factū, Macareus Cirnaci Iouis F. (ut poëtæ tradūt) inſulæ pulchritudine captus in ea remanſit, cuius quum uirtutem ac iuſticiam circumſtantes populi admirarentur ſeſe ac ſua illi in ditionem dant, à quo Macaream denominarunt. Poſt hæc tempora Lesbus Laphithi F. in hanc inſulam nauigans Metymnam Macarei filiam in uxorem accipit, quare ex ſe inſulam Lesbum cognominauit, quidam puellam illam Leſbum appellatam, & ab eius nomine deinceps inſulam Lesbum dictam fuiſſe. Præterea Emerthem, Ethalaſiam, Aegyram, alio atque alio tempore appellatam ſcribit Plinius. Sunt qui Lesbum ab Ida abruptam eſſe credāt. Inſula quidem memoratu digna nouem tum oppidis inclyta: quæ & ubertate & fructuum bonitate, atque aëris ſalubritate beata dicitur. In ea montes ſunt Lepetis ſiue Lepethymnus Mimordis, uel Ordimus, Macyſtus, Creonis, Olympúſque ex quibus marmor euehitur Pario liuidius, & Achates gemma naſcitur. Nemora quoque inter quæ, quod Pyrrheum appellatur, ubi larix inquit Plinius: Theophraſtus Pyrrheum dicit montem arbore picea ueſtitum, unde multa materies ad claſſes conficiendas idonea. Præterea Euonymum naſci in monte Orcynio magnitudine punicæ arboris, fructus ſiliquæ ſaſſamiæ proximus in cibo pecus necat: cupreſſum etiam hic prouenire. Huic inſulæ ab occaſu promontorium Sitrium eſt, quæ pars mōtuoſa eſt. Inde aquilonem uerſus, Metymna urbs fuit à Metymna Macarei filia dicta, cuius ueſtigia (euerſa em̄ eſt) adhuc in mōtis radicibus inter fructecta apparent, eius ager (quem Arysbæ olim ciuitatis fuiſſe ferunt, terræ motu diſiectæ) precioſiſs. etiam nunc uinum

habet,

habet, quod Eraxiſtratus maximus medicus commendat. & Virgilius:

Non eadem arboribus pendet uindemia noſtris
Quam Metymneo carpit de palmite Lesbos.

Mox Argenum promontoriū, quod Strabo Sirgiū uocat, in quo ciuitas eiuſdem nominis fuit, portum habens. ulterius Mitylene ciuitas maxima quam Macareus à nomine alterius filię nominauit: Diodorus uerò Myrinam Amazonam cōdidiſſe, eamq́ſ ſororis quæ cum ea militabat nomine appellaſſe, urbs ædificiorum pulchritudine imprimis, tum nobilis, agri iucundi & fertilis adoptata, natura uerò ac ſitu egregiè munita, in peninſula enim eſt, maiori nunc ex parte collapſa. Nam præter arcem, cætera comminuta ſunt, cui ad iſthmum duo portus hinc inde ſunt, alter auſtralis qui clauſus eſt: borealis uerò magnus ac profundus, quę urbs quamuis ad minorem formam redacta ſit, principatū tamen ad hoc tempus totius inſulę tenet, ac eodem nomine quo prius appellatur: Hinc ſinus diffunditur longè interius excurrēs, in cuius intima uicus Egyrus agri Metymnei olim, nunc Germia dicitur, ubi inſula fit anguſtior: os ſinus duobus mille & quingentis paſsibus tantum patet: in cuius altero cornu quod Pyrrheum appellabatur, Pyrrha ciuitas interijt, mari hauſta Plinius, Strabo euerſa inquit, cuius ſuburbanum adhuc habitatur, portum habens à quo Mitylenem uſque traiectus decem mille paſſuum. Poſtea Mania extrema, unde ad meridiem in ſinu, in quo amnis quidam per campos excurrens cadit, Ereſſus ciuitas in colle ſita eſt ad mare deſcendens, qui locus nunc etiam habitatur, uocatúrque Cidonia, habétque ante ſe paruam inſulam priſcis temporibus Cidoniam appellatam, in qua fons calidus eſt, qui uere tantum fluere dicitur. Fuit etiam Cilleus uicus à Cilla quæ in Antandri agro eſt nominatus. Item & oppidum Lesbos, loci quandoque metropolis, quod Xanthus condidit in inſula Antiſſa quondā, ideo dicta quod contra Iſſam eſſet: eam terræ motus Lesbo inſulæ iunxit. In freto autem quod interiacet inter hanc & continentem paruæ inſulæ ſunt, alij uiginti, alij quadraginta dicunt, Hecatoneſi nuncupatæ: quemadmodum Peloponeſus quaſi Apollinis neſi, id eſt Apollinis inſulæ, nam Hecatos Apollo dicitur: Ea enim tempeſtate, ut ait Strabo per totam hanc oram Apollo colebatur, interdum Sminthius: uel Cinneus: uel Gryneus, uel aliquo alio nomine uocitatus: in ijs Pordoſelena, ſiue Ponſelena cum ciuitate: Maiorea cum ciuitate: Scandalion, Leucæ quatuor ex ijs Cydonea cum fonte calido. Argenuſæ 2 Ægę quatuor Pheluſa: Pedna & alij ſcopuli. In continente uerò poſt iam dictū portū Pergamenorū, Myrina eſt cognomēto uolucris, quā urbē Myrina Amazona ob uelocitatē uolucris appellata cōdidit: q̄ & Sebaſtopolis deinde uocitata eſt, nūc deleta. Inde Lariſſa Phricionis urbs paulo poſt rem Troianā in Caiſtrino cāpo propè fluuiū Caiſtrū condita, à Locrenſi monte Phricio appellata, unde Locri huc habitatum profecti ſunt

fecti ſunt. Poſtea Aſcanius portus. Hinc circiter quatuor millia paſſuum locus fuit munitiſsimus Polychna dictus, id eſt, multarum lucernarum, ſurſum paulo à mari, In qno tum Neotichus, id eſt, nouus murus, ubi argentariæ larga uena erat. Mox Cuma Phricionis (ab iiſdem enim populis condita eſt) cui nomen ab Amazone quadam inditum, una tum ex Æolidarum urbium maxima & optima inter quam & Lariſſam Hermus amnis pertranſit: de urbe Homerus ait:

Qui colitis celſæ florentia mœnia Cumæ
Cumæ Sardenes poſitæ in radicibus altæ:

Eſt enim Sardene mons qui urbi & Hermo fluuio, & Nouo muro imminet: ubi tum Cuma, nunc uicus eſt qui Foia noua appellatur: Hæ urbes ſecus montanam regionem iacēt, quæ Cumano, & Phocenſi, & Smyrneo agro ſupereſt, iuxta quam Hermus labitur. Hinc Hydre extrema ſiue promontorium. Item aliud Hermatūte: ubi in reductione litoris Leucas promontorium, & oppidulum iuxta illud. Cōtra quod Myrmeces ſcopuli emergūt. Inde Phocæa ciuitas quæ nunc Foia uetus dicitur, nam ea euerſa, habitatores ubi Cuma fuit egreſſi loco nomē dedere, id eſt, Phocæa noua, quod corrupto uoabulo iuniores utrumque pro Phocæa Foiam nominant: quam Athenienſes duce Philogene condiderūt, poſita in ſinu maris intimo, in Cherroneſo, duos in utramque partē portus tutiſſimos habēs, Qui in meridiem uergit Nauſthatmos ab re appellant quia ingentem uim nauium capit: alter prope ipſam Lamptera eſt: Ferunt Phocænſes exiguitate ac macie terræ coactos, ſtudioſius mare quam terras exercuiſſe, piſcando, mercandoque etiam latrocinio maris, uitam tolleraſſe: Ante urbem Bacchium inſula iacet, olim egregiè templis ſignisque exornata. Ad meridiem autem urbis Hermus fluuius aurifer in mare uadit, campos faciēs & nomini ſuo adoptat, licet Smyrneos quidam uocēt. Oritur iuxta Doryleum Phrygiæ ciuitatem è monte mátris Dei Dindymenę ſacro, per magnumque campum ante Sardenſem urbem iacentem fluens palude interrumpitur, unde multos fluuios colligit, inter quos Hyllum qui poſtea Phrygius appellatus eſt: & Pactolum, & alios ignobiles: Pactolus ex lacu iuxta Tmolum montem elabitur, qui ſimiliter auri ramēta euoluere dicitur. Ex quo Varo Pactolus aureas undas agens dicit: Et Lucanus:

Paſſaque ab auriferis tellus exire metallis
Pactolon qua culta ſecat non uilior Hermus. Et Iuuenalis:
Sed cuius uotis modo non ſuffecerit aurum
Quod Tagus & rutila uoluit Pactolus harena.

Ex quo Chryſorhoa etiam uocitabatur, quod aureus ſonat. Ionię terræ ora poſt Æolidam ſequitur, quæ & Panionia quia regio omnibus Ionibus ſacra, appellata eſt, Hermi fluuii oſtio diuiſa, nam litorales tantum ambæ regiones ſunt: Huc ex Peloponeſo transfretantes, namque reſponſo Apollinis Del-

nis Delphici decreuerũt Athenienſes uno tempore colonias tredecim in Aſiam deducere, ſummamq; eius imperij Ioni Xanthi F. dederũt: qui quũ Cariæ fines occupaſſet, ciuitates amplisſimas conſtituit, Caribus & Lelegibus eiectis, Quam regionẽ à duce ſuo Ione appellauerunt Ioniam: ipſiq; dein ex mediterraneis, eorũ arrogantia ſimiliter deiecti ſunt, & ea loca regi Attalo attributa. Ioniæ primus ſinus Baſilicus eſt, in quo Smyrna ciuitas nomen adhuc uetus retinẽs, Homero notiſs. diuitijs polens quondam ac nunc quoq; opulenta ſatis eſt, longe ab antiqua duobus mil. & quingentis paſſ. ubi præcipitium eſt Chytriũ, quam Smyrnei à Mileſijs deſcendentes eiectis Lelegibus condidere ipſiq; ab Æolibus pulſi unà cum Colophonijs cõtra eos exeuntes ubi nunc eſt urbẽ fundauerunt, ut eſt apud Strabonem: alij uerò Cumei in receſſu ſinus urbem quum ædificarent, Theſeus Theſſalus ſuperueniens urbem in monumentum uxoris ſuæ quæ Smyrna uocabatur conſtruxit, Quam interfluit Melas amnis, non procul inde ortus, Lydi eam euerterũt quæ per 400. circiter annos in modum uici habitata manſit. Poſtmodum Antigonus eam ſuſcitauit: mox pulcherrima à Lyſimacho, cuius pars in monte ſita, pars maxima in campo, cui nauale inclytum ac portus fuit, quæ aliquando terræ motu ruit, ad cuius inſtaurationem decemnalis tributorum immunitas à Roman. data eſt: Cui urbi à tergo Maſthuſia & Thermetis montes ſunt, hic Olympi radicibus iungitur, & in alia pate Maſthuſia in Dracone monte deſinit, Draco in Tmolo, Tmolus in Cadmo, ille in Tauro. Fuit poſt Smyrnam oppidum Teninos ac in ſinus intima Ceſſeopolis. Iuxta Smyrnam inſulæ paruæ ſunt, Periſterides, Canteria, Alopece, Eleuſa, Bathina, Pyſtira, Comyneſos, Magalæq;. Poſt autem dictã urbem, amnis labitur Alcon. Hinc in altum Cherſoneſus protrahitur, cuius Iſthmi ſeptentrionalia Calzomenij tenebant, ubi Calzomene urbs fuit in intima Smyrnei ſinus quam Paralus condidit nomenq; urbi ab inſulæ nomine in qua iacet indidit, nunc quodammodo continens Cherroneſus eſt. nam Alexander continenti eam iunxit, quemadmodum Partheniam, Hypocothon, & Phora quum inſulæ eſſent duobus ſtadijs remotæ à litore: In agro Clazomenio optimum uinum fit, remanſerũt enim loci cultores ciuitate ſublata: Quo in loco eſſe nemus Gryneum ex poſterioribus quidam ubi Apollo colebatur aiunt, Strabo uerò ubi nos poſuimus: In fronte urbis Calzomenę octo inſulę ſunt, exiguæ omnes in quibus Marathus, Pela, Drimiſaq; nominantur. Poſt dictam urbem Chalcides Cherſoneſus (quam diximus) diffunditur, In cuius altero cornu promontorium eſt Numantis nomine, quod recentiores caput Stillari uocant: Poſtea è regione Chiæ urbis, Atarnea locus admodum naturę munitione defenſus: In altero uerò cornu, quod ad regionem auſtralem uergit, Argenũ promõtorium in mare proſilit, quod nautæ modo caput Album appellãt: Hæc Cherſoneſus paruas urbes habuit, quarum clariſs.

Ciſtena fuit ubi portus. Vltra quam interius à mari, æris uena eſt. In interiori parte campus eſt Thebas nomine. Cherſoneſo Chios inſula obiacet, freto circiter decem millia paſſuum intermiſſo, nonnullis ſcopulis referto, in qua eiuſdem nominis ciuitas, quam funditus euertit ac deleuit Philippus Macedoniæ rex. inſulam Egertius quidam Mileſius mixtam multitudinem ducens condidit: priſco nomine Metalliam ſiue Ethaliam: Chian à Chione nympha: quidam Macrin, & Pytiuſam appellatã dicunt: Nunc à iunioribus corrupte pro Chio, Scio uocitatur, circumnauigationem habens centum & uiginti mille paſſuum. Hæc Homeri (ut ferunt) ſepulchro cæteras ægei maris inſulas antecedere dicitur: Hic marmoris & aliæ uerſicoloris lapidicinæ ſunt: uinum habet græcanicorum optimum, ſed præcipuum quod in Aruiſio monte naſcitur, à quo cognomen tum accipit, nam Plinius. Transmarinum uinum in ſumma gloria fuit Chiũ quod Aruiſium uocant. Et Virgilius:

Vina nouum fundam calathis Aruiſia nectar.

Nec minus cæterarum frugum copioſa: ex quo horreum populi Rom. dici meruit, nam quum in Aſia bellum gereret, eò omnes miſſæ ex Italia onerariæ dirigebant curſum, quod ſcribit Liuius. Item maſtix laudatiſsima, appellaturq; Chia, candida ex ſpina, ex quo nomen inſulæ etiam contigit, Chius enim Syra lingua maſticem deſignat, quãuis India mittat, & Aſia, Græciaq; nec non & in Ponto bitumini ſimilior. Præterea carchedonium lapidem Theophraſto authore ibi reperiri, ſed nigriorem è quibus fiũt uaſcula: Inſula tota penè montuoſa eſt, ad occaſum præcipuè ſeptentrionẽq;. Ad orientem autem promontorium Phanea habet, ſic quoq; dictus à Phanco rege, ſub quo portus profundus eodem nomine ore anguſto, cuius medio altiſsimo è mari ſaxeum caput exeritur. In intima portus Delphinium oppidum fuit cum fluuio, à quo quidam portum Delphinium uocauere, quod Athenienſes muro clauſerunt, ubi Apollinis templum & palmarũ lucus: Inde Chia urbs in ſeptentrionali parte optimi portus ſita ad Cherſoneſum Chalcidem uerſa, nauale habẽs nauium octuaginta, nam Chij claſſem habuerunt, & maris imperium, & libertatem ſibi uendicauerũt: Poſt urbem ad auſtrum litus eſt, ſtationes habens: & Melæna promontorium, ubi Poſidium oppidum fuit, Contra quod Iſyra inſula excelſa eſt longe in mari ſeptem mil. paſſ. Quæ urbem habuit eiuſdem nominis, ipſa ambitu 5. mil. paſſ. Poſtea Aruiſia (ut paulo ante) locus aſper & importuoſus, triginta octo ferè mil. paſſ. In medio uerò inſulæ in petra oppidi cuiuſdã fragmenta modo cernunt, incolæ Coronam locum uocant: Ad aquilonẽ Palineus ſiue Polineus mons, omnium qui in hac inſula ſunt altiſsimus, ex quo marmor Chium. Æolidi ac Ioniæ terræ, Lydia regio à tergo, nihil habens ad mare, occurrit, Meonia prius dicta: quæ quũ breuitate regni, Tyrrhenum atque Lydum fratres non caperet, ille forte diſcedens in Italiam

uenit: Lydus domi remanens, Meoniam à ſe Lydiam uocari iuſſit, quam amnis Abaris à Caria dirimit, quæ perfunditur flexuoſi Mæandri amnis recurſibus alijsq́ꝫ aquis aurum euoluentibus ex quo ferax multorum bonorum eſt: Bacchus apud Erathoſtenem:

Aurifera adiui & culta Lydorum loca.

Quare Herodotus Lydi auri ramenta habent è Tmolo monte prouenientia qui primi duntaxat eorum hominum quos ſcimus, nũmum aureum argenteumq́ꝫ ad utendum percuſſerunt: neque auri tantum uerum argenti feraciſsima regio eſt: Cuius homines quum plurimum in bello ualerent ac Cyro cui ſuberant rebellarẽt, uicti iterum, ut effrenatos animos atque corporis robora emolliret, iuſſi ſunt cauponas, & ludicras artes, & lenocinia exercere, ac ſic effœminati uirtutem priſtinam perdiderũt. Horum igitur fuerũt Peperina uicus, Theba ciuitas, quam poëta cinctam ſyluis Idæ proxima, neque ab Aſtyris, & Antyris procul quæ oppida ſunt deſerta: Fuit & Lyrneſſus in ripa Euceni amnis, locus natura munitus, non procul ab Adramyttio, qui prorſus corruit. Item in Adramyttino agro, Chryſa, & Cilla, illa enim quum ad mare eſſe deſijt, ſeorſum iuxta Amaxitum unà cum delubro redintegrata eſt: Cilla uerò propè Thebam, in quo Cillei Apollinis templum, circa quod Cilli monumentum eſt ingens quidam tumulus, hunc Pelopis aurigam fuiſſe: eſt & Cilleus mons, hunc locum Cilleus amnis præterlabitur ex Ida delatus. Poſt autem Peperinam: Moſtana oppidum. Inde Hierocæſarea quæ terræ motu quandoque concidit. Nacraſa urbs. Thyatiraq́ꝫ metropolis quę nunc La Tyra dicitur ſpoliata mœnibus Macedonum nonnunquam habitatio, Circa quam Hyrcanus campus ſternitur, ſed Phrygius amnis intermedius eſt. Huius à dextris ciuitas Apollinis eſt à Pergamo quatuor millia paſſuum ferè, et totidem à Sardis. Item Magneſia urbs penes Sipylum montem, ad Lecheum amnem ſita. In cuius agro Magneſia lapis inuenitur: Et ad eundem montem Sipylum oppidum motibus terræ deuoratum, ubi prius clariſsima urbs fuit, quæ Tantalis uocabatur, eodem caſu extincta, erat tum Meoniæ caput, ſtagnũ nunc ibi Salocobite eſt: cui Tharceopolis deinde appoſita eſt. Interierunt quoque ibi Daphnus & Hermeſia oppida. Mox Gordiu Come, hoc eſt Gordij uicus qui Mydæ regis pater fuit, quam poſtea quum auxiſſet, cognominauit Iuliopolim urbs inter maiorem Phrygiam, & minorem poſita. Item Ægææ oppidum. & Hippæa ciuitas inter Tmolum montem & Caiſtrum campum ſita, cui ad orientẽ Meſotes mons eſt: Inde Sardis urbs magna ac maximè crebris Lydorum quandoque caput, & Crœſi regia, quam Tarnam Lydamq́ꝫ Mydæ quidam ante uocitatam fuiſſe dicunt, terræ motu conciſa, Tiberius eam quemadmodum & alias multas ciuitates ſuo beneficio reparauit, in latere Tmoli ſita per cuius medium forum Pactolus amnis interfluit, pluribus uicibus capta, & à Græcis præſertim in-

cenſa, Cui planities ſubiacet, in qua primum Sarda gemma uulgaris reperta eſt, continuantur huic planitiei & Cori, & Hermi, & Caiſtri campi omnium optimi: lacus ab urbe quinque mille paſſibus diſtat Gygæus antea nomine, poſtea Colus dictus eſt, ubi Colonæ Dianæ templum eſt quod in religione maxima habebatur: Circa lacum antiqua ſunt regum monumēta, apud Sardis præſertim Alyatis ingens tumulus ſuper crepidine excelſa, ſunt qui tradunt lacum manufactum eſſe ad excipiendas eas inundationes quæ ex fluminibus auctis fiunt: Tmolus autem mons Tymolus ante dictus fuit, ambitu mediocris, feracitate ſua clarus, nam uitibus cōſitus eſt, & croco florens: De quo Virgilius:

— Nónne uides croceos ut Tmolus odores?

Et Ouidius:

Deſeruere ſui nymphæ uineta Tymoli.

Circa quem Pſeudargyrum gignitur: In uertice quam uocant Tempſim gerēs ſpeculam albi lapidis à Perſidis conditam, ex qua circumſtantes ſpectantur campi, præſertim Caiſtrinus ubi centum & quinquaginta annis homines uiuere aiunt. Sequitur Philadelphia urbs in radice Tmoli, Cogamo flumini appoſita, nonnunquam terræ motu concuſſa, neque quotidie ceſſare parietes rimas ducere, quapropter in ea paucos, in agris maximam partem degere, agriculturam exercētes, terram enim fertilem habet. Hinc regiuncula eſt quæ Exuſta dicitur, inter Meoniam Myſiamq́ iacēs, quam Hermus amnis ſecat, cui nomen eſt ab effectu, nam ut ſcribit Strabo, tota arboribus caret, præter uitem quæ exuſtum uinum fert, ita elegans ut nulli cedat, ſumma camporum facies cinerulenta eſt, montana, petroſa & nigra tanquam ex aduſtione quadam, Quidam putant hoc, ex crebro fulminum ac fulgurum ictu contingere, ſed potius propter ignem ſubterraneū, cuius ortus nunc defecerunt. Poſt autem Philadelphiam, Iouis phanum oppidum eſt. Item Metropolis urbs quæ ſubſtituta Sypilo eſt, in cuius agro ſubterranei ignis ſpiritus quandoque ad ſuperiora emanare. Mox Carura uicus in Phrygiæ Cariæq́ confinio ſitus, diuerſoria habens, & feruentes aquas alias in Mæandrum exeūtes, alias ultra fluminis ripam, nam tota ferè regio circa Mæandrum terræ motibus quatitur, & aquis & ignis ductibus pererratur. Poſt autem promontorium Argenum quod in ora reliquimus, ſecundū Icarium pelagus fluuius eſt Corinon. Et poſt ipſum, promōtorium Cyreneum nomine, inde Mimantis promontorium aliud à quo mons Mimas in campos uiginti millia paſſuum excurrit, ubi neque à Colophone procul reſidet altiſsimus feris & arborib. plenus, cuius uertices de nubibus ſuperuolantibus futuras tempeſtates ſignificant: quo in loco magnus Alexāder intercidi planitiem eam iuſſit ſeptem mil. & quingent. paſſ. longitudine ut duos ſinus iungeret, Erytheasq́ cum Mimante circūfunderet. iuxta eos ſinus interierunt oppida Pteleō, Helos, Doryon,

Alcon

Alcon reſtat. Deinde uicus Cybelia et promontorium Melęna(ut eſt alte-rum in Chio) ubi molæ effodiuntur. Hinc Erytheæ colonia, cuius locus nunc Colira à nautis dicitur, nam urbs interijt, in locis aſperis & montuo ſis ſita, ab Erytheis Atticæ penes Cithęronem montem deducta, Quam poſtea Cnoſus Codri F. nothus condidit, quæ portum habet: in cuius con ſpectu Hippi inſulæ quatuor exiguæ in mari ſunt: & aliæ in quibus Telu-ſa: quam alij Daphnuſam ſcribunt, et Oenus, & Elaphites, & Eurianaſſa. Mox in litore oppidulum Gerre cum portu. Vnde paulo poſt Tios, Atha mas prius dicta, quam Philotas gente ex Thebis deducta in peninſula con didit olim inſula, quam poſtea Nauclus Codri F. alter auxit, portum à ter go habens, Gerreſticum nomine, adeò arcto ingreſſu concurrentibus pro montorijs, ut uix duæ ſimul inde naues poſſint exire, alter eſt ante urbem qui quum Perſarum contumeliam ferre nō poſſent, Abderam Thracum urbem migrauerunt: ex quo illud. Abdera optima Teiorum colonia, ſub qua complures portus ſunt, in quibus Ciſſuntis, & Caſyſtes, qui ſub Co-ryco excelſo monte iacet, Propè quem inſula Dianæ iacet Macrin uocant, in quam ceruas parituras tranare crediderūt: Et alia Haloneſus eidē mon-ti propinqua & nonnullæ aliæ à Teio uſque huc, hoc eſt, Arceſena quę & Aſpis: & Arconeſus, portum habens. Vlterius uerò Lebedus ciuitas eſt quam Andropordus quidā condidit, in loco quodam Acta nomine, ſunt qui à Manto Thireſiæ uatis Thebani filia, unà cum Apollinis Clarij pha-no conſtructa dicant quam prius Tei habitaſſe ferūt: Huc Mycale mons ex mediterraneis Celenis mōtibus arbuſtis ueſtitus procurrit, cuius in ma re caput, Myoneſus promontorium nominatur inter Teium Samumq́ in acutum cacumen faſtigiatus, à cōtinenti arctæ ſemitę aditum habet adeò ut ſeptem ſtadium Iſthmum faciat, à mari rupes exeſæ. Cui proxima Colo phon ciuitas nobiliſs. fuit, modo oppidulum quod iuniores Belueder di-cunt, Apollinis Clarij oraculo tum celebrata, quam alij Andræmonē py-lium, alij Mopſum Mantos F. ſtatuiſſe ferunt: Feſtus, quū aliquid finitum ſignficaret Colophon dixerunt, Hanc Aleſus fluuius abluit, cui Galleſius mōs imminet. Plinius, Colophone in Apollinis Clarij ſpecu lacuna eſt, cu ius potu mira redduntur oracula, bibentium breuiore uita. Et paulo poſt Notium oppidulum Colophoniorum ubi Pronius mōs attollitur ad cu-ius radices Cayſter amnis mare influit, in Calbianis iugis ortus, qui mul-tos amnes ſecum defert, & ſtagnum Pegaſæū quod Pyrrhites amnis ex-pellit, & præter Aſiam paludem habens medijsq́ in campis limo amnib. exuberantibus Syriſen inſulam complexa: de qua palude Maro ait:

Iam uarias pelagi uolucres, & quæ Aſia circum
Dulcibus in ſtagnis rimantur prata Cayſtri.

Poſt cuius amnis oſtia Selinuſius lacus pateſcit, ex pelagi refluxu: & item alter qui in eum confluit, ambo Selinuntes dicti & Dianæ ſacri inter quos

cius deæ templum fuit, quod Amazones Aſia potitæ, deæ conſecraſſe tra duntur: in huius agro gleba effoditur quæ ex plagis ferramentorum cre bras emittit lachrymas argenti uiui, eas foſſores ſtatim colligunt glebas in fornacem conijciunt, ex quibus minius color fit: erat etiam lucus Ortygia omnis generis materiæ pulcherrimus, præſertim cypariſſo, per eum Cen thrius amnis fluit, in quo dicūt Latonā ex partu lotam: mōs luco imminet nomine Saloniſſus ſupra uerò Templū Epheſus ciuitas erat, in Prionijmō tis colle: nūc 3. mil. paſſ. à mari, uocaturq; Altus locus, in quo poſt excidiū antiquæ urbis, Lyſimachus hanc condidit, & eam de uxoris nomine Arſi noëm appellauit: Aſiæ tum optima atq; nobiliſs. Amazon opus: cōdidiſ ſe poſtea eam Androclum quendam Codri F. & Ionū regia ibi conſtituiſ ſe: Plinius ait, ante multis expetita nominib. Alopes quum pugnatū apud Troiam eſt, mox Ortygia, & Morges uocata, & Smyrna cognomine Tra chea, & Hemonium, & Ptele. quam Cayſter fluuius præteribat. Inde Phi geta ſiue Pygella oppidum à fugitiuis conditū, nam quidam Pygellici no minati calamitatibus defamati ibi remanſerūt, qui locus adhuc Phygella nūcupatur. Item Marathesum oppidum, poſtea Neapolis oppidum fuit in ardua petra ſitū ad cuius radices Ægæſus amnis mare influit. Hinc Pan gilium à quibuſdam Torgilium promontoriū à Mycale monte huc pro currēs. A quo uſq; Samum 5. mil. paſſ. fretum intercidit. ipſi Mycali alius mons adiacet, qui Epheſij agri eſt nomine Pactyas. Huic oræ Samo inſula quod nomen illi adhuc eſt, obiacet, quam Thymbrionem quendā condi diſſe fama eſt: ac dein Patrocles: quæ Parthenias prius dicebatur dum eam Cares inhabitarent, quod ibi Iuno adoleuerit, ibiq; Ioui nupſerit: poſtea Driuſa, & Anthemuſa, & Melamphylas, & Cypariſſa, & Stephana, & ul timo loco ab altitudine Samus appellata eſt, quoniam montuoſa, ſiue ut quidam putant à quodā Heroë indigena, colonis ex Ithaca et Cephallenia deductis: Sami forma in ortum occaſumq; porrecta, circumnauigatione octuaginta mil. paſſ. uino infelix, quum cæteræ circumuicinæ uino opti mo abundent, in reliquis uerò feraciſsimus eſt, ut Strabo ait: Apuleius, a ger frumēto piger, aratur irritus, fœcundior oliueto. Cæterū & incolis fre quēs, & hoſpitibus celebrata, florebat enim tunc in ea Samia ciuitas ad au ſtrum ſpectans, portum habens & nauale, & aggerem circa portum in ma ri ad 20. paſſ. altitudinis, duobus amplius ſtadijs longitudinis, maxima pars urbis in plano, & mari abluitur (apparent enim ueſtigia) pars immi nentem montē aſcendebat, Ad ſiniſtrā Imbraſus amnis excurrebat & al ter Cheſius tertiusq; Ibethes fontes uerò Eucartho, & Leucothea. Poſt ur bem, Ampelus promontoriū, alij Cantharum, in extrema parte inſulæ oc caſum uerſus ad Icariæ inſulæ Drepanum ſpectans, Immo totus mons qui totam inſulam montanā efficit eodem nomine appellatur, Plinius montē in ea Gergetiū eſſe inquit: Deinde Poſidiū promontoriū ad urbis dextrā

Mycali

Mycali aduerſum, Ante q̃d inſula parua iacet Narthecis nomine: Fuit prę terea Iunonis phanũ nobiliſs. & antiquiſs. ſecũdo litore, uia 2. mil. & 500. paſſ. ab oppido. In quo ſimulachrum in habitu nubentis figuratum erat, deq; donarium perquam opulentũ, & lucus in quo pauones agreſtes tranſmarini fuiſſe dicuntur: In hac & labyrinthi fabrica: & uaſa quæ Samia dicuntur in eſculentis laudatiſsima conficiebantur, quæ & hic prius reperta ſunt, dictæ inſulæ ad ſeptentrionem exiguæ quędam iacent in quibus Rhipara, Nymphea, & Achillea. Poſt Samum occaſum uerſus uiginti millia paſſ. fermè Icaria inſula eſt, quæ nomen pelago dedit, in quo & ipſa continetur, nec ipſa ſolum ſed etiam Samus, & Cos, & Coraſſiæ, & Patmos, & Lerus: Ea modo Nicharea ab incolis dicitur, ab Icaro Dædali F. dicta ibi ſepulto, cecidiſſe enim iuxta eam in mare dum è Creta unà cum parte fictis alis aufugeret antiquitas fabulatur: Nam ut ait Ouidius quum pater infelix filium nuſquam (à ſe iam deuiatum) uideret, uocéque eum requireret, in undis aſpexit pennas.

Deuouitq; ſuas artes, corpusq; ſepulchro
Condidit, & tellus à nomine dicta ſepulti.

Et alio loco:

Dum petit infirmis nimium ſublimia pennis
Icarus, Icarias nomina fecit aquas. Et item alij.

Vocabatur enim prius Doliche, & Muris, & Ichthicuſa: ambitu triginta ſeptem mil. paſſ. procurrẽtibus ſaxis inhoſpita, importuoſaq; neq; adeũda ni ſtationes quaſdam haberet, in quibus optima quæ Hiſci appellatur: Inſula egregia habet paſcua, cuius promontorium eſt ad Zephyrum porrectum, in quo Dianæ templum fuerat quod Tauropolium uocabatur, et oppidulum Onoë: Item aliud de nomine Drepani promontorij in quo ſitum eſt, & ſtationẽ habet, & opponit̃ promontorio Samiorũ quod Cantharũ uocitat̃, qui tractus breuior inter inſulas eſt. Aliud quoq; habuit oppidum quod terrę motu corruit. eſt in ea mons celeber nomine Cerceteus. Interiacent Icariã Samumq; ad notũ uentum ſcopuli 5. aſperrimi quib. nomen nũc Furni eſt, olim Melanthij dicebãtur. Poſt autem dictas inſulas in continente Mæander fluuius nauigabilis Prienenſiũ litus, ſiue ut nonnulli Mycaleum aperiens in ſinu Icarij maris inter Prienem & Myletum egreditur, è lacu ortus in mõte Aulocrene ut ſcribit Plinius: Liuius ex arce ſumma Celenorum montiũ decurrẽs inquit: & Strabo, incipit Mæander à Celenis qui collis quidam eſt, in quo urbs fuit eiuſdem nominis qui in ſuburbanum Apamiæ delatus Marſiam & Orgam amnes accipit, ut meminit etiam Lucanus: Curtius de Marſia amne ait: media, illa tempeſtate, mœnia interfluebat Marſus amnis, fons eius ex ſummo montis cacumine excurrens in ſubiectam petram magno ſtrepitu aquarum cadit, inde diffuſus circumiectos rigat campos, liquidus & ſuas duntaxat undas trahens.

Oo 4 Itaq;

Itaque color eius placido mari ſimilis, cæterum quamdiu intra muros fluit nomen ſuum retinet, at quum extra munimenta ſe reuoluit, maiore ui ac mole agentem undas, Lycum appellant, Liuius Marſyas haud procul à Mæandri fontibus oriens in Meandrum cadit. Ptolemæus uerò Lycum totum amnem nominat, Marſiam non nominat: Mæander per Phrygiam decurrens, Carriam Lydiamq; & Ioniam diſterminat, crebris adeo ſinuoſus flexibus ut ſæpe credatur reuerti, quod ſcribit Ouidius: Feſtus, Mæandrum genus picturæ dictum ait, ad ſimilitudinẽ flexus anguis, qui appellatur Mæandrus: & Strabo, obliquitates omnes Mæandri appellantur, is fertiliſs. & amœniſs. campos qui Mæandri dicuntur ſerpit: quos quum Dionyſius deſcribere uellet ait:

Nam florent Aſiæ per campos plurima prata
Sed magis ad fluuium Mæandri gurgite miti.

Pergens idem Strabo: Ille currẽs per terram ſolutam & putrem & ſalſuginē plenam, alueus multas recipit mutationes, & multum limum deducẽs, modo huic, modo illi ripæ adijcit, nam pelagus fluctuum ui illum extrudit, ubi Priena de qua non multo poſt dicemus Palathia nunc quæ prius ad mare erat limi aggeſtione, mediterranea facta. Cariæ dehinc ora iuxta Myrtorum pelagus à Cara rege denominata, qui auguria ex auibus primus comperit: Cares quum prius Leleges, & inſulares eſſent, continentis facti ſunt fauentibus Cretenſibus qui ſub Minoë fuerunt: Dumque multum maritimæ oræ, & mediterraneæ occupaſſent, rurſum ijs græci partem abſtulerunt, Iones uidelicet ac Dores: licet Mella Cariam dicat incertæ habitari originis: alij indigenas, ſunt qui Pelaſgos: quidã Cretes exiſtimant, Gens uſque eò quondam armorum pugnęq; amans, ut aliena etiam bella mercedibus agerent, in quibus præcipui Erizeli fuere Meoniæ, Myſiæ, Lydiæ atque Phrygiæ finitimi. Ab hac regione ac Lycia Taurus mõs incipit, ubi nec latitudinem mentione dignam oſtendit, nec altitudinem, montana perpetua ſunt eáque humiliora nec Tauri putantur. Poſt autem Mæandri oſtia ad auſtrum ſex millia paſſuum Pyrrha urbs fuit diuitijs cunctis Troiano tempore referta, quod ſpatium ſtagnis ac paludibus omne impeditum eſt, quæ uetuſtate ſublata. Item Myrus una ex duodecim Ionum urbibus fuit, quam Cydrelus Codri F. ſpurius condidit, quæ poſtea propter incolarum paucitatem à Mileſijs inhabitatur, hæc Temiſtocli, dicitur à Xerxe in obſonium data, ſicut in uinum Lampſacus, piſcium enim copia prꝗſtans eſt. Hinc paulo Thymbra uicus quem ſupra meminimus, cui prope eſt Auernus ſpecus quod Charonij dicitur, peſtiferas exhalationes habens. Mox Heraclea oppidulum Hippin ante dictum: & Latmus in Latmico ſinu poſitum, cui Latmus mõs, Latymnus à quibuſdam imminet, ſtationes habens, Endymionis à Luna (ut poëtæ) adamati fabula nobilis, cuius ſepulchrum in quadam eiuſdem nominis ſpelunca oſtenditur:

oſtenditur, quem Latmum Hecatęus montem eſſe putat, Pediculorum à poëta appellatum, quidam eum Grium dicunt. Dein Miletus ciuitas illuſtris olim ac nobilis, loci metropolis, qui nunc locus Melazo dicitur, quę Mæander ad decimum ſtadium præterit: Cui Camelidæ inſulæ duæ paruæ uicinæ ſunt. Eam primum Cretenſes duce Sarpedone ex Mileto quæ in Creta eſt condidere, Vnde Ouidius quum ex Creta illos profugos dixiſſet, ſubiunxit.

Sponte fugis Milete tua celeriq́ carina
Ægeas metiris aquas & in Aſia terra
Mœnia conſtituis poſitoris habentia nomen.

A Lelegis antea Pythiuſa, & Anactoria nominata, ſupra nonaginta urbium per cūcta maria genitrix, ut Ephorus ſcribit, nam totus Euxinus pontus ab ijs eſt habitatus, item Propontis, & alia complura loca, ipſa quatuor portus habens, quorum unus claſſis eſt capax, Retro uerò à mari Mileſtopolitanus lacus: Naſcitur in his locis alabaſtris qui ad purpuram magis declinat, tingebantúrque ibi lanæ optime. Ante Miletum in proximo Lada parua inſula eſt quę prius Late uocabatur, Iuxta quam aliæ Trageæ Pyratarum ſtatiunculas habentes & Camelidæ duæ. Non longe à Mileto Nuanta ciuitas fuit una ex Ioniorum colonijs, quæ olim ab aqua deuorata eſt: Inde Poſidium ſeu Panormum promontorium: & oppidum, oraculum Branchydarum appellatum nunc Petruni locus dicitur, terra inde cedens mari, longe in orientem ſinus efficit, & in quo Iaſſus ciuitas in inſula fuit, quæ continenti adiacet portum habens, ex mari uictum captantes, quum regionem ſterilem haberēt, piſcoſum tamen mare: quod quum quandoq́ à militibus dirriperetur, magna admodum pecuniæ uis aſportata eſt, erat enim oppidū iam inde à priſcis temporibus locuplex. In quo etiam ſinu Bargylia oppidum prope quod templum Dianę Cindyadis: & Caryanda lacus aquam ex mari accipiens, & in eo inſula ſui nominis quam Caryandenſes inhabitant. Dein Myndus ciuitas quæ portum habet, Cui terræ motus Ethuſam inſulam è mari iunxit, ubi promontorium eiuſdem inſulę nomine eſt, quoq́ ibi locus Palęmyndus, & Nariandos, et Aruandę ciuitates poſt promontorium. Sequitur Dorica à Dorienſibus Gręcię huc deducta, Eſt enim Cherſoneſus cuius collū minus ducentorū paſſ. latitudine patet, in qua olim ciuitates quinq́ fuere, à quinq́ curetib. è Creta huc appulſis cum claſſe poſitę, In ea primū Scope extrema, quod & Thermerium & Zephyrium promontoriū appellatur, quod terrę motum è medio abſtuliſſe mari continentiq́ adieciſſe fama eſt: campi circa illud fertiliſs. uinetis oliuetiſq́ et alijs pomiferis arborib. conſiti. Hinc Halicarnaſus ciuitas inter duos ſinus Ceraunicū, & Iaſſicū, in peninſula cū ſita erat, q̄ nunc Caſtellū S. Petri à iuniorib. dicit̄, principū Carię quondam regia, Zephyra prius dicta, deinde Thuriū, eo q̄d particeps fuiſſe colonię

in Thu-

in Thurios miſſæ, quam Strabone teſte Anthes ex Troezenis condidit, Fuitq́ interiectis temporibus Argiuorum colonia, Quo in loco cantatiſs. illud Mauſoli regis ſepulchrum fuit, unum de miraculis ſeptem quod illi Arthemeſia uxor conſtruxit: Item Salmacis fons ubi ſemiruta adhuc anti quiſsima urbis ædificia cernuntur, theatri maxime ac ingentia hinc inde ſaxa iacentia. hinc haud procul in mari inſula Pidoſus eſt poſtea Bargaſſa unum ex quinq́ Cretenſium oppidum, Coorum inſulæ è regione ſitum. Et Ceramus ſiue ut alij Cyramus à duce claſſis Argiuorũ denominatum, quum Inachus rex ad inquirendam filiam Cyramũ ducem cum haud con temnenda claſſe miſiſſet, ea non reperta, contempta patria locum hunc pe tiuit, ubi ciuitatẽ ſui nominis condidit, quod ſcribit Diodorus: Et in Cera mico ſinu inſulæ, Priaponeſus: alibi Archoneſus, Archoneſus inſula præ iacet Halicarnaſſo, Hipponeſos: Plerima, Lampſa, Emyndus, Paſſalia, Cruſſa, Phyre, Sepiuſa, Melanonq́. Et paulo à continenti quæ uocata eſt Cynedopolis, probroſis ibi relictis à rege Alexandro. Poſtea Cnidus pro montorium in extrema Cherſoneſi parte prominens, quod & Criopon uocauit antiquitas, & nunc quoq́ ab incolis Crio dicitur, à Criopa tum ui ro quodam, eodem authore teſte, qui ad hæc loca nauigans illud tenuit: Iu xta quod Cnidos una ex quinq́ ciuitatib. cuius maior pars in inſula ſeptẽ ſtadijs ambitus terræ iuncta habitat, duos à lateribus portus habẽs, quo rum alter clauſus eſt triremib. aptus, Item nauale nauium uiginti habuit, Habuitq́ Veneris ædiculam in qua eius deæ marmoreum ſimulacrũ Pra xitelis opus, quam ut uiderent multi nauigauerunt ilhuc: Plinius, Voluit eam rex Nicomedes mercari à Cnidijs, totũ æs ciuitatis (quod erat ingẽs) diſſoluturum repromittens, omnia perpeti maluere: Quę ciuitas nunc di ruta iacet, cuius ager à paſtoribus habitatur, in mari Cnidos inſulam par uam proſpicit quæ Porphyris antea deinde Syrus eſt dicta. Huic orę poſt Icariam aliæ ſunt expoſitæ per ordinem inſulæ uſque ad iam dictam Cher ſoneſum, quę Myrtoum pelagus ab occaſu claudunt, Quod à Myrto Ve neris frutice, quo eius oræ litus abundat: alij à Myrtilo dicũt Pelopis auri ga uocitatum, quem quũ depræhendiſſet quod axes ſubs amiſerat in Ip podamiæ certamine, in pelagus eum præcipitauit, ex cuius ſupplicio ma re nomen accepit: quod ait Ouidius:

Proditor ut ſæui perijtq́ auriga tyranni
Qui noua Myrtoæ nomina fecit aquæ.

Inſula igitur prima poſt Icariã, Rhogialis appellatur, et à quibuſdã Lebin thus, nunc à iunioribus Palmoſa. Secunda Lerus, nunc Lerto, montuoſa 18. mil. paſſ. ad litus in qua tria fuere caſtella quæ nunc exciſa iacẽt. Apud quam ad auroram Patmos inſula exigua eſt, quæ ſic adhuc dicitur, caſtel lum ad meridiem habẽs. Tertia Calamos nũc, olim Claros uocabatur, ſi nuoſa admodum 40. mil. paſſ. ambitu, altiſs. in ea montes, ex quorũ ſum

mitate

mitate Epheſus urbs circiter 80. mille paſſ. interuallo proſpicitur. In qua Igino teſte quum lepus nullus fuiſſet, & adoleſcens quidam leporem fœminam prægnantem attuliſſet, tanta inde eorum animalium multitudo exorta ut ſemina omnia commederent, qua calamitate incolæ affecti, quũ fame opprimerentur, communi conſilio totius ciuitatis, uix denique eos abegiſſe ex inſula dicuntur: Quod & malum Baleares expertos eſſe ibi notauimus. Verum ab occaſu Icariæ iacẽt inſulæ, hoc eſt Amorgus quod nomen nũc etiam retinet ſeptuaginta mille paſſ. patens, cuius ad auſtrum ripæ cautibus aſperæ uehementer ſunt, nauigijsq́ omnino uitandæ, tribus inhabitata caſtellis. Inde Coraſſiæ inſulæ, Cruſsiæ modo ab occaſu Icariæ, ac propius exiſtentes, deſertæ non altæ montibus in quarum una caſtellum dirutum eſt. Nea quoque Mineruæ ſacra, Nio incolæ nunc appellãt, quam in mari natam Plinius refert, quadraginta mil. paſſ. circuitu oppidum in arduo habens monte. Poſtea Coa ſiue Cous inſula quæ nunc Lango dicitur in ſeptentrionem & meridiem protenſa ſeptuaginta millia paſſuum ferè complens: Hanc nonnulli, ut eſt apud Iginum Meropen uocauerunt, quod Merops quidam inſulæ regnum initio tenuit, à quo denominata fuit: Poſt ab eius filia Coon dicta eſt Coa, tota fermè præter orientale latus plana à quibus montibus amnes quidam delabentes ſubiectos campos rigant, in mareq́ inde uadunt, ex quo fertilis redditur, uino præcipuè atq́ optimo: unde Feſtus Hippocoum uinum ex hac inſula dictum ab agro generoſo cui nomen eſt Hippo: naſcuntur in ea cupreſſi, terebynthi, fraxini, & quercus florem imbribus decuſſum, terræ halitu animante, fieriq́ prima papiliones, ac deinde inuolui nido uolubili, ut apud Seras bõbices, ex ea textura, quæ trahitur lanugo in fila tenuari, tellasq́ ſubtiliſsimas facere, ut Plinius longiori ſermone narrat. Promontorium huic eſt in auſtrali parte Laceter nomine in quo eſt locus Haliſarna, hoc promontorium 4. mil. & 500. paſſ. circũnauigatione conſtat: Ad occidentem aliud nomine Drepanum ubi uicus eſt quem Stomalinam incolæ uocant, Et paludem quandã malũ in æſtate aërem incolis exhalantẽ quæ ſeſe in occidentale mare exonerat: Item Coa urbs (nomen enim inſulæ habuit) etſi Aſtypalæam prius uocabant, quæ in alio loco inſulæ tum ſita erat, Dein ad mare propter ſeditionem inde migrantes urbem poſuerunt, eſt enim ad aquilonem iuxta lacum è mari refluum ſita, aſpectu iucundiſsima ijs qui eò nauigant, cuius in ſuburbano Eſculapij templum erat, quem uaria morborum genera curaſſe opinati ſunt homines: Et poſt eam promontoriũ Candaria, quod à continente quinque mil. paſſ. intercipitur: ubi Thermerium promontorium alterum ex Aſia prominet: Coa ut Varo refert ſubtilioris ueſtis amicula, arte lanifica, prima in ornatu fœminarum dedit, item Plinius prima bõbices ait retorqueri, rurſusq́ texere inuenit in Coo mulier Pamphila Plateæ F. Intra iam dictas inſulas ad Cabriæ litus 20. minutæ,

ſunt

ſunt quæ Argiæ uocantur, quarum primæ Ethicuſa, Lepſia, Nymphea, altera à ſupra dicta, & Carianda cum oppido. Poſt Coam ad meridiē, Niſyrus inſula eſt Porphyrus antea dicta, ab eius promõtorio Lacetero ſeptē mil. & 500. paſſ. longè à quo abrupta putatur circulari penè forma octodecim mil. paſſ. Circa mare, celſa montibus quorum unus quandoq; flammam eructat: ubi ſulphurariæ, & aquarum calidarum ſcaturigines erumpũt: exciduntur q; ex ijs piſtrinariæ molæ: oppidum habens ſui nominis; & portum, inſulam nõnulli circumdãt ſcopuli, quæ (ut fama eſt) fragmentum Coæ fuerũt, & ut fabulãtur à Niſyro gigante ſibi ſubiecto Neptuni opera, uocitata, quæ priſcũ etiam modo nomē ſeruat. Hinc procul ad Aphricum uentum Aſtipulæa inſula alia eſt cum oppido, nũc à nautis corrupto uocabulo Stampalia dicit, haud minus 90. mil. paſſ. colligēs, quam meminit Ouidius:

Cinctaq; piſcoſis Aſtypalæa uadis.

Vbi & cochlearum genus laudatiſsimum: portuoſa & bona pecori. Cui ad eandem regionem Namphius inſula eſt, Serpēs nũc dicta, & ad earum lęuam, aliæ quędam paruę. Et inter Niſyrum & Chalciam Telos iacet Agathus à Callimacho appellata, quam recētiores hodie Piſco piam uocãt, Longa in orientem occidentemq; & anguſta, petris aſpera, & eminēs 35. mil. paſſ. ambitu, quam Plinius nobilem unguēto ſcribit. Chalcia uerò inſula à Telo decem mil. paſſ. auroram uerſus abeſt, ea eſt quę modo nautæ Charci dicunt, eodem uocabulo uicum oppidum olim habēs & portum ubi delubrum Apollinis erat, In ea locum quēdam præcoquem fertilemq; adeo eſſe, ut ordeum ſatum in eo, quum cæteris ſeretur in locis, metere, iterumq; ſerere, atq; cum reliquis unà frugibus rurſus metere poſſint. Hinc procul ad auſtrum Carpathos inſula eſt Carpathio emerſa mari, Icario ex parte aquilonari iuncto, auſtrali Ægyptio, ab occaſu Cretico & Aphrico, quæ nũc Scarpãto ab incolis dicitur ſexaginta mil. paſſ. in circuitu, ardua ſublimiſq; mõtibus. In qua Proteus relicta Pallene ciuitate quondã Theſſaliæ regnauit, quę tum quaternis urbibus prædita fuit, inter quas Poſidiũ et Niſyros (huc enim habitatũ Niſyri uenerãt,) ad ſeptentrionem promõtorium habet Thoantium nomine, alterumq; ad meridiem Ephialtium, in Carpathio mari ſcaurus piſcis maxime frequēs eſt. Poſt inſula alia eſt Caſſos nomine, q̃ & Aſtragale & Calydna dicta ut quidã perhibent, licet hoc nomine altera etiam ſuperius dicta inſula uocitaretur, nam ut ait Strabo, poëta Sporadas Calydnas uocat: quæ 9. mil. paſſ. à Carpatho ad Aphricum eſt uentum, unde ad Samonium Cretæ promontorium triginta diſtat, ipſa ambitu eſt, nouem. Quæ Caſsio nũc appellatur, In qua ciuitas fuit: circa quam complures paruæ inſulæ ſunt Caſiorum cognomine: In ea mel quod oritur reliquum antecellit, quamuis omne inſulare mel ut plurimum urbanũ & iucundum ſit, & æmulũ Attico. Poſt omnes iam dictas

inſulas,

inſulas, ad orientē magis Rhodos nobiliſs. ac pulcherrima Rhodiaco circundata mari eminet, à continente circiter uiginti mil. paſſ. abſens, ipſa 4. & 50. ſupra centum ambitur: Quæ ſi ſcriptoribus credimus, in mari nata eſt, Ophiuſa ante, Aſteria, Ætna trinacriæ, Combira, Petcoëſa, Atabiria à rege: dein Macaria, & Coloſſa à famoſiſs. Iouis Coloſſo, ſiue Solis, unū ex ſeptem ſpectaculis ſeptuaginta cubitorum altitudinis dicta, qui terræ motu fractis genibus collapſus eſt, quidam Conſtantio imperante Ægyptij ab Alexandria in inſulam transfretantes, inter alia Coloſſum hunc demoliti ſunt, ex cuius ære nongentos camelos fuiſſe oneratos dicūt. Poſtea Telchinis eo quod Telchines inſulam incolerent, quos nonnull faſcinatores & maleficos dicunt, qui primi ferrum & æs operati ſunt: ac dehinc Rhodos à Rhodia Telchinium ſorore (ſex enim fratres Telchini Heroes fuerant) quam Neptunus uir iam factus, adamauit, nominata: poſt Telchines dicunt Heliades inſulam inhabitaſſe, è quorum uno Cereapho ſcilicet à Cydippe filij creati ſunt qui urbes de ſuis nominib. condidere: Lyndon, Ielyſon, & Tamiron: Quidam Tlepolemum putant eas condidiſſe, nomina uerò nōnullis earum de nominibus filiarū Danai impoſita fuiſſe quod ſcribit Strabo: Inſula quidem diues opum, atq; naualis rei gloria inter cæteras maris inſulas palmam priſcis temporib. obtinuit, Vnde & uſq; Hiſpaniam profectos ibi Rhodum condidiſſe fama eſt: & apud Opicos Parthenopem, & apud Daunios cum Cois Elpias: & ut ſcribit Liuius Lycia & Caria Rhodijs data, & uſq; ad Mæandrum amnem prætermiſſum à Romano Cos. qua de re poëta inquit:

Cara Ioui tellus hominum regi atq; deorum
Qui & opes illi multas effudit & amplas.

Ex quo nata eſt fabula, aurum in inſula pluiſſe, quum Pallas è Iouis capite orta eſt: ubi cœlum nō ita nubilum unquam eſt quin ſol ſplendeat, nam & deo Soli inſula conſecrata eſt, & illi quotannis quadrigas conſecratas Rhodij in mare iaciebāt, quod is tali curriculo fertur circumuehi mundū. Nam Virgilius:

Tutela Rhodos eſt beata Solis.

Ex inſulæ ciuitatibus Ielyſos ad occaſum ſita tum iuxta mare erat, nunc æquata ſolo, qui uicus nunc eſt Vxilica. Supra quem arx eſt incolæ Ochyronia uocant. poſtea locus quidam nomine Ixia, & Mnaſyrium, & ibi Atabyris mōs omniū qui in inſula ſunt altiſsimus Ioui Atabyrio ſacer: Item Camiros ſiue Tamiros quæ urbs opulenta fuit, in ora ſub Atabyrio monte cōſtituta. Et inde Panis promontorium in Eurum uentum procurrēs. Poſtea in orientali litore penè medio Lyndus ciuitas in monte ſita in campum iuxta ſinum deflectens, nunc munitio quædam in altiſsimo ſaxo uix humanis expugnāda uiribus quæ eodem adhuc appellatur nomine. Poſt quam Rhodos urbs orientem ſpectans cui ab inſula nomen inditum, dicē

te Diodoro, ex urbib. quas diuerſi habitabāt cuncti in unum cōmigraue re locū, urbemq́ſuper orientali promōtorio condidere quā nunc Rhodū appellant: Portum nobiliſs. ac tutiſs. in gremio habēs, potens adhuc atq; diues, muris turrib. & alijs propugnaculis munita exornataq́ admodum eſt: etſi longè magis priorib. ſęculis apud ſcriptores fuiſſet legimus: Nam Gellius, ciuitas Rhodienſis, & inſulę oportunitate, & operū nobilitate, et nauigandi ſolertia, naualibusq́ uictorijs celebrata eſt: Itē Strabo, Rhodiorum urbs, & portubus & uijs, & mœnib. & cętera fabrica tantū alia excedit, ut nullam ei æqualem nedum præſtantiorē proferre ualeamus. Quam quū rex Demetrius expugnator cognominatus incēdere ſtatuiſſet (obſidebat enim) ne tabulā tamen Protogenis pictoris eximij perderet, à parte ea muri locatā, urbi uictoriæq́ pepercit ſuæ. Cōmemoratis itaq; Aſię inſulis, in continente reliquū maritimę Cariæ oræ quod in meridiē ſecundum Rhodienſe Pelagus uergit dicendum eſt: In ea Onugnathos ſiue Onugathos extrema, uel ut alij dicūt, Collis Pandion, in mare ex Cherſoneſo ſupradicta proſilit: Inde ora aſpera, ubi Cynoſema locus, id eſt canis ſepulchrum. Mox Loryma urbs nūc Maxi in ſinu Tiſſanuſſa ubi portus eiuſdem nominis à Tiſſanuſſa urbe (in eo olim) cognominatus, qui portus etiam Creſſo dicitū, cui Triopia inſula opponitur, ſic enim prius dicebatur quū à Triopo teneretū; poſtea quū eſſet cultorib. deſerta propter ſiccitatem aduecti aduenæ habitarūt, horum duces fuere Cithonius Neptuni F. ac Symes à quo inſula deinde nominata eſt Sime quod nomē adhuc retinet. Et in ea Coſi ciuitas quæ prius Ægle, à Syma Ialyſi filia, ſunt & aliæ haud magnæ inſulæ, ut Cyclops, Tegamon, Cordilus, & circa Rhodum, Himos, Seuduſa, Nartecuſa, Dymaſtos, Progne. Verſus autē Gnidum, Ciſeruſa, Therion, Archia, Caligne, Monouiſtro, Medeteros, & Macroneſos, his tribus fuere oppida. Poſtea in litore Phœnix oppidum iuxta quod eiuſdē nominis mons, cæteris in ea regione altior, in cuius ſummitate caſtellum fuit montis ſimiliter nomine, cui in fronte inſula Eleuſa 500. paſſ. in mari milleq́ ambitu iacet, à Rhodo 15. Inde Glaucus ſinus portu carēs. Inde Arthemium promontoriū, & templū. Phyſca oppidum poſtea illud adhuc nomē locus retinet nam illud penè deletū eſt, portū habens, & Latonę lucum, & agrum uillis frequentē. Mox Piſilis urbs naualia habens, & portū clauſum, urbi caſtellū in altum imminet nomine Imbrus, cuius regio (licet ualde felix ſit) æſtate & autumno, propter æſtus & pomorū copiā, aërem tamē minus ſalubrem habet. Dein Caunus alij Gonus oppidū, cui ſimiliter malus eſt aër, ad Calbin amnē ſitum, profundū ſanè, per quem res inuehūtur. Cui proxima eſt Rhoduſa inſula haud magna, hunc amnē Plinius Indum uocat, in Cabyratarumq́ iugis oriri, 60. perennes fluuios: torrētes uerò amplius 100. recipere dicit. In mediterraneo aūt Tripolis ciuitas eſt, aquis in immenſum calentib. uaporata, quæ quū miſſa in formulas diuerſas obri-

ſas obriguerit, formatur in uuarũ, pomorũ aliorũmue figuras. Eſt & Laodicia urbs maxima ac celeberr. quõdam, ſuper Lyco ingenti flumine poſita, à quo ut ait Strabo ipſa denominat̃, prius Dioſopolis appellata, dein Thoas, cuius latera Aſopus & Caper amnes abluunt, quæ imperante Nerone terræ motu prolapſa eſt, Cui mõs imminet Cadmus nomine ex quo Lycus fluit, & alter eodem nomine cũ monte appellatus, hic hiatũ terræ ſubiens oculit̃, dein fermè 5. ſtadijs erumpens in Mæandrum unà cum Lyco & Capro et Aſopo influit: Loca Laodicæ proxima oues optimas ferũt nõ modò in mollitie lanæ qua Mileſias præſtãt, ſed in colore. Inter quam & Apamiã lacus eſt magnus pelago ſimilis qui cœnoſam & ſubter errantem exhalationẽ emittit in cuius medio attollitur petra & in ea caſtellum, q̃d Acriotiri incolæ modo uocãt. Poſtea eſt Antiochia urbs mediocris inter Mæandrũ & Moſsinũ amnes poſita Phrygiã uerſus, Ea ponte iuncta eſt, & regionẽ multam habet ex utraq; fluminis parte, totam fertilem, caricam immodicè ferentẽ quæ Antiochia uocatur, eandẽ Triphyllon uocãt, hic locus facile cõcutitur, ubi Cranaos oppidũ interijt Mæandropolisq;, Mox Itoana ciuitas eſt, quæ abluitur Lyco, Pelopæa aliquãdo, & Heulyppia uel Euthypia cognominata. Inde Trapezopolis: & Nyſa urbes, hæc maxima ex parte monti accumbit, & quaſi biurbs eſt, nam torrens quidã per uallẽ ſerpens urbem diuidit, campus ad auſtrũ illi ſubiacet. Hanc ferũt habitatã ex imminutione trium urbiũ antiquiſs. Athymbrę: Athymbradæ, & Hydrelæ, quas eiſdẽ nominibus fratres è Lacedæmone profectos condidiſſe: Circũſtant Nyſam habitationes memoratu dignæ, trans Mæandrum quidẽ Coſcura: & Orthoſia circa quã naſcitur myrina, ſed uiliſs. finitimisq; montib. carbunculi quos Alabandios uocant. Inueniriq; maximè ſolis repercuſſu grannatis quoq; g. ma. Citra uerò, Bα ula, Maſtauraq; & ultra urbem in monte, Aroma unde uinum Aromenſe ex mediterraneis optimũ. Hinc Trallis ciuitas ſuper Męandrũ, Plinius abluitur Eudone amne, perfundit̃ Thebaide, ambo enim in Mæandrum cadunt, terrę motu quaſata, nam & gymnaſiũ & aliæ urbis partes corruerunt, quæ Euantia, Seleucia, Antiochiaq; uarijs temporib. dicta eſt, ſita in uertice quodã plano, cui ad meridiem campus ingens procumbit, ea optime & ab hominibus opulentis habitat̃, ut nulli Aſiaticarum urbiũ cedat. Inter hanc & Nyſam uicus eſt Acharaca ubi Plutoniũ eſt, luco ſumptuoſo circumdatũ. Et alter Lariſſa 4. mil. paſſ, à Trallis ad Caiſtri campũ, aquarum bonitate & uinetorũ ſpecie præſtãs. Eſt & Magneſia ciuitas inſignis ſuper Mæandrũ à qua haud procul Letheus amnis excurrit qui in Mæandrũ fluit, ortũ habens à Pactyo Epheſiorũ mõte. Diſtat enim Magneſia ab Epheſo 15. mil. paſſ. à Theſſalica Magneſia orta, Cretenſiũ poſtmodum colonia, et Æoliorum. Theſſaloce & Androlicia ante nominata, haud procul à litore, in cãpo, omni munitione carens, quam quũ Tiſaphernes Perſarũ dux cepiſſet

 ædificauit

ædificauit in proximũ montem qui Thorax appellat̃: Hanc Treres olim funditus deleuerũt, quæ gens Cimmerica erat. Poſtea Mileſij eum locũ occupauere: Magneſiã Xerxes Themiſtocli dono dedit, omniũ Aſiæ totius urbium lõgè frumẽto feraciſsimã, quo ſibi panẽ conficeret, nam tres eius ditioni ſubdidiſſe urbes legimus, quæ ad neceſſitates uitæ ſubminiſtrandas habebantur idoneæ, reliquas duas in ſuperiorib. diximus, circa hanc magnes lapis reperitur. Poſtea Apollonia urbs penes Labanũ amnẽ in loco edito poſita, ad auſtrũ montanũ iugum habet. Vltra quod Sardis eunti à ſiniſtris eſt urbs Thyatira Item Heraclea oppidum apud Olbam mõtem. Sequit̃ Priene Thebanorũ colonia quã Ægyptus Nelei F. condidit, alij Philotas dicũt qui è Boëtia uenit, ex quo à quibuſdã Cadme Priene appellat̃, diſtat à mari circiter 5. ſtadijs terra ex aggeratione limi amnis Mæandri, quum in litore maris antea exiſteret ut in Mæandro diximus. Hinc Harpaſa ciuitas fluuio Harpaſo in Mæandrũ influenti appoſita. Fuit & nõ longè ab ea Neapolis: & Bargoza uicus: & Amyzon caſtellum: & Alabanda urbs memoratu digna à conditore dicta: ait enim Cicero, Alabandenſes quidẽ ſanctius Alabandũ colunt à q̃ eſt urbs illa cõdita, quam olim inſulã fuiſſe Ioniæ Plinius refert à terræ motu cõtinenti addita, Quæ nũc 25. mil. paſſ. abeſſe à mari, duob. ſubiecta montib. ita diſpoſitis ut ciſtarũ inuerſarũ aſpectũ exhibeãt: terra ſcorpionib. abundans, Vbi myrina, carbunculus, Zephyrusq́ inuenit̃, quos Alabandicos uocãt, cæteris tamẽ nigriores, ſcabroſioresq́ & circumplectos. Naſcit̃ Zephyrus in terra coloris eiuſdem. Poſtea Stratonice urbs celebris Macedonũ tum habitatio, ea ſumptuoſis fabricis ac regijs fuit exornata, In cuius agro Pedaſus ciuitas quæ fluuio Satniœnti iungebat̃, ut poëta, quidã illũ Saphniœnta uocãt, q̃ torrens magnus eſt, ad quẽ nunc urbis locus deſertus oſtendit̃, deleuerũt, enim eam Leleges, quæ adhuc regio Pedaſenſis appellat̃. Eſt dein oppidũ Alinda, & Adeſſus, & Mylaſa urbs memoratu digna, cui campus adiacet ualde fertilis. Ei mons imminet (nam erecto & alicui præcipitio ſubeſt) in quo albus lapis effoditur ex quo urbis & priuata & P. ædificia pulchritudine ſplendẽt, tum & regionis tẽpla, & alia opera: In cuius agro ſicut & in Alabando, ac tota interiacẽtia montana ſcorpionũ uis ingẽs eſt. Poſt quã Hydiſſa ciuitas ſub Tmolo interijt. Et alia Idemus, circa quã è ſolo (ut fertur) exiliuit unda, referta piſcib. de quib. quicunq; ederũt, quos ignoto ante eam diem cœlo, nouus amnis oſtendit, perierũt, q̃d facile fieri poteſt inquit Seneca, qnũ in ſubterraneis locis magnã uim aquarũ oculi fertilẽ fœdo ſitu piſciũ quæ ſi quando erumpit, affert ſecũ immenſam animaliũ turbam aſpectu horridã ac turpẽ, guſtuq́ noxiã. Sequit̃ Thera oppidũ et Pytus ciuitas ſub Hippo mõte ſita. Item oppida in Erizellis Mæonijs. Septe: Daclis, & Cadi in montib. ſita. Dehinc eſt Phrygia cognomento magna quã dictæ iam regiones ſub Ponto & Bithynia exiſtentes, ab oriente excipiunt,

piunt, plurib. uicis quàm urbib. frequens, à flumine Phryge ut inquit Pli-
nius, denominata, Qui eam à Caria diſterminat & in Hermũ immittit: cu
ius regionis incolæ, quemadmodũ in minori diximus Bryges tamdiu uo
cati ſunt quãdiu Europei fuerũt: gẽs campeſtrib. locis ut plurimũ habitãs
propter inopiã ſyluarũ, carentes materia ut Victruuius ſcribit, ideo tumu
los naturales eligũt, quib. perſoſſis dilatãt ſpacia in quantũ natura loci pa
titur, quæ harundinib. & ſarmẽtis tegentes exaggerant ſupra habitiones
è terra maximos grumos, ita hyemes calidiſſimas æſtates frigidiſs. ſic effi
ciunt tectorũ rationes: Nonnulli ex ulua paluſtri cõponunt tuguria tecta;
Phryges auguria inueniſſe credunt, ut apud ſcriptores fama eſt quando-
quidẽ auiũ uolatus primi obſeruauerũt: Nec non fiſtullã, ex eo q̃d Olym-
pus & Marſias Phryges erant, qui fiſtullã ac tricordiũ inuenerunt: & alia,
Quarũ gentiũ qui ad ſeptentrionẽ apud Bithyniã ſunt, Moccadini & Cy
diſſes appellant: Qui uerò ad meridiẽ iuxta Lyciã, Lycaones, & Themi-
ſonij dicunt in quib. & in Phrygia onagri præcipui ſunt. Mediamq́ inter
iſtos regionẽ Pelteni, Moxiani, & Phylacenſij habitãt. In ijs itaq; qui ad ſe-
ptentrionẽ ſunt, hæc habent: Dorylæum primo uicus, & Midaiũ urbs no
bilis Mydæ regia, quæ & Ergadiũ urbs quæ dein Gordiũ eſt appellata à
Gordio Midæ patre haud magna, emporiũ celebre & frequẽs: iacet enim
pari fermè diſtantia inter tria maria ad Helleſpontũ: ad Sinopem, & ad Ci
licum. A quo nõ procul Peſſimunte caſtellũ, matri deum ſacrũ quod Bere
cyntiũ etiã dicit à nomine montis in quo ſitũ eſt, Iacet inter Sangarũ amnẽ
& dictam urbẽ 5. mil. paſſ. à Lampſaco diſtans: Berecynthus mõs qui &
Dindymus uocitat hinc in Paphlagoniã longè extendit. Dein Tricomia
& Ancyra oppida, ubi ſtagnũ ex quo ſal conficitur. Poſtea Nacolia oppi-
dum. Sunt & uici magnitudine & populorũ frequentia memorandi: Tri-
banta, Dioclia, Amurium, Abroſtoda, Cotiaium, Azani, Conna, Lyſias,
Cercopia, Eucarpia, Prymneſia, Dimicæũ alij Docimia, ubi Sinnadici la-
pidis effoſſio, ſic Romani appellabãt, indigenæ Docimitẽ, ex quo colum
næ ingentes extrahebantur Romamq́ per mare deferebantur, eſt enim ua
rius ac admirabilis, & Alabaſtro perſimilis. Vnde haud procul Sinnada
urbs non magna ante quã campus iacet oleis conſitus 7. mil. & 500. paſſ.
à qua urbe Romani, indigenæ à uico lapidem denominarunt, nam mon-
ti ambo adiacent, ubi lapidicinæ ſunt. Item Gãmauſa: & Melitara uici: Et
ad orientem magis Iuliopolis, una ex duodecim ciuitatibus quę è cinerib.
immenſæ urbis Athuſſæ caput erexit: Sub quibus in media regione Ac-
monia pagus, et Eumenia ciuitas Dudro fluuio appoſita, quam Eumenus
regis Attali frater condidit, & ſuo de nomine uocauit. Mox Druzum op-
pidum, Tiberiopoliſq́, Bleandrus, Stectorium, Silbium, Philomelium,
Peltæ, Dinæ, & Metropolis ciuitas inſignis. Sub qua Aporidos pagus,
Cui ad auſtrum fontes ſunt incolæ modo Rhotinos uocant. Inde ad me-

 ridiem

ridiem Apamia quæ dein Cibotus eſt dicta, Phrygiarum urbium maxima, non procul à Celenis renata qua propinquitate Plinius dixit: Apameam ante appellatam Celenas: quæ urbs caput quondam Phrygiæ fuit, Apamiæ uerò nomen inditum ab Apamia ſorore Seleuci regis, nam Strabo, Antiochus homines è Celenis, Apamiã traſferens, eam de nomine matris Apamiæ Artabazi F. appellauit, quæ Seleuco Nicatori nupta fuerat: Quæ quoniam ferociſs. gentes domuiſſet, initio Dameam uocatam Plinius ſcribit: inſigne tum Aſiæ emporium, commune Italicorum & Græcorum hoſpitiũ, in radice montis Signiæ, Marſiæq; oſtijs ſita, Qui amnis urbem mediã perlabitur, ortum apud Celenas habens, uehementi ac prono decurſu in ſuburbanũ delatus, unde per planitiem æqualem leniter ac placide immittĩ in Mæandrum: Celene urbs à Celeno Neptuni F. & collis in quo ſita erat appellabantur. Poſt autem Hierapolis urbs diuitijs cunctis referta quondam, Troiani maxime belli tempore fuit, quæ terræ motu concidit, In hoc loco inquit Strabo aquæ calidæ ſcaturiunt, duranturq; in tophum faciliter, adeo ut integra ſepta ex ea conficiant: Plutonium quoq; os in paruo quodam imminentis montis ſupercilio mira profunditate, caliginoſam nebulam exhalans: Item in eodem campo aqua quædã eſt in tantum ad tingendas lanas idonea, ut ex radicibus tincta illis cedere uideatur, exuberareq; adeo, ut regio balneis ſponte naſcentibus plena inueniaĩ. hinc eſt Cybyra urbs in iugis aſperis poſita, & alia Diocæſarea, Sanis, Themiſonium, Pylacæum, Salaq; uici. & Gazena oppidum.

Lyciæ regionis ſitus.

LYcia ſequitur, quam denominatam ferunt à Lycone Pandionis F. Athenienſi, quum prius Myniæ populi illi uocarenĩ: deinde Termilas uocauit Sarpedon illos ex Creta huc in coloniã deducẽs ac prius Solymos appellatos extitiſſe qui excelſos Tauri uertices in Piſidiã uſq; tenuerunt. Obnixa olim Chimeræ ignib. Nam Chimæra mons in ea eſt, qui ignem in modum Ætnæ atq; cæterorum ardentiũ montiũ euomit: Regio aſpera ſanè ac difficilis propter naſcentẽ in ea Taurum montem, frugifera tamen ubi ſe in campis aperit, quod ait Virgilius:

Lyciæ flauentibus aruis. Et Ouidius:
Lycia fertilis agris: nec inhoſpita portubus. Et Seneca:
Tutamq; crebris portubus Lyciam uidit.

Sunt in hac regione ſaxa, etiã in oriente, quæ uiuentib. quoq; alligata è contrario ſarcophagi lapidis, erodũt corpora. Hæc ab occaſu & ſeptentrione Cariæ contermina eſt: Ab oriẽte Pamphyliæ ſecundũ Maſicytum montẽ ad mare uſque pertingentẽ: A meridie uerò mari Lycio à ſe cognominato 200. ferè mil. paſſ. enauigatione: Sex olim maximis urbibus clara, Patara, Olympus, Pinara, Xanthus, Myrra, & Lymira ſiue Loryma. Reliqua uerò oppida ad 70. fuere 6. & 30. Veſpeſiani principis æuo. Cuius litus ad hunc modũ deſcribiĩ. Poſt flumen Calbin, ad aurorã, Calinda quæ & Calydna

lydna haud ꝓcul à Cauno & Chydæ ſunt, Aſon flumẽ, Cyria, fugitiuorũ oppidũ: Dedala: deinde in ſinu Rhodiorũ colonia, quę nũc ab incolis Machri dicit̃ paulo ſurſum à mari in ardua petra ſita, media penè in ꝓfundiſs. exurgens ualle, quę ad mare deſcendentib. montibus aperii: retro feliciſs. habẽs campos quos Lorymus amnis ſecat. Cui in mari 8. mil. paſſ. inſulæ Cypron nomine: & aliæ tres quæ Strongylæ dicebant̃. Inde Telmeſus ciuitas iuxta eiuſdẽ nominis promontoriũ, portũ habẽs à qua ſinui nomen eſt, ubi excelluit auruſpicũ diſciplina, qui & ſomniorũ interprætationem inuenerũt, agros uberrimos maximeꝗ fertiles incolentes. Sub qua Xanthus fluuius in mare uadit, q Sirbis antea dicebat̃, quod quia aliter in Troia eiuſdẽ nominis (ut meminimus) eſt, Xanthus uterꝗ Statius dixit. Huius oſtio exiles opponunt̃ inſulę, ut Lacuſa, Macris, Didyme, Helbos, Cope, Aſpis, & Gelandria oppidũ quondã habẽs: Hinc terra in altũ ſe lõge porrigit, cuius extrema, huius ætatis nautæ Septẽ capita uocãt, Taurini enim eminẽtia ſunt: In cuius cõſpectu quædã iacent inſulæ, in quib. eſt Megiſta cuius ciuitas interijt: & altera Chelidonia ab auib. Chelidonijs à græcis, hirũdinib. à noſtris dicta, eo q̊d ex cõtinenti Syria, ueris principio ad nos uolãtes, in eam ingens copia trãſeat: à qua reliquæ circũ ſe inſulæ Chelidoniæ etiã à iuniorib. uocitantur, aſperæ ſanè omnes, Ideo Plinius, peſtiferæ nauigantib. magnitudine æquales, Verum quæ media eſt, maior cæteris, ſtationẽ habens, diciturꝗ hodie Caſtellũ Ruzũ: inter ſe ad 5. ſtadia diſtantes, à continente aũt 6. mil. paſſ. Aliæ uerò ſunt ut Leucola cũ oppido, Pactia, Elyſia, Nymphalis, Meris multæꝗ aliæ ignobiles ac paruæ omnes, circa quas frequens anthias piſcis enatat: Poſtea in litoris receſſu Pyrama urbs interijt, Patara urbs in ſinu q̃ prius Pataros Patari opus, ſic adhuc dicta, aſpero in loco ſita, hoc eſt, ad collẽ Sydimã, ubi exaſperat̃ uentis mare: Cui portus eſt Phœnix nomine, circiter 2. mil. paſſ. ab ea, parumꝗ tutus, imminẽtibus rupib. ex Tauro mõte prominentib. nam hic mons in altum ſe uehemẽter extollit: Hanc urbẽ quũ Ptolemæus Philadelphus auxiſſet Lyciacã Arſinoë nominauit, uicit tamen antiquitas, nobilis tum delubro Apollinis cui conſecrata erat, ubi reſponſa dabantur: Ante cuius ſinum in mari tres paruæ ac ſteriles inſulæ iacent, ut Leboſa, Telendos, & Antiphelos, id eſt, contra Phelos quæ ſimul modo Cacabus à nautis uocitantur, ſunt enim penes litus, in quibus ad Euripum habitationes plurimæ excelſæ ſunt quarũ ad orientẽ magna Dionyſia quę & Carenda Gironda nũc: Poſt aũt Pataram Andriaca uicus. Mox in ſinu Limyrus fluuius ſiue Lorymus in mare uadit. In quẽ Ariçãdus amnis intrat. Supra quẽ fertiliſs. cãpi iacẽt, dicto amne irrigui, uicis plurimis inhabitati. Iuxta quẽ Apirę Mytylenorũ colonia quondã, ubi nũc Finica eſt caſtellũ, unde Hiera, id eſt, ſacra extrema, ubi promontorium altum in Piſidicis montibus Pamphylię imminentib. deſcendit, ex quo nõnulli ſunt qui putent Taurum initium hinc capere, ſed uerius in Caria Rhodiorum trãſmarina, uti ibi diximus.

Poſt promontoriũ illud, Olympus ciuitas interijt iuxta montẽ ſui nominis ſita, qui et Phœnicus appellatur ubi croci ſecunda nobilitas, quæ inter alias clara fuit, euerterunt eam Romani, erat in iugis, quæ ſæpius flagrant. Hinc litus Corycus: & Phaſelis ciuitas inſignis tum à Mopſo cõdita, quæ modo nõ extat portus tris habens, & lacũ, Imminet ei loco mons nomine Solyma, in quo Solymorũ gens pugnaciſs. habitauit, à Bellerophõte inde diſiecta, Sub qua ad mare anguſtiæ ſunt, ipſa in altũ penitus prominebat, conſpiciebaturq́ procul. Iuxta quã Anticragus mõs erigitur, cuius in cõualle Carmyleſus locus eſt: contra quẽ in mari Ciſthene inſula iacet in qua eiuſdẽ nominis oppidum fuit. Poſt hunc Cragus mons eſt, qui promontoria ex ſe 8. facit, & urbẽ eiuſdẽ uocabuli habet: Hic fabulas de Chimæræ montib. poëtæ confingũt, nam Plinius flagrat in Phaſelitis mõs Chimęra & quidẽ immortali dieb. ac noctib. flãma, ignem eius accendi aqua, extingui uerò terra, Quin & Epheſtius & ciuitas Epheſtia appellatur: cuius exaduerſo inſulę ſunt, Dolichiſtę: Chirogylon. Grambis, Aroge, & Enagora. Sub Chimæra ad orientẽ uallis eſt mõtis nomine à litore in mediterranea porrecta. Hinc attolliĩ Climax mons Maſicyti caput, Pamphylio pelago adiacẽs. Iuxta quẽ Taurus amnis in mare uadit: In quo monte Maſicyta ciuitas fuit iuxta quem tranquillo mari iter facientibus tranſitus eſt, tumeſcenti uerò flatibus inundatur. Hæc ad mare ſunt: In mediterraneo uerò ac circa montẽ Cragantẽ ciuitates ſunt: Cydna, Simbra, Octapolis, Comba, Sidymaq́: Itẽ Pinara oppidũ monti ſubiectũ: & Xanthus ciuitas inſignis ad eiuſdem nominis amnẽ 9. mil. paſſ. à mari, cuius incolæ quũ obſidione premerẽtur, ne alicui domino ſubijcerẽtur, ultro ſemetipſos iugulauerũt: Primo duce Arpalo Cyri præfecto, qui quũ tale facinus eos perpetraſſe animaduertiſſet, neglecta urbe ſepulchrũ illis præſtitit. Secundo Alexãdri Philippi F. metu, talem cladẽ pertulerũt, Tertio Brutus una eos cũ urbe deleuit, q nuncios illis mittẽs, ut à cęde ceſſarẽt, libertatemq́ illis donaret, reiectis nũcijs occidionẽ iam cœptã ad unum perficere ſtudent, ipſe urbe capta Xanthios qui ſuperfuerãt interemit, urbemq́ incendio cõſumpſit. Fuit nõ procul hinc Therapnas ciuitas Apollini ſacra. & Araxa. Apud autem Maſicytẽ montẽ Corydalla urbs: & Sagalaſſus in agro omni genere frugũ fertili ſita: Item Rhodiopolis ubi fontes calidi. Inde uicus quẽ Aporideſcomen uocant. Sequitur Metropolitanus campus & Trebendæ uicus. & Phellos oppidum cui obiacet inſula eiuſdẽ nominis ad mare. Ibi eſt & Myra ciuitas magna quondã & opulentiſs. media in cõualle in excelſa petra ſita parum à mari diſtans. Mox Lymira urbs fluuio ſui nominis appoſita. Et in agro Myliadi Podalæa iuxta Chomam amnem: & Niſa uicus. Item Choma ciuitas amne ſui nominis infuſa. Vbi tum Apollinis phanum & oraculum, ſorte uerſibus haud inconditis dare uates dicuntur. Fuit & Condyba urbs ubi Oenium inſigne nemus uigebat. Et in Cabalia

uel

uel Caſtabalia, quã regiunculam quidam Solymam uocãt: à qua prouinciam aiunt quondam nomẽ traxiſſe (pertendit Cabalia longè in Pamphyliam) Bubon, Oeneanda Sindanna à quibuſdam, Et Balbura magni uici, & opulent. Cabalienſes quemadmodum & Colophonij, ut ait Plinius, cohortes canum habuere, hæ primæ dimicabant, aciem nunquam detrectantes, hæc erant fideliſſima auxilia.

Galatiæ ſiue Gallogræciæ, regionis ſitus.

GAlatia ſiue Gallogræcia, cuius pars altera quæ in Euxinum pontũ uergit Paphlagonia & à quibuſdam Pylæmonia dicitur, ad orientem Bithyniæ ac Phrygiæ iacet, Cui ex Gallis Græcisq; adulteratũ nomen obuenit: nam Galli per eam tempeſtatẽ Breno duce multis Europæ prouincijs deuaſtatis, è Græcia in Aſiam à Bithyniæ rege inuocati, (In tanta enim authoritate ac terrore gallicum nomẽ peruenit, ut nullum tum bellum ſine mercenario Gallorum exercitu adminiſtrabatur) mixto Gallorum Græcorumq; exercitu traiecerunt, rex uictor, regnum cum Gallis diuidit, qui regionẽ ex duarum gentium nomine Gallogræciam uocauerũt ac deinde ut Appianus ait Galatiã corrupto ſermone dictam eſſe. Sunt qui locorum bonitate allectos potius quam regis inuocatione trãsfretaſſe dicant: qui ueluti frugum ſemina mutato ſolo degenerant, ſic illa gemina feritas eorum, aſiatica amœnitate mollita eſt, Nam inuitati deinde loci blãdis moribus cœliq; lenitate afflati uirilem animum in muliebrem conuerſum, depoſita arma nunquam reſumpſerunt: Fuerũt gentes tres duæ Trogmi & Toliſtobogi à ducibus nominatæ, Tertia à gente quæ Celtica eſt Tectoſages: Terra frugum omnis generis ferax, quæ & Amethiſtum lapidẽ inter alia parit. Terminatur hæc prouincia ab occaſu dictis iam: A meridie Pãphylia. Ab oriẽte Cappadocia: A ſeptẽtrione parte Euxini Ponti, Galatici à ſe cognominati. Igitur ad mare ultra flumen Bilim (haud minus 200. & 50. mil. paſſ. nauium curſu extenditur litus) Climax, Scala oppidum: quod & Piſinus dicitur, emporium eorum qui in regione ſunt, Cui mons Dindyma imminet, hoc eſt ea pars montis, quę huc ex Phrygia protendit. Item Teuthrania ciuitas à Teuthrane Cilicum & Myſorum rege qui ibi imperauit denominata. Mox Ægialum oppidũ loco arduo poſitũ. Vnde eſt promontoriũ uel extrema Carambis nomine, in quo eiuſdẽ nominis oppidum fuit. Sunt qui dicant Ænetos ciuitatem apud hoc promõtorium extitiſſe, à quib. in Italia Venetos ortos eſſe: unde Solinus: Paphlagonia inſignis loco Æneto inſignis quoq; mulorũ agreſtium genere. Poſt Zephyrium eſt promontoriũ. & Calliſtratia oppidũ. & Aboni oppidũ, quod Abonus quidã condidit, & Cimolus, & Anticimolus, & Armena, uel Armine Sinopenſium uicus portũ habẽs, & Stephana uicus alter. Huc uſq; ſupercilium montis mari imminet, optimã ad naues ædificandas materiem & ductu facilem habens: Dein Sinope urbium quæ in hac regione

ſunt

ſunt clariſs. priſcum adhuc nomen retinens, ab una filiarum Aſopi Sinope uocitata, quæ ab Apolline rapta in hunc locum delata eſt. unde Flaccus Valerius:

Axenon complexa ſinus ſtat opima Sinope
Nympha prius.

Condidiſſe deinde eam (ut fama eſt) Antholium & Demoleontē, qui in expeditione cōtra Amazones cum Hercule cōmilitarunt, huc aūt appulſi eiectis Syris à Cherſoneſo, urbem muro cinxerunt: Poſtea Mileſiorū colonia fuit, cuius magna apud finitimos populos habebatˉ authoritatis, Eupator quippe eximiè illā coluit, et regni metropolim fecit: Mithridates etiā primam ſibi regiam cōſtituit, Vrbs in Cherſoneſo ſita, cuius collum duobus tantum ſtadijs conſtat, quo continenti annectitur, ipſa in eum è monte deſcendit utroq; Iſthmi latere portus amplectens, pars reliqua Cherſoneſi plana præter ripas, quæ inacceſsis petris circumcirca muniūtur, aditus habentes quampaucisſimos, illosq; difficillimos, In ſuperiori uerò parte urbis optimū ſolum eſt, & agreſtib. hortis ornatum, præſertim ſuburbana. Inde Varecus amnis: & Catizira oppidū Cytapſia à nonnullis, ubi Zaliſcus fluuius in mare exit Bilæus à quibuſdā ultra quē gens eſt Paphlagonū. A quo haud procul Halys fluuius Lali modo corrupto uocabulo litus aperit, ſic à ſalibus foſſilib. quos in Ximina campo præterfluit denominatus, ex radicibus Tauri mōtis Armeno colle exortus, Qui per Cataoniā minoris Armeniæ, Cappadociamq; iuxta Cambyſenā multus flexuoſusq; ac non niſi 200. mil. paſſ. ab Iſsicu Ciciliæ ſinu longe per mediterranea ad occidentē defertur, poſtea cōuerſus ad ſeptentrionē per Galatas & Paphlagonas quos terminat, & Leucoſyros uadit (tortuoſus enim eſt) A quo uſq; Aramenā Gadmolitica interiacet regio, felix quidē ac tota cāpeſtris: ubi oues mollis pellis & lanę, q̄d in tota Cappadocia atq; Ponto perparum eſt: Item Damæ quarū alibi paucitas, habetq; Paphlagonia in ijs locis ubi nullæ reſtagnent aquæ foſſiles piſces, gratiſsimos cibis terrenos altis ſcrobib. ut Plinius ait. ſed Gadmolitica, quum opulenta ſit ſæpius cauſa ut inuaderetur fuit: Hinc autem reliquum litus ad orientem Calybes populi tenent, in quibus poſt Halym Amiſus ciuitas inſignis eſt, quæ nūc Simiſo dicitur, Hanc prius Mileſij, dein Cappadoces condiderunt, poſt Athenienſiū colonia fuit dū mari illi imperarēt & Piræa nominata: hanc Eupator quemadmodū & Sinopē P. ædificijs ornauit: at Callimachus, quū in ea à Lucullo obſideretur, immiſſo igne totam penè incendit, Lucullus uerò reparandæ urbis deſiderio accenſus, plurima eorum quæ ceciderant deintegro præſens ædificauit, Cui optimus eſt ager aquis multis irriguus. Interius uerò à mari, oppida ac uici ſunt: Zagira, Plegra, Pteria locus munitiſsimus apud Sinopem ubi Crœſus primum cum Cyro pugnauit, alij Pteria munitiſſima ad mare urbs fuit à Crœſo capta dirutáque. Item

Sacora,

Sacora, Heluia, Tobata, Germanopolis, Gelaca, Xoana, Dacaſya: & ad meridiem magis ac iuxta Galatiã, Moſium Aricanda nunc: Sacorſa: Pompeiopolisq́ Eupatoria ante Amiſo finitima in radice Olgaſis mõtis à Mithridate condita, cuius regia appellabat̃ quo uicto nomẽ mutauit: Eſt Olgaſis mons altiſs. ac aditu difficillimus in quo plurima Paphlagonũ templa fuerunt: circumſtant Blæna & Domanetica regiones ſatis feraces, per hanc Amnias flumen illabitur, Zaliſcus à quibuſdam. Hinc haud longè Pimoliſum caſtellum regium eſt, nunc autem dirutum, à quo regio ex utraque parte fluminis Pimolitica appellabatur: Prope quod Sandaracurgium mons eſt, totus penè concauus propter metallorum effoſsionem, Hunc operatores maximis cuniculis ſubeunt, ubi ex letifero metallorum odore laborantium corpora cito moriuntur. Inde Ciſcena regiuncula in qua Cimata caſtellum munitiſsimum Olgaſi monti ſubiectum quod Mithridates condidit. Mox Conica: Andrapa quæ & noua Claudiopolis ad Olgaſum montem ſita. & Sabanis: & Titurus ſiue Titua, & omnibus his orientalior Euſena. Sub Paphlagonibus autem in Galatia ad occidentem magis Toliſtobogi ſunt, ad orientem Trogmi: mediam uerò ac uberrimã regionis partem Tectoſagæ occupauerũt: In Toliſtobogis ciuitates ſunt, Germa colonia: Peſinuns, Vindia, Anarus, Toliſtochoria gentis caput, iuxta Dindyma montẽ, & Veteſtum. In Trogmis, Taxiũ, Laſcoria, Androſia, Claudiopolis, Cariſſa: Phubatine, Duduſa, Saralus, Veena, & Raſtia. In Tectoſagis ciuitatũ prima Ancyra metropolis aſt ab anchoris nauium captarum à Mithridate, quas Ptolemæus Ægypti rex ſuppetias Galogræcis miſerat quę Anguri nunc à barbaris appellabatur, magna atq́ opulenta, haud procul ab Haly fluuio: Olenus, Corbiuntus, Agrizama, Vinzela Oroſologia, Sarmalia, Dictis, Carima, Landoſiaq́. Sub dictis autem gentibus ad meridiem Proſerlimenitæ populi ſunt ipſis coniuncti: ſubq́ ipſis Bizeni, & pars Lycaoniæ tranſit enim Lycaoniæ nomen in Cappadociã uſq́, in quibus ciuitates ſunt, Peteneſſus oppidum altiſs. & munitiſs. loco ſitum, cuius incolæ ne regib. quidem unquã paruerant: Item Cedaumana, Siuata, Ardiſtama, Ciæna, Conguſtus, Tetradiũ, Laoditia combuſta appellata, Vaſada, & Perta. Et poſt has gẽtes uſq́ Pamphyliã regiones ſunt. Ab occidẽtali plaga Piſidia: Ab oriẽtali Iſauria, quib. interiecti ſunt Orindici: Sed lõge optimi eius regionis bello Piſidię, quũ eam rẽ animus facit, tũ agri fœcũditas, & multitudo hominũ, & ſitus, q̃d in editis poſiti locis adiri nequeũt: Fuit quoq́ Iſauria q̃ nomẽ adhuc ſeruat ante hanc nimium potens, dein ſubuerſa eſt, ex quo priſtinæ claritudinis pauca admodum ueſtigia monſtrat, regio & hæc munitiſs. natura eſt. In Piſidia Apollonia ciuitas fuit: & Antiochia, quæ à Roman. Piſidica, à Græcis Mygdonica cognominatur, barbari eam Sibin modo appellant, opibus tum atque hominum multitudine clara, in campo partim, partim in colle quodam

ſita,

ſita, quæ Rom. coloniam habuit: Hanc Magnetes habitauerunt qui iuxta Mæandrum ſunt cui regio circumadiacens Mygdonia uocitatur feraciſſima atq; aprica. Hinc eſt Amblada uicus in montanis locis ſitus, unde & Ambladenſe uinum effertur ad medicas curationes accommodatū. Item Albaſum oppidum in Toliſtobogorum fine à quo haud lōgè fons eſt qui Alexandri dicitur: ſub quo in regionis penè finibus Antibura ciuitas eſt: & Epoſſognatum oppidum. hinc Alabrus amnis per Axylon terram in Cattaratam flumen uadit: quæ terra ab re nomen habet, non ligni modo quicquā ſed ne ſpinas quidē, aut ullū aliud alimentum fert ignis, fimo bubulo pro ligno utuntur: Vbi caſtellum eſt Cubalum nomine, Ad ſeptentrionem montes attollunť alter Troginus, alter Magaua appellatur, quorum radices gelidiſſimæ ſunt, ad Taurum uſq; regionem editiſſimam redeūtes. Vltimo deinde ad auſtrum loco Neapolis habitatio eſt, apud Phazemonem uicum conſtituta à Pompeio ita appellata: Eſt Phazemonetica regio quam Megaloim Pompeius nominauit: cuius ſeptentrionale latus Gazilotus, & Amiſinus ager claudit, occidentale Halys, orientale Phanarea. In Iſauria Saurata ciuitas eſt, nunc Souraſeri ab incolis dicitur: et altera quæ Liſtra appellatur: Iſaura præterea qui uicus uetus dicebatur, bene munitus quē Amyntas diruit, eodem loco nouum opus ædificans quod perficere nequiuit. In Orindicis, Miſthium, & Paſpa oppida ſunt: cætera caſtella ad quadraginta quatuor, inter aſperas conualles latentia, aditu difficillimo.

Pamphyliæ prouinciæ ſitus.

PAmphylia prouincia Meſſopia antea appellata ſuperioribus iungitur, caſtella habens edita, ſiue in profundis conuallibus ſiue in arduis montibus ſita ſint, quib. quę in concauitatibus iacent præcipitia præruptaq; iuga imminēt: quare latrocinijs dediti, finitimos pace frui nunquam ſinūt. Fuiſſe Pamphylios ut Herodoto placet ex ſocijs Amphilochi & Calchantis mixtis ſanè hominibus qui eos ex Troia ſunt ſequuti, ex quibus alios hic remāſiſſe, alios in alia loca diſperſos fuiſſe. Hæc regio temporibus noſtris in duas partes diuiditur, altera quæ ad ſeptentrionem Piſidiæ Iſauriæq; & Cappadociæ iungitur, Caramam appellatur, quę & partem Cappadociæ includit, in qua Iconium: Laranda, & alia: Altera uerò, quæ ad mare uergit, Ciliciamq; ad orientē excipit Scanderorum uocatur. Pamphylia ab occaſu terminatur Lycia: à ſeptentrione & oriente iam dictis: à meridie pelago à ſe Pamphylio uocitato, quod ſæuum ſemper ac procelloſum eſt, cuius profundo Heliopen piſcem, nec alio paſci loco: circiter 150. mil. pſſ. præternauigatione. In hoc litore primum Sardemiſſus mons eminet: cui exaduerſo ſcopuli nonnulli ignobiles ſunt: Et ad auroram Crambuſa inſula cui antiquum remanſit nomen, à quo monte incuruatur litus, magnoq; receſſu pelago cedit, In quo, prope litus, altera inſula

parua eſt, quæ Apelbuſa olim dicebatur. Et in ipſius litoris intima Olbia urbs, ingens tum ſanè munitio, nunc deleta. Dein Sattalia noua urbs ex diminutione antiquę Attaliæ exorta, quæ ad orientem Cattarati fluuij oſtio appoſita erat: Is à quibuſdam Cobulatus dicitur, multus & torrentis more impetuoſus ab alta petra deſcēdit, adeò ut longiſsimè ſtrepitus exaudiatur, & quia ſe præcipitat ita dictus. Ipſa inter maritimas eius regionis urbes maxima ac munita eſt, portū habens, q̃ emporiū uniuerſi tractus illius egregiū ſit. Inde Magidis oppidum fuit. Mox Eurymedon flumē in mare fertur, quod quidā Lyſim uocāt: ubi magna Cimonis Athenienſiū ducis, aduerſus Phœnices & Perſas naualis pugna atq; uictoria fuit. Inde Alaea urbs cū fluuio, et lacus ingēs aquis marinis repletus nomine Capria à quibuſdā palus Caularitis dicit᷑ ab influente amne. In quē Ceſtrus amnis deuoluitur, alio nomine Caularis, nobiliſs. ad nauigandū facilis. Vltra quē ad eundem lacum Sida Comanorū colonia eſt, portum habens, quem Tauri promontorium claudit: apud hanc ciuitatem uendendæ prædæ forum Piratis quos magnus deleuit Pompeius exibebatur. Item Melas amnis id eſt niger, altus & uerticoſus, In quo Plinius hanc, à Cilicia terminat. Poſt illum Ptolemais urbs interijt: unde Ciliciæ Tracheæ, id eſt, aſperæ initium eſt, Quod ad Pamphyliam pertinet, quæ Tauri iugo compręhenditur, nullum uel raro locum planum habens, tota difficilis ac præceps eſt: in ea Coraceſium caſtellum quod hæc ætas Scandelorum uocat, à quo prouinciæ nūc partem appellari diximus, in petra prærupta ſitum. Item Arſinoë urbs uetuſtate abſumpta, & Syſdra ciuitas quæ in Imbaro monte ſita erat, hactenus maritima. Conterminæ uerò Phrygię Piſidiæq; in mediterraneo hęc ſunt: Seleutia cognomento Piſidia, nunc Charazaſar decē mil. & 500. paſſ. ambitu, quam Alexander magnus amœnitate regionis circumadiacentis delectatus cōdidit, ſuumq; nomen indidit, quæ exciſa ab Antiocho Seleuci F. reparata eſt, & eam patrio nomine appellauit, Cuius ager omni eo tractu ſolus uitibus felix, montibus incluſus centū & octuaginta mille paſſibus in circuitu, ad quem difficilis ſolitudinibus harenoſis aditus eſt: centum & uiginti mil. paſſ. undiq; adiacentibus. Mox Antiochia quæ & Cæſarea dicitur Piſidarum uel Solymorum colonia, nunc euerſa. & Beudos oppidum antiquum, & aliud Baris, & Comana quæ appellabatur Silenis. ac Darſa urbs illi proxima ultra quā palus eſt. Et uici quidam, in ijs Liſinia ſiue Lyrſenus iuxta Cattaratum flumen. Item Cormaſa, Alactus, Tiſcouentus, Plitendus, Epoſognatusq; mōtani omnes. Et ſub ijs in Carbalia regione Critopolis, Pogla, Menedimium, Vranopolis, & Piſinę ac ciuitas in uertice Solymi montis poſita. Et Ariaſſus, & Corbaſa oppida, & Mylias ciuitas quam meminit Ptolemæus, Plinius, Myliæ Thracum ſoboles quorum Caricanda oppidum ea prius Solyma appellata eſt, in Solymi enim mōtis petra colle ſita erat, q includit᷑ inter Taurū Termeſſumq;

Qq. ad a-

ad aquilonem uerſus Apameorum regionem. Et iuxra Lyciam Termeſſus ciuitas in iiſdem montibus ſita, anguſtiis adiacēs, quas Alexander aperuit, per quas amnis Taurus deuoluitur, qui in mare ad Maſicytū montē cadit. Hinc in ea Piſidiæ parte, quæ in hac prouincia cōputatur oppida uicíq; ſunt, Proſtama, Adada, Olbaſa, Dyrzela, Orbanaſſa, Talbonda, & Cremna Rom. colonia. Sunt & Omonadū loca in rupib. præruptis Tauri magna ex parte inacceſsibilib. cōſtituta, in medio eſt planities concaua & ferax, in multas conualles diſtincta uſq; Omona oppidum. Inde Commacum uicus, & Pleteniſus oppidum in colle ſedens. & Vnzela, & Selga urbs quam modo incolę, Philadelphā nominant, à Chalcāte primo, dein à Lacedomoniis condita: ex qua re Dionyſius:

—Nec non clariſsima Selge
Gentis Amycleæ pulcherrima mœnia quondam.

Quæ quū in ſummis Tauri partib. iaceat, non tamen locū ſterilem circa ſe habet, ſed adeò frugiferū ut multa hominū millia poſſit enutrire, nā & in ipſa urbe aliquando 20. uirorū millia fuerūt, Vbi pleraq; loca oleis & uitibus cōſita eſſe, & pecorū paſcuis uirere: cirumq; ſyluas pullulare uaria materie frequentes, ſtorace præcipue, Eſt enim ſtorax arbor magna & recta: ubi & lilium optimū ad unguenta reperitur: hæc montana prępipitiis munita ſunt, paucisq; & anguſtis aditib. penè inuia, Quę quū cætera flumina efficiunt, tum etiā Eurymedontē & Ceſtrū, quib. propter loca ardua pontes paſſim uiis impoſiti ſunt: hæc de Selgicis montib. Verū mediterraneæ eius partis quę proprie Pamphylia appellaī, hæ ſunt: Perga, & Siluum, & Aſpendus ciuitas in monte ab Argiuis condita iuxta Eurymedontem amnem, ubi largius coquitur ſal, & uſq; ad mediū lacum (eſt enim lacus) in quo tantundē noctu ſubuenit, quantū die auferas, Poſtea ad orientē in Cilicię Tracheæ mediterraneo: Laertum caſtellū eſt in tumulo quodā ſitum qui mamillæ ſpeciē præbet, ſub ſe ſtationē habens, nō enim à mari procul eſt. Itē Caſſæ, Lyrba, Colobraſſus oppida in petris poſita, & Eritia urbs. Et in extrema regionis parte ad aurorā Cybira urbs ualida q̄ olim ut refert Strabo 30. peditum millia, equitū duo mittebat: quod aſſerit Liuius, Feroces hæc regio ad bellū habet uiros, qui quatuor linguis utebantur, Piſidarum, Solymorū, Gręcorum, ac Lydorū, à Lydis enim profecti dicuntur qui Cabalenſem agrū tenuerūt: quibus proprium eſt ferrū facile extornari. Mox Ion uel Tabuſion caſtellū eſt, flumini Indo imminens, cui fecerat nomen Indus ab elephanto deiectus, in Ceſtrum amnem exiens. Fueruntq; Muleum, & Alimna urbes.

Cappadociæ prouinciæ ſitus,

CAppadocia prouincia hinc dicenda eſt, quæ ad orientē Paphlagoniæ Galatiæq; iacet, nomē à flumine trahens q eam percurrit, Leucoſyria priorib. ſæculis à Syro Sinopis & Apollinis F. dicta, Ioſe

phus

phus Moſchin quæ deinde à grecis Cappadocia appellata eſt: cuius antiquæ appellatiouis ſignū oſtendit, nam ciuitas in ea quæ hactenus Moza dicit̄,. Perſæ quū prouinciā obtinuiſſent in duas diuiſerūt ſatrapias: Dein Macedones expulſis Perſis, ex Satrapis regna cōſtituerūt, & partē q̄ Taurum uerſus ad meridiē eſt, propriè Cappadociā nominauerunt, alterā aūt ad ſeptentrionē Pontū cognomento Polemoniacū, ab urbe in ea tum celebre uocauerūt. A qua & Euxinū appellari Pontum quidā uolunt, eo enim mari abluit̄. Temporib. uerò noſtris Turchia noua appellat̄. Rom à barbaris, id eſt Romana ut in Aſia diximus. Terra argenti, Æris, ferri, aluminisq́ et cęterorū metallorū fertilis, nec non frugū omniū ac uini exuberās eſt: ubi ſal croceus effoditur translucidus & odoratiſs. Naſcit̄ & rubrica q̄ Sinopica dicit̄ omniū optima: Criſtalli quoq́ & Onychiti lapidis cruſtæ, ea regione præſertim quæ Gallatiæ finitima eſt: Nec nō lapis quidam candidus colore ebori perſimilis. Præterea ante alias equorū altrix, & prouentui equino accōmodatiſſima, ubi fons eſt quo poto, equis (nec ulli alio animali) ſpargit̄ albor cutis. Cappadocia terminatur ab occaſu Paphlagonia, Gallatia, & parte Pamphylię: A meridie parte Cilicię propter Taurū montē: Ab oriēte Antitauro iuxta Armeniā minorem, & Moſchio mōte, & Euphratis parte: A ſeptentrione Ponte Euxino, ſupra 400. & 50. mil. paſſ. excurſu. Igitur poſt Amiſum, litus Leucoſyrorū protenditur in quo primū Scadiſia oppidū cū fluuio & Lycaſtū ubi modo Docaſtelli. Mox Iris flumen eodē ferè nunc nomine, Liriū enim dicūt, prægrādis ac tortuoſus à Scordiſco mōte fluens, ad occidentē primo per Diaximoniticā felicē campū fertur. Dein ad orientē conuerſus, Scylace flumine, & alijs aſſumptis uertitur ad ſeptentrionē per Phanaræā, ubi in ualle quadā accepto Lyco amne, alio nomine Cappadoce qui initia ex Armenia minori trahens, planitiē Themyſcyrā irrigans mare intrat: Eſt Themyſcyra campus Amazonū quem Phanagoriā Ptolemæus appellat mari proximus, nomē ab urbe deducēs Amazonū regia quondā, quæ initio in oſtijs Thermodoontis fluminis poſita fuit à Themiſcyra feminarū regina condita. Nunc uerò occidentalior facta Lirio ab incolis uocitat̄ 2. mil. paſſ. ſupra mare, ad flumē ſui nominis. Itē promontoriū Herculis quouſq́ Leucoſciri litus habebāt: Intus uerò partē alterā Phanareæ regionis, nam alterā penes Halym in Paphlagonia diximus: terrā optimā quæ & oleis & uitib. conſita eſt, nec non rebus cæteris excellit: dictiq́ Leucoſciri ad Syrorum differentiam, qui extra Taurum ſunt colore aduſto: in quib. ciuitates ac uici: Bœnaſa: Sebaſtapolis parua, Tebenda, & Amaſia urbs quæ ſic etiam nunc appellatur, in profunda ualle ſita, in cōcurſu amnis Lyci cum Iride, Per quam Orgis flumen fertur, arcē in prærupta petra habēs quæ amni atq́ urbi imminet, habitationes ab arce dirimens ponte tantū iungit̄, ac inde in Halym cadit, dilata ualle (arctat̄ enim ad urbē) campi aperiūtur, feraces quidē uſq́ ad Ha

Qq 2 lym:

lym: Vrbi uerò adiacēs regio, licet magna ex parte nuda ac deſerta ſit, non tamen inutilis pecori eſt, reliquū uerò frumenti fœcunda: In his caſtellum Sygyliū in erecto & excelſo, & in acuto tendente monte ſitū, aquas abundantiſſimè habēs, cui ad occaſum agri Amaſieni. Stiphana lacus magnus eſt, piſcib. refertus: Ad quē Eizana caſtellū interijt munitiſſ. dum extaret: & ad eundē ab occaſu Phamizoniū ſiue Phazemoniū à quo nomē regioni fuit, Neapolis poſt uocatū, cuius planities omni tēpore herbida eſt, bona pecori, panici & milij ac cæterorū fructuū ferax, uuæ, prunorū, malorū, nucumq; ex q ferarū omnis generis copia ibi eſt. Prçterea Cologi uicus, et Etomia, Pialç, Pleuramis, Pidæ, Sermugaq;, & Comana ciuitas q Pontica cognominat Bellonæ deæ ſacra, quā Iris fluuius (Plinius Salius) præterlabitur, cuius ager uitibus floret, Ipſa populo frequens molli ac delicato eſt, inſigne Armeniorū emporium. Itē in radice montis Amazoni ſeu Armenij (nam utroq; nomine uocitat) oppidū fuit Thermodon ad fontes eiuſdem fluuij nominis ſitū quod Pharmachiā deinde dictum fuit. Eſt Thermodoon fluuius qui poſterioribus ſæculis mutato nomine Hermonius dictus eſt Plutarcho authore, nunc uerò ab accolis Pormon dicitur, qui ex mōtanis nemoroſis locis, confluentib. riuis auctus, pari aliquandiu tractu cum Iride campum ſui nominis percurrēs mare infunditur: Quem Valerius Flaccus deſcribens ait:

Sæuaq; Thermodon medio Salè murmura uoluens
Gradiuo ſacer, & ſpolijs altiſs. amnis

Amazonū uaria eſt hiſtoria, alij eas apud Cariam Lydiamq; collocarunt: alij Mygdonū campum illis attribuerunt: alij in Helleſponto ſedes dedere: alij ultra Boryſtenem in Scythia eas habitaſſe dixerunt: Sed uulgatior opinio Themiſcyram illarū fuiſſe patriā cenſet, originem tamē Scythicā, nam & in Sarmatia Aſiatica ultra Caucaſum montē quam nonnulli ſcriptores Scythiam uocāt, Ptolemçus Amazones ponit. Circa Thermodoōtem fluuium ait Plinius duo genera eſſe apum, & quæ in arboribus melliſicant, & q ſub terra, triplici cerarū ordine uberrimi prouētus, etiam Hyaſpis gēma inuenitur, & Alabaſtris uiliſſimus ſine ullo nitore, in cuius amnis dextra Polemonium ciuitas fuit haud obſcura quæ & nomē præiacenti ponto dedit, Polemoniacum enim ab Herculis promōtorio ad Iſthopolim uſq; uocabat. Nūc in dicti amnis læua poſita, Vatiza ab incolis dicit. Inde Iaſoniū promontoriū & flumē: aliudq; Melanthus haud multo poſt in mare fert. Mox Cyteorus oppidū, & Hermonaſſa mediocris ſtatio in recōdito ſinu. Huius orç mediterranea licet nō ualde ferax, rigua tamē eſt, in qua ſunt oppida, Gazelenæ ſiue Gazelō prope Halym amnē ſtatuitur, Eudiphus, Caruanis, Barbaniſſa, Ablata: Itē Neocçſarea urbs terræ motu euerſa, quam Lycus fluuius abluit, atq; à minori Armenia eam diſterminat, Quæ renata denuo Thocatum barbari uocant. Dein Saurania oppidum,

dum, Cui ad auſtrum Scordiſcus mōs eminet. & in media planitie Megalula urbs in ripa Iridis amnis poſita Eupatoria primum à fundatore nominata, quã quum nondũ abſolutã Romani euertiſſent Pompeius denuo erexit, additaq́; illi regione ſales foſſiles habẽte, unà cũ colonis Megalopolim appellauit. Fuitq́; circa eum locũ urbs regia Goziura, antiqua ſanè regia, nunc deſerta quam flumẽ Iris prælabitur ubi ſe ab occaſu flectere in aquilonẽ incipit. quam aboleuit uetuſtas penes Iridem amnẽ, ubi ſe ad occaſum cõuertit: Item Zela urbs cognominata Sacea quam Nicomedis filius Zielas nomine, condidit in campo loco ſatis munito ſita, tumulus eſt quaſi de induſtria factus, undiq́; in excelſiori faſtigio murũ excipit, quẽ multi magniq́; in coronę modum ambiunt colles, quorũ editiſſ. unus eſt, 3. mil. paſſ. ab urbe, uictoria Mithridatis & Rom. infelicitate nobilitatus admodũ: ac dein uictoria C. Cæſ. expiatus. Fundarunt Zelam Perſæ, qui quũ petrã in campo ſitam animaduertiſſent, eam terra in mõtis figurã exaggerantes muro circumdederunt, Strabo ſuper aggerẽ Semiramidis conditam dicit, In quam Pompeius colonos deduxit, quæ una ex claris poſtmodum illorum locorum ciuitatibus fuit. Mox Sebaſtia quæ urbs adhuc ita dicitur haud magna ad Lycum amnẽ. & Meſoroma, & Sebalia, & Megalaſſus oppida ſunt. Rurſus iuxta Pontum Cappadocum Iſthopolis humi proſtrata. & Ceraſſus maxime tum illuſtris Sinopeorũ colonia, in ſinu ſui nominis poſita, q̃ excisa, nũc à barbaris Omidie dicitᷣ, Vnde in Italiam à L. Lucullo Ceraſſus arbor uectus eſt, qui de patria nomen accepit. Inde in mare flumina Læſſonius & Melantius uadunt. Mox Pharnatia oppidum eſt, quod ex Cyteoro quandoq́; habitatum eſt: Contra quod in mari Carcheritis inſula iacet, à Græcis Aria, Marti deo dicata, Pharnatæ ex pelamydum delphinumq́; piſcatione uiuunt: ex terra uerò quæ illis anguſta eſt metalla eruunt, nunc ferri, prius etiam argenti, Imminent eis mõtes metallis pleni, ac ſyluis operti quæ non ualde coluntur: quos Halyzonos, id eſt mari circumdatos poëtam appellaſſe Strabo putat: qui & Chalybes dicunᷣ. Sũt qui Halyzonos Amazonas eſſe dicãt. Poſtea Sida urbs, Chiriſonda nunc, quam Sidinus flumen abluit, planitiesq́; per quam labitur Sidina appellatur. Mox Tripolis caſtellum cum fluuio & Phylocalia, & Liuiopolis oppida, & Hyſſi portus, Cui Trapezos urbs adiacet, quę à iunioribus Trabeſonda modo dicitur, maxime illuſtris à Græcis in calcẽ regionis condita, quæ Sinopeorum coloniã habuit, uaſto mõte retro clauſa. Hinc Ciſſiorum quondam, nũc Laſſiorum litus ad orientem excurrit, & in eo Pitiuſa pagus, Rhizus portus, Cui Athenarum imminet promontorium inde Cordyba oppidum, Morthula caſtellum, et Arcadus fluuius in mare editur. Item Xylina urbs ad Ciſſi amnis oſtium ſita, qui ex monte eiuſdẽ nominis oritur, à quibuſdã Pixis appellatus. Et Aſporrus caſtellũ in acuto ac præcipiti ſaxo poſitum cũm fluuio qui modo fluuius Zoroch

 dicitur,

dicitur, Is naſcitur in extrema Moſchorum montiū parte ad auſtrū, quorum radices lambit, quouſq; in mare uadit: Plinius ex Paryardis mōtibus effuſus, coniunguntur enim ad inuicem, niſi quantum fractura Euphratis diſiunguntur. Moſchi enim montes ab Euphratis occidentali ripa, ubi ad auſtrum flectiī, deſiliūt, qui perpetuo inde iugo ad ſeptentrionē iuxta Colchos ſupra Pontum Euxinū inferuntur, quibus hæc regio à maiori Armenia ea in parte dirimitur. Et poſt Aſporrū Sebaſtopolis eſt in eorum montium colle ſita. Retro aūt à mari in Pharmacia regiuncula iam dicta oppida ſunt Zephyriū, Aza, Colacia, Cordula, Trapezuſæ, Aſiba, Mardara, Camureſarbū. Sub qua regio alia eſt Paryadra nomine, ſatis felix, ferūtq; in ea 55. caſtella quondam fuiſſe, quę Mithridatem locis munitiſs. conſtituiſſe uolunt, ex quib. Hydra, Boſgodariza, & Synoria quę clariſſ. habentur: Locus omnis montanus arduis præcipitijs defenſus, qui aquis ac ſyluis abundat, Nam & Lycus amnis ab Armenia per huius conuallem egreditur: Obtendiī enim Paryadra à locis Sidinæ & Themiſcyriæ proximis uſq; ad montanā minoris Armeniæ, quo in loco Ponti latus orientale cōſtituit, Nam diximus paulo antè regiones quaſdam Ponticas cognominatas eſſe: In hac quoq; Cibira urbs Mithridatis ſedes ſub ipſis Paryadrę radicib. fuit. Dein ad auſtrum Magnopolis quam quū Pompeius cepiſſet, & in urbis modum ſtruxiſſet Diopolim nominauit, quę dein Auguſta eſt dicta. Vnde paulo uicus fuit urbis amplitudine Cameria nomine in quo Phanum Mēſis Pharnacis appellatum erat, multis ſacris ſeruis ornatum, & regione ſacra diues. Item Nouus locus mirifice ſtructus, circūdat enim uerticem cuiuſdā munitæ ac præruptę pertræ, habentis in ſummitate fontem aquæ uberrimū, ad radicem flumen ac uallem profundā, circumcirca ſyluoſa & montana, & ſicca adeo ut intra 15. mil. paſſ. caſtra nō patiatur, in ea erant precioſiſsimi Mithridatis theſauri. A Paryardris autem montibus Ciſſa emittitur & Moſchicis iuxta Euphratem iungitur, à quo Ciſſa gens nominata eſt (ſubiacet enim monti) qui mons à quibuſdam Cydiſſa uocitatur, aſper ſanè, cuius ſumma Heptacometæ, id eſt, ſeptipagi obtinent qui Gurelli uocantur homines agreſtes atq; feri, notis ſignantes corpora, quorum ſuper arboribus alij: alij in turribus ligneis habitant ex quo uocabantur ab antiquis ſcriptorib. Moſynœcos, id eſt, turricolæ, turres enim moſyni uocantur: de quibus Dionyſius:

Moſyniq; domos præbent quis lignea tecta
Turribus arboreis habitantes unde uocantur.

Hi ferina carne, & arborum fructibus uiuunt: atq; ex ijs deſilientes peregrinos adoriuntur iter agentes: Sunt & in his Byzares: & Macrones populi, quos Flaccus meminit. Heptacometas legiones tres Pompeij intereміſſe hiſtoriæ tradunt, nam quum per eius montana proficiſcerentur, admixto in crateris furente melle quod rami arborum ferunt potos & mente captos

tẽ captos adorti facile interemerunt. Hinc ad Euphratem Acileſina regiũcula eſt, in qua mons eſt Daſtira nomine aquis abundans prope quem Euphrates fluit, qui ab Armenia minore Acileſinam diſterminat, quouſque pars ea Cappadociæ quam Pontum uocari diximus pertinet, Ac deinceps quæ proprie dicitur Cappadocia, cuius prima regio eſt Chamannea ad occaſum Iridis amnis ſub Phanarea, Vbi Zama oppidum cum fluuio, mox Andraca oppidum celeberrimum. Gadaſena uicus & Saruena in modum urbis ædificatus & eſt regionis metropolis. Poſt dictam regionem alia eſt auroram uerſus Sargauraſena uel Sargauſina inter Argæum montem & flumen Iridem conſtituta. In qua Phiara uicus: & oppidum quondam Herpa nomine apud Carmalem fluuium qui tranſmiſſo Tauro monte per Cilicos campos delapſus Pyramo iungitur. Item oppida Sadagena: & Gauræna ſunt: Et Sagalaſſus ciuitas quam Segleſúmque uocant, & Ariarathyra, & Maroga. Item alia regio dictæ ſubiacet Gardaucrita ſiue Garſaura, ad occaſum Argæi montis ſita Antitaurum ad meridiem habens: in ea Phreata, id eſt, Putei uicus. Archelais colonia à Claudio Cæſare deducta quam perfluit Halys. Mox Nanneſſus uicus. & Diocæſarea urbs & Tiara, & Caſtallia, & Salambriæ, & Tetrapygia. Eſt & regio Gabadania nomine à quibuſdam Euſebia & à quibuſdam Epheſtia dicta intra Argæum Antitaurúmque montes & flumen Melam iacẽs, magna ex parte plana frigidáque, ex quo perraro ſicubi fructuoſam gignit arborem frumento tamen abundat, & pecore omnis generis: In qua Moza nobiliſsima ciuitas ac gentis caput quæ & Mozacha, Eam Cæſaream Tiberius appellari iuſſit, nunc Tiſaria à barbaris, ſub Argæo monte ſita, loco ſanè difficili, ad habitandúmque incommodo, nam licet ante urbem campeſtris extendetur planities, collibus undique arduis & aſperrimis circumſepta, tota ſterilis eſt ac ſicca, nec non harenoſa petroſáque. Quod quum paululum ab urbe proceſſeris, campi undique igne exulti ſeſe offerũt, quare inculta omnia, & ſquallida iacent, ſecat tamen eam quinque millia paſſuum ab urbe fluuius Melas, id eſt Niger quem Magnum Ptolemæus appellat. Qui quum ex humillimo loco propè urbem in Argæi radicib exoriatur, ſtatim in lacus ac paludes effunditur, ex quo in hac parte inutilis eſt, ac urbis aërem in æſtate corrumpit, etiam lapidicinas quæ ibi ſunt ocioſas reddit, Quibus autem rebus quæ urbi neceſſaria ſunt è longinquo afferri opus eſt, præter ligna, quibus Cappadocia penè omnis caret, In radicibus enim Argæi ſylua, unde lignari facile, etſi lignatoribus periculum ſit, ſubiecta quippe loca ſyluæ, ſubterraneos ignes nec non gelidas habere aquas dicuntur, unde herbidum ſolum fit, & locis quibuſdam paluſtre, ex quibus in nocte flammæ conſurgunt, qui niſi cautè rem peragant, ſæpe (quemadmodum pecori obtigit) in obſcuras ignis foſſas trahuntur, Quos tamen ignes innoxios eſſe fe-

runt, & languida refulgentes flāma nihilq́ comburētes: Eſt Argæus mōs omnium huius loci altiſs. quod notatur ex ijs qui cum aſcendūt, quanquā pauci, ſereno cœlo utrumq́ æquor aſpici, Iſſicum ac Perſicum, cuius cacumina æſtate pariter ac hyeme niuoſa ſunt. Poſt autem Mozā Cyriſtra oppidum eſt ad montem Antitaurū, & Ebagena, & Archalla, & Sobara caſtella. Sequitur Lycaonię pars oriētalis (partem enim occidentalē in Gallatia reliquimus) quæ ſic etiā appellatur. In hac regione Adopiſſus uicus eſt, & Canna à quo haud longè Iconium olim urbs celeberrima, nunc Cognum ad amnem Ceranum in Melam exeuntem ſita: felicem circū ſe campum habens, Nam Lycaoniæ pars quæ collibus tenetur, nuda eſt ac frigida, onagris tantū paſcendis apta, Vbi multa aquę penuria quæ ſicubi ſunt profundiſs. puteos habent. Prope urbem lacus duo ſunt alter maior qui Coralis dicitur, alter minor qui Trogetis appellatur. Deinde oppida ſunt Paralais, Corna, Chasbia, et Barattha: Et ſub ea ubi à Tauro Antitaurus diſilit, regiuncula eſt quæ Antiochana dicitur, Eſt in ea Laranda oppidum nobile priſcum retinens nomen Cerane appoſita qui in Antitauro fontes habet, planitiem ante ſe habens. Item Derba uicus, oppidum quondam Antipatris. Eſt & Musbanda, & Olbaſa, cui ad auroram iuxta Antitaurum, qua Melas flumen montem ſecat. ultima Cappadocię regiuncula iacet Tyanis nomine, quę fertilis eſt, Cuius metropolis Tyana, Apud quā fons eſt Asbamæus, cuius aquam græci Periuri Iouis appellant, indigenę autem inextinguibilem: Eſt enim fons frigidus, non ſecus atq́ igne calefactus ebuliens, hęc puris & iuramenti fidem ſeruantibus aſpectu placida & guſtu dulcis eſt, periuris uerò & infidis palā aduerſari Philoſtratus author eſt, ſunt & oppida Drata, Bazis, Sialaq́ & alia nonnulla.

Armeniæ minoris regionis ſitus.

ARmenia minor ad orientem Cappadociæ ſita eſt, cuius quondam pars fuit, namque procedentibus temporibus crebris in eam incurſionibus ab hominib. Armenis factis, quæ inter Antitaurū ac Taurum montem compræhenduntur, Armeniæ minoris nomen à gentibus ibi cōſidentibus ſumpſit: ut quibuſdā placet: Verum Appianus conceſſiſſe Pompeiū Tigranis maioris Armenię regis filio, Sophenes & Gordyenæ regnum inquit, quę nūc Armenia minor appellatur: quum Sophenam & Gordyenam regiones Ptolemæus in Maiori Armenia ponat: interfluatq́ inter utramq́ Euphrates: Sed ut ad prouinciā redeamus, Haud reliqua Cappadociæ terra inferior aut incultior eſt, uerū nobilior, atq́ frequētior: ea enim inter excelſiſs ac præruptos & ſylueſtres mōtes claudit, inclytis rigat amnib. munitisq́ oppidis illuſtrat: cui ad noſtra uſq́ tēpora minor Armenia nomē remāſit. Huiꝰ regiōis homines, cultu armaturisq́ (bella gerūt) Phrygijs ſimiles incedunt, licet eorū magna pars pecuariam exerceāt: Apud hos Amethiſtus lapis præter alia inuenitur. Continetur

hæc

hæc prouincia his clauſtris, Ab occaſu Antitauro monte, qui à Tauro ſupra Ciliciam abruptus, inter hanc & Cappadociam, in boream uentum procurrēs Euphrati fluuio procumbit: A meridie Cilicia ſecundum Taurum montem, ac parte Syriæ iuxta Amanum montem: Ab ortu ſolis Euphrate fluuio: A ſeptentrione uerò Angulo ipſo finit, qui contractu duorum laterum efficitur, Antitauri uidelicet ac Euphrat:s, in quo regiuncula ſituat Orbaleſſena nomine: ſub qua Æculana, poſt Æretica, & ſub hac Orſena, & quæ magis ad auſtrum eſt Orbiſena: In prima itaque ad Euphratem Sinibra oppidum eſt: Dein alterum Aziris celeberrimum, nūc ab incolis dicitur Arzicham. Item Chadana uicus in modum urbis inſtructus cui montes imminent, fuitq; nonnunquam regia à cuius ſitu haud longe nunc eſt Camuca in altera fluminis ripa, & Siſmara, & Zimara caſtella in rupib. & Daſcuta: Retro uerò à flumine iuxta montana, Satala, Domana, & Tapura caſtella ſunt in tumulis ſita: Iuxta quæ Nicopolis urbs in loco plano quam Pompeius uictoriæ ſuæ de Mitridate ibi effuſo quo monumētum poſteris eſſet condidit, cuius à duobus lateribus montes excelſi ſunt, remoti ab ea, Quorum qui ad ſeptentrionem eſt Daſtira dicitur. Et alia caſtella ac uici, ut Corſabia, Charax, Dagona, Seleoberia, Caltioriſſa, Analibla, Piſingara, Godaſa, Eudixata, Carapa, Maxora, Oromādus, Iſpa, Phuphena, & Arana ciuitas. Deinde in ſiniſtra Melæ fluuij Phuphatena: Mardara, Varſapa, Orſa uel Oncha oppidum, ubi primum Darius ſe recepit, quum fuſo fugatoq; in Cilicia ab Alexandri exercitu profugiſſet. Hinc ad Euphratem regiuncula eſt quæ Melitene olim, nunc Suar appellatur, tota domeſticis arboribus cōſita quæ & oleum fert, uinumq; optimum Monariticum dictum, quod aiunt certare cum Græco, Ciuitatem nullam tum habuit: caſtella autem in mōtibus poſtea ciuitates quaſdam recepit, Nam iuxta flumen, Daguſa: ſub qua Sinis colonia uel Sinorgia & Melitena ſiue Melita urbs eximia ad confluenta Melæ fluminis cum Euphrate ſita, Quam Semiramidem condidiſſe fama eſt, quæ nunc Malatia dicitur, ad quam Euphrates ponte tranſitur. Nam Melas paludibus lacubusq; expeditus collectis rurſus aquis in unum ſe alueum immiſſus per mediam Cappadociam Armeniamq; tranſmiſſo Antitauro huc decurrit: ab Euphrate uerò uici ſunt iuxta Melam, Zopariſtus, Titariſſus, Cranica, Phuſipara, Euſimara, Iaſſus, Ciacis, Leugæſa, Carmala, Semiſus, & Ladeneris. Sub Mela autem, Murauna regio eſt, in qua Sindica oppidū Murauna cognomine in petra ſitum: Cotæna, Zoropaſſus, & Niſa, & Araſaza urbs, Item Carmalis, Garnaq; oppida. Et poſt eam ad orientem Lauianſena, In qua caſtella, & uici ſunt, Maparcelis, Zizoatra, Paſarna, Cizara olim caſtellū munitiſſimum. Item Sabagena, Noſalena, & Lautaſa. Et ad Euphratem oppida Corna, Metita, Claudia. Iuxta quam ad idem flumen Arauena regiuncula, & in ea Iuliopolis: & Barzalo oppida, Sub qua ab Euphrate

Seraſte-

Seraſtera, Lacriſſus, Entelia, & Adatha uici ſunt. Eſt et ad meridiẽ Murau næ Cataonia regio ampla ſanè & ſaltuoſa, media tamẽ depręſſa ac plana, & omnia fert pręter ea quæ ſemper uirent, Cui circumſtant mõtes in quibus Amanus à parte auſtrali, In campis ciuitas nulla, in montibus uerò caſtella optimè munita ſunt: quorum eſt Cabaſſus uel Thebaſſa in Tauro & Tynna aggeri Semiramidis ſubiacẽtia. Item Tirallis, Tauro monti propinquum & Cybiſtra quæ Armignacha nunc appellatur. Mox Claudiopolis, Daliſandus, Padyandus, & Comana urbs clariſsima quondã Cappadocum cognomine, barbari nunc Tabachaſam uocant, in pronis & anguſtis Antitauri conuallib. poſita quam Sarus amnis interfluit, In hanc ferũt Iphigenia ex Taurica ſacra huiuſmodi 500. attuliſſe, ut ſacrorũ ſeruorum multitudo ingens Bellonæ deæ miniſtraret, hicq́ lubricam depoſuiſſe comam, ex qua re urbi nomen datum eſt. Hinc Mopſi fons, Tanadaris quoq́ & Leandis caſtella.

Ciliciæ prouinciæ ſitus.

CIlicia prouincia minori Armeniæ ad auſtrum ſubdita eſt, quam à Cilo Pelopis auriga & locorum principe denominari quidam putant, in quibus eſt Strabo, Herodotus uerò à Cilice Phœnice Agenoris F. ait, quum prius Cilices Hipachei appellati ſint: & Mopſitenæ, & Mopſiſtræ, quum in ea Mopſus regnaſſet, Euſebius ſcribit: quæ etiã Tarſis à quodam haud rectè putatur. Hæc in Trachiniam & campeſtrem Ciliciam diuiditur, illa ad occaſum, iſta ad ortum uergit, Campeſtris uaſtior eſt. Sic dicta quia plurima iacet in campo, crebris ac profundis diſtincta fluminibus diues ac bonis omnibus afſluẽs, uberi palmite, multisq́ frugibus uirens, ubi equi, ac mulli pulchriores & ualidiores proueniunt. Homines quemadmodum Arabes & Phryges auium cantu futura interpręt antur, Paſtu enim pecudum maxime utuntur, campos & montes hyeme & æſtate peragrantes, propterea facilius cantus auium & uolatus notauerunt: Carne lacteq́ uictitantes, qui uerò urbes inhabitant locis montanis, maxime uaria artificia mercimoniaq́ exercẽt: quos Pompeius poſtquã in mari uicit, longè à litoribus, euerſis eorum urbibus remouit & in mediterraneis agris quaſi obligauit, ne illecti iterum prædandi dulcedine Piratæ fierent, Qui ſic ea tempeſtate maria omnia bello præcluſerant, ut nullam in partem nauigare tuto fuit. Quæ prouincia temporibus iſtis Turchomania ſiue Finicha à uico quodam magno nuncupatur: his finib. contenta: Ab occaſu Pamphylia: A ſeptentrione perpetuo Tauri montis iugo: Ab oriente Amano monte: A meridie mari ab ſe Cilico denominato, haud minus trecentorũ mille paſſuũ pręternauigatione. Poſt itaque Pamphiliam ſiue alteram Trachiniæ partem, quam ibi uti Ptolemæo placet annotauimus. Altera pars ſequitur, quę Leontidis cognominatur, ubi initio litoris Iotapa caſtellum in colle poſitum eſt iuniores modo Lombardum uocant:

dum uocãt. A quo paulo Selenis fluuij prȩalti oſtium, nauium ſtationem habens, Nam Lucanus:

Quo portu mittit rates, recipitq; Selenis.

In cuius orientali ripa Cragus petra prærupta ad mare ubi Antiochia oppidum eſt, eodem adhuc nomine appellata nam Antiocheta dicitur, ad oſtium amnis exigui, Mox Nephelis uicus. & Caradrus munitio cum ſtatione. Item Andriclus mons, & aſpera quædam prȩternauigatio, nomine Plataniſtus. Hinc Lalaſis fluuius in mare uadit Calendus à barbaris, Anemurium poſtea promontoriũ, Stalemura nunc, exaduerſo Cromyũ promontorium Cypri ubi 60. mil. paſſ. fretum: uocaturq; Aulona Cilicium. Hinc litus Cetidis regiunculȩ ubi ad Orimagdi fluminis os Sequinus modo Agidus ciuitas interijt, & Arſinoë uicus ubi ſtatio & Melas amnis Crionerus nũc antiquus Ciliciȩ finis. Vlterius Axamia habitatio in colle ſita, quæ ſtationem habet, quam Cleopatræ Antonius dedit, q̃d erat fabricandis nauibus idonea, abundat enim hæc regio huiuſmodi arboribus ac magna ex parte cedris. Dein Celenderis ora, ubi eiuſdem nominis ciuitas quæ portũ habet Samiorũ colonia, Palopoli nunc dicitur. Aphrodiſia promõtorium. Holmus uel Holmiæ ciuitas quondam, nunc deſertus locus. Sarpedon extrema: & Calidrus ſeu Calycadnus amnis mare irrumpit, & appellatur nunc Saleſus. Vltra cum petra eſt Picœla nomine in modum ſcalæ ui exciſa, qua Seleutiam itur. Poſt eam Zephyrium promontorium: Vnde illa ſequitur quæ propriè campeſtris Cilicia appellatur, quam Taurus mons à mari iuxta Tracheam ſurgens, curuatuſq; ad ſeptentrionem, altero cornu in diuerſum litus flexo claudit: cuius maritima ſic ſe habent. Poſt Zephyrium, Corycum eſt promontorium & ciuitas, quæ à duabus partibus mari abluitur, tertia anguſto ſolo continenti annectitur quæ à iunioribus modo Curcum profertur, Portum ad occaſum habens: In mari, 300. paſſ. interuallo exigua eſt inſula Eleuſa tum nomine, hanc Archelaus habitauit in qua regiam fecit, & adhuc ueſtigia reſtant: Ea nunc quemadmodum & promõtorium Curcũ dicitur, Item ab urbe haud longè Corycium ſpecus iuxta mare aperitur, altis circundatũ petris, quod nemus eiuſdem appellationis circumplectitur, intus deſcenſus inæqualis, fructuoſis arborib. ac domeſticis & quȩ ſemper uirẽt, frequens, ubi & optimum crocum gignitur. Ex quo ſpecu in alium peruenitur, ubi fons largus puræ ac nitentis aquæ ſcatet, in fluminis modum exiens, quod mox à terra abſorptum, occulte delatum in mare it aquamq; amaram illi uocant: ubi & Iouis phanum, & in imo receſſu cubile Typhonis gigantis fuiſſe traditur. Dein Sebaſta oppidum in prærupto colle ſitum. Sub quo Latinus fluuius in mare uadit, ortus in excelſis Tauri partibus. Mox Nympheum locus, & Pompeiopolis, Sole uel ut alijs Paleſole dicta. Nam Põpeius quũ in eam Piratarum partem quæ ſuperfuerat collocaſſet, urbem mutato

priori

priori nomine, de ſuo appellauit, Diſiectam modo, inſignem quidem Achiuorum opus & Rhodiorum qui ex Lyndo uenerunt: Laertius à Solone ex ſeptem ſapientibus conditam, quum à Craeſo huc profectus eſſet, à quo denominatam fuiſſe. Poſtea Zephyrium promontoriũ ad quod Cydnus fluuius, Tarſu ab incolis modo dictus in mare cadit, medium percurrens lacum, qui ſub Tarſo urbe, paulo ſupra mare ipſi Rhegmam uocant, quod antiqua naualia habuit, Cydnus fontes in Tauro monte habet unde in campos præcipitatur, cui ex limpiditate aquæ nomen inditum eſt, quicquid enim candidum eſt Cydnum gentili lingua Syri dicunt, Qui non aquarum ſpacio, ſed liquore memorabilis, tumentior uere quum niues ſoluuntur, reliqua parte anni tenuis eſt, & quietus: quod Tibullus indicat dicens:

At te Cydne canam tacitis qui circiter undis
Ceruleus placidis per uada ſerpis aquis.

De quo etiam Curtius, Leni tractu è fontibus labens puro ſolo excipitur, nec torrentes incurrunt, qui placide manantis alueum turbent, Itaq; incorruptus idemq; frigidiſsimus quippe multa riparum amœnitate inumbratus, ubiq; fontib. ſuis ſimilis: Cuius aquam Plinius podagricis mederi dicit, ſicut & in epiſtula Caſſij Parmenſis ad M. Antonium cõtra aquarum culpam legimus: Strabo, rapidiſsima aqua ac frigida, quapropter hominibus ac beſtijs auxiliatur, quę neruos craſſiores habent: Sunt qui Cydnum ex bonitate aquæ deriuari, ex alueo Coaſpis fluuij dicãt, quum ille per Medorum terram in Tigrim fluat. Poſt autem dicti amnis oſtium Haminodes promontorium, id eſt harenoſum, iuxta quod ad orientem Sarus fluuius qui nũc Adena ab accolis dicitur, ex minori Armenia ubi Comanam urbem interfluit per Tauri conualles deuolutus campos rigans in mare irrumpit. Mox Pyramus alius amnis, nauigabilis in mare deſcendit Malmiſtra nunc à barbaris dictus longe ultra Taurum. In Cataonia è media planitie exortus nauigabilis delabitur. Nec à fontibus procul ingreditur foſſam per quam aqua puriſſima magno ſpacio ſub terram fertur, deinde in ſummum erumpit, tanta ui, ut immergi ſuperna uix haſta poſſit, Vnde latè patenti alueo per ſuperiora Armeniæ uſq; Taurum fluit, ubi uerò ſe Tauro iungit, mirum in modum contrahitur, & per montis (ut uidetur) cæſuram (nam adeò ex una atq; altera montium parte diſpoſitæ petræ ſunt, quod ſi concurrerent ſimul concauitates eminentijs & eminentiæ concauitatibus inter ſe conuenirẽt, unumq; ex duabus medietatibus quemadmodum prius fortaſſe fuerat, montem conſtituerent) emiſſus, profunda quidem & anguſta ruptura, adeo ut canis ac lepus ſaliat: ſolũ tamen quod inter montes iacet duorũ triũmue iugerũ ſpacio eſt inæquale totum ac ſaxeum, amnis alueus ad labrum uſq; plenus eſt. Is propter obliquã inter ſaxa uertiginem ſonum tonitrui perſimilem edidit, ita ut de longinquo ue-

nientibus

nientibus exaudiatur, Montes uerò egreſſus, tantum limum in mare dedu-cit, partim ex Cataonia, partim ex Ciliciæ campis, ut huiuſmodi oraculũ editum feratur:

Tempus erit rapidis olim quum Pyramus undis
In ſacram ueniet congeſto litore Cyprum.

Cui amni Mallus urbs proxima, ubi caſtrum eodem nũc nomine, in edito quodã loco ſita fuit, Mopſi & Amphilochi opus quum à Troia redirent, cuius meminit Dionyſius:

Hinc Aſiæ Cilicum ſunt celſis mœnibus urbes
Lyrneſus, Malloſq; ſimul uicina profundo.

Quarum Lyrneſi nudum tantum nomen ſicuti magirſi eſt nam & ipſa ue-tuſtas deleuit. De cætero uſque Iſsicum ſaltuoſa ora eſt, quibus in locis Se-ropolis in uicum redacta. Et Egeæ oppidum cum ſtatione: ubi & naua-lia fuerant: locus etiam philoſophantibus idoneus: & ſtudia adoleſcenti-bus apta, modo à nautis portus palli dicitur, nam ad portũ ſita fuit. Item Iſſus oppidum ſtationem habens, tum ingẽs urbs, & emporium celebre, qua ex re ſinus Iſſicus appellatus fuit. Sita enim erat in ſinus margine, qui hodie colpus de Laiaza dicitur ab oppidi nomine quod iuniores Aiazum uocãt: Et licet à iunioribus dixerim, uocabulum nihilominus ab antiqua origine trahi uidetur, una detracta litera quum Strabo dicat, prope Olba-ſam (de qua ſtatim dicemus) templum Iouis eſſe Adiacis fratris Teucri o-pus, huius ſacerdos etiam Tracheæ dominatus eſt: Et paucis poſt, noſtra inquit, ætate Teucri principatum & ſacerdotiũ uocãt, & maxima ex par-te ſacerdotes Teucri uel Adiaces dicuntur. Hic amnis Pindus uel Daph-nes (ut quidam uocant) in mare influit, ubi Crocodilus premontoriũ A-manis montis pars, quem accolæ Caibum modo dicũt in quo oppidum Bomite, ubi & galbanum naſcitur. Nunc de ijs oppidis quæ interius à ma-ri ſunt: In Trachea Leontidis, Cayſtrus, Domitiopolis, Philadelphia q̃ an-tiquũ nomẽ retinet adhuc, Seleucia Tracheotis, id eſt aſpera cognomine, à reipſa Seleucij regis opus, ſupra amnẽ Calycadmum poſita marmoreo ibi ponte iunctum. Per quem à mari in urbem quinq; mil. paſſ. nauigatur, ampla tum ac bene habitata, nam quũ conderetur, ex Holmo ad eam com plures migrauerunt, quæ nunc Saleſica dicitur ubi miræ uetuſtatis ædifi-cia ſemiruta uiſunt: namq; ex priſtina urbe non niſi arx integra manſit, q̃ habitatur nunc, ualida quidẽ ac in prærupta petra ſedens, uenerandã præ ſe antiquitatẽ ferẽs. Sub qua ad occidentalem partem fluminis lacus eſt 3. mil. paſſ. à mari in quo piſcis optimus: inter quem ac litus Sichinũ caſtel-lum in arduo monte ſitum. Poſtea Diocæſarea ſiue Claudiopolis urbs in quam deduxit coloniam Claudius Cæſ. Item in Cetide regiuncula quam iuxta mare eſſe diximus, Olbaſa ciuitas in montanis locis, in quibus gen-tes ſunt, Dalaſſitidi, ubi Ninica urbs, & Characini apud quos Flauiopo-

lis, Et Lamotides Lamum ciuitatem inhabitãtes. & Lachanides Irinopolim urbem habentes. & Brichices in quibus Auguſta ciuitas fuit. In eo uerò quæ Cilicia proprie dicitur Tarſos urbs ampla & opulenta totiusq́ regionis nobiliſs. eſt, in campo ſita, quam Cydnus amnis mediam pertrãſit, hanc teſte Plinio Perſeus Danes nobiliſs. proles locauit, unde Lucanus:

Deſeritur: Tauriq́ nemus: Perſeaq́ Tarſus.

Euſebius Sardanapalum ultimum Aſſyriorum regem eam cõdidiſſe ait: Strabo Triptolemũ, qui quum ad inquirendam Ion miſſus, & in hanc terram ueniſſet, facta inter Argiuos, qui cum eo erãt, diſceſſione, ibi Tarſum condidiſſe, Ideo Argiuorum opus dicitur 5. mil. paſſ. à mari, modo diruta præter arcem in excelſo monte loco difficili ſitam quæ Tarſo adhuc nomen tenet. Huic mons propinquus eſt Apheſanta nomine, unde Perſeum ſe emiſiſſe ad uolandum quum ad extinguendam Gorgonem Libyam peteret: ubi & lapis Amethiſtus reperitur, ſed uiliſſ. ac ſordidiſſ. Mox paulo ſupra mare ad auroram Anchiala locus eſt ubi ciuitas fuit Sardanapali etiam opus, fuiſſeq́ ibi eius monumentum ac ſtatuam, & ut quidam dicunt epigramma Aſſyrijs literis huiuſmodi inſculptum. Sardanapalus Anacyndarixis F. Anchialem & Tarſum una die condidit, ede, bibe, lude. Et ſub inſcriptione uerſus ſequebantur:

Quum te mortalem noris præſentibus exple
Delitijs animum, poſt mortem nulla uoluptas.
Namq́ ego ſum puluis, qui nuper tanta tenebam,
Hæc habeo quæ edi, quæq́ exaturata libido.
Hauſit: at illa manent, multa & præclara relicta:
Hoc ſapiens uitæ mortalibus eſt documentum.

Item Adana oppidum eſt, quod ſic etiam nunc uocitatur, in fontibus amnis cuiuſdam poſitum qui in Cydnũ influit: inter quod ac Tarſum campi qui ſunt, Ælei appellabantur, eſt & Pinara. Deinde Cæſarea urbs Anazarbeum ante dicta penes Anazarbeum montẽ ſita. Mopſieſtia etiam oppidum Pyramo amni impoſitum. Et aliud Caſtabala iuxta Taurum montem, ubi fuiſſe Dianæ Paraſiæ, id eſt, translatitiæ phanum, & ſacras mulieres illeſas nudis pedibus ſuper prunas ingredi. Eſt & uicus nomine Latinus in excelſis collibus Tauri ibi Latinus amnis exoritur. Sub quo Nicopolis, & Epiphania quæ ciuitas Eniandos ante dicta fuit. Hinc Amanidæs portæ quæ & Cilices dicuntur, Fauces iugi ſunt, quæ Pylæ à Græcis appellantur: quas Cicero meminit dicens, Duo ſunt aditus in Ciliciam ex Syria quorum uterque paruis præſidijs propter anguſtias intercludi poteſt, nec eſt quicquam Cilicia contra Syriam munitius: iter enim eſt, qua aditus anguſtiſsimis faucibus cohibetur uocaturq́ à iunioribus paſſ. Portellæ, hac ingredientes, trames arctiſſimus accipit, uix quaternos armatos patiẽs ſub rupto præcipitio ad duo mil. & 500. paſſ. porrectus, quem ua

ſtæ hinc

ſtę hinc atq; hinc pręruptis rupes ſaxis colleſq; mirę altitudinis imminēt uię, crebris oberrantib. riuis, qui ex radicibus montiū manāt. Sed quum Amanus mons pars Tauri ſit ipſumq; Taurum ex Lycia ubi modicis ac diſperſis collibus originem cepiſſe & per Pamphyliā grandem iam, Cappadociamq; & minorem Armeniam à Cilicia dirimētem huc perueniſſe in ſuperioribus mentionem fecimus, Haud incongruum uidetur, hoc in loco reliquum eiuſdem montis carptim exponi, quum deinceps latius ſuis ubicunq; opus fuerit locis, regiones illi adiacentes deſcribemus, ſæpius enim commemorandus eſt, quandoquidem magnæ Aſiæ diuerſarum nationum terminus ſit, Licet multinominis ex plurimis eius uel flexibus uel auulſionibus ac uarijs in eo ſiue circa eum gentibus uocitetur. Taurus autem (ut Dionyſio placet) ad ſimilitudinem animalis cornibus imminentibus, id eſt ob erectos in cœlum ſcopulos appellatus: in extremi uſq; Eoi litoris ſeptētrionem inter ac meridiem protenſus, Aſiam quodammodo in duo diuidit, ſiniſtram interiorem, dextram exteriorem Græci uocant: Qua meridiem ſpectat ſolis afflatu uaporat: qua ſeptentrionem aquilonaribus uentis pruiniſq; aſperſus uehementer riget, immenſus, præruptus, præcepsq; modo ad boreas, modo ad auſtrum flexus, in multos ueluti ramos reſilit, ac diſcinditur, Qui longè ac latè dilapſi, alij uel Mæotide, uel Caſpio, uel Perſico, aut Indico pelago intercipiuntur: alij alijs montibus conſociantur, alij in medijs campus diſperduntur: nonuullis quoq; locis aut interſectus fluminib. aut natura dirutus uallium hiatu pateſcit, Quas quidem profunditates nunc Caſpias portas, nunc Armenias, nunc Cilicas, aliaſq; facit, uix tamen latiſſimas, iter paluſtro meabiles, lateribus in altitudinem utrumq; deſectis, quæ pro gentium uarietate, diuerſis nominibus appellātur: Idq; beneficio naturę eſſe factum, ne Aſiæ partiū interiecto iugo gentibus cōmertia tollerentur. In his autem montium tot anfractibus ac infinitis penè cōuerſionibus gentes innumeræ compræhenduntur: quarum quæ in ipſius conuallibus ac eminenti dorſo uita degunt, obſcuriores ſunt ac minus notæ, multis quippe locis mons latitudine trecentis & octuaginta mille paſſibus, ferè conſtare dicitur, quæ uerò poſt eum loca hinc atq; hinc incolentes manifeſtæ ſunt ſicut in ſequentibus clarè patebit.

Dominici Marii Nigri GEOGRAPHIAE Commentarius II. Aſiæ, in quo Sarmatia Prouincia continetur.

SArmatia Aſiatica, quam alteri in Europa ad flumen Tanaim occurrere diximus, ſuperius, cõtra iam dictas prouincias ſeptentrionem uerſus, Euxino interiecto Ponto obiacet: magna ſanè regio, & quæ innumeras nationes complectitur: Medorum ut ſcriptores ferunt ſoboles: à nonnullis inter Scythas connumerati: nunc patrio uocabulo Sargatia dicta: Cui limites ſunt ad ſeptentrionẽ terra incognita: Ad occaſum glacialis oceani intima & latus alterius Sarmatię ad Cherſinum amnem, Tanaiſq; ripam ad uſq; eius oſtia in Mæotida paludem, ripa quoque orientalis Mæotis uſque Cimmerium Boſphorum: Ad meridiem flexo Boſphoro pars ſeptentrionalis Ponti Euxini uſque in oſtium Coracis fluuij, unde relictis à parte dextra Colchis, Iberis, Albaniſq; in litus Hyrcani ſiue Caſpij maris peruenit, ipſum litus uſq; ad oſtia Rha fluminis: Ad orientem Scythia iuxta flumen Rha, quouſque ad occaſum flectitur, nam inde recta ad incognitam terram finit, Locus uidelicet deſertus ac per hoc indiſcreta terræ facies, & aquarum penuria derelictus. Colũt hanc regionem iuxta terrã incognitam Hyperborei Sarmatæ, id eſt ultra boreã conſtituti, humanæ uitæ modum excedentes, uiuunt enim ultra centeſimum annum, Quam gentem Plinius felicem appellat, regionem inhabitantes apricam felici temperie, omni flatu noxio carentẽ, quibus domus nemora ſunt, nulla apud eos diſcordia, nulla ægritudo, mors non niſi ſatietate uitæ, ſenio namque confecti è ſumma rupe in mare ſalientes, cuius mortis genus beatiſsimum putant: Qui Delon quoque frugum primitias Apollini per uirgines ſingulis annis, quouſque uiolata eſt fides mittere conſueuerunt. Sub quib. ad uſq; Ryphęos montes Ryphęi populi habitant, hoc eſt ubi Ryphęi deficiunt: qui Baſilici, id eſt regij cognominantur, ab Hercule & Echydna generis principia trahentes, homines iuſti ut Homerus cecinit, quos Iupiter ab Idæis montibus cõtuetur, amant enim quietem, neminem ledunt, quibus rebus ne à ferociſsimis quidem moleſtantur, tanquam ſacri: Etiam quicumque periculum à ſuis metuũt apud hos, ac ſi ad aſylum confugerent, tuti ſunt: Quibus (quemadmodum Hyperboreis) nemora ſedes ſunt, alimenta baccæ: capillus iuxta fœminis uiriſq; in probro habetur, uterque ſexus comas tondet, Per quos Cronius & Biſula amnes fluunt iuxta has gentes ad auroram Modocę ſunt, & hippophagi, id eſt, equinam carnem cõmedentes. Et ſub his Zacatæ, & Suardeni, &

Baſaxi,

Baſæi: Et iuxta Tanaim fluuium ubi ad orientem ſe conuertit Perierbidi magnũ genus, ubi in ripa Tanais Cæſar. & Alexandri aræ ſitę ſunt, ibiq́ꝫ eas Ptolemæus poſuit: Amianus uerò in ripa Boryſtenis locis nemoroſis locauit, errore fortaſſe ductus. Sub quib. poſt flexum amnis ad auſtrum Iaxamatarum gens eſt, Quos Iaxios alij uocãt, regionem itineris dierum quindecim inhabitantes, arboribus tam agreſtibus quam domeſticis uacuam. Sub Suarduenis autem Chænides ſiue Chæanitæ. Poſt quos Troglodytæ ſunt qui propter frigora habitant in cauernis, quibus Polyphagi iuncti ſunt, interiacentibus campis. Et ab orientali parte Rha fluuij Phthirophagi, quibus nomen à ſordibus ac fame datum eſt. Sunt quoque iuxta hos Materi: & regio quæ Neſiotis dicitur. Poſtea ſub Iaxamatis Siraci qui in radicibus Caucaſi montis iuxta campos Achardæum flumen accolunt è Caucaſo deiectum, qui ex opulentia aurum geſtant uiginti millia equitum in bello habent, quorum modo regio Syroæn dicitur. Inter autem Mæotida paludem & Hyppicos montes, poſt Siracos Paxani uel Peſſij, & Nabiani nomades ſunt. Sub quibus Rhombitæ, ad flumen ſui nominis ſedes habentes, qui aluntur pulte, & cruda ac ferina carne, & equino lacte, ſanguine cruriſuenis admixto. Dein Thæmeotæ. Sub quibus Tyrambæ: & Aſturicani: ſunt enim Hippici montes qui retro à palude Męotide protracto iugo ſupra Colchos in ſeptentrionẽ tendunt. Poſt autem Aſturicanos uſq́ꝫ Coracem mõtem Arichi, & Zynchi regionem tenent: Mons Corax eſt in quo finiuntur montes qui ſupra Colchidem Iberiam, Albaniamq́ꝫ prouehuntur Caucaſi nomine, qui montium omnium altiſsimi eſſe dicuntur, in quibus cryſtallum congelatur, quorum cacumina perpetuam hyemem ſentiunt, ideo inacceſſibilia, licet æſtate aſcendi, non tamẽ niſi bubalinis corijs muniti pedes propter glaciem & niues poſſint. Monſtraturq́ꝫ in eodem locus, rupes ſtadiorum decẽ circuitu, in altitudine quatuor ubi fabulæ Promethea uinculis ferreis à Ioue uinctum fuiſſe tradunt. Quare Flaccus quum litora & gentes Sarmatas ſcriberet inquit:

> Vltimus inde ſinus, ſæuumq́ꝫ cubile Promethei
> Cernitur in gelidas conſurgens Caucaſus arctos.

Is mons utrique pelago imminet & Pontico & Caſpio, Iſthmum qui inter ea duo maria eſt muniẽs, ad ſeptentrionem Sarmatios relinquens campos, arboribus & omnigena materiè plenos, ea præcipuè quæ fabricandis nauibus eſt idonea, A quo nonnulli procurrunt montes quaſi cubiti qui Iberiam complectẽtes, Moſchicis, quos in Cappadocia meminimus, & Armenijs montibus coniunguntur: Item monti Cydiſſæ, & Paryadræ, ij omnes Tauri partes ſunt, qui auſtrale Armeniæ latus efficit, & ab eo quodammodo abrupti ſeptentrionem uerſus uſque ad Caucaſum, ex

quo complures ac magni fluuij produntur, Quare magnas ibi eſſe palu-des,quorũ in Mæotida alij,alij in Caſpium feruntur mare, & eorum plu res auriferi harenę minitiſſimę, quod aurum finitimi iniectis in profluentes pellibus colligunt.In hoc mõte duobus locis Pylæ ſunt tranſitus prę-bentes quarum quæ ad ortum magis uergunt Albaniæ appellantur (ipſi enim prouinciæ imminent) Alteræ uerò occidentem uerſus, Sarmatiæ dicũtur. Sunt anguſtiæ in ipſis montium pręcipitijs ab Alexandro magno clauſæ ferreis trabibus. Et ut alios omittã, Hieronymus, Caucaſis montibus feras gẽtes Alexandri clauſtra cohibẽt. Subter quas amnis Dyriodoris fluit, citraq́ in rupe caſtellum Cumania nunc eſt ad arcendas tranſitu gẽtes, priſcis ędificatum temporibus. Habet Caucaſus qui modo à gentibus Albzor dicitur multas & uarias gentes, Quarum alij cacumina, alij medias, alij inferiores partes habitant, ferina carne, lacteq́ & agreſtib. fructibus uiuentes. Supra autem prędictas gentes ad ſeptentrionẽ magis Conapſeni, & Metibi, & Agoritę ſunt. Et inter flumẽ Rha & Hippicos mõ-tes ſub Siracis regio eſt Mithridatis nomine à Mithridate rege dicta, quò à Romanis cõfugerat: Vbi Alexandri columnæ: fuiſſe enim moris antiqui eiuſmodi confinia uictorię ponere, quemadmodum & in India fecit: Et ut ſcribit Diodorus, multis in locis à Seſoſtri Ægyptiorũ rege deuictis gentibus columnas erectas eſſe, in quib. Ægyptijs (quas ſacras illi dicũt) literis ſcriptum extitit. Hanc prouinciam ſubegit armis rex regum, prin-ceps principum Seſoſtris, columnã inſuper ſtatuit, In bellicoſis quidem à ſe ſuperatis, hominis pudenda, in ijs uerò qui eſſent imbelles ac timidi muliebria inſculpta habentem. Et ſub dicta regione Melanchlani populi ſagittis potentes habitant: unde illud:

Atq́ Melanchlanũ populus metuendus in arcu.

Quibus omnibus indumenta nigra ſunt, unde & cognomentum habent qui ſoli ex ijs humana carne ueſcuntur, inſtitutis Scythicis utentes. Supra quos paludes ſunt, & deſerta regio. Poſt quam gentẽ Sapothreni loca te-nent. Sub quibus Symnitæ: Et iuxta Caucaſum Amazones, licet nonnul-li in montibus ſupra Albaniam habitare dicant, Inter Albanos & Alazonios, inter quos et Amazonas Mermandalim flumen labi: alij autem qui-bus Strabo aſſentit, illas ſeptentrionẽ uerſus Gargarẽſibus finitimas ſub Caucaſis qui Ceraunij uocantur, ubi Ptolemæus etiam poſuit: Quod uo-cabulum, ſine mamma ſonat, adurebãt enim mammã ut habilius expeditiuſúe iacula emittere, & arcus conflare poſſent: Ex quo loco tanquam ex natiua earum terra, in Pontum quemadmodum ibi mentionem fecimus egreſſas eſſe, bellatrices omnes: Virgilius:

Et pictis bellantur Amazones armis.

Neq́ commiſcebantur uiris, niſi ueris tempore, prolis gratia: Quod tetigit Sene-

git Seneca, Quæ ſi mares peperiſſent, uiris cum quibus cōcubuere trade- bant, ſi fœminas apud ſe retinebant, quas in militaribus armis, aduſta ut diximus mamma, exercebant. De quibus Dionyſius:

Sauromatæq; truces gens aſpera Martis in armis.
Sanguis Amazonidum fortis, quos protulit olim
Sauromatis mixtæ.

Quidam uerò ſcriptores dicūt, uiros ad texturam muliebriaq; deputatos opera, armaq; ipſis ex lege interdicta, inſuper quum naſcerentur cruraq; ac brachia debilitata, quo inutiles bello forent. Poſt autem Amazonas Gargarenſes regionem habent, ad quos illę ueniunt coëundi gratia, diſiungū tur enim inter ſe monte quodam, Fertur Gargarenſes huc cum Amazonibus ex Themiſcyra deueniſſe, à quibus diſceſſione facta aliquamdiu armis inter ſe certatum eſt, deniq; conueniūt ut ſeorſum habitarent, & in filiorum prole cōmunicarent. Inter autē Amazonas, & montes Hippicos & Ceraunios (nam Ceraunij Hippicis orientaliores ſunt) Surani & Sicani populi habitant. Et poſt Ceraunios intra flumen Rha, Orinei, & Vali: & Serij gētes obſcuræ ſunt. Rurſus inter Ceraunios, & Caucaſum Tuſci, & Diduri, & iuxta mare Caſpium, Vualæ, & Olundæ, & Iſondę, & Gerri degunt: Sub dorſis aūt montium in Boſphorum protendentium Boſphorani, qui utramq; Cimmerij partē tenent à quib. Cimmerius Boſphorus appellatus eſt ubi & ciuitas Boſphoros fuit. Iuxta aūt Pontū Achæi, & Cercetides quos quidam Gorgopios uocant: & Zigi qui difficilē atq; aſperam regionem tenent: & Eniochi multis nominibus truce genus, ex Græcis orti, qui ex Laconia huc Rheca & Amphiſtrato ducib. Caſtoris & Pollucis aurigis deueniſſent: Nam Dionyſius:

Poſt hos Eniochi genuit quos Græcia tellus,
Et Zigij iuxta uiuunt regione ſub una.

Ac dein Soanocolchi Phthirophagis proximi q Salciæ cognominantāalij à ſupradictis, per quos Carienus fluuius labitū Caucaſi extrema obtinētes quæ Dioſcuriadi urbi in Colchis imminēt, uiri bellicoſi & quicircūuicinis gentib. dominantib. regem habēt, qui 200. hominū millia in exercitu cogit, licet multitudo inordinata, uenenatis ſagittis in bello utētes, cuius ueneni etiā qui ſaucij nō ſunt odor offendit: Apud hos torrētes ſunt in q bus eſt Cobus à Caucaſo, q dicunt auri ſquamas deferre, unde aurati uelleris fabula cōficta eſt. Ad orientē uerò ſupra Albaniā Sanarei populi ſūt, ſpatioſam terrā incolētes maiori tamē ex parte deſertā. Huius itaq; regionis maritima, & ea q ad occaſum in intima Glacialis ſinus expoſita ſunt, Maſſagetes quondā tenuere, de quib. ampla apud ſcriptores mētio, nunc latior terra facta aliud aſſumpſit nomē, Ruſcia em Alba uocitat, tota ferme paluſtrib. aquis immerſa, gens pecuarijs intēta, inſignitur tamē recentiori

tiori urbe ſiue urbis uocabulo Nouogardia quæ maxima eſt ac totius regionis emporium cuius ſitus apud ueteres ſcriptores non habetur: Iacet in margine ingentis lacus nec minus trecentis mille paſſibus in circuitu, quem latæ undique paludes complectuntur, qui in Narba fluuio contra Raualiam noui nominis oppidum in oceanum exoneratur, Quo mercatores undique conueniunt, in urbem per aggerem anguſtum manufactũ iter eſt: Vnde argenti magna uis precioſæꝗ pelles minutorum atque delicatorum animalium exportantur: è contra piſces ſole uentóque durati: & uinum, & ferrum importantur: Apud hos ponderato argento nõ ſignato utuntur. Poſt autem in oſtio Narbæ (ita à barbaris appellatæ) in ſeptentrionali ripa Narba ciuitas, uel ut quidam Neruæ dicũt huius ætatis nomine eſt. Supra quas gentes ad incognitam terram Antropophagi ſunt deſertam peruagantes plagam, oſſibus humanorum capitum bibentes, & pro monilibus ante pectora dentes cum capillo gerunt. Dehinc autem Sub Rhyphæis mõtibus ſupra Mæotidam paludem Mæotæ gentes terram incolunt, qui hoc tempore in Tartaros nomen uerterunt, In quibus poſt orientale oſtium Tanais Paniardis uicus eſt ad mare. Mox Marubius fluuius, cui propinquus eſt Patarua pagus, & Rhombites amnis cognomine, magnus ſanè in paludem exiens, ubi piſcatio multa, & conditurae apta, qui amni accolunt Rhombitani uocantur, cui litori nonnullæ paruæ adiacent inſulæ. Deinde Theophanius flumẽ alio nomine Mermandas à barbaris appellatus è montibus deſcendens, per Amazonum terram & Suraniam, & loca intermedia deſerta, in cuius oſtio Azara ciuitas eſt. Mox Rhombites promontorium & amnis alter paruus appellatus non adeò piſculentus, ueluti magnus centum mille paſſib. à Rhombite altero abſens: Qui hanc oram incolunt operarij, id eſt, agricultores ſunt. Vnde Axabitis uicus eſt cognomine tęnia: & alius Cimbricus ex quo ſoluunt qui paludem nauigant. Poſtea Tyramba oppidum cum fluuio. Dein amnis Anticœtus ſiue Antacites quem nonnulli Hypanin uocant, ſicut alterum Boryſteni proximũ. Et Geruſa ciuitas. & Pſathius fluuius. & Mapeta uicus, & Vardanus amnis, & Achardæus è Caucaſo fluens, & Cimmerium promontorium quod & Carambis dicitur uaſto excurſu porrectum in litoribus penè medijs, altus ſanè mons adeò ut Flaccus dicat:

> Quid te nubifera ſurgentem rupe Carambi
> Memorem.

Iuxta cuius radices Appaturgus uicus eſt, ubi Venus gigantum libidinem fugiens, quibuſdã in latebris delituit, ut fabulæ tradunt, ex quo nõnullis in locis eius deæ templa Appaturgiæ cognominantur. Dein Achilleus pagus in quo Achillis templum fuit, unde nomẽ ſumpſit, Cui opponitur

nitur in ulteriore regione Myrmetium promontorium: Fit enim hic concurrentibus Europæ Aſiæq; promontorijs breuiſsimum fretum ad duo mil. & 500. paſſ. uel paulo plus Mæotidis ingreſſus. Poſt aūt locus eſt q Satyri monumētum dicitur in promontorium quoddam poſitum, nam in ijſdem locis clariſs. ille ac potentiſs. fuit: cui Patreus ingens uicus proximus eſt. In Boſphoro uerò Phanagoria ciuitas nobilis in inſula ſita, nā in Cherroneſo eſt, cuius Iſthmus foſſa & aggere munitus à cōtinente excluditur loci metropolis, & emporium, earum rerum quæ ex Mæotide, & ulteriore barbarorum regione importantur. Dein Stratoclea mons: & Corocondamis uicus in peninſula. Supra quem lacus iacet uici nomine, à quo decem ſtadijs in mare emittit, Anticœti pars abrupta & in lacū influens. Mox finis Boſphori, ab ore Mæotidis, id eſt Achillei & Myrmetij anguſtijs, & aduerſi uici Acræ Panticapenſi agro nouem mill. paſſ. freto, utrę q; ripæ portuoſæ, quouſq; Męotica glacies pertendit, adeò concreta frigore ut pedibus permeetur. Verum in Euxino ponto gentes in ora ſunt, quas ſupra memorauimus, quorum prope Boſphorum Achęi et Cercetides ſunt qui modo Cerchaſi dicuntur, In quibus Hermonaſa ciuitas eſt, nunc gentili lingua Matriga, quondā memoratu digna. Iſti quondam cędes hominū perpetrabant in inſidijs poſiti, ut eorum carnibus ueſcerent: quemadmodū & Eniochi faciebant: & alij quidā Ponti litora incolentes, ex quo mare illud Axenon uocitari ab antiquis in ſuperioribus diximus. Inde Cepe oppidulum Mileſiorum opus, & Caruſa flumen, Sindeis portus, & Sinda uicus, Plinius ciuitas in Crunea promontorio ſita, quod ſupercilium arduum eſt ab ipſis terrarum cultorib. condita in regia Deinde in ſinu Cycnum oppidum fuit à Græcis mercatorib. conſtitutū, & ex eo nomen inditum, quod quum cæca tempeſtate agitarentur ignari qua in parte propius terra eſſet, cycni uox notam dederat, Cycnúmq; appellaſſe dicuntur. Item Bata uel Bathea pagus cum portu, recipit enim terra anguſto ore pelagus, quod illi lacum Maurū modo nuncupant Coraſmiorū quondā locus, Cuius exaduerſo in Ponto 300. ferè à cōtinenti ſtadijs immenſam altitudinem maris tradunt, uadis nunquam repertis, quę Ponti profunda nominantur. Vbi opinio eſt, mare terram ſubingredi & iterū ſe in Caſpium mare emergat. Et poſt dictum pagum Pſychirus fluuius in Pontum influit, ultra quem Zigiorū & Eniochorū litus extenditur, 55. mil. paſſ. totum importuoſum, & petris aſperū, Radices enim Caucaſi montis huc funduntur, quæ gentes latrocinijs maritimis etiā, quemadmodū olim, nunc uiuunt, hyeme ſæuitia maris lembos ſublatos humeris interius in ſyluis locant, exiles eīn ac leues fabricant uigintiquinq; uel triginta hominum capaces, quibus facta claſſe, nō uerentur onerarias interdum naues aggredi: In ijs Achęa uicus quem tradunt Phthiotas Achæos ex Iaſonis exercitu habitaſſe, In quorum ſinum flumen Zigium gētis nomine

mine cadere, cuius in ripa altera paulo à mari in Caucaſi rupe Phytis oppidum tum opulentiſſimũ. Et ad mare Tazos ciuitas, & promõtorium Toretica, & Ampſalis ciuitas, & Burca flumẽ quo Zigiorum ora terminatur, incipitq́ Soanocolchorum, & Moſchiorum, centum uigintiquinque millia paſſuum ad mare, quos ſimul nunc iuniores Auogaſios dicũt, uſq; ad Colchos pertingẽtes, In quibus Oenanthia oppidũ, ad q̃d Theſſiris amnis in mare uadit, Inde Forcia mœnia oppidum, & Corax fluuius in quo Sarmatia in hac parte terminatur: Ac in ea ciuitates mediterraneæ, nã ſupra paludẽ in Iaxamatis, Exapolis. Et altera Nauaris in cãpis haud procul à Tanai flumine: Mox Tanais urbs, quæ nunc etiam Tana è iunioribus appellat̃ ab incolis uerò Azac, à qua & regio circumadiacens Azac dicitur, iuxta Mǫotidam paludẽ quondam Tanai flumini appoſita Græcorum ædificium, qui tum Boſphorum habitabant cõmune nomadum Aſiæ atq; Europæ emporium: ſex millia paſſuum modo à palude ubi fluuius in ramos ſcinditur. Præterea in orientali paludis ripa Azabara oppidum minori Rhombiti appoſitum. Et iuxta Pſathium flumen Auchis ciuitas. Apud autem Vardanum, Scopelus: Suruba, Choruſia, Ebriapa, & Seraca oppida ſunt. Et in ripa Burcæ Cucunda. Iuxta autem Theſſirim Bathrachæ. Et ad Coracem Naana quæ ciuitas nunc Æniana dicitur, ubi Græca arma oſtendebãtur, & ænea uaſa, & ſepulchra, ciuitas enim grǫca fuit. Eſt & Nabraca in qua oraculum eorum erat, qui ex inſomnijs reſpondebant. In Caucaſorum uerò montium dorſis, Albunis, & Naſumia, & Almia oppida ſunt. Item ad Rha flumen, Vluſerai, & Serai haud ſpernendarũ ciuitatũ barbara nomina. In ora aũt Caſpij maris qua hæc regionẽ diffundi initio diximus, Soana flumẽ eorum lingua Terchin in magnum ac paludoſum maris ſinum infunditur. Alons deinde, Vdónque à Cauçaſo defluentes mõte: Vltra quǫ, magnus ille Rha, ſiue Hedil aut Volga ut barbari modo nuncupant, cuius paulo ante meminimus, in Hyperboreis montibus exoritur, Mox ingentem paludem ad ſiniſtram ſub ipſis montium radicibus ingreditur quam accolæ mare album appellant, unde emiſſus auctus ab altero ex ijſdem montibus delapſo quem Tyrum illi dicũt occaſum uerſus iuxta Tanais flexum deuolutus, ad Eurum uentum retortus antequam in Caſpium Mare pluribus oſtijs irrumpat, Qui Rha adeò hyeme ſolida congelatur glacie, ut maiori anni parte, ueluti continuatum ſolum iter tranſeuntib. præbeat, tanta præcipuè circa oſtia latitudine ut pelagi ſpeciẽ potius quã fluuij intuentibus appareat, ægre quippe uiſus in alteram traijcitur ripam, Cuius in occidentaliori oſtio Cotoba uicus magnus eſt. Sed quum ad mare uentum eſt, quod quidã Hyrcanũ, quidã Caſpiũ, alij Scythicũ appellant, eius in hoc loco deſcriptionẽ ſubijci cõmodiſsimè uidetur, nõ multo enim poſt circũadicentes ei prouinciǫ deſignandǫ ſunt, Cui alterũ nomen ab Hyrcania prouincia illi contermina: Alte-

na: Alterum à Caſpia gente, ei ſimiliter adiacent: Tertium à Scythia regione, cuius pars in eius litus incumbit, eſſe inditum. Noſtra uerò ætas mare de Bachu, uel de Salla, ex duobus iuxta illud ciuitatum nominibus nuncupat. Quod per ſeſe eſt, nec ullo alio commiſcetur, quo manifeſtè uideatur, ab omni parte circumuentum à terra: Nonnulli tamen ſunt, qui ex oceano ſeptentrionali, quod Saturnius dicitur, huc profundi credant, Quemadmodum apud Dionyſium, & Mellam legimus, qui oceanum anguſto & longo freto primum terras quaſi fluuium irrumpere aiunt: Alij uериſimilius è Mæotica palude, ſeu Ponto (uti paulo ante in Coraſmis diximus) influere, Quod Plutarchus & Curtius tradunt, & ideò dulcius quàm cætera maria, At Plinius non eam dulcedinem ex Mæotide uel Ponto trahi, ſed magnitudine haud dubia influentium fluuiorum uicto ſale: Alij ſtagnum eſſe, ut Ariſtoteles, & Polycletus: quum dulce ſit, & ſerpentes nutriat: Præterea non deſunt qui dicant illud non ex Mæotide, ſed ex India per uallem perpetuam ſubmitti: Mare ſanè magnum, & quod ab ortu in occaſum quindecim dierum curſu nauis quæ remis utatur: à ſeptentrione uerò in meridiem ubi ſpatioſiſſ. eſt octo pateat: Qua ad ueſperũ uergit, Caucaſo prætentum monte uaſtitatis maximæ: Qua ad auroram planities excipit immenſæ proſpectu magnitudinis: Atrox, ſæuum, carens portubus crebris agitatum procellis, ſeptentrionalibus maxime, qua parte depreſſum ſolum magnis litorum anfractibus ſtagnat: Ideo minus habitationibus frequens: neque toto anni tempore nauigatur, ſed maiori ex parte ocioſum eſt: longe enim fluctus agit, quum exæſtuat, In quo piſces ingentis magnitudinis nutriuntur, longè diuerſi ab alijs tum colore tum forma: Quo etiam non multæ inſulæ ſunt, neque magnæ, Quarum una uulgata maxime Tuzaga: reliquæ ſuis locis dicentur, non omnes tamen, quum ex ijs quędam non niſi à barbaris proferendæ ſint.

GEOGRA-

GEOGRAPHIAE Commentarius III. Aſiæ, in quo Colchis, Iberia, Albania, & Maior Armenia continentur.

COlchis prouincia eſt haud magna, à barbaro quodam ita appellata Flaccus perhibet quæ Arimana prius eſt dicta Appiano teſte, licet alij alibi Arimos ponãt, ut apud Strabonem: Dionyſius uerò à Colchis colonis Ægyptijs, qui cum Seſoſtri Ægypti rege in hæc loca dicuntur perueniſſe: idq́ eſſe argumentũ, quod apud has gentes, pueri Ægyptiorum ritu circumciduntur. Iuniores in duas modo partes prouinciam diuidũt, In Laxiam, quæ interius habitatur; quæ uerò ad mare eſt Mengrelorum terram uocãt. Hæc à ſeptentrione Sarmatiam ſupradictam: Ab oriente Iberiam: A meridie Cappadociæ partem iuxta Euxinum pontum & partem maioris Armeniæ: Ab occaſu ipſum Pontum Euxinum. litorea Zalæ populi quondam habuerũt, ſupra quos Manralli qui hodie corrupto uocabulo unà cum Zalis Mengrelli appellantur. Regio ualde amœna, & fructibus abundans, mel tamen frequentius amarum eſt. Sed præcipuè Linum, Canabem, Cæram, & picem gignit: & ea etiam quibus naues fabricantur: nam ſyluarum hic multitudo perpetuis arboribus pullulat: Reperitur etiam apud hos in rupe quadam inacceſſa minium. In ora maritima in Caucaſi montis primo radice Rhiochares amnis exortus in mare cadit unde reliquũ litus eſt arenoſum & depreſſum ac molle. poſtea Dioſcurias urbs in ſinu poſita iuxta Antemunta flumen ubi extrema Ponti nauigatio eſt, & initiũ Iſthmi qui inter hoc & Caſpium mare iacet, quo nũc in loco Prezunda oppidum eſt, ab Amphiſtrato & Rheca Caſtoris & Pollucis aurigis condita, qui Pontum cum Iaſone ingreſſi ſunt, Emporium quondam nobiliſſimum in qua triginta nationes quę diſſimilibus linguis uterentur deſcendere Thimoſtenes author eſt: Poſtea à Romanis centum & triginta interpretibus negocia ibi geſta Plinius ſcribit: Strabo commune ait forum propinquarum gentium, & earum præſertim quas meridionale montis latus aſpicit, quæ ſalis gratia huc proficiſcuntur, Ex ijs enim magna ex parte ferina carne & lacte, & agreſtibus fructibus uiuunt. Deinde Hippus: Cyaneusq́ amnes à ſuperioribus montibus in ſinum maris influunt: in Cyanei oſtio Siganeum oppidum, ubi nunc Sauaſtopolis. Item Neapolis, & Matium oppidum alterum & promontorum Heracleum in quo oppidum cum fluuio eodem nomine. Et Æapolis urbs quondã, exigua nũc habitatio cuius latus Chariuſtus amnis radit, nunc Tama-

ſa appel-

ſa appellatus. Inde Phaſis flumẽ eodem adhuc nomine Phaſo enim dicũt, ingens & Moſchis imminentib. Armeniæ montib. exortus, quamuis Ariſtoteles ex Caucaſo dicat, qui multis fontibus torrentibusq; conuallium, multo imbre adauctis plenus in campos deſcendit, ubi flumina magnitudine numeroq; mirabili, inter q̃ è diuerſo Glaucus & pars altera Hippi (ſcinditur enim) è uicinis montibus cadentes in eum confluunt, auctus uerò ac nauigabilis factus exit in Pontum, Nauigatur enim quamlibet magnis nauigijs trigintaquinque mille & quingentis paſſibus uſq; Sarapanos, Inde minoribus longo ſpatio: per hunc Argonautæ cum Iaſone penetrauerũt in Colchos, unde aureum uellus ipſos aſportaſſe fabulæ tradunt: Nam de hac re, & Lucanus, & Ouidius, & alij mentionem fecerunt: Ipſeq; à Nympha denominatus in ſe conuerſa Flaccus Valerius his carminibus ait:

Barbarus in patrijs ſectatur montibus Euan
Phaſis amore furens, pauida iacet illa Pharetras
Virgineo turbata metu, diſcurſibus & iam
Deficit, ac uolucri uitam deus alligat unda.

Ad quem ciuitas eiuſdem nominis maxime inclaruit Colchorum emporium quod ex alia parte amne percingitur, ex alia lacu, ex alia mari, quibus inſula efficitur nemoroſa tota eodem uocabulo nominata, in qua ciuitas ipſa eſt: In mediterraneo uerò circa Phaſim fluuium Oeta urbs fuit: quæ olim prouinciæ imperium tenuiſſe creditur, nomen adhuc ſeruans. Fuerunt quoq; in eius amnis ripa, alia quamplura & celeberrima oppida, ut Tyndarida, Ceum, Cytæumq; ciuitas, tum clara atq; potẽs, à qua nõnunquam apud poëtas tota regio denominatur: unde Flaccus quum Iaſonem apud Colchos exiſtere dixiſſet, ita perſequitur:

Admonet hic ſocios nebulamq; erumpit Iaſon
Sideris ora ferens, noua lux effuſa Cytæis. Et alio loco:
Talia certatum Miniæ ſparſiq; Cytæi
Funera miſcebant campis, Scythiamq; primebant.

Inde eſt Mechleſſus uicus: & alter nomine Madia, & Sibaris urbs regia quondam & Saraca urbs in montibus propinqua Surio ad Phaſidis ripas, in quibus montibus per anguſtias Phaſis elabens centum ac uiginti pontibus peruius fit, aſper ac uiolentus propter crebras flexiones. Poſtea Surium oppidum à quibuſdã Sarapana ad Phaſis ripam iuxta quod flumen Tragelaphus animal neq; alibi naſcitur cerui ſpecie, barba tantum ac armorũ uillo diſtãs. iuxta quod fluuius eiuſdem nominis in Phaſim cadit, in quo lignum deiectum in lapidem durat. A quo haud procul Zadris eſt pagus ingens.

Iberiæ prouinciæ ſitus.

IBeria prouincia Colchide minor, hoc tempore Zeorzania nominatur, locum in medio Iſthmi uendicans: uocant enim ſcriptores Iſthmum,

Ss omne

omne illud terræ ſpatium, quod ad ſeptentrionē Caucaſo, ad meridiē Armenia, ad auroram & ueſperum duob. maribus, Euxino & Hyrcano præcingitur. Eius medium tenent Iberi huc (opinione quorundam) ab Ibero fluuio, qui Taraconenſem Hiſpaniam percurrit profecti, alij loci eſſe indigenas uolēt, & quod ab amne Ibero ex Caucaſo profluēte, qui hanc ab Albania dirimit appellati ſint: Regio felix ualde & facilis ad culturam, inuadendi uerò ab hoſtibus difficilis propter inuios, & inſuperabiles montes equis præſertim, quo munita admodum eſt. Quare maxima ex parte urbibus atq; populis referta eſt, præter quam cubitorum quorundam excurſibus qui ſteriles ſunt, ex Caucaſis montibus auulſi, prouinciam pererrantes, ad Armeniam Colchidemq; extenſi. Sed præſertim qui ad Colchidem uergunt Perthedori nomine, aſperr. ſunt: ultra quos Colchorum ſolitudines iacent. In medio planities eſt fluminib. rigua, in quib. Cyrus aquis exuberans, campos agricolæ habitāt, & homines ad pacem intenti: Montanā uerò regionem bellicoſi tenent, Scytharum more uiuētes, quorum cognati ſunt, & contermini pulchri alioquin: & qui in lanificij opere, nec non ſerici auroq; intertexti, plurimum ualent. Obtulerunt ſe contra Pompeium in acie apud Abantem fluuium ad 60. millia peditum, equitum 12. Tenent occidentalia regionis poſt Neoris flumē ad Parthedoros uſq; mōtes Thaſiæ & Triaræ gentes: Orientalia iuxta Albaniam, per tota eorum montiū ſupercilia Lupeni, qui ueluti feræ in denſiſs. ſyluis commorātur: Et ad Ceraunios mōtes Armenocalybes ſunt: Et infra Lupenos, Fucaſcani, & Macherones ad flumen Abſarcū: Poſtea Diduri, & Sodi, Iberia quatuor tantum aditibus aditur, ex Cholcide huiuſmodi eſt, Petris, munitionibus, fluminibus, & conuallib. clauſus: Ex Sarmatia difficilis ingreſſus trium dierum itinere, dehinc anguſta Aragonis fluminis regio, dierum quatuor uię finem murus inexpugnabilis munit: Ex Albania primo per petram exciſam, dein per ſtagnum quod amnis efficit, cadēs ex Caucaſo: Et ex Armenia, anguſtię quæ ſecus Cyrum ſunt atq; Aragum, qui prius quam inuicē concurrant urbes natura munitas habent, quæ ſaxis impoſitæ duob. mil. paſſ. inter ſe abſunt: Nam propter Cyrum Armozica cuius exaduerſo Pylæ Caucaſeæ ſunt, propterq; Aragum Seuſamora: Pręter autem has urbes aliæ ſunt, in quibus Polichnium quæ nūc Ideſſa dicitur, loco optimè munito poſita: Eſt & Lubium pagus. Item Aginna, Vaſeda, & oppidū Pharnaſſus iuxta flumen Neoris difficili loco ſitum, mox Varica, Sura, Artaniſſa, Metleta, Zaliſſa, & Armatica.

Albaniæ prouinciæ ſitus.

ALbania prouincia ſequitur, ea nunc ab incolis Zitracha, & Garzena à quibuſdam uocatur, eo quod aruſpicinę arti omnis penè intenti ſint: nam quos nos aruſpices Hebræi Garazenos uocāt. Gentes qui ſe poſteros Iaſonis credi uolūt, ut ſcribit Solinus, nomēq; ab albo crine

(cano

(cano enim capite naſci dicuntur) impoſitum, Trogus ab Albano Italiæ monte: qui Herculē Gerione extincto iſthuc ſequuti ſunt: quiq; memores Italicæ originis exercitum CN. Pompei bello Mithridatico fratres ſalutauiſſent. Non minus quā Iberi felicē regionem incolentes: quorum magna pars uitā agūt paſtoralē, ex quo non admodū bellicoſi ſunt. Huius regionis auſtrale latus Armeniæ contiguū, partim campeſtre, partim montanū eſt: hæc loca Cyrus amnis & alij eum augentes fœcundiorē exhibent, quo terra fructū omnem etiam domeſticū affert, & ea quæ ſemper uirent, Qui quū minimam etiam culturam habeant, tamen bona omnia ſine ſatione et inarata gignit, multiſq; in locis ſemel ſata, bis terq; fructū facit, Ac primo quidē modios quinquagenos, idq; minimè renouata nec ferro proſciſſa, ſed ligneo aratro. Adeſt illis præcipua aëris temperies: Vineæ manent ineffoſſæ, quinquennijs putantur, in binatu nouellæ fructum ferunt, adultæ tantum reddunt ut pars maxima in palmitibus relinquatur. Pecora tum mitia tum agreſtia fœtus edunt pulcherrimos: Homines ſunt magnitudine ac forma excellentes, ſimplices, nummi uſum maxima ex parte nō habent. Numerum ultra centenarium non norunt, Cōmertia inter ſe mercibus faciunt in cæteris quæ ad uitam pertinent inertes, Exquiſitorū ponderum ac menſurarum ignari, ciuilitatis, belli & agriculturæ prorſus imperiti, Venatores ipſi ac ſui canes optimi ſunt: de quibus quū Dionyſius Alex. mentionem facit, inquit:

Vnde canes nati ſuperant genus omne ferarum.

A quibus tauros ac leones premi dicunt, creſcunt ad ampliſs. formam terrificis latratib. ultra rugitus inſonantes: Terra ſerpentia quædam lætifera progignit, Item ſcorpiones & araneas, quarū quædā cogunt ridendo mori, quædam flendo deſiderio ſuorum: Albanis mortuorum curam habere, aut meminiſſe nefas eſt, nam cū mortuis pecunias defodiunt, idcirco pauperes uiuunt quum patrimoniū nullum habeant. Terminatur hæc prouincia à ſeptentrione parte Sarmatiæ iuxta Caucaſum montem: Ab occaſu Iberia ſecundum Iberum amnem: A meridie parte Armeniæ in Cyro amne: Ab ortu ſolis parte Hyrcani maris quæ extendebatur olim ab oſtio huius fluuij Cyri uſq; Soanam fluuium alterum, nunc uerò ad Rha fluuiū peruenit. Quæ pars; hoc eſt, mare quod huic regioni præiacet Albanum nominatur, Soana è Caucaſo per uallem demiſſus, in qua eodem nomine indomitæ gentes habitant, quæ auri tantum metalla effodiunt. Poſt itaq; Soanæ oſtiū in mare, Telæba ciuitas. Inde Gerrus fluuius in mare. Mox in ſinu Gelida ciuitas à qua haud procul Cæſius amnis mare infert. Albana ciuitas cum fluuio è Caucaſo mōte, promontoriū Ptealla. Prope q̄d duæ adiacent inſulæ quas Helades antiquitas nominauit, Iuniores prmontorij nomen indiderunt, ad habitandum idoneæ quæ auriferam terram habere dicuntur. Dein Cambyſes amnis, & hic ex Caucaſo ortus. Poſt Gætara

ciuitas, quā nunc Bacchu incolę uocant, à qua mare uniuerſum temporib. his nomē accepiſſe ſuperius diximus, Inde Cyrus fluuius nauigabilis qui Corax olim uocabāt, & quandoq; Medus, nūc uerò Cur à barbaris dicit: Per ora 12. mare illatus, confuſa tamen, quorum alia cæca, alia omnino fallentia, limū enim plurimum uehit, quo exitus obſtruuntur, & adiacentes inſulæ continenti exaggerat, lateq; ſtagnat inæquali fundo, à quibus cauere difficile eſt, Hanc inæqualitatē affluxuum refractiones exaugēt, ex qua re aggeroſum litus 7. mil. paſſ. inacceſſibile fit, intus uerò ad ſex limoſa omnia ſunt, ortum ex Armenia trahēs, licet Plutarchus ex Iberorū montibus cadere dicat, & Plinius in Coraxicis à monte cui nomen Corax mox planitiem intrat, atq; Aragū amnem à Caucaſo defluentem, & alios torrētes recipiens, per anguſtā regionē in hanc terrā peruenit, Inter quā & Armeniā multus illatus per uberes cāpos cōplura in ſe recipit flumina, è quibus eſt Alazonius, & Sandobanes, & Rhitaces, & Chanes, quem Plinius Achazanem uocat, à Caucaſis montibus defluēs. In mediterraneo uerò, et primo inter Iberū fluuiū & Chanē ciuitates & pagi ſunt, Tagoda, Baccia, Sanua, Degana, Niga, Inter aūt Chanem & Albanum, Moſiga, Samunis; quæ ciuitas nunc Samachi appellatur opulenta ac populoſa à qua uniuerſa prouincia illuſtratur. Vbi artificia diuerſorum operum fiunt, ſed arma præcipuè quæ antiquiſs. ut in ſculpturis uidimus aſſimilantur. Item Iobula, Iuna. Embolæa oppida, & uicus Adiaba, Abliana, Mamechia, Oſica, Sioda, Barucaq;. Et inter Albanū Cęſiū ubi Hyſpiratis regio in qua præter alia metalla auri ſunt, ad locū Cambala dictū: oppidum ualidiſs. item Cobota, Boziata, Miſia, Cadacha, & Alamus uicus. Inter autem Cæſium & Gerrū, Thiauna, Thabilacaq; oppida, interq; Gerrum & Soanā, Thelbis ciuitas eſt: Eſt & alia ciuitas, illi Zitracham uocant, emporium paulò ante nobile ac diues: ex quo prouincia uocabulum ſortita eſt: quo Indicæ merces ſeptem poſt dieb. in Bactros ad Ochum flumē quod in Oxam influit ex quo in Hyrcanum mare deferebantur: inde maiorib. nauigijs huc: unde rurſus aduerſo flumine uſq; quo Tanais cum hoc uidetur committere, ubi collis humilis ſedet Achaſous eorum lingua, ac eo traiecto in Tanaim delatæ in Mæotidam paludem in Pontumq; atq; in Italiam uſq; nauigabantur. Plinius per Caſpium in Cyrum ſubuehi, & quinq; nō amplius diebus terreno itinere ad Phaſim in Pontum.

Armeniæ maioris regionis ſitus.

Armenia maior, dictis iam prouincijs ſubditur: Quæ ſic ab Armenio ex Armena Theſſaliæ urbe, Iaſonis comite ad uellum nauigantis aureum denominata eſt: Tradūt enim ſcriptores, Iaſonem quū in Colchos nauigaſſet, uſq; in Iberiam, Albaniamq; proceſſiſſe, & Armeniæ ac Mediæ multa peragraſſein, Albaniſq; diem ſuū obijſſe, Armenius uerò recollecta multitudine quæ amiſſo rege paſſim uagabāt, Armeniam condidit.

condidit. Quare Armeni & ueſtitu & equitatu Theſſalis perſimiles ſunt. Quæ regio ad hanc uſq; diē illud ſeruauit nomē: terra omniū penè rerū fertilis amœnaq;, ſed eximie paſcendis equis apta: multi in ea mōtes, multiq; colles ſunt in quibus non facile uitis naſcitur, Inter quos conualles multæ iacent, quarū aliæ modicæ, aliæ opulentæ, quemadmodū campus Araxinus per quem Araxes fluit: Cadunt iſthic in hyeme multæ ac profundæ niues, adeò ut à cāpis greges emigrare compelluntur. Eſt in ea ad ſeptentrionem iuxta Iberiam fons cuiuſdam liquoris oleo ſimilis, ī quo quandoque in tantum exuberat, ut extra fontis labra emanet, onerantur ex eo naues & in diuerſa exportatur, non uſui tamen uitæ accommodatum, ſed ardendi tantum, Inungunt etiam cum eo camelos, ſcabiei enim optimum eſt medicamentum qua beſtia illa frequentius abundare ſolet. Ferūt Armenios Babyloniā uſq; ſecundo amne nauigaſſe, quibus orbiculata atq; coriacea nauigia ſunt, quę pecuarij ex cæſis ſalicibus faciunt, inſternuntq; pellib. neq; puppe diſcreta neq; prora acuminata, hoc nauigiū duob. uiris dirigitur, cum totidem pallis, aſinum intus habens, Maius etiam plures, magna admodum & minora fiunt; in quos illi poſtquam nauigantes Babylonem peruenerunt, onusq; diſtraxerunt, lignaq; nauigij atq; omnia ſtramēta addixerunt, pelles congerunt, & in patriā terreſtri itinere proficiſcūtur, nam aduerſo flumine nauigari præ illius rapiditate nullo modo poteſt: qua ex cauſa non ex lignis ſed ex pellibus nauigia fiunt, Idem ubi aſinos agitando in propriam redierunt, alia ad eundem modum nauigia comparāt. Diſcernitur hæc prouincia his finibus uidelicet: A ſeptentrione parte Colchidis & Iberia & Albania iuxta Cyri fluuij excurſum: Ab occaſu parte Cappadociæ propter Moſchios montes, reliquum Euphrate flumine: A meridie parte Meſopotamię ſecundum Taurum montem Euphrati atq; Tigri iunctum, præterea Aſſyria iuxta Niphatem montem: Ab ortu autem ſolis parte Hyrcani maris ab oſtijs Cyri uſq; ad Araxis oſtia prope radices Caſpij montis in mare exeuntia, reliquumq; Caſpij uſq; Niphatem. Separat enim Caſpius mōs hanc à media licet Appianus Araxes fluuius dicat. Montes autem qui hanc terram percurrunt à quibus flumina exoriuntur, quæ eam in partes ſecant, quibus regiunculæ in ea ueluti circumſcriptis finibus ambiūtur, inſigniores hi ſunt. Statim ultra Euphratem Antitaurus mons exilijt magnus & excelſus (interumpitur autem flumine) qui in diuerſa auidis excurſibus Armeniam uniuerſam complectitur, quorum alij alijs nominibus appellātur, iugūturq; ad ſeptentrionem cum ijs qui quaſi cubiti ex Caucaſis per Iſthmum deſcendunt: Item ad aurorā Caſpio mari imminentes, ac inde in meridiem torquentes, Quorum pars quæ trans Euphratem peruenit, protinus Polyrrene dicitur, quumq; ad flexionem amnis protenditur, iterum ſcinditur, Ac inde eiectus quo Armeniā à Cappadocia ea in parte ſecludat, mutato uocabulo Moſchij dicuntur. Item

mons alius eſt qui Paryardes uocitatur, ex quo Euphrates, & Araxes ſeptem mil. paſſ. interuallo fluunt, licet ex Abo monte quidam dicãt, quoniam ad eum ſe flectit, alij ex Copote, Pixirates initio, Ille occaſum uerſus, iſte ortum, ſub quorum fontibus ex eodem monte Tigris egreſſus rectà in auſtrum mediam regionem ſecat, Ambo nobiliſsima totius Aſiæ poſt Nilum & Gãgem flumina, nam alter in agros ſparſus, fertiles eos reddit, ſiquidem Euphrates apud nos fœcunditatẽ atq; abundantiã fructuum ſignificat, accolæ patrio uocabulo Fora modo uocãt, antiquiores uerò indigenæ Cobar: Tigris, id eſt uelox, nam lingua Medica, Armenica, Perſicaq; Tigris ſagitta notatur, hoc eſt, citus uelut ſagitta emiſſa: Curtius nihilominus Tigrim fluuium Phaſim incolas uocare ait, neſcio an errore inductus quemadmodum de Tanai fecit, ut in Sogdianis aperiemus: Oritur Euphrates fonte incerto, uaſtè enim è monte decidit, nec ſecat continuos agros, latè diffuſus in ſtagna, diu ſedentibus aquis piger, & ſine alueo patulis, ubi autem ſeſe inter ripas ſtringit, celer & fremens Cappadociam recto curſu petit, quo, niſi reiectus Antitauro, Euxinum in Pontum caderet, neque ab eo ultra ſexaginta millia paſſuum diuertitur, Flexus itaque ad auſtrum, inter duas elapſus Armenias, Taurũ infertur, qui quanquam duodecim mille paſſuum latitudine exiſtat (Amanum uocat) irrumpens, mox perfregit, hinc Euphratem appellari Plinius uelle uidetur. Inde ſaxoſus & uiolentus aliquandiu iuxta orientale Syriæ latus progreſſus, ad orientem cõuerſus, dextra Arabiam deſertam, lęua Meſopotamiæ partem relinquit, quam inundans Ægyptij amnis inſtar opimat, iiſdem fermè temporibus quibus Nilus exit in campos ut Lucanus ait: Inde inclinatus ad meridiem, inter Babyloniam & reliquum Meſopotamiæ delabens, Tigrim congreditur, Indéque ſimul fluẽtes, Euphratis amiſſo nomine, Tigris in Perſicum mare defertur. Sunt qui dicere uidẽtur, Euphratem Tigri non iungi, Arabas enim ingreſſus, non perduret in pelagus, uerum ingens modo & nauigabilis, inde tenuis riuis diſperſus emoriatur, & nuſquam manifeſto exitu effluat, ut alij amnes, ſed deficiat: Trogus eum in paludes diffundi, & à Tigri per eas recipi, Herodotus non ſolum Gyndem fluuium Cyrum diſperdiſſe in plures alueos, ſed etiam Euphratem longè ualidiſsimum per loca uaria deriuaſſe: Plinius longo tempore Euphratem percluſere Orcheni, & accolæ agros rigantes, nec niſi per Tigrim defertur in mare: Alij uerò aliter, qui amnes ex uno monte atque ex uno penè fonte oriri dicunt, Strabo ad ſtadia duo millia & quingenta, hoc eſt trecenta ac duodecim millia paſſuum fontes inter ſe diſtare, quod etiam ex deſcriptione Ptolemæi uerum eſſe accipimus: idqúe fortaſſe, quod (ut ait Plinius) non ſtatim ab ortu quum tardior fluat Tigris appellatur, uerum Diglito, Herodotus, ſine nomine unde concitatur à celeritate Tigris incipit uocari: uel quia abſorptús à terra (ut ſtatim deſignemus)

mus) iterum eo in ſpatio exortus, ibi habere fontes uolunt: Tigris itaque modicis primo incremētis naſcitur in montibus Vxiorum ut Curtius tradit: Plinius fonte conſpicuo in planitie, loco nomen Elogoſme: & per duos ac ſexaginta mille paſſus ſyluestris ripis præceps inter ſaxa deuoluitur, multorum torrentium non aquas ſolum ſed etiam ſaxa ſecum trahens, in lacum Arſiſſam primo influit, In quem omnia illata pondera enatant, cuius aqua nitroſa eſt, unde ueſtes dilacerat ac rumpit, nec patitur amnis aquam ſecum cōmiſceri, nam illa curſu & colore diſsimilis per eum fertur: Interiecto dein aliquanto ſpatio in cōuallibus Tauri, rurſus in ſpecu mergitur, ſupterꝙ lapſus à latere altero eius montis erumpit in lacum qui Zoroanda uocatur, & eſſe eundem, quod demerſa perfert: Tertium deinde per lacum ſalſum tranſit, qui Thopeſtis ſiue Thoſpita dicitur, piſcibus carens, in alteram ripam, non permixta aqua piſcibus plena peruenit, quod ſcribit Dionyſius Alex. Mox in uoraginem quandam multo cum ſonitu incidens, terram ſubijt, atque ita poſt quinque & uiginti mil. paſſ. grande iam flumen in regione Sophina non procul à Gordyæa exoritur iuxta Chalonetim, Inde ad Semiramidis murum defertur: Mons igitur Tigri intercīſus, altera pars quæ ad occaſum relinquitur, Taurus proprie dicitur, altera quæ ad ortum uergit Niphates mons appellatur, protenditꝙ uſque ad Caſpios montes, quibus iungitur: Iuxta quidem Niphatem à montana regione, Tigrim ruere inquit Strabo, ubi uelle uidetur flumen exortum habere, Nam & alio loco, Maſius ait mons qui magis magiſque elatus Niphates appellatur, hoc in loco ſunt Tigris fontes ad auſtrale montanæ regionis latus: Poſt autem murum fluens, accipiunt eum ad dextram Meſopotamiæ campi, ad ſiniſtram Aſſyriæ, quos clementiore alueo præteriens, citra Seleuciam & Babyloniam uigintiquinque mille paſſibus diuiditur in duos alueos, prout Plinius ſcribit, altero meridiem ac Seleuciam petit Meſſenem perfundens oppidum, altero ad ſeptentrionem flexus eiuſdem gentis tergo campos Caucas ſecat, ubi remeauere aquæ, Paſitigris appellatur: Poſtea recipit ex Media Coaſpem flumen atque inter Seleuciam & Ctheſiphontem uectus, in lacus Caldaicos ſe fundit, eóſque ſexagintaquinque mille paſſuum amplitudine implet, mox uaſto alueo profuſus ad quinque & ſeptuaginta nauium patiēs mollioris ſoli infertur in mare Perſicum duobus oſtijs. Verum Araxes amnis quem ſupra meminimus nomen adhuc retinens, ex uno monte cum Euphrate fluit, medijs in campis diuiſus, pars una ad occaſum ſeptētrionemꝙ deflexa multorum aquis torrentium ac Muſis amnis præcipue auctus in Cyrum fluuium emittit, Altera ad meridiem ortumꝙ per Araxinum campum in Caſpium mare effundit, Nam quemadmodū olim loca Theſſaliæ aquis occupabant, abruptoꝙ ab Olympo Oſſa, ex qua ſciſſura, emiſſo Peneo, defluxiſſent aquæ, unde Peneus cognominatus eſt, Araxes, Ita hunc è

montibus delapſum, & ſubiecta planitie tum diluta quum exitum nō haberet, dilatatū prodidere quidā, Iaſonē tempe immitatū uiam feciſſe, per quam nūc aqua in mare decurrit, unde Araxinus campus nudatus eſt, per quem amnis defertur in Cataractam. Sed quū aliquandiu à fontibus placidus ſilēsq; per campos delabitur, in loca aſpera incidit, ac medijs iniectus rupib. preſſusq; fit pernix, ac ſeſe in obiecta frangēs ſaxa, magno murmure ac ſonitu deuoluitur, tantoq; impetu, ut aliquib. locis non flexuoſas contorquetur ripas, uerum tranſgreſſas in ſemet iterū præcipitat, plusq; iugeris ſpatio, ſine alueo fertur, Exceptus inde in campos fit trāquillus, tacitus & uix fluens: Hunc Aug. Ponte iunxiſſe legimus: ut illud. Et pontē dignatur Araxes: Quod quum alterū antea Alexander illi impoſuiſſet, auctis aquis perfregit: In quo frequentes eſſe inſulas Herodotus ſcribit, & homines qui illas incolunt, æſtate ueſci radicib. quas paſſim euellunt, fructus uerò arborū conſeruare in hyemē, In quibus quoſdam eſſe, quod ſi in ignem proiectus fuerit, circumſtantes eo ſuffitu, modo ebrij geſtiuntur. Poſt aūt longam fluuiorum deſcriptionem ad mōtes diuertamus: Echinus mons, uel Bæris ſiue Beas, à barbaris nunc Ararat uocitatur ſub Colchis iacet, ex cuius cacumine Pontus Euxinus proſpicitur, ingētis enim altitudinis eſt: ad quem multos in diluuio confugiſſe fama eſt ibiq; Saluatos eſſe: Inferius uerò ſupra Thoſpitam paludem haud à Tauro procul ubi à Tigri ſcindit. Gordyæi montes: Carduceni à quibuſdā, A quo Centricis fluuius delabēs in Euphratem cadit, In quibus montibus arcam diluuij reſtitiſſe Ioſephus in antiquitatib. tradit: cosq; qui barbaras ſcripſiſſe hiſtorias id ipſum memorare, q̄d ad multas ætates eius ligna aſcendentib. uiſa ſunt, unde à barbaris Gibelnoe modo appellatur: Hoc loco ad radices Tauri montis Arath regio eſt campeſtris per quam Araxes fluit incredibilis ubertatis. Vltra quem occaſum uerſus montana regio eſt in qua multi & opulenti ſunt uici, bonis omnibus abundantes: Et ad ſeptentrionem horū montium fluuius fertur Pagus nomine in Euphratem exiēs, cuius uadum mille & quingentis paſſ. patet Poſtea ad orientem Tigris, Abus mons quē Herodotus Matienum uocat, Cui proximus eſt lacus eodem nomine, quod Cæruleus interpretatur, ingens ſanè, cuius aqua inſipida eſt, Progreditur mons in Atropaniam uſque ſecus uiam quæ in Mediam ducit, Ex quo Gyndes ſecundæ poſt Euphratem magnitudinis fluuius per Aſſyriam in Perſicum ſinum influebat, nunc tenuis uixq; fluuius nominādus in Tigrim manat. Nam quum Cyri impetum uenientis contra Babylonios interciperet & quidam ex militibus ſumme dilectus regi in eius tranſitu abſorptus eſſet, rex iratus iurans ut qui nunc præclarus equitem uorauiſſet mox uix tingeret genua mulieris, quem anno integro cum totis copijs in trecentos ac ſexaginta diduxit riuos, ex quo in paludes eluuiēsque euolutus nomen perdere fecit. Circa quas qui habitant crudis uictitant piſcibus & pro ue-

ſtibus

ſtibus utuntur uitulorum marinorum pellibus. Ad auſtrum autem prope Niphatē neq; à Media procul Vdaceſpis mons eminet, ſuccinctus nullis alijs applicatus. Nunc de regionib. quæ in parte ab Euphrate & Araxe ac Cyro amnibus compræhendunt: Nam penes Moſcios montes Cotarzena uel Chorzena eſt, Cui proximæ ſunt Cambyſena, & Siracena, ubi ex folijs arborū mel fluit, ſeptentrionales ac niuales ualde, Iberię & Colchidi contiguæ, Cambyſena aſpera eſt, & aquis carens ad Alizoniū uſq; flu. ubi in niue animalia quædā concreari qui Apollonides uermes appellant, Horum animaliū generationē talem putant qualē culicum ex flamma & bractea metallorū: In quibus regiūculis ciuitates ſunt & uici, Sataphara, Sala, Azota, Cholua: Et prope Paryardem montē Aſcura, Surta, Sedala, & ſub his iuxta Euphratē, Toga, Vuarutha, & Taſtina nō procul à fluuij fontibus in mōtis radicib. Item iuxta Cyrū amnem regiūculæ Toſarena, & Totena, in quibus Bazara, & Lala pagi in ripa fluminis, & ad Paryardem, Cotomana, & Cozala: Et ad orientem magis Bathena, & Ptuſa, & prope Araxē fluuium regio Colthena, & altera ſub ea Soducena, Inter quas Lychnitis eſt palus aquæ ſalſæ, Ad Cyrum igitur amnem ſunt oppida Gliſma, & Choluata: Ad Araxē, Santuta, & Sacalbina: Et ad Paryardē montem Saccaſina regio maxime opima Albanis iungitur, à Saccis qui eam occupauere appellata. Cui ad ortū Gorgarena altera quæ tota fructib. & domeſticis arborib. & ijs quæ ſemper uirent affluit, fert etiam oleam: ibi ciuitates ſunt Dizaca, Armauria, & Naxuana prope Euphratē ſitæ: & in Araxis margine Arxarata iuxta finē Atropanię regiunculæ: Item Artaxiata ciuitas nobilis atq; ingēs quondā regionis metropolis, quam Hannibalem pœnum Artaxiæ regi condidiſſe Plutarchus ſcribit, apud Araxinū campum in flexu quodā Araxis qui peninſulā facit cui pro muro flumen, præter Iſthmū foſſa, & uallū, à Roman. incenſa & ſolo ęquata, quia teneri ſine ualido pręſidio ob magnitudinē eius non poſſe uidebat. A qua nō procul caſtella munitiſs. ſunt, Babyrſa: & Clana ubi regū theſauri ſeruabant. Sub dictis iam regiūculis citra Euphratē & Araxē, ad meridiē incipiēdo ab occaſu in Euphratis ripa regiones ſunt Baſiliſena, Hobordena, Arſia, & ſtaunitis: Et ſub Baſiliſena inter Antitaurum & Maſium montes Sophena in cōualle quadam regio felix, ideo à potentib. ſemper occupata per quā Niphatis fluuius in Euphratē uadit: Quarum ciuitates penes Euphratē ſunt: Codana, Zoriga, Athua, Breſſus, Chlegia, Chaſira, Chorſa, Thalinaq;. Et penes Araxē Daraniſſa, Zogochara, & Cubina. Remotæ uerò ab amnib. Tiniſſa, Brizaca, Cachura, Sana, Phauſya, Zaruana, Anariū, Terua, Zurzua. Sub quib. Tarina, Cholua, Phandalia, Citamū, Matuſtana: Et magis meridiōales Baliſbiga iuxta Polyrrenē montē, & Sagauana nō lōgè à Tigri, et Azora & Sigua iuxta Abū montē: Dein orientē uerſus Aſtacana: Et in Sophena Carcathiocerta regia Maſio uicina mōti. Itē p̄dictis regionib.
alíæ

aliæ ad meridiẽ magis ſunt, ut Gordyęna ſub Gordyæis montib. Sic dicta quia Gordym Triptolemi filius ibi habitauerit, ꝗ ex Argo iſthuc ꝑuenit, ad inquiſitionẽ Ionis: Gordyæi in architecturæ arte excellere dicunt quos uetuſtiores Cardulchos appellabãt. Eſt et Cortęa, Entenaq́ꝫ, ac Thoſpitis Coriæi priſcũ adhuc nomẽ retinẽt, inter altiſs. habitantes mõtes, quorũ et profunda ualle ex coruatis hinc inde aquis ingẽs conflatͬ flumen, uelocitatis mirę, in Euphratem exiens. Mox Sylpiretida in qua auri metalla effodiuntur, nõ longè à Cambala regione optima paſcẽdis equis, unde equi Nyſei, quib. Perſarũ reges utunt: Nam & Armeniæ ſatrapes quot annis uigena mil. pullorũ & Mithracana mittebãt: In his ciuitates habent: Sariſa, Satalea, et Pinnara munitio optima ꝗ arces tres habet, quę Gordyęorũ ſunt: Item Legerda, Mazara, Anzeta, Soyta, Belcania, Seltia, & Thoſpia regionis caput, & Arſamoſata in monte Euphrati proxima, & Corra, & Halale uicus in radicib. montis Tauri, Quam coloniã M. Antonius Philoſophus Romæ princeps cõſtituit, quũ ibi Fauſtinã uxorẽ ſubito morbo exanimatã amiſiſſet: ſed ea poſtea ædes Heliogabalo dedicata eſt. Vltra autẽ Tigrim ad orientẽ ſub Araxe amne regiunculæ ſunt, Bagrandana uel Bagradauena, & ſub ipſa Igordena: ſub qua Mardorũ gẽs, ubi oppida ſunt: Taſca, Mępa, Cholima: Et ſub mõte Abò, Terebia. Poſtea Phora, Buana, Daudyana, Artemita, Caputa: Et ad orientẽ magis in cãpis Tigranoama ciuitas inſignis totius Armeniæ metropolis Tauris nũc appellata eadem qua prius & magnitudine, & authoritate inter ſuos perſiſtit ſine mœnib. uti mos gentib. illis huius præſertim ætatis eſt, uicatim eñ habitant intercurrentib. hortis & aquarũ riuulis, quo mercatores diuerſarũ gentiũ conueniũt ob multa ibi cõfluentia ex longiſs. orientis ac ſeptentrionis partib. mercimonia: lapillos maxime precioſos, pãnosq́ꝫ Sericos, quorũ ibi mirifica textura fit. Sub quib. ad meridiẽ, Siæ, Thelbalana, Saldiua, Colſa, Pherendis, Artagigarta Tigri amni appoſita ciuitas olim magna, mœnibus à Ro. ſpoliata, & in uici formã relicta. Mox Tigranocerta urbs ingens ſub Maſio mõte ſita, arx uerò in excelſis, quã Tigranes Armenię rex Euphratem trãſiens elatus cõdidit, & à ſe nominauit nam Triganis ciuitas dici poteſt, cuius murorũ partẽ Micepharius amnis haud ſpernẽda latitudine ambit, quę qua regiã, & Pomaria in ſuburbanis perfecit ampliſſ. ferarũ inſuper ſepta ad uenandi uoluptatẽ, lacusq́ꝫ amœnitate refertos: Sed Lucullus continuo ſequutus, opus ꝙd adhuc erat imperfectũ facto impetu demolitus eſt, in pagumq́ꝫ redegit, habitatoresq́ꝫ in ſedes ſuas dimiſit. Erant in ea plurimi Gręci ex 12. urbib. ab ſeeuerſis, quos ad incolendã traxerat, plurimi quoq́ꝫ barbari à proprijs & ipſi ſedib. illò traducti, Adiabeni, Aſſyrij, Gordyęni, et Cappadoces. Hactenus Armenia. Omiſimus in hoc loco ea quæ Tauro mõte ſubſequebantur, & ad reliquã noſtri maris particulam abſoluendam iſthuc deſcendimus. poſtea omiſſa perſequemur:

GEOGRA-

GEOGRAPHIAE Commentarius IIII. Aſiæ, in quo

Cyprus inſula, Syria, Iudæa, & duæ Arabiæ Petrea & Deſerta, Meſopotam. & Babylonia continentur.

CYprus inter Syriam & Ciliciam ad ortũ occaſumq́; porrecta præ cæteris maris inſulis nobiliſs. ac pulcherr. eſt: à Syriæ continenti Plinio teſte motu terræ abſciſſa: Circũdatur ab occaſu mari Pamphylio: A meridie Ægypto atque Syrio: A ſeptẽtrione Cilico. Terra diuitijs olim abũdans, luxuiq́; plurimũ dedita, adeo ut Veneri priſca ætas dicatam eam eſſe uoluit, Ceraſtin, Aſpelliã, Macariam, Cripton, & Coloniam uocitatam quondam legimus, etiam Athamãta Amathũtaq́; & Aëroſam quod in ea multum aëris naſcatur, ante appellatam, Primam enim æris inuentionẽ ab Agriopa Cinaraq́; eius F. hic fuiſſe dein alijs locis. Sed & ferrum ex metallis eius in mõtibus eruebatur: nouiſſimo uerò loco Cypron à rege Philocypro nuncupatã fuiſſe. Habet inſula circumnauigationem 500. mil. paſſ. longa 200. ubi latior 50. Quę ut ingens ita & regnorũ nomine tum clara nouem enim in ſe regna habuit, urbesq́; inſignes 15. quarum nonnullæ terræ motu ea tempeſtate labefactatæ ſunt: nunc autem maiori ex parte deletę, rebusq́; cadentib. ad ſingulare regnũ deuenit: uino abundãs & oleo, frumẽti quoq; ſatis habet ac mellis copiã, annis præſertim quib. locuſtas non ſentit, erodentes quicquid ex terra natũ fuerat, ex continẽti Syrię huc aduolãtes, ubi quondã militari imperio authore Plinio necari eas cogebantur. Syluoſa olim adeò ut ne campi quidem coli poſſent, quod Erathoſtenes prodit, ex quo parum fertilis, quæ quum exciſis arboribus partim in fabricandis claſſibus (in re quippe maritima plurimũ ualuit) partim in excoquendis metallis purgata eſt & culturæ reddita, nulli inſularum uirtute inferior deinceps habita, præter quam quod aërem in æſtate parum ſalubrem habet. Martialis.

Infamem nimio calore Cypron.

Nam & multas res ad alias gentes tranſmittit, alienas non (niſi paucas) recipit, ex quo magna inſulanis lucra redundarunt. Quare poëta:

Genitor tum Belus opimam uaſtabat Cypron.

Qua fama ut ait Florus, uictor gentium populus, et domare regna conſuetus P. Clodio tribus duce, ſocij uiuiq́; regis confiſcationem mandauit, quod ille audiens ad rei famam, ſe interemit: quare accepta, regiæ opes Romæ importatæ ac uenundatæ ſunt, pecunia enim in P. ærarium relata, neq; illud ullus unquam triumphus magis impleuit. Hãc inſulam mixtis

habitatam fuiſſe populis Herodotus author eſt, partim à Salamine & Athenieſib. partim ab Arcadia et Corintho, partim à Phœnice Æthioapiáque oriundi: & ex ijs familias eſſe quæ cantu ſerpentes interimere ſciant, tactuq́ ipſo percuſſos leniant. Fœminæ laſciuæ admodum, nam prḗter alia ut atteſtatur Trogus cōſueuiſſe Cyprios uirgines ſuas priuſquam nuptui traderent exteris nautis inſulam petentibus offerre, proſtitutasq́ demum uiris dare. quare merito illam Veneri dicatam extitiſſe ſcriptores tradiderunt. Claudianus.

Inſula Læta Choris blandorum & mater amorum
Nulla pudicitiæ cura placere poteſt.

Naſcitur hic herba Laudam appellāt, ex qua laudanum fit, paſtæ enim ea capræ & hyrci, nocturno inſparſa rore, barbis genisq́ uillos humor hærens Ladanum depecti. Exprimitur quoq́ ex harundinibus mel dulciſſimū quo excocto fit, quod hæc ætas Zucharū dicit. Inſulæ circumſcriptio ad hunc modum ſe habuit. Qua parte occaſum ſpectat, Acamas primum extrema à uiro Athenienſi denominata, eſt promontoriū ſyluoſum in forma duarum mamillarum Tracheæ Ciliciæ oppoſitum, Cui prḗiacent inſulæ duæ paruæ octo mil. paſſ. interfuſo mari quæ Carpaſiæ nominātur. Inde in ſinu Paphos ciuitas cognomento noua ab Agapenore condita, quæ nunc à iunioribus Baſum dicitur, portum habens, Contra quē Styria parua eſt inſula, In urbe uerò Phanū celeberr. Veneri dicatum erat, ubi quotannis feſta agebantur, ad quæ uiri ſimul ac mulieres ex alijs urbibus confluebant: Quod meminit Virgilius dicens:

Ipſa Paphum ſublimis abit, ſedesq́ reuiſit
Læta ſuas, ubi templum illi centumq́ Sabæo
Thure calent aræ, ſertisq́ recentibus alant.

Poſtea Zephyrium eſt promontorium quod ſtationē habet: ſub quo Marium oppidum Arſionoë poſtea uocatum, à Marieo conditore, nam duas Arſinoës in ea inſula fuiſſe conſtat, urbs quondam fuit. Mox Paphos uetus, nam Palæpaphos Græci eam uocāt, ad decem ſtadia ſupra mare, à noua ſeptem mil. & quingentis paſſ. ſtationem habens. Apud quam in litore antiquum Veneris Paphiæ templum à Cinara ſacratum extiterat, quo primum ex mari deam egreſſam affirmant incolæ, Vetus memoria conditorem templi regem Venerianum fuiſſe tradit, ſpecioſum quidem ac celebre ædificium, cacobaſilica Valerio teſte cognominatum, Nunc unà cum ipſa urbe dirutum iacet, quod ex frequēti terræ motu accidit: Vbi in montibus adamas lapillus medijs innatus petris inuenitur, in ḗreum uergēs colorem, etiam Sarda gemma, & Achates, & Amethiſtus, etiā in cæteris inſulæ partibus. Poſtea promontorium Drepanum, quo circumflexo meridiana perlabitur ora, In qua aliud promontorium exilit Phrurium nomine, alij Vrios: Ex quo illud. Vriosq́ apertos, unde iaciebantur qui Apollinis aram

nis aram contingebant. Fuitq́ inde Curiũ ſiue Curias urbs cum ſtatione, hanc Argiui condiderunt, prꝍter quam Lycus amnis ex ſuperiorib. montibus fluens in mare cadit, quam hodie incolæ Piſcopiam uocãt. Mox Corineum oppidum quod & Palæa: Cui proximum eſt Curie promontoriũ peninſulare, ſpecie rotũda, ubi Veneris Actææ templum fuit, quod nec uidere, nec audire mulieribus licebat: Hinc pars altera Lyci amnis in mare decurrẽtis fluit, nam in duo ſcinditur, quum de montibus in campos peruenit. Item Amathus ciuitas ubi Venus ſummo honore habebatur, quam recentiores Limiſſo nuncupãt à qua nonnunquam tota inſula Amathuntha (ut ſupra) appellabatur. Poſtea Titij fluuij oſtium is ex imminentibus petris delabitur, cui in parte orientali Cetium uel Cithion ciuitas appoſita fuit, portum habens clauſum, cuius urbis tum nomen inſulꝍ fuiſſe Ioſephus & Hieronymus ſcribunt, aiunt enim Cithin inſula quꝍ nũc Cypros dicitur, à qua hodie urbs Cithiũ nominat̃. Vltra quã procul Dadex extrema in mare exit. Ac inde multo in ſinu Theon ciuitas in peninſula fuit. Hinc terra longe in altum ad eurum uentũ accuminata protendit, Theon antiqui nautæ, iuniores nunc caput Greæ uocant, Quo emenſſo in orientali inſulæ litore promõtorium Pedalium eminet, id eſt agger harenarius cui collis altus & aſper imminet menſꝍ figuram intuẽtibus præbens, Veneri ſacer: Ad quod occaſum uerſus nemus Idalium pullulat, ubi oppidulum breue interijt, Veneri ſimiliter ſacrum. Mox efficitur ſinus ualde ſpatioſus, præter nauigationem aſperam habens, in quo Salamis quondam Conſtantiana deinde, nũc Famagoſta dicta eſt portum habẽs. Cui ad ſiniſtram Pedıꝍus amnis priſcum adhuc ſeruans nomen longe per mediã inſulam repens in mare uadit, litus circum ſe paludoſum reddẽs, ædificauit Salaminam Teucer, ubi ea tempeſtate ſal optimus fiebat, dicente Plinio, marinorum ſalium maxime laudatur Cyprius à Salamine: Nec eſt ut quidam putant, Salaminã tum fuiſſe ubi nunc lacus quidẽ ſalem concoquit, & appellatur Saline, quum diuerſiſsimus à Salaminæ ſitu ſit. Nec eſt marinus ut Plinius, ſed à mari procul. Contra hoc litus Hierię, & Cephia inſulæ breuiſſimæ iacent. Dein Elea promontorium cui Eleuſa propinqua eſt inſula. Poſtea Clydes extrema in modum roſtri longe prominẽtis contra Iſsicum ſinum. A quo ad uſq́ Syriæ promontorium Irhoſicum, unde fama eſt inſulam reſilijſſe ſeptuaginta mil. paſſ. quantũ à Ciliciæ litorib. interiecti maris: Cui extremitati inſulꝍ tres exiguæ obiacẽt Clydes quemadmodum extrema appellatæ. Superata igitur prominentia illa in ſeptentrionali parte circa Sarpedonem promontorium Carpaſia Golge ciuitas fuit cum portu Sicyniorũ colonia à Golgo duce Pygmalionis opus fuiſſe dicitur. A qua litus quod Achæorum uocatur, quo primum Teucer Salaminæ conditor applicuiſſe dicitur. Mox Aphrodiſium, id eſt, Venereũ promontorium, Macaria locus ubi nunc Ialines, Et Ceraunia, quod nunc

oppidum Cirines ab incolis dicitur, in ſinu poſitum. Inde Lapathos fluuius in mare it, In cuius oſtio ad occaſum eiuſdem nominis ciuitas interijt à Laconibus poſita ſtationē habens, & naualia Praxandri opus: ubi nunc uicus qui antiquæ urbis nomine uocatur. Inde Agidus & Cromniorum promontoriū, iuxta quod in magno ſinu Solus uel Soloë ciuitas quondā fuit cum portu & fluuio, quam Peleurus & Acamas Athenienſes Strabone teſte condiderūt: Plutarchus à Solone uno ex 7. ſapientib. quod Laertius etiam meminit: condidiſſe etiā Solem urbē alteram in Cilicia quū à Crœſo diſcederet: Ait enim Plutarchus, Solon ex Ægypto in Cyprum delatus à Philocypro rege honorificētiſſime ſuſceptus eſt, qui ciuitatem paruam à Demophonte Theſei F. conditā tenebat, loco inculto, munitam tamen, ſuaſus à Solone, ut amœniorem in locum ciuitatem traduceret, foretq; ipſe ad hoc adiutor pollicens, qua inſtituta quum Soloni gratiam referre uellet, urbem ante id tempus Æpenam uocitatam, ab eo Solos nuncupauit. Nam & ipſe Solon huius cōditæ urbis mentionē fecit, quam Elegijs ſuis Philocyprum uocauit. Poſt aūt longe in occaſum Callynuſa promontorium eminet, alterum cornu receſſus eius litoris, In quo ſinu parum à mari Hierocepiæ ciuitatis fragmenta iuxta amnis oſtium uidentur, Cuius ex aduerſo in pelago ſcopulus aſper erigit̄, amnis in duo ſciſſus binis oſtijs in mare exit, procul in mediterraneo orientem uerſus exortus. Intus uerò montes attolluntur inſulæ longitudinē percurrentes, quibus fertiliſſ. uallis interiacet, anguſta ſupra ſinum, quem Callynuſam promontoriū curuare diximus. Dein magis magiſq; ad oppidum uſq; Lephcoſiam aperitur: Hinc ſiniſtrorſum montes recto iugo in Clydes extrema ſe condiūt: dextrorſum uerò medio in curſu deficiunt, unde effuſa uallis ad Salaminā uſq; atq; Tanaſſum in ampliſſ. euagatur cāpos, eſt Lephcoſia quæ & Nicoſia dicitur, ciuitas modo regia ingēſq; cuius nulla apud ueteres ſcriptores mentio fit, inſulæ fermè umbilicus, in radicibus montiū prope fontes Pediæi amnis ſita. Eſt & Chyrtus ſiue Cyrrus ciuitas ad aurorā magis ſub ijſdem montib. poſita ex Cyro rege Perſarū fundata. Item Thremitis oppidum orientē uerſus ad eorundem montium ima ſedens. Et in ſeptentrionali parte inſulæ Limenia ciuitas nū: deleta Cromniorum promontorio proxima. Eſt quoq; inter Paphū & Amathū caſtellum poſterioris temporis munitū ſanè Coloſſus nomine. Itē non procul ab Famagoſta ad auſtrū amnis Pediæi Thanaſſus, uel Tamaſſus ciuitas fuit quam Strabo Temeſam uocat, Apud quam æris metalla ſunt in quib. uitreolum & rubigo æris naſcitur ad medicinæ uſum idonea. Lacus deinde magnus ſupra Dadex promōtorium iacet nō longe à mari in quem amnis modicus cadit ex ſuperioribus montibus quorum iugum Olympus nūc ſicut & olim dicitur, qui locus ad mare Saline modo uocatur, congelatur enim in ſalem lacus, ex quo ſingulis annis plures atq; magnæ naues onerantur.

Syriæ prouinciæ ſitus.

SYria prouincia poſt deſcriptam Cypron hoc locó nobis conueniē-tiſſimè offertur, Nam dextra lęuaq; Aphricę & Europę litorib. iun-cta noſtri maris decurſus directis oris excipit atq; claudit, Ioſephus in antiquitatibus Arameos quos græci Syros appellant, Ex uocabulo cu-iuſdam Syri indigenæ ait Euſebius appellari. Quod nomen ad hoc uſque tempus retinuit maxima terrarum quondã, nam & Meſopotamia, & Aſ-ſyria, & ambæ Arabię deſerta, Petreaq; ac Babylonia in ea includebãtur. Tellus ingenij uaria, qua enim ad mare uergit fructiferis & amœnis colli-bus reſperſa, urbibusq; ac cæteris habitationibus frequens eſt. Qua retrò ad orientē reſpicit, laxis effuſa campis pererratur, in quibus latrones ac fe-ræ paſſim euagãtur beſtiæ, ſteriles enim ac deſerti ſunt. Regio hominum leuiſſima genera & ſeruituti nata producens: namq; Syri molles & effœ-minati ſunt, & qui in bello antequam legio denſetur cedunt, ad nullam aliam rem promptiores quam ad iracundiam. Terminatur Syria à ſe-ptentrione Cilicia iuxta Amanum montem: Ab oriente parte Euphratis fluuij circa Meſopotamiam, parte circa deſertam Arabiam à meridie Iu-dæa, & parte Arabiæ Petreæ: Ab occaſu Syro pelago uel phœnitio præ-ternauigatione 300. & quinquaginta mil. paſſ. ferè. Poſt itaque Iſſum, in eodem ſinu Miopolis interijt: & Alexandria quondam oppidũ nunc Ale-xandreta in uici modũ inhabitatum iuxta oſtium Arcenthi amnis. Fuit e-tiam non longe ab ijs Myriandrus ciuitas. Et alia Rhoſus, omnes in mar-gine Iſſici ſinus. Extra uerò ſinum, hoc eſt, in altera flexionis prominētia, Irhoſicus promontorium deſilit, recentiores caput Ganzir uocant. Mox colles quidã ad mare deſcendũt, qui à iuniorib. appellant̃ Nigri quũ Neri dici oporterent, id eſt, aquoſi, in quorum radicibus ad ſeptentrionē caſtel-lum eſt, barbari Soldinum uocant, urbs ante quæ Seleucia dicebatur cog-nomento Pieria, ac prius Aquæflumina à montium nomine, ualida tum & inſignis munitio, Portum ante ſe habens, magnis rei pub. expenſis effe-ctum, ipſa in faucibus arctis. uallis ad mare meridiē ſpectans, cui ad dex-tram mons altiſſimus è mari ſurgēs Coripheus nomine: eam Seleucus Ni-cator fabricatus eſt, decora atq; opulenta cui ager optimus adiacet, & à ſe nominari uoluit. Mox ad meridiem dictorum collium Horontes flumen uno oſtio in mare it, Soldinum accolæ uocant, eo quod ab ijs montibus ac non procul ab ipſo caſtello decurrat, Quod nõnulli ex antiquis minorem Iordanem uocant, Typhon prius appellatus à Typhone hoc loco fulmi-natione percuſſo, ut fabulæ tradunt, Draconem dicunt fuiſſe, dumq; fu-gæ latebras quæreret terram ſecuiſſe, & ut fons erumperet effeciſſe, atque ex hoc, flumini nomen inditum fuiſſe, Cauſa autem mutationis nominis ex eo fuit, qui eum ponte primo iunxit, inter Libanum & Antilibanum mõtes iuxta Heliopolim exoriēs Polybius ait: ſed uerius Strabo in Cœlo-

ſyria, poſtea in hiatum terræ quem Charybdin appellãt illatus intra quintum milliarium iterum emergit, & per Apamienſiũ agrum, & prope Antiochiam procedens in mare aſper defertur, Vltra uerò eius oſtium Nympheus ſpecus eſt tum ſacer. Inde Poſidium oppidulum, Et Heraclea urbs nunc deleta, Mox Laodicia urbs egregia nunc à recentioribus Laliza dicta, quam quum Seleucus condidiſſet à Laodicea matre nominauit, commode ad mare loco portuoſo ſita. Cui mons imminet uineis plenus quum ad eam rem aptiſſima atque feracíſsima ſit, Hanc Dolobella quũ in eam fugeret non mediocriter labefactauit, Huic urbi diuus Seuerus ius Italicũ ob ciuilis belli merita conceſſit: in qua antiquitus uirginem Palladi immolare conſueuerant. Dein Gabala caſtellum cum fluuio nunc Margad ab incolis Platos uicus, Balaneę ciuitas quę nunc Valania dicitur duobus mille paſſibus à mari in monte altiſsimo ſita, ſub qua eiuſdem nominis amnis præterit. Caranúsque Aradiorum portus: eſt Aradius inſula in conſpectu iugoſæ & importuoſæ oræ iacens, duobus mille & quingentis paſſibus à continenti, licet alij ducentis paſſibus, alij cubitis quinquaginta dicant, alto mari, in qua olim ciuitas eiuſdem nominis fuit, à profugis ex Sydone condita, Vel ut alij ab Aradio uiro duce, unde & inſula & urbs nomen ſumpſerunt: Ea quandoque ſicut & cæteræ Phœnicum ciuitates, reges habuit, multitudine hominum plena, ut domos multis tabulatis ſublimes inhabitarent, modica enim inſula eſt. Dehinc in litore amnis Eleutherus in mare uadit, in eum ſtatuto tempore teſtudines admirandæ magnitudinis multitudine effuſa è mari ſubeunt, quę ſine difficultate capiuntur: hucuſque Syriæ Comagenæ ora. Hinc Syriæ Phœniciæ uſque in Iudæam ad mare: terra adeo fertilis, ut cẽteſima fruge agricolis fœnus eſſet: ab arbore dactylorum huiuſmodi cognomen adepta, Calliſthenes ait: Alij nonnulli tradunt Phœnices olim à Græcis uocatos fuiſſe, quia initio ſua litora adnauigantes omnes interficiebant (ſic enim nomen id ſonare uidetur) Alij quia illos accolas maris Rubri fuiſſe, & huc in colonias deductos eſſe Phœnicas, id eſt, rubros uocari uolunt: Alij à Phœnice Agenoris F. uocitati, qui cum Cilice fratre ad inquirendam ſororem à patre miſſus, hic tandem ſede fixa permanſit, & à ſe Phœniciam dictam eſſe: In hoc loco ſcientiam computandi, & arithmeticam, propter mercaturam inuentam fuiſſe ſcriptores tradunt, in quibus eſt Ioſephus: ſimiliter & literarum inuentionem, & ſiderum, naualiumq; ac bellicarum artium teſte Plinio. In his itaque gentibus iuxta mare primum Simyra oppidum fuit. Dein Orthoſia ciuitas quæ Anterade dicebatur: quaſi ante Aradium inſula in ſinu poſita, quam Dionyſius ſacram cognominat, nũc diruta uocaturq; Tortoſa in finibus locus natura munitiſſimus eſt: quem Arabes latrones occupant, quibus caſtella ſunt in aſperrimis ſita rupibus, quorum in uallibus quæ fœcundiſſimæ & amœniſſimæ ſunt omnium fructuũ magna fertilitas eſt,

litas eſt,

litas eſt. Mox ſinus panditur, in eum amnis elabitur in cuius oſtio meridio nali ripa Tripolis urbs tota penè in mari eodē adhuc nomine ſita eſt, quæ à re ipſa denominatur, tribus enim conſtabat oppidis, Adamos prius dicta à barbaris quondam euerſa, agrum habens fertilem aquis riguum, fructiferis arboribus & paſcuis uirentibus largum, iuxtaq; urbem in mari aquæ dulciſſimæ ex fontibus in profundo inter undas abundè emergunt. Fuit & Theiproſopon, id eſt, dei facies culta & amœna ora Tripoli contigua, à qua Libanus mons deſinit circiter ſex mille paſſ. ubi Magoras amnis in mare cadit. Eſt autem Magoras fons cum impetu è radice Libani fluens, ſtatimq; intra ripas ſe immittens fitq; magnus, planitiem rigans, dulcis ac frigidus hauſtu, qui tribus alijs fluminibus iunctus in mare cadit. Supra quod mille paſſ. Archis oppidulum eſt paſſ. mille à litore nunc deſtructa. Inde aliud Betris quib. locis mōtana Libano monti pertingentia Marona, id eſt Maronitarum regio dicitur: ubi naſcuntur uineæ: quæ bis in anno uindemiantur. Et Byblus urbecula ſupra mare antiquitus Euea ab eius fundatore Zibelletus ſicut altera iam dicta appellatur, Cui Adonis fluuius Canis modo ſub mœnibus in mare uadit, ſiquidem in excelſo quodam loco ſita eſt ſupra ſinum quendam, in qua Cymiræ regia fuit, & Adonis templum. Inde montes attolluntur uocantutq; Climax, id eſt, gradatio ſiue aſcenſio, iuniores paſſus canis appellāt, ubi antiqua Byblus fuit, aſperi ſanè, & prærupti, Penes quos Lycus amnis nauigabilis in mare prorumpit, qui quum iter facientibus iuxta mare aditum negarent, Antonius difficultatē hanc tollere cupiens, montes incidi iuſſit, quod epigramma in ea exciſione, hoc modo inſculptum indicat.

IMPER. CAES. ANTONIVS PIVS FELIX. SEMPER AVG. BRIT. MAX. PARTH. MAX. GERMAN. MAX. PONT. MAX. MONTIBVS IMMINENTIBVS LYCO FLVMINI CAESIS. VIAM DELATAVIT PER ANTONIANAM SVAM.

Ferūt quidam Byblos antiquiſsimos, omnium fuiſſe Saturni opus à Bybla Milleti F. denominata: alij ab Iſide quæ ibi quum deploraret Oſiridē diademma ſuum reliquiſſe ex Byblo, id eſt, arboris cortice contextum; unde urbi nomen. Deinde amnis Leon in cuius oſtio ad mare Leontes oppidum interijt. Et parum à mari apud eundem flumen Marathos caſtellum. Poſtea Berytus colonia eſt ſic adhuc appellata, felix tum Iulia cognominata cuius ager omniū Aſię amœuiſsimus feraciſsimusq; eſt, à Diodoto qui Triphō cognominabatur diruta, à Romanis reſtaurata: deinde ab Hieroſolymorum rege Agrippa theatro & amphitheatro copioſa impenſa conſtructis, ſed & balneis ſimul & porticu, cęlſis operibus decorata eſt, multum quoq; regionis Maſſyæ adiectum, uſq; ad Horontis exortum, & Viridariū & Ægyptiū murū Apamenſi agro proximū quę omnia barbari poſteriori ætate incēdio ruiniſq; demoliti ſunt. Mox ut diximus Magoras fluuius in mare it. Poſtea Sidon urbs uetuſtate famaq; conditorū incly

ta,quæ magna fuit, nam collapſa modo in ruderib iacet:in cãpo ſub Antilibano ab auſtro in aquilonẽ ſita mare proſpiciẽs, ex qua urbecula exorta eſt, quam Saitum hæc ætas uocat, cuius pars mari cingitur, ubi in rupe arx eminet aquilonẽ uerſus, ſimiliter in auſtrũ caſtellum in colle habet, munita enim ſatis: cui campus fertilis adiacet. Prope quã Boſtrenus amnis in mare labitũ, cui ſcopulus obiacet. A qua urbe ſummà nauigandi poteſtate mare Sidoniorũ priori tempore dictũ eſt, qui primo triremem inuenerũt, Hanc Tyrij condiderunt, diruta terræ motu patria: Habitarunt illi ante Aſſyrium ſtagnum, deín mari proximum litus incoluerũt erecta ibi urbe quam, ut Trogus ait, à piſcium ubertate Sidon appellauerunt, nam piſces Phœnices Sidon uocant: Eam Ochus quidã Perſa euertit, opulentata, maritimarumq́ urbium maxima, in qua artes & earũ artium inuẽtores uigebant plurimũ, in uitriaria præcipuè, Vnde Hieronymus, Sidon inſignis artifex uitri: Et Plinius, Sidon quondã uitriarijs officinis nobilis, ſiquidẽ etiam ſpecula excogitauerat, additq́ Thebarum Boëtiarumq́ parens, Huius quandoq́ urbis partẽ maximã terræ motu corruiſſe fertur, & oppidũ ſuper eam ſitum abſorptũ: circa quã terra bitumen, cuius uicina eſt natura ſulphuri, Emergit inde Auium promontorium in cuius radice (nam deſerta nunc iacet) oppidũ Sarepta fuit Sara nunc locus dicitur, haud procul à mari. Inde fluuius quẽ quidam Eleutherũ eſſe contendunt: uocariq́ etiã nũc Eleutherũ neq́ ibi eſſe ubi Ptolem. poſuit. Nam fluuius hic magnus in mare editur ex Libano, quo loco Ptolemæus nullum ponit, & ubi ipſe Eleutherum poſuit, nullus eſt mentione dignus. Et poſt illum fluuium Tyrus ciuitas antiquitate originis & crebra fortunæ mutatione inſignis quõdam Sarra dicta, ex quo Ennius: Pœnos Sarra oriundos inquit, à Sarra conchylio quod ibi in mari abundat, cuius ſanguine ſericũ in purpura tingebatur: Vnde poëta:

Vt gemma bibat & Sarrano dormiat oſtro. Et item Iuuenalís.

Nunc urbs ipſa Suro ab incolis dicitur, in peninſula à Tyro quodam uiro Hebræo ædificata: ſunt qui dicant à Tyrijs qui Sidonem condideruut, hoc eſt, qui cum Agenore peregrinarunt, ante annum Troianæ cladis ædificata 4. mil. paſſuũ ambitu: Hæc tum in inſula fuit præalto mari 700. paſſ. à continente diuiſa decem & nouem mil. in circuitu, Nunc uerò Alexandri oppugnantibus operibus litori aggere iungitur quod ipſe in obſidione congeſſit: Idq́ Ouidius meminit, dicens:

Fluctibus ambitæ fuerant Antiſſa, Pharosq́
Et Phœniſa Tyros, quarum nunc inſula nulla eſt.

Ea portus duos habet alterum clauſum alterũ apertum quem Ægyptium uocant. Vrbem (licet procul) montes ad aurorã circumdant, nam 7. mil. & 500. paſſ. diſtãt ad Galilæã pertingentes, ad meridiẽ ſimiliter promõtoriũ altiſſ. quẽ ſcalã Tyriorũ uocabant, nũc caput Albũ, abeſt 12. mil paſſ. ab ea.

ab ea. A qua emiſſę in diuerſas terræ partes coloniæ ſunt, uidelicet, Leptis Vtica. & illa Roman. imperij ęmula, terrarumq́; orbis auida Carthago, & Gades extra orbem condita: Primaq́; nauē compegit: ac ut in omni re fortuna dominatur, ſeptimo menſe quam oppugnari ab Alexandro cœpta eſt, capitur incenditurq́; demum ſe ipſam nauigando inſtruxit, Romanorumq́; colonia ac ſplendidiſs. facta, ius Italicum à diuo Seuero habuit, ob egregiā in rempub. imperiumq́; Rom. ſingularē fidē datū: In qua domos altiores quàm Romę fuiſſe: deorumq́; nobiliſsima templa Herculis præcipuè, qui ibi maxima ueneratione colebatur, quod Herodotus opulentè exornatum fuiſſe dicit, quum alijs multis donarijs. tum uerò duobus ſciphis altero ex auro excocto, altero ex lapide Smaragdo maiorem in modum ſplendente per noctem, Cuius templi magnificentiā meminit quoq́; Dion Phœnicus hiſtoricus apud Ioſephum: Item Menander Epheſius, qui Ithonium Abibali primi Tyriorum regis filium, regnum poſt patrē obtinentem Herculi templum ædificaſſe dicit. Ab hac urbe 4. mil. paſſ. ferè fuit antiqua Tyrus qui locus Palætyron uocatur. Poſt autem dictam urbem Edipia caſtellum fuit, Scandalium nautæ uocant dirutum, ab Alexādro ædificatum quum Tyrum obſideret, in radice Saronæ montis, caput nunc Album quinq́; mil. paſſ. à Tyro. Deinde Ptolemais quæ & Accon, antea uerò Abyron à Ptolemæo Ægypti rege, fratreq́; Accone cōdita quę nunc Accre dicitur, magna tum in quam Claudius Cæſ. coloniam deduxit quę nunc deſerta ac diſrupta iacet, cuius à tergo uſq́; Gazam omnis regio penè arenoſa eſt. Et ab ea duobus ſtadijs in ſin Belus fluuius labitur ſiue riuus, nam exiguus eſt, Pagida à nonnullis, è palude Candebera centum ferè cubitorum ſpacio iuxta radices Carmeli profluēs, circa cuius os coniectæ harenæ admixto nitro in uitrum excoquuntur, modicum id litus, & egerentibus inexhauſtum: ad quem amnem ſepulchrū fuiſſe Memnonis Plinius tradit, Hinc Magedo extenduntur campi: Et mons Carmelus in litus procurrit promōtoriumq́; efficit, Sicaminum antiquis, Caput Carmelū iunioribus. Iuxta quod in ſeptentrionali radice ad mare caſtellū Cayphas, Porphiria quondam poſtea Scaphatium à nautis appellatū 4. mil. paſſ. ab Accon. Deinde Dora fuit urbs tum potens, Ayſur quōdam. Poſtea Chorſeus torrens in mare euoluitur, naſcitur ex lacu quodam in radice mōtis Tabor ad partem orientalem: ex quo etiam alter, quem Cyſon uocāt in oppoſitam partem per mediam planitiem fluens in lacum Tiberiadim uadit, Terminat autem Phœniciā oram Chorſeus. In mediterraneo autem prouinciæ ſupra Antiochiam uerſus ortum ſolis mons Piera uel Pieria eſt Amano continuus cuius ima Horontes fluuius labit. ex quo monte Singas amnis effunditur, Marſiæ altero amni iungitur, Qui Marſyas, à Samoſatis per Apamenam regiunculam ſerpens in Euphratem influit. In hoc membro regiones Comagena & Pieria concluduntur, illa ad

occidentem, hęc ad meridiem, ſed maior Comagena, ab anguſtijs enim ſupra Iſſicum incipit, Amano & Singa & parte Euphratis terminatur: Pieria reliquum habet uſque montem ſui nominis, & partem Horontis quoad mare infundatur: Sunt qui Pieriam in Comagena ponãt nec ſolum Pieriam, ſed eam trans Horontem uſque amnem qui ſub Gabala fluit. Comagena nunc Euphratenſis, à barbaris uerò Azar dicitur, unde qui eam inhabitant Azarię dicũtur, Pithagoræ aſſentientes, animas humanas in corpora beſtiarum poſt mortem migrare: easq́ in illis alloquuntur, regio fœcunda ſed perparua, in qua ad ſeptentrionem Pargę locus munitiſsimus iuxta Amani tranſcenſum, cui Antiochenus campus ſubiacet, quo laudatiſsimum lilium naſcitur, Per quem Arcenthus amnis labitur. Sub quo Trapezon collis à ſimilitudine appellatus, nam uidetur à procul ſtantibus menſa, Labotæ, Oenoparęq́ amnibus præterfluentibus imminens: Eſt enim tranſcenſus fractura mõtis, qua è Syria in Ciliciam, & è Cilicia in Syriam proficiſcitur, appellaturq́ Syriæ pylæ, ut in Cilicia diximus. Mox Araca oppidum, & Antiochia ciuitas inſignis, haud procul ab Amano monte quæ hodie Alepus dicitur, nobili arce uetuſti operis munita ab Alepo dietis duab. Vrunchala, id eſt caſtellum gręcũ lingua prima in inſula Euphratis. Dein Singa ciuitas apud amnem ſui nominis. Item Germanicia, Catamana, Dolichia, Bida, Chaonia. Et apud Euphratẽ Coldamara, & Samoſata ciuitas maxima ac ualidiſsima regni tum caput fertiliſs. circumcincta campis, In hac urbe ſtagnum eſt emittens limum, Maltham uocant, flagrantem, quo muros oppidani defendere oppugnante Lucullo, quia quis accenditur, nec niſi terra extinguitur, ſicut & in Chimera Lyciæ mõte. Pieriæ autem ciuitates ſunt, Pinaria, Cinidarus, Patre Roman. colonia. Ad orientem uerò harum regionum interlabẽte Singa amne Cyrretica ſiue Cyrriſtica regio eſt in qua urbes memorãtur: Ariſeria, Regia, Buba, Heraclea, Niara, Hierapolis ab Herode quodã nominata, ciuitas capaciſsima iuxta Euphratem quæ alio nomine Bombis dicitur, & a quibuſdam Calinicis Syris uerò Magog: & penes Euphratem Zeugma urbs Marſyra amne diuiſa eam Seleucus condidit, ubi flumen ponte tranſitur, & ex eo nobilis. Item Europus oppidum Tapſum quondam, Poſtea Amphipolis. Deinde Cybros, & Berroria à Seleuco condita, & Bena, & Paphora quæ & Amanum, ut in T. C. uita, eius tum gentis caput, non tamen ea eſt, quæ nũc Aman dicitur, ut ſtatim aperiemus. Inter autem dictam regionem, & Horonten amnem ſub Piera monte regiuncula eſt Seleucis nomine in qua Gephyra urbs Sirmin nũc ut puto magna quondam. Et alia Gynidarus totius regionis arx, & aptum latronibus receptaculũ, & Imma. Ab occaſuq́ Horontis regio altera Caſſiotis anguſta quidẽ iuxta fluminis ripã diſtenta, ubi Antiochia ciuitas eſt Epiphanes cognomine Rheblata antiquitus ſuper Horontem fluuium, priſcum quę adhuc nomẽ retinens, olim ac

diu po-

diu potens, quã Seleucus Nicanor extruxit & ab eius patre Antiocho de-
nominauit, & uicinos urbi ad orientalem plagam campos Apollini dedi
cauit. Fama enim eſt Laodicem eius matrem ab Apolline in ſomno com-
preſſam Seleucum peperiſſe, magnitudine ut ait Ioſephus ſimul aliáque
felicitate, ſine dubio tertium inter omnes quæ in Romano orbe ſunt lo-
cum obtinens, Apud quam aurum argentúmque ſignabatur, in ualle fer-
tiliſsima multis fontib. irrigua ſita, cuius meridionalis pars erecta in col-
libus eſt ubi arx munitiſſima eminet, qui colles Horontes uocantur, ad ſe
ptentrionem ipſum Horontem fluuium habens quo in loco ponte iungi-
tur, montium radices ab ea parte præterriens, quos Neros appellari dixi-
mus, ad ortum uerò ſolis lacus urbi adiacet piſcibus ſcatens, Ex quo riuus
aquæ Farfar nomine emittitur urbem interſecãs in Horontem decidens.
Hæc licet adhuc murorum magno ambitu, magniſq; ædificijs conſtet,
rara tamen ac maiori ex parte collapſa ad ſolum iacet, pauci in ea ciues, ac
non niſi in quadam urbis parte, reliquum in ſolitudinem redijt. Poſt itaq;
dictam urbem quinque mil. paſſ. Daphna habitatio eſt haud grandis, a-
pud quam Ladonis fluuius præterit, Nam & Aſſyrij Daphnem Lado-
nis filiam hic natam aſſerũt, licet Philoſtratus apud Antiochiam quæ ma
gna cognominatur dicat, ubi lucus ingens & opacus, fontanis aquis irri-
guus Daphnes nomine, in cuius medio phanum aſſylum, et Apollinis ac
Dianæ delubrum fuit, quod dijs ipſis Pompeium conſecraſſe Euſebius
author eſt, Luci ambitus decem mil: paſſ. Dehinc Lyda oppidum Dio-
ſpolim quondam dictum à Romanis incenſa, & Seleucis urbs Belum uo-
citata. Belo enim fluuio inhæret, neque ab ea procul Semecolis lacus eſt,
ſeptem mille & quingentis paſſibus longus, latus quatuor ferè. A qua nõ
longe ciuitas Lariſſa, Geth deinde dicta, in colle edito ſita interijt, ex cu-
ius lapidibus Ibelin præſidium ædificatum eſt. Mox Epiphania Syriæ (i-
ta appellabatur) urbs egregia, ſic à Macedonibus dicta ab uno priſcorum
ſuorum heroum, quæ prius Emath dicebatur, quod nomẽ poſt deletum
Macedonum imperium, quamuis corrupte, urbi redditũ eſt, quippe bar-
bari modo Amã dicunt, in orientali Horõtis amnis ripa exiſtens, celebris
quidẽ ad hoc tempus, ac inter alias Syriæ nõ infima. Inde Rephaneæ ciui
tas, & Antaradus, & Marathus antiqua Phœnicum, nũc maxima ex par-
te diruta, nec ex ea niſi ſeptem ſtadiorum tantum ambitus incolitur, Cir-
ca quem locum ſtorax gignitur, inter quam & Rhephaneas medius elabi-
tur amnis (mirabile quidem dictu) ſeptimo quoq; die exorit̃ plurimusq;
fluit ac uelociter, interpoſitis uerò ſex diebus à fonte deficit, quem ordinẽ
ſemper obſeruare affirmat Ioſephus, Vnde à Iudæis Sabbaticus appella-
tur à ſeptimo eorum ſacro die. Poſtea eſt oppidum Mariama, & aliud Ma
muga. Vltra autem Horontem ad auroram regiunculæ ſequuntur,

Apamena, Chalcidica à Græcis alio nomine Maſſyras, & Chabylonis quæ magis orientalis eſt, ac Euphrati contigua, habens ad meridiem montes qui Palmyrei appellantur, Cuius regionis ciuitates nominantur, Thema, Acoraba, Derrima, Chalybon, Speleuniáque. Et ad Eupratem Barbariſſus, & Athis, Chalcidicæ uerò quæ fertiliſsimæ Syrię eſt, ciuitates ſunt, Chalcis ad Belum cognomine quoniam ſub ea amnis Belus præterit, in medio montiũ ueluti arx poſita, montana, omnia circumſpiciẽs, Item Aſaphidama, Tolmideſſa, Maronia uicus gręcus non magnus, Cui ad occidentem Heremus Chalcidos iacet: Mox Coara oppidum. In Apamena autem quæ magis ad occaſum uergit orientali Horontis ripæ expoſita, ciuitates numerantur Nazama à flumine longè diſtans ad auroram, Reliquæ penes ipſum, ut Thelbeniſſus, Apamia quam Seleucus condidit ciuitas nobilis ab eius ſorore Apamia denominata Pella prius dicta Strabo ait, Ptolemæus Apamiam & Pellam duas eſſe, quas diuerſis locauit locis, ut paulo poſt deſignabimus, in Cherroneſo quodammodo ſita, eſt enim in colle quem curuus campus circumſtat, Iuxta petram Horontes labitur & ingẽs quidam lacus emergit qui effuſus latè ſtagnat, paludesq́ facit, ex quo parum liberi campi relinquit qua ciuitatem itur, reliquum uerò in prata ac planities diffunditur, loca equis & bobus paſcendis optima.
Poſtea Emiſa ciuitas eſt tum clara Samareorum habitaculum quæ hodie Camela dicitur. Sub Apamena ad orientem regiũcula Phylarchorum Arabum eſt qui loca munita habent, quæ Propotamia dicitur, id eſt, iuxta flumen. Et ad occaſum Apamenæ Horonte inrerlabente Laodicea regio eſt, quæ Libanica cognominatur, iungitur enim ad meridiem Libano: In qua ciuitates, Scabiſa, Paradiſſus, & Iabruda. Hactenus quæ Comagenæ ſunt. Quæ uerò in Phœnicia ſupra mare, hoc eſt in mediterraneo, nominantur. Areca, Palæobiblus, id eſt antiqua Biblus, quam in Climate fuiſſe monte diximus. Et Gabala urbs uſque ad ſolum diruta, in cuius agro ſtorax colligitur. & Cęſarea Paniæ, nam Pania ante appellabatur à proximo fonte circa Iordanis exortum, iuxta Libanum, ſed antequam Apania diceretur Dan illi nomẽ fuit, initio uerò Leſem unde à quibuſdam Leſedan uocabatur quam quum Philippus tetrarcha cõſtruxiſſet ampliaſſetque Cæſaream Philippi, in honorem Tiberij Cæſaris ac in memoriam ſui nominis nuncupauit. Et ut Ioſephus in antiquitatibus tradit, Agrippas Philippi eam amplius fabricatam ad honorem Neronis Neroniadam deinceps appellari iuſſit, nunc uerò à iunioribus incolis Bellinas uocatur, ad radices Libani ſita non procul à Damaſco: cui adiacet ſylua Paneas quondam nomine, nunc Saltus Libani. Ab hac urbe uſque Ioppem ager eſt paſcendis gregibus bonus, quæ regio Sarona dicitur, inter montem Tabor uel Saronem, & ſtagnum Tiberiadis: Vbi uerſus mare locus eſt Trieris nomine,

mine qui & angulus concauus dicitur, quem montes Libanus & Antilibanus conſtituũt. Dein regio altera Cœloſyria, id eſt, curua, quã nonnulli Decapolitanam à numero oppidorũ uocant, quæ à ſeptentrione ſub Caſio monte ad Ægyptũ Arabiamq́ recedit, licet propriè Iudæam uſq; trans Antilibanum terminetur: Eſt hic Caſius mons, alter ab eo qui in mentione Ægypti dictus eſt, altitudinis excelſæ, ex quo quatuor uigilia orientem per tenebras ſolem aſpici Plinius tradit, à gigante, ut in fabulis, ibi inhabitante nominatus. Libanus, & Antilibanus montes paulo ſupra mare incipientes, Libanus circa Theiproſopon: Antilibanus ſupra Sidonem, deſinuntq́ ad Arabiæ montes qui ultra Damaſcum attollũtur, uſq; ad Palmyrenam regionem centum triginta duo mil. paſſ. longitudine, omnium qui in hac terra ſunt præcipui. Qui ab homine uaſtiſsimi corporis in Libano degente quemadmodum & Caſius cognominati ſunt, quondam teſte Plinio muro coniuncti, In quorum ſummitatibus (ac præcipuè Cæſareæ Philippi imminentibus, nam ibi ſe altiorẽ Libanus tollit) quamuis calida inſideant regione niues continuo albicant. Fit quoque in eis coagulum quoddam dulciſſimum ex cœleſti rore, quod ſacchar accolæ uocãt, proximum ſalis glebulis candidum fragile, quod Alexander Aphrodiſeus in problematibus tradit. A Libano præter cætera flumina Chryſoroas labitur, ab urbe Damaſcenorum incipiens, qui totus in deriuationes cõſumitur, multa enim loca & repoſita irrigat, nomen ab effectu Chryſoroas, id eſt, aureus, nam quæcunque inundat opimat. Antilibanus, id eſt contra Libanum, Iordanem fluuium fundit è Paneade fonte ait Plinius: alij ex Phiala, ut Ioſephus & Egyſippus ad labrum uſque pleno qui à rotunditate ita appellatur, diſtans à Paneade quindecim mille paſſibus ambo iuxta radices montis: Eſt enim Panea locus cui Hermon mons altitudinis excelſæ, quo æſtate niues deferuntur, imminet, In eo antrum aperitur, per quod grauiolentis odor exhalat, intus aquarum congregatio immota, foris autem circa ipſius antri radices fons ſcaturit qui & Paneas dicitur, Quod quum dubitaretur, an ex hoc uel illo fluuius originem duceret, à tetrarcha Traconitidis Philippo depræhenſum eſt: is namque miſſis in Phialam paleis inuenit eas in Paneade, unde antea fluuius naſci credebatur. Igitur Iordanis exordium ex Phiala eſſe qui ſubterraneis deriuatus meatibus iterum in Paneadem fontem emergit: At Hieronymus ex duobus fontibus in radice Libani oriri, altero Ior, altero Dan, quibus in campo iunctis amnis efficitur ex utroque nomine Iordanis dictus, propria fortaſſe fontium nomina, quum ut diximus, Paneas à Panea loco, Phiala à rotunda ſpecie appellentur. E Paneade itaque egreſſus (ante enim portam Paneadis urbis Ior, ac Dan conuenientes iunguntur: unde Iordanem flumen efficiunt) Aulonem uallem ingreditur, ubi ſtagnat, præſertim quum niues de Libano reſoluuntur, & uocantur aquæ Maron, ſexdecim millia paſſuum

terram

terram occupantes, quarum maxima pars æſtiuo tempore exiccatur, locus arbuſtis plenus, inter q̃, Leones, Vrſi, Pardi, & huiuſmodi beſtiæ uiuunt, unde effuſus, oppidũ Iuliadam petit: indeq; contra orientem poſt, poſtea in auſtrum Geneſar ſiue Geneſaret lacum tranat, in eadem ualle exiſtentem. Grandis enim atq; campeſtris uallis eſt, in immenſam longitudinem producta, montibus hinc inde munita, à Libano incipientib. ad uſq; deſertum Pharam peruenientibus lacu autẽ emiſſus meridiem uerſus centum mil. paſſ. per ingentes ſolitudines in Aſphaltidem lacum exit, ubi nomen aquamq; amittit: Amnis quidem amœnus, accolentibus utilis admodum, nam bibendi rigandiq; hortos optimam fert aquam, piſceſq; non uiles nutrit, & arundinum copiam haud immodicam gignit, quibus mapalia tecta circumfuſæ gentes conficiunt: nauigaturq; cum mercibus. Igitur poſt Libanos, Seyr mons attollitˀ qui terminatˀ ſub Galaad monte, altiore cæteris fertilioreq;, is ẽm bonus homini pecoriq; eſt, ubi reſina, & aromata complura carpuntˀ, eſt etiã Seyr alter in Arabia, eſt Galaad mõs collib. Libani iunctus & extenditur per deſerta loca trans Iordanẽ: in q̃ ſimili nomine ciuitas fuit. Sunt omnes iſti unus mõs, ſed in diuerſis cacuminib. diuerſis uocatis nominibus. Deinde mons Fagor in quo erat ſtatua Papis, quem Iudæi baal uocabant. Ad alteram uerò Libani partem quæ ſeptentrionẽ ſpectat uſq; Theiproſopon, & uſq; Caſiũ montẽ ſupra mare Maſſyas regio dicitur quæ tota montana eſt alio nomine Aſſor à ciuitate quæ nunc in ruderibus iacet: Quam regionem Iturei & Arabes habent, maleſici omnes, Qui uerò campos habitabant (ſubijciuntur quippe immenſiſsimi campi, Macra olim, Marzi nunc planities uocatur) agriculturam exercent, à montanis frequenter læſi, quum receptacula illi munitiſs. in montibus habeãt, ut Borama, Simian, & alia caſtella: Inferius uerò Boſtra, & Gigartum, & ſpeluncas ad mare, & caſtellum in Deifacie ſitum, quæ omnia Pompeius euertit. Et contra Tripolim Arethas oppidũ ab Aretheo quondam conditum in radicibus Libani montis ſitum. à quo haud procul ciuitas fuit nomine Sini, bello euerſa cui loco nomẽ adhuc reſtat, Syriæ autem Curuæ interiores à mari ciuitates ſunt, Heliopolis quondã quæ nũc Marbech dicitur, Abilaq; cognomine Lyſanium, & Damaſcus urbs antiquiſſima nobiliſsimaq; in ualle intra Libanos montes ſita à Damaſco rege teſte Hieronymo condita nuncupataq; quod aſſentit Trogus: Quæ primatum olim ſicut & nunc in omni Syria tenuit: eſt autem minoris Syriæ quæ Phœnicis Libanica appellatur metropolis, cuius ager laudatiſsimus qui quandoq; Ahauſitidis eſt appellatus, ſuapte natura ſterilis, uerum conductis ex propinquo aquis, irrigatur totus, ex quo fertiliſs. redditˀ: Hinc ad Arabiã montes aſperi ſunt Hermõ et Sanir, altis ſpeluncis inſignes, quarũ una quatuor hominũ millia recepit, Penè urbem ad auroram lacus eſt uiginti mil. paſſ. in circuitu in quem riuuli duo labũtur, alter nomine Aman,

qui ex

qui ex montibus latus meridionale urbis abluitur, alter Pharphar, propin quis locis ortus, eam interſecat, Damaſcũ Metellus, item Lolius funditus euerterunt: naſcitur circa eam Alabaſtritis cæteris candidor. Inde oppida Samulis, Abida, Hippus, Capitoliaq́. Et iuxta Hippum, Apheca caſtellũ ſuper Iordanẽ, urbs olim terminus gentis Amoreorũ. Mox Gadara urbs natura loci inexpugnabilis, quã Hieronis fluuius alio nomine Hippodion pręfluit, in monte ſita ad cuius radices aquæ calidæ erumpunt, Neque lõge eodem in agro lacus eſt cuius aquam pecora ſi deguſtauerint, pillos, ungues, & cornua amittunt. Hanc urbem unà cum uicis omnibus circa ſe Veſpaſianus incendit, ac penitus deſolauit. Item Adra. & in Aulone ualle Scythopolis quæ nunc Bethſſan dicitur Nyſa ante à Libero P. denominata, qui urbem cõdidit, mortua ibi nutrice ac ſepulta, cui urbi quũ incolę deeſſent, è comitibus ſuis, ut Solinus tradit, Scythas ibi ad inhabitandũ delegit, unde urbi nomen inditũ, Egiſippus, Dianæ Scythicæ conſecratã conditamq́ à Scythis ait, ut loci ingeniũ facile demõſtrat, inter eñ montẽ Gelboe & Iordanis fluenta in campeſtrib. iacet loco difficili, & qui in hyeme ęſtateq́ incommoda patiatur ſitam, media enim ſquallentibus campis iacet, nullo perfuſa amne, Quæ quũ poſt eius ruinam diu deſerta iacuiſſet, Gabinius reædificauit. A qua ſex mil. paſſ. occaſum uerſus Gelboë mons eſt, in quo nũc uicus magnus Gelbus nomine. Item Geraſſa ciuitas quam Alexander diruit trãs Iordanem. Eſt & Pella urbs ubi nũc uicus pergrandis eodem nomine à Seleuco condita, ab Alexandro Iudæorum principe euerſa, Quę nomen à Pella Macedonum metropoli aſſumpſit, maxima enim urbis pars à Macedonibus qui in Aſia militauerant inhabitabatur, aquis irrigua diuerſis emanantib. locis, Cui regio fertilis adiacet ex q̃ multa in ea caſtella ſunt. Hinc oppidum Dium, & Gadora, & non procul inde Arbela ciuitas in Arabel pagum modo redacta. In finibus Pellę locus uinetis conſitus, quem uaſtum undiq́ harenis æquor includit, Arabibus tum et Parthis finitima, ad utroſq́ accõmoda in qua negociatores plurimi, res quippe Indorum, Perſarum, & Arabum huc conuenientes. Poſtea Philadelphia urbs nobilis, agro ubere prædita, quę prius Amon dicebatur: per quam & Geraſſam in quatuor eius lapide, Iaboc fluuius excurrit, qui inde Iordani admiſcetur. Et Canatha oppidum. Ad ortum uerò ſolis ſub Apamena, Chalcidica, & Chabylonitida uſq́ ad Euphratẽ, Palmyrena quoq́ regio eſt, quam eiuſdem nominis amnis ſecat à ſuperioribus montib. qui Palmyrei appellantur exortus, in Euphratem decidit: In ea ciuitates, Rheſapha, Cholla, Oriza, Tutea, & Adada, quam Simeon Hieroſolymorum rex ædificauit. Fuit etiam Palmyra urbs nobilis ſic dicta à Græcis, à Salomone uerò rege Dauid F. Thamor, qui eam in ſolitudine prope externas gentes nõ longe ab Euphrate collocauit, ab Aureliano diſiecta, cuius agro uaſtæ ſolitudines adiacent læto & amœno aquis. Mox Adacha, Danaba,

Vu Goriara,

Goaria, Aueria, Ceſama, Ogdamana, & Atera oppida. Et penes Euphratem Alalis, & Sura quã urbem Salomõ rex extruxit. & Alamatha uicus, ubi calidæ aquæ ſcaturiunt, Vlterius uerò Palmyrena ſolitudo eſt, quæ ad uſq; Petram Arabiæ urbem pertinet: quo in tractu Selendena regiũcula iacet. Poſtea regio eſt Batanea cuius pars quæ ad ortũ uergit Saccęa dicitur, in qua Alſadamus mons, ſub quo Thraconitæ Arabes habitant. Eſt enim Thraconitidis terra iuxta deſertũ Arabiæ quod Boſdræ iũgitur (Iturea regio quæ ſignificat̃ campeſtris & Thraconitidis conterminæ inter ſe ſunt) Thraconis dicta quoniã fontib. & riuis penitus caret, habitatores aquas pluuiales per Thracones, id eſt, per meatus ſubterraneos colligunt in lacunis, unde regio illa propter hoc Thraconis appellatur, nam & gentes illæ in ſpeluncis habitãt, & in Thraconibus, id eſt concauitatib. domicilia habent: In qua regione oppida ſunt, Gerra, & Gaullon uicus egregius, ex cuius nomine etiam regio appellatur. Item Elera, Nelaxa, Adrama oppida ſunt. Et in angulo Bataneæ terræ Carnain ciuitas, nunc pergrandis uicus trans Iordanem fluuium. Præterea Aſtaroth ciuitas antiquiſsima, Og regis in qua fama eſt habitaſſe gigantes, ſex mille paſſibus, ab Adra urbe Arabiæ.

Paleſtinæ Syriæ terræ ſitus.

PAlæſtina Syriæ, quæ Iudæa Syria appellatur, Cœloſyriç ad aſtrum mox iungitur: Philiſtin prius inde corrupte Palæſtina et Cananæa à uiro Canaan qui terram poſſederant uocitabatur, quibus eiectis, Iudæi uictores inhabitarunt de qua quidem gente: deq; moribus legibuſúe, atque ſacrorum ritu, ſcriptores plura dicere pro eorum opinionibus conati ſunt. Ex quo illorum uariç ac diſsimiles ſententiæ, à nobis hoc loco referre uerboſum quippe & ſuperuacaneum putaui fore: Nam ſiue illi oriẽtales ignobiles & ignoti populi fuerint: Siue paſtores Arabes, Vel Æthiopes terras ſuas præ multitudine exonerãtes extiterint: Aut Aſſyrij conuenæ quos uelut expurgamenta & agrorum indignum populum Ægyptij expulerint: Aut plebs elephantia ſiue innata ſcabie ſimilibusq; caſibus morbida: Vel Cretenſes profugi quo tempore Saturnus ilhinc eiectus eſt: uel Solymi quos Homerus carminibus celebrat: Populus tamen iuſtus, ſanctus, immortaliq; Deo deditus ac deuotus in initio ſeſe præſtitit: & à principe Iuda, non ab Ida monte in Creta ut quidam putant Idæi dein Iudæi dicti, etſi prius Hebræi appellarentur, Nam quum in deſerta quadam parte Syriæ, ut ait Lactantius conſediſſent amiſerunt uetus nomen, & quoniam princeps multitudinis Iudas erat Iudæi uocitati ſunt. Apud quos tres hominum ſectas tum fuiſſe Ioſephus ſcribit: Phariſæos, Sadducæos, Eſſeos, quorũ Eſſeos miris effert laudibus quod & uxorib. & uino & carnibus ſe continuo abſtinuerint, & quotidianũ ieiunium uerterint in naturam: De quorum uita Phylo uir doctiſſimus proprium uo

lumen

lumen ædidit. Quos etiam quũ nominaret Plinius: gens ſola ait, & in toto orbe præter cæteras, æterna in qua nemo naſcitur, tamẽ fœcunda eſt. Terra corpora hominum ſalubria, & ferentia laborũ parẽs, rari in ea imbres, uber tamen ſolum, exuberant ibi fruges noſtrum ad morem, balſamũ, palmæ, roſæ odoratiſs. aprũ altrix, ſed magis ceruis & onagris frequentatur: aquis quoq; illuſtris, ſed natura non eadem. Continetur hæc prouincia his quidem finibus: à ſeptentrione Syria ab oſtio Chorſei fluuij uſq; ad lacum Geneſar: etſi quidam Antilibano claudãt: Ab oriente atq; meridie Arabia Petrea: Ab occaſu mari noſtro, cui ſupra quadraginta mil. paſſ. præterna uigatio eſt. Igitur poſt Chorſei oſtium: prope litus in inſula parua caſtellũ eſt quod hæc ætas Peregrinorum uocat. Inde Cæſarea Palęſtinę cognomine urbs, quod adhuc ei nomẽ eſt, prius Stratonis pyrgus uocabatur initio uerò Anaxarbeum Philiſtinorũ metropolis. Quæ quum bellis iam ſuperioribus temporibus exciſa ac deſerta iacuiſſet, locusq; ad urbem condendam idoneus eſſet, Herodes rex inſtaurauit, quã quum mœnib. cinxiſſet, ædificijsq; albo lapide magnificis exornaſſet, tutumq; ei portum in altum dimiſſis lapidibus adieciſſet opus 12. anno abſolutum, urbem Cæſaream & portum Sebaſtum in honorem Aug. Cæſar. nũcupauit, Maxima tum, in plano ſita, aprica per hyemem, iu æſtate uerò caloribus æſtuoſa: ubi colonia prima Flauia ab Veſpaſiano imp. deducta eſt. De qua urbe Ioſephus plura atq; magnifica in antiquitatibus & in Iudaico bello ſcribit, ſimiliter Egeſippus. Mox Apollonia fuit. Inde Ioppe oppidum Arzufo nũc à barbaris, Cuius ſitus in colle pręrupto undiq; oſtẽditur, ab aquilone tantum in defectu montis unum acceſſum, atq; arduum habens, ante diluuiũ conditum fama eſt, Quod & Plinius uult antiquior terrarum inundatione dicens: cui aſperum & importuoſum litus ſubſidet: In ea Cepheum Andromedæ patrem regnaſſe legimus. In litore ſaxa monſtrantur, in quibus Andromedam religatam, ceto expoſitam, Perſei quondam fertur liberatam fuiſſe præſidio cuius bæluæ oſſa Romæ apportata, longitudine pedum quadraginta altitudine coſtarũ Indicos elephantos excedente ſpinæ craſſitudine ſeſquipedali: Romani Ioppem Ceſtio duce ingreſſi, cunctis interfectis, urbem incenderunt: Rurſus quum plurimi diuerſis ex locis ad eam ſe contuliſſent, latrociniaq; mari ac terra exercuiſſent, capta iterum exciſa à fundamentis eſt: Proſpiciebatur ex ea Hieroſolyma, cuius portu Iudæi utebantur ad mare deſcendentes: Ante quam breuis inſula iacet Patia nomine: ubi amnis quidam tenuis in mare uadit, nõ longe à Nicopoli fluens, ac inde per uallem Raphain, Rhamataq; præteriens. Mox Azotus emporiũ olim inſigne & portus, Aſdod prius à barbaris uocitatum ubi nũc caſtellũ eſt, iuniores Beroaldũ dicũt, Quam multo tempore ſemirutã ciuibusq; uacuã Gabinius reſtaurauit, habitatoresq; induxit: Hieronymus unam de 5. ſatrapijs Allophilorum dixit. Dein Aſcalon 10. mil. paſſ. ab

 Anthedo-

Anthedone oppidum ſanè nõ magnũ, cui perdurat nomẽ, nam Scalona
módo dicitur in monte arcuato ſita, cuius ſinus occaſum aſpicit, quumq́
hanc Allophili haberent, tùm amplã extitiſſe urbem legimus, cuius ager
præcipuè bulbos fert: Apud Aſcalonitas columbarum uſus erat prohibi
tus, ex quo ibi ingens earum auiũ copia fuit, Inde Maionia caſtellum nunc
Gazara Gazę quondã emporiũ. Iuxta quod in mare paruus amnis effluit
à Bethura oppido ueniẽs diciturq́ adhuc portus Betto, cui in tractu fons
iungit̃ quo aquis uberior aliquantulũ deſcendit: Et ſupra urbem ſtagnum
eſt Derceta nomine, piſcib. plenum, Penes quod templũ deæ eodẽ nomi-
ne fuit, cui ut ſcribit Diodorus facies erat hominis, reliqua pars corporis
piſcis, ac ex ĳs nephas erat capi, uel cõmedi, deę quippe ſtagnũ conſecratũ
erat. Deinde Anthedõ urbs à Gaza ſtadĳs 4. ab Aſcalon 10. mil. paſſ. diſt.
quę poſtea Agrippiada à rege Herode in honorem Agrippæ denominata
eſt, nunc præſidiũ quod Daron dicunt. Hæc illuſtris quondã ab Alexan-
dro Iudæorũ principe euerſa, quã Gabinius refecit & eſt in cõfinio huius
atq́ Idumeæ 5. ſtadĳs diſtans à mari in tumulo cui ſubeſt Gazenon ſeu
Gazæorum portus in quo Rhinocura torrens editur Palęſtinæ terminus.
Hinc in mediterraneo, Galilæa regio eſt, partib. ſuperioribus Syriæ conti
nua, quæ in ſuperiorem, & in inferiorẽ diſcernitur, Superior Galilęa gen-
tiũ uocatur, uicina finibus Tyriorũ ubi & Salomon rex uigintiquinq́ ci-
uitates donauit Chyran regi Tyri, Inferior Galilæa Tiberiadis dicit̃ ultra
Iordanẽ fluuium uſq́ Arabiam & Selbonitidẽ ſiue Sabanitidẽ regiuncu-
lam: Ambo optimę ac fertiliſs. omniumq́ generũ arborib. cõſitę, ut etiam
minime agricolendi ſtudioſos ubertate ſui prouocẽt. Irrigantur enim ab-
unde mõtanis torrent b. & à fontibus aquarũ perennium, deniq́ excultæ
ſunt ab incolis totæ, nec pars ulla eſt earũ ocioſa: Quin & ciuitates ibi cre-
bræ ſunt, & ubiq́ multitudo uicorũ propter opulentiam populoſa, ut qui
ſit breuiſs. ſupra 15. mil. colonorũ habeat, homines ab infantia pugnaces:
Eſt in medio campo Galilęæ quæ ad occaſum uergit Thabor mõs qui &
Thabirus mira rotunditate ſublimis inter campum magnum & Scytho-
polim ſitus, cuius ſeptentrionalis pars inacceſſa eſt, altitudine 4. mil. paſſ.
campeſtri uertice, 3. mil. quondã muro circumdata fuit. Iuxta quẽ Naza-
reth nũc uiculus, quondã oppidum in fine Galilęæ ad occaſum. Eſt & ad
radicẽ eius in campeſtrib. contra Cæſaream pagus ubi Acſaph ciuitas in-
terĳt. Item Zabulon orientẽ uerſus ciuitas diuitĳs olim, & publicorũ ope
rum pulchritudine clara, quam Ceſtius Rom. dux incendit. Mox ad occa
ſum Sapphura uel Sepphoris ciuitas nobiliſs. prope aquas Maron, quam
quũ Herodes muro circumdaſſet Cratoridã appellauit, id eſt imperialẽ,
Inhabitant enim eam homines pecunioſi & ad bellum prompti, Vnde il-
lud Ioſephi, nõ enim inquit, minimũ eſſe Veſpaſiano uidebat futuri bel-
li periculũ aufferri ciuitatẽ Sepphorim Galilęę maximã, & in loco tutiſs.

conditam,

conditam, totiq; genti futurũ præſidio, Quod nunc caſtrum Sapphet dicitur, inter Accon ciuitatẽ & lacum Tiberiadis, non longe à montib. Gelboë in colle ſitũ, undiq; p̄ruptis montib. ac præcipitijs uallata, agrũ hàbẽs fertiliſſ. Prope quã uerſus Nazareth fons eſt Sepphoritanus nomine exũberans ſanè ac perſpicuus, ubi aquarũ & herbarũ copia Hieroſolymitani reges exercitũ cogere ſolebãt. Mox Gaulon ciuitas fuit. Nec non Geralitidis cãpus ad ſeptentrionẽ Moabitarũ. Eſt & Caparcotia urbs ad orientẽ magis. Hinc eſt lacus Tiberiadis, q̃d & ſtagnũ Geneſaret, & Galilææ mare uocitat̃, nunc uerò Tabariæ ab accolis appellat̃: Tiberiadis eñ dictus à proxima ciuitate in honorẽ T. Cæſ. ab Herode Tiberiade nuncupata, q̃ in occidẽtali ripa laci ſub colle ſita eſt Cheuerth prius à barbaris, quod etiam nomen mari indidit uocitabatur. Porrò Geneſar à laci ipſius natura, quæ criſpantibus aquis de ſe ipſo ſibi excitare aurã perhibetur græco uocabulo, quaſi generãs ſibi aurã dicitur: Galilææ uerò ab adiacẽte regione: & multis alijs pro diuerſitate cicumſedentiũ locorũ uocabulis nominatur, nam circumdatus eſt oppidis plurimis ac celeberr. Cui ſyluæ nõnullis locis, ad aurorã præſertim finitimæ ſunt: ex quibus rates Veſpaſianus fieri iuſſit & in hunc lacum dimitti, Vnde ſequuta eſt illa cruentiſs. ac fœdiſs. Iudæorũ ſtrages quam in 3. Ioſephi belli Iudaici legimus: Ipſe aũt uelut quoddã mare patẽs 20. mil. paſſ. ambitu eſt, inter ſeptentrionẽ meridiemq; porrectus per 16. mil. paſſ. latitudine ſex. Aquæ dulcis atq; potabilis, undiq; in litora & harenas purus deſinens, uariaq; in ſe piſcium genera habẽs, Quem ut ſupra diximus Iordanis permeat, Ad cuius irruptionẽ in oriẽtali parte ciuitas Iulias fuit, quã Herodes ut ſcribit Hieronymus in honorẽ Aug. Iuliadẽ cognominauit, nam prius Bethara dicebat̃: Ioſephus nõ in Aug. honorẽ, ſed Iuliæ uxoris eius, quũ urbem muro cinxiſſet. Et in eadẽ ripa Hippus oppidũ. Et ad emiſſoriũ meridiem uerſus aliud Tharichea nomine, à quo quidã lacum appellant, ſub monte poſitũ, muro ualidiſs. tum cinctũ. Cuius exaduerſo Gamala ciuitas in alto iugo ſita eſt. Et in parte occidẽtali oppidum Capharnaum, quod Geneſar quoq; ab eiuſdem laci nomine dicitur, nũc cætera exciſa, paucis habitatur caſis piſcatorum, naturæ dote, ſpecieq; pulchritudinis admirandum quum omnigene tum copia, tum bonitate larga illi ſit: Vbi & Capharnaum fons eſt, à quo oppidũ nomen traxit, quẽ Nili fluminis uenam eſſe nonnulli putant, quũ non ſolũ irriguus arua opimat, uerum etiã quia huiuſmodi generat piſcem. Item ad meridionalem ripã lacus, Bethſaida urbs eſt, penes quam ad auſtrale latus, amnis quem Ioſephus paruũ Iordanem uocat, cui alia coniuncta eſt aqua, in lacũ influit: A quo nõ procul alter irrũpit ex duobus exortus fontib. iuxta Dotham oppidũ. Mox Magdalum caſtellum in eodem litore fuit ad oſtiũ cuiuſdam fluuioli ex Betuliæ montib. emanãtis: Et paulo infra Ciſon torrẽs quem ante meminimus, in lacum nonnullis alijs comitatus aquis cadit,

Quarum aliæ de Ephran mõte, aliæ de Samaritanorum locis, & aliæ quæ per Eſdrelon magnum campũ emanant. Poſt aũt lacum uerſus auſtrum in occidentali Iordanis ripa aqua labitur ex fonte Ieſzraël, Statimq; torrens, quod illi gentili lingua Carith uocant: Vnde Samaria regio ſequitur, ſub Galilæa iacens, à Samaro quodã denominata: Græci in Sebaſtiã uerterũt, à Sebaſta regali urbe, ut ait Ioſephus: Euſebius uerò aliter. Quo quum Senacherib rex Chaldæorum ad cuſtodiendam regionem Iudæorũ accolas, miſiſſet Aſſyrios, qui æmulatores Iudææ legis facti, Samaritæ nuncupati ſunt, quod in latinam linguã exprimitur cuſtodes. Terra quidem montib. partim aſpera, partim campeſtris, amœna, opimaq; ac fertilis, dulcibus aquis emanans. In hac regione urbes memorant: Neapolis quę Sichen quõdam dicebatur nam in Neapolis ſuburbanis ruinę Sichen uidentur: quam Hieroboã inſtaurauit: prius Mamorta dicta, loci metropolis, iuxta montem Garizin ſita in ſaxo in quo Antiochus, Iouis Peregrini delubrum ædificauit: quam quũ Abimelech cepiſſet, præter paucos qui aufugerant, omnes interemit, ciuitatemq; uſq; ad fundamenta euertens, ſuper ruinas eius ſal iuſſit ſeminari: Qui uerò per prouinciam dilapſi fuerant, in quandã munitiſſ. petram quum ſediſſent, locumq; muris circumdare conãtes, ſuperueniẽs Abimelech, locũ arborib. ex propinquis ſyluis excisis circumdatũ, ignem ſubijcit, cuius urgente flãma, nullus ex eo ſaxo diffugijt, ſed unà cũ uxoribus & filijs ſunt extincti, Altera quoq; Sichen in Ephraim monte altiſs. extiterat, quæ ciuitas fugitiuorũ eſt appellata: mons ipſe, herbis & arboribus fructiferis abundat: & aquis pluribus locis irriguus: exciſę ambę nunc ac deſertæ. Poſt Neapolim Thena oppidum eſt, & ad orientem Neapolis, Sebaſta urbs interijt, quam Herodes condidit, & in honorem Aug. ſicut & urbes alias appellari iuſſit, Samer prius à monte in quo ſederat uocitata, eam Zambrias rex conſtituerat empto monte duob. talentis argenti à Samaro quodam in eo habitante à quo mõs ipſe uocabulum deduxit, duobus ea mil. & 500. paſſ. ambitu, In quam Herodes 6. mil. colonos poſuit, terrãq; fœcuudiſs. illi attribuit, ubi & maximũ inter cætera ædificia templum collocauit, Cęſari dedicatum. Et iuxta Garizin montẽ, alter exſurgit, qui Gebal appellatur cui proxima fuit Iericuns uel Iericho ciuitas in Aulone ualle ſita 19. mil. paſſ. ab Hieruſalem & ab Iordane 8. ab Rom. propter ciuium perfidiã capta, deſtructa, & incenſa eſt. Ex quo, tertio ædificatur loco, quæ uſq; hodie permanet, non ut illa magnifica opulentiſsimaq; oſtenduntur aliarum duarum ueſtigia. Garizin mons nudus ac ſterilis eſt, longè lateq; diſcurrens, à ſeptentrionali quidẽ regione uſq; ad Scythopolitanos agros, & contra meridiẽ uſq; ad Sodomiticã terram, & Aſphaltidem lacũ extenſus, habitatusq; quũ nihil ex ſe gignat: Huic circa Iordanẽ, alter mons iungitur prope Iuliadem, in meridiem uſq; Boſtra Arabiæ promiſſus, A quo diuertit mons qui Ferreus appellatur, ad Moabitidem uſq;

dem uſq;. Poſtea in Aulone ualle regiuncula eſt quæ Magnus cãpus uocat̃ à lacu Tiberiadis, ad Aſphaltidẽ uſq; 30. mil. paſſ. patens, in latitudine 6. quam mediam Iordanis ſecat, Planities æſtatis tempore ardore ſolis incenſa, ex quo incolis egritudines inferuntur, omnia ibi ſquallida ſunt atq; arida, prẹter ea quẹ Iordani adiacẽt, Nam palmæ quæ in eius ripis ſunt (ſunt enim multæ) lætiores ac fertiliores exiſtũt, minus uerò quæ ab eo longius diſtant: Ad ipſam autem Iericho largiſs. fons eſt, & rigandis aruis uberrimus iuxta ueterem ſcaturiens ciuitatẽ, aqua olim inſalubris, nõ plantis ſolum, uerum etiã partui perniciosa quam ab Heliſeo uate in optimã cõuerſam fuiſſe naturã, ſacræ literæ atteſtantur, Qui fons in campum Hyrcanũ nomine diffunditur 9. mil. paſſ. in longitudine, duorũ ac ſemis in latitudine, intra montes concluſum habitationib. frequentẽ, in quo palmarum genera tam ſapore quam nominib. uaria, quarũ pinguiſſimæ calcib. preſſæ plurimũ mellis emittũt, Quamuis & melle locus abundet, ac balſamo tũ. Nunc aũt relicta Iudæa tanquam terra adoptiua, in Ægypto patrio ſolo apud Babylonẽ naſcitur, Horto haud magno, quẽ barbari Mathareã modo uocant: Refert enim Ioſephus in antiquitatib. reginam Ægypti & Æthiopiæ Nicaulã præter alia, radicẽ balſami, Salomoni regi dono dediſſe. Poſt itaq; dictũ campum ad ſeptentrionẽ 8. mil paſſ. ferè Achor oppidũ eſt in ualle ſui nominis, ſic dicta quoniã ibi occiſus ſit Achor: Non procul etiam ab Iericho orientem uerſus, Iordanis per uallem Illuſtrem (ſic enim appellatur) quæ continuabat̃ cum ualle Salinarũ, uel Salſa, uel Saliſſa, nam omnib. his modis ſcriptum inueni in lacum demum Aſphaltidẽ cõuerſa in quem deuolutus cadit, alios amnes ſecũ trahens. In quib. illud eſt quod hæc ætas uadum Iacob appellat ab orientali plana ex Arabiæ deſertæ mõtibus flexuoſum proueniens. Et Arnon torrens terminus terræ Moab ex monte Phagor iuxta Eſebon oppidũ: & Bethphagor urbem quæ in montib. eſt, profuſus, ſub Iazer oppido Iordani admiſcet̃: Fuit Iazer una ex Amorreorũ ciuitatib. à Philadelphia 10. mil paſſ. diſtans trans Iordanem ad ortum ſolis poſita. Item Carmelus mõs, excelſus aſperq; alter ab eo quem in ora maritima eſſe diximus, trans enim Iordanẽ iuxta deſertum ſolitudinis iacet. Eſt aũt Aſphaltis palus ſiue lacus, qui & Salis & mortuum mare dicitur, immenſo quidẽ ambitu, ita ut ſpeciẽ maris intuentibus præ ſe ferat: Sodomitarũ quondã gentium locus haud obſcurus 5. enim reges illi præerãt, in ualle ut diximus iacens in qua fuerũt ante putei bituminis quo tota aquarũ ſuperficies contegit̃: glutinoſa adeo materia ut à ſeſe nequeat ſeparari, enimuero ſi abrumpere partem uelis, uniuerſitas ſequetur, ſcindiq; non poteſt, quoniã in quantum ducit̃, extendit̃, ſed cruorẽ fugere, ueſtemq; infectã ſanguine quo fœminæ per mẽſes exoluunt̃. Quod bitumẽ certo anni tẽpore è medio fundo cũ bullis quaſi feruentis aquæ efflat̃, idq; in uſum uicinæ gentes legũt: Cæterũ aqua ſapore corrupto, quæ grauitate

Vu 4 odoris

odoris peſtifera accolis eſt, quã neq; piſcis neq; auis ulla natat, nihilq; mergi in eam poteſt: nã ſi caſu taurus, camelus, aut homo in eam cecideri, etiã ligatis manib. pedibuſue fluitare ferũt, Quod ſi ſubmergeret, q̃d Veſpaſianus experiri uoluit, ſubito tanquã à ſpiritu quodã in ſuperiora expellitur: Huius longitudinẽ 70. mil. paſſ. implẽt, latitudinem 19. & extẽditur uſq; ad Zoaros Arabiæ. & Cadesbarne, & ad deſertũ quod incolæ Pharã dicunt: nam Iudæã ab Arabia diuidit: Cui adiacet deſerta Sodomitarũ terra, olim quidẽ tam fructuũ ubertate ac uarietate, quã fortunatiſs. urbibus clara, 13. enim ibi populoſiſsimę habitabanť, Quarũ metropolis Sodoma erat, cuius ambitus 7. mil. & 500. paſſ. extabat. Nunc uniuerſa terræ facies exuſta, Quã quidam fulminib. conflagraſſe incolarũ impietate: Pars ignea regionis natura id obtigiſſe illi uolũt, quod quum multa, tũ exaſperatæ igni petræ ubiq; iacentes conſpiciunť, præſertim circa Moaſada ciuitatem Arabiæ, nec nõ ex ijs piceis guttis manantib. campi operti cinerib. & labẽtia flumina odore malo ac fœtido efferuẽtia, Et q̃d mirabilius eſt, ſpecies adhuc arborũ, pomorum, uuarumq; ac reliquorũ fructuum permanere, quod ſi carpas fatiſcunt ac reſoluunť in cinerem, fumumq; ex ſe mittũt: In lacũ ad aurorã duo excurrunt amnes, alter paulo ſupra Iordanis oſtiũ, alter in extrema eius parte uerſus meridiẽ, ex imminentibus Arabiæ montibus prodeuntes: Hoc in loco Cades urbs magna ſita fuit, quæ & Pharan dicebatur, quam quidam Cadesbarne à propinquo ei deſerto appellant, quod extenditur uſq; ad urbem Petram, diuitijs dum uiguit inclyta, nunc diruta iacet, Ex qua renatum eſt oppidum quod Cydiſſus nominatur ſupra montem Neptalim: Etiam Gerara ciuitas ex cuius uocabulo Gerari tica dicitur ora, inter Cades & Sur poſita, hoc eſt, inter duas ſolitudines, quarum una Ægypto iungitur ad quam Iudaicus populus trans fretum Rubri maris peruenit, altera Cades uſque ad Saracenorum eremum protenditur, id eſt, uſque ſuper urbem Petram, in quo quidem eremo Cedar regiuncula eſt. Fuit quoq; Arath ciuitas Amoreorũ uicina deſerto Cades, nũc uicus ab oppido Malathis quatuor mil. paſſ. ab Achebrõ uiginti abeſt. Fuit et Aſiongaber ubi claſſis Ioſaphat ui tempeſtatis attrita eſt: fertur autem ipſam nunc eſſe Eſſiam haud procul ab Hailath in litore Rubri maris & in deſerto ubi Iudæa diuiditur ab Ægypto: In deſerto uerò Sur, ſolitudo Euilath eſt in qua Iſmahel habitaſſe ſcriptum eſt, contra Ægyptum. Verum ad occaſum Aſphaltidis torrens Cedron ex Hieroſolymitanis collibus adiuncta ſibi aqua ex monte Engadi per uallem ſui nominis haud longe à Iordane in lacum infunditur: Ad meridiem uerò aquas calidas medicæ ſalubritatis ex Callirhoë fonte prorumpens recipit: Scatent enim uarijs in locis Sodomiticæ terræ & ignis afflatus, & aquæ calidæ, bituminoſæ aliæ, aliæ ſulphureæ, quæ omnes in lacum emanant. Eſt iuxta fontem Callirhoëm ciuitas eiuſdem nominis quæ Lecæ ante dicebatur.

Attolluntur

Attolluntur ad occidentalē partem lacus, altiſs. & prærupti undiq; montes qui Engadi nominantur, depreſſiſs. intra ſe ualles cōprehendentes: Hactenus de ea Iudææ parte quę contra deſerta iacet: Nunc quæ proprie Iudæa nuncupatur, ea poſt Samariam ad occaſum Iordanis fluminis poſita eſt: In qua ciuitates nominātur, ut Rhama in loco campeſtri ſita nobilis quondā ac populoſa, muroq; ualido cincta, quę exciſa diu deſerta manſit, poſtmodum Gabinius erexit, & gentē induxit, Iterumq; deſtructa ad hanc diem in uia qua à mari Hieroſolymam itur iacet: Neq; ab ea longè occidentem uerſus Gabaō uicus amplus, unde Gabaonitæ, ciuitas olim metropolis, & regalis Æuęorum. Mox Bethel ciuitas quondā modo pagus 12. mil. paſſ. ab Hieruſalē. Itē Gaza urbs ampliſſ. dū floruit, tota penè in ſabulo, nam & in eam partem quæ occidentem ſpectat multā harenam uicinū mare euomit: Gaza Perſę ærariū uocant, & inde eſt urbi nomen, quod Cambyſes quū Ægyptum armis peteret, huc belli opes, & pecuniam intulerat: alij Aza dicta uolunt, ab Azone Herculis F. qui eam condidit: & aliquando Minoa uocitata, quia ibi Minos quum perueniſſet eam à ſe congnominauit: ſed illa potius fuit quæ uetus Gaza dicitur iuxta Ægyptum dicebaturq; Æuęorum, Cānanæorū terminus ad ſolū uſq; deſtructa, in cuius obſidione Alexandrum Macedonē uulnera duo accepiſſe legimus gentium 5. metropolis, quæ tum terram ad Ægyptū uſq; poſſederant: nobis ut Hieronymus ſcribit ignotę, quare bello Æthiopico ſubuerſæ uſq; ad obliuionem præteritorum nominum peruenere. Sed ea Gaza quæ nunc cernitur alio loco pro illa quæ corruit ædificata eſt, & in uicum modo redacta quę ſic adhuc nominatur. à qua meridiē uerſus Nicopolis 8. mil. paſſ. ab Hieroſolyma, Emaus ante dicta, inſignis tum ciuitas, à Ro. incenſa, Quę poſt deuictam Iudæā ſub M. Aurelio Antonino reſtaurata eſt, appellaturq; Nicopolis ubi mōtes incipiunt cōſurgere, qui huic & Hieroſolymæ urbi interiacent. Et non procul à Gaza Iamnia urbs interijt cuius portum in maritimis diximus: neq; longe hinc Lydda quæ & Dioſpolis à Rom. incēſa A qua Scythopolim uerſus, Thebes urbs olim, nunc uicus eiuſdem nominis. Et paulo ſupra mare Antipatris urbs, Apharſaba prius inter Ioppen & Cæſaream ſita magna ea tempeſtate, quam Herodes poſt Cæſareæ urbis dedicationem in campo qui Capharſala uocatur, loco aquoſo & terra optima arboribus & fluuio circumdata ædificauit, & eam nomine patris ſui Antipatridam nuncupauit, Nunc autem oppidulum eſt ſemiruptum nomine Aſſur. Item iuxta Gazā, Medamana urbs olim, & iuxta Dioſpolim ad auroram Betonnaba uicus pergrandis. Deinde Druſias oppidum non longe ab Antipatrida: Et Sebaſta quæ in Samaria eſt in excelſo monte Gamalia ſita, à quo urbs ante Gamala nominabatur, nomē à dorſo mōtis in Gameli formam erecto eduxit, Eam Demetrius uaſtauit prius. Deinde Hyrcanus Pontifex qui poſt obſidionem, captam ſolo æquauit:

G

poſt

poſt etiã ab eius filiȷs, Ariſtobolo & Antigono iterum capit̃, ciuesq́ ſerui-tio dati ſunt: Herodes uerò à fundamẽtis eam ſuſcitauit, dupliciq́ muro et eo firmiſſimo 10. mil. paſſ. ambitu cinxit, nũc uerò complanata ſolo iacet, in quã diuus Seuerus coloniam deduxit & in honorẽ Aug. græco ſermo-ne Auguſta eſt nominata. Inde eſt Bætogabara oppidũ prææualidũ à Salo mone rege cõdita prope Tabiriũ montẽ. Eſt & Sebus: & Emmaunta ambo oppida magna. Mox Guphna ciuitas circa paludẽ Aſphaltidem iuxta campũ in q̃ opobalſamũ gignit̃ 38. mil. paſſ. ab Hieroſolyma, prope quã Coara ciuitas eidẽ paludi imminens. Poſtea Archelais urbs, in cuius agro Cariota laudatiſs. prouenit. Itẽ Phaſelis urbs quã Herodes à fratre ſuo de-nominauit, ubi liliũ medicamẽto conuenientiſs. naſcitur. Et Cyprũ caſtel lum naturali munimine tutũ, & pulchritudine præcipuum, iuxta Iericun tem, quod Herodes matris nomini ædificauit. Hinc Hieroſolyma ciuitas eſt longe clariſs. urbium orientis Iudææ metropolis, Iebus antedicta, à Ie-buſeis, primo in ea habitantibus poſtea Salem: tertio Hieruſalem Hierony mus in epiſtolis: Ioſephus uerò primũ eius conditorem Cananeorum po-tentiſsimum fuiſſe dicit, qui patria lingua iuſtus appellatus eſt rex, ſacer-dotium enim Dei primus exhibuit, & phano primus ædificato Hieroſo-lymam ciuitatẽ uocauit quum ante Solyma uocaretur: Similiter Tacitus, Iudæorum ait initia Solymos conditã urbem Hieroſolymã nomine ſuo fe ciſſe: poſteriorib. autem temporibus Ælia ab Ælio Hadriano qui eam de ruinis & cineribus latiore, et in hoc quo nunc etiam eſt ſitu reſtaurauit de-nominata eſt, Capitolia à quibuſdam ſex mille paſſuum olim ambitu, ſu pra centum & uiginti millia hominum habitatio, in monte eminenti poſi ta undique abruptis uallibus circum ſepta, aquis nihilominus abundans, & circa ſe frumẽtariȷs inter ſaxa campis, et amœniſsimis hortis. Vbi fons eſt Syloẽ, non tamen plenus ſemper, ſub Syon monte fluens, qui in Ioſa-phat ualle diſperditur. Circumſtantem uerò regionem ſterilem ac ſiccam habet, & intra ſeptem & quinquaginta millia paſſuũ petroſam: nõ tamen hoc loco imprudenter poſita, Platonis ſententia fuit (nam Euſebius pri-ſcos inquit Iudæos metropolim ſuam, diuino conſilio longè à mari in mõ tibus condidiſſe) qui ait, ô amice per decem millia paſſuum à mari aberit hæc ciuitas (ubi de condenda ciuitate tradit, & Hieroſolymam in medi-um adducit) portúmque habebit quamoptimum. & agros regionémque fœcundiſſimam: cauebitur enim ne alia ciuitas prope nimium ſit: Mariti-mam enim condere non debemus, ne alienis moribus uariȷs uilibusq́ fa-cilius corrumpatur, Quum autem per decem mil. paſſ. diſtet à mari. por-tuoſaq́ optime ſit, nec utilitate iucunditateq́ maris omnino priuatur, nec ita facile moribus alienis repleta perfidiam fouebit: quod de Carthagine M. Tullius dixit: Hæc præclariſs. & antiquiſs. ciuitas, ultimo cæterarum Iudaicarũ loco à Rom. duce Tito capitur, deſtruitur, incẽditurq́ anno ex quo

quo cōdita eſt 1360. menſib. ſeptem dieb. ſex. Quinquies antea ſimile excidiũ paſſa: à Babylonijs primo: Secundo ab Ageo Cyri regis duce. Tertio ab Ægyptiorũ regẽ Aſobæo, Quarto ab Antiocho, Quinto à Pōpeio. Poſt aũt Hieruſalem, ad orientẽ Bethleem ciuitas quondã, nũc locus in regiuncula Ephrata, nam & aliquando ciuitas ipſa dictaq́ eſt Ephrata. Item Thamna uicus grandis ſane, à quo non longe fons eſt Æna nomine ab oppido denominatus olim ibi exiſtente, nũc deſertus locus: Hic Arabin ſiue Abarin mons excelſus è diuerſo poſitus, ciuitati Iericho in quo mortuus eſt Mayſes. Et alter Nabau cōtra Iericho in terra Moab ſupra Iordanẽ, in ſupercilio Phaſga, oſtenditurq́ à proficiſcentib. è Libyade in Eſebũ iuxta montẽ Phagor, A quo circa dictũ montẽ regio eſt quę nũc uſq; Phaſga appellatur. Mox Engadda oppidũ diminutũ nũc in ſolitudine, Aſaſonthamar ante uocitatũ, ſolũ circa ſe fertile habens, Palmetorũq́ nemora. Nam Aſaſonthamar in lingua noſtra reſonat urbs Palmarũ Thamar q̄ppe palma dicit̃, Neq; eius arboris ſolũ fertilis uerumetiã balſami: eſt enim iuxta lacũ Aſphaltidem occidentẽ uerſus nō longe ab Iericho, unde et oppobalſamũ uenit, quas uineas Engaddi Salomō nũcupare ſolitus eſt: In hac Amorei quondã habitauerunt, eſt adhuc prope mare mortuũ ad occidentẽ uicus pergrandis Engadi nomine. Dein Berſabeæ oppidũ in Gargaris: quæ & terra auſtri dicitur, & Palæſtina ſalutaris, inter montes & Aſcalonẽ ſita à qua 10. mil. paſſ. diſtat, ab Achebron 20. mil. paſſ. uergens ad auſtrũ. Item Macherunta ciuitas ualidiſs. in Aulone ualle à qua & ipſa nonnunquã Aulon uocitata eſt 7. mil. paſſ. ab Aſphaltide lacu, in loco depreſſo totoq́ pręruptis petris impedito ſita, Erat prius caſtellũ in ſaxo nemini adeundũ illis inuitis, quam Herodes magno murorũ ambitu circũplexus eſt, ut eſſet ab ea parte regionis arx cōtra uicinos Arabes: Quo in loco radix non utiq; admiratione ac deſcriptione indigna naſcit̃, quã Ioſephus fideliſs. hiſtoricus in ſexto belli Iudaici memorat, cuius hęc ſunt uerba. Radix gignitur circa urbẽ in ualle ad ſeptentrionẽ, loco qui Babras appellatur, quo nomine etiam radix dicitur, quæ ſimilis eſt colore flammæ, ac circa ueſperam ueluti iubar effulgurans, nec euelli facilis, tamdiu enim accedentib. refugit, nec prius manet, quã ſi quis urinã muliebrẽ, uel menſtruũ ſanguinẽ ſuper eam fuderit, quin etiam tunc ſi quis eam tetigerit, mors certa eſt, niſi forte illam ipſam radicem, ferat de manu pendentem, Alij alligato ab ea cane, circumfoſſa prius radici terra, fugiente itaque, qui alligauit, canéque ſequi fugientem cupienti, celeri curſu euellitur, ſicqúe continuo canis moritur, tolli poſtea ſine periculo poteſt. Namq; uocantur dæmonia peſſimorum hominum ſpiritus, uiuis immerſa, eoſq; necantia quibus ſubuentum non fuerit hæc cito, etiam ſi tantũmodo offeratur egrotantibus abigit: hæc ille. In his locis calidæ ſcaturiunt aquæ, aliæ ſalſæ, aliæ dulces. Sed ex uno præcipuè ſaxo duobus foraminibus altera calidiſs. altera

frigidiſs.

frigidiſs. proſiliunt, quæ mixtæ lauacrum ſuauiſs. præbent, multis morbis ac uicijs ſalutare, maxime uerò neruorum curationi conueniens: Habetq; idem locus metalla ſulphuris & aluminis. Ex quo nonnulli Amathuntam eam ciuitatē appellant, quod aquæ calidæ interpretantur, quam Theodorus Zenonis F. funditus euertit. Dein Bedora urbs à Salomone rege condita. Et Thamara caſtellum, ubi deinde Romanum præſidiū impoſitum eſt. Et ab orientali Iordanis parte, Coſmos oppidum, & Libyas urbs quam Herodes ex nomine filiæ ſuæ extruxit. Mox Gazorus urbs à Salomone ædificata, quam Ægyptus rex ſuccēdit igni. Item Epicæros oppidum. Et ſub Samaritanorum terra ad occaſum Iordanis Idumęa regio eſt, quæ Boſra ante: Nabathea deinde, à profugis in diſceſſione quadam è Nabath, id eſt, Petra ciuitate Arabiæ (ſic enim prius appellabatur) qui hanc terram ingreſſi, Iudæis inhærentes, & in eiſdem legibus communicantes, loco nomen dederunt: Euſebius Edon ait à quo Idumæorū gens. Item Ioſephus, Edon Hebræi rubeum uocant, & ideo regionem à regnante ibi appellauerunt, quam Gręci honeſtius Idumæam nominauerunt inquit. Terra pinguiſsima quæ præter palmarum ingentem copiam, etiam balſamum nutriat: ex quo illud Dionyſij:

Felices opibus Nabathei nomine dicti.

Inexpugnabilis præterea ab externo milite propter loca deſerta, & aquis deficientia. Sunt tamen fontes plurimi, ſed abſconditi ac ſolis incolis noti, Ob hanc cauſam Arabes ea loca (contermina enim Arabiæ ad meridiē eſt) incolentes, quū bello expugnari nequeant liberi uiuunt, neq; unquam externo regi non Aſſyrio, nō Medo, nō Perſo paruiſſe legimus: Ipſi quoque Macedonum reges nunquā eos ſubegere quamuis copijs præualuere. Natio incondita, turbarum cupiens, ſemperq; ad motus facilis atq; ſuſpenſa, & rerum mutationibus læta. In hac parte oppida ſunt, Berzamma: Caparorſa in altiſsimis montibus poſita. Gemmaruris uicus non incelebris. Eluſa ciuitas. Mapſa quoque caſtellum in petra ſitum. & Arbeæ urbs ſita in ualle Ebron ex quo à quibuſdam Cebron urbs nomen ſortita: & à nonnullis Achebron eſt dicta Proda quondam Iudeæ arx, metropolis Philiſtinorum, gigantum habitaculum regnumq; poſtea Dauid, Memphi Ægyptia (ut fama eſt) antiquior, in montanis ſita ubi Abrahā, Iſaac, Iacob, conditi ſunt, & ipſe princeps humani generis Adam ideo Arbeæ dicta, hoc eſt, quatuor quā Romani igne ſubſtulerunt. Item Carmellus ei quondam fuit: nunc uilla Carmella nomine. ubi præſidium.

Arabiæ Petreæ prouinciæ ſitus.

A Arabia Petrea prouincia, à Petra eius metropolis denominatur, et qui eam incolunt Petrodes dicuntur, homines agricultores, quam & Syriam Sobal in ſacris uoluminibus appellatam fuiſſe comperimus,

mus, recentiores autem ſecundam, uel ſuperiorem Arabiam dicũt: Cuius pars, quæ ad Palæſtinam uergit Nabathea appellatur ubi Alabaſtris lapis candoris eximĳ, gignitur, Vnde egreſſi ſunt quos Idumęã habitaſſe paulo ante diximus. Sunt qui omnem hanc Arabiam Nabatheam uocẽt, nomenq́ à Nabaioth Hiſmahelis F. accepiſſe, quod adhuc etiam, ut Hieronymus atteſtatur, & familiæ, & oppida, & uici, ac munita caſtella eorum appellatione celebrant: nãq; ab uno ex ĳs, Cedar regio in deſerto in qua & urbs Cedar in monte Sanir ſiue Seyr interĳt, & altera Duma: Theman ad auſtrum eſt & uſq; hodie uilla Theman diſtãs ab urbe Patra 5. mil. ubi Romanorum militum præſidium ſedit. Et ad ſinum Arabicum Pharnaritæ: Et ad montana felicis Arabię Rhathemni ſiue Rhætani quorũ caput Singara oppidum eſt: & Cedema alia regio ad auroram: Viget quoq; in hæc tempora apud has gentes Hiſmahelitarum, & Agarenorũ nomen, Quorum Agareni in Saracenos conuerſi ſunt: qui ſolitudinem habitãt, in quibus Aſſor regnum ac metropolis eſt, etſi multitudo in tentorĳs maneat, quos armenta multa, & pecora, camelorumq́ greges ſequũtur. Similimodo Hiſmahelitæ, quorum adhuc nomen apud illos permanet, latini Arabes latrones uocant: nam & deſerta ad prædandum continuo percurrunt ſublimes in equis camelisq́ uiſu horridi, crinitis uittatisq́ capitibus, ac ſeminudo corpore pallia & latas caligas trahentes, Pendent ex humero pharetræ, & laxi arcus, uibrantes haſtilia longa: Quibus ſemicrudæ carnes cibus, & camelorũ lac potus eſt. Terminatur hæc prouincia ab occaſu Ægypto in medio deſerti, inter mare noſtrum & Arabicum ſinum iacentis: A ſeptẽtrione partim Palæſtina, partim Syria: Ab ortu ſolis deſerta Arabia: A meridie parte Arabici ſinus: reliquum meridionalis lateris montana felicis Arabiæ: Cuius ad Ægyptium, penes mare emporium eſt Hermiopolis qnondam, nunc Tor dicitur, quo ea omnia quæ à mercatoribus ex Indicis partibus deferuntur paruis ſcaphis importantur, Non enim uſque ad emporium maiora nauigia penetrare poſſunt uadoſo mari: ex quo poſtea loco in diuerſa conuehuntur: Mox Pharna uicus à quo protenduntur montes maximi qui Melanes, id eſt nigri appellantur ferè ad Iudæam Arabico mari imminentes qui ſimul nunc Phaſga dicũtur, li terram olim Moabitarum & Amonitarum diuidebant. Sunt & alĳ terrę Edon altiſs. quidem atq; adeo, ut cœlum uertice tangere uideantur, cauernoſi et concaui, quibus foraminibus æſtate ob nimium calorem incolę regionis inhabitant. Vltra Pharnam eſt Elana pagus, Aila à quibuſdam urbs quondam in ſinu Elanitico qui unà cũ caſtello Tour à barbaris dicitur, in radice Syna montis poſitus, in ſacris uerò literis tota regio in qua Elana eſt Elam dicitur, & incolæ Elamytæ. Interius uerò à mari, Eboda, & Maliatha oppida. Inde mõs Syna in litus Arabici ſinus procumbens in regione Madiam, qui alio nomine Coreb dicitur, Cuius exaduerſo inſula Phocarum in

Xx mari

mari iacet, à multitudine earum beluarum dicta: Mons aūt extēditur uſq; ad Petram per deſertum cui Syn nomen eſt, Regio uehementer deſerta & neceſſarijs alimentis egena: ſunt qui dicant Coreb non Synam eſſe, ſed alter apud Synam, Ipſe omniū qui in regione ſunt excelſiſs. ad paſturā egregius, optimas quippe herbas habet, Hic propter opinionem de deo primitus nemo ex paſtorib. paſcebat: Iuxta quem olim, in deſertum, Hebræorū gens, Moyſe duce, Ægyptios inſequentes euaſit, namq; illi coacti ſunt hoc mare ingredi, quod ueſtigijs eorum cedens, hinc inde ueluti altiſs. parietes dum ſicco pede in alteram egrederentur ripam ſtetit, in ſe deinde rediens, Ægyptios omnes q maritima itinera obſidebant ne ad cāpeſtria tranſirēt obruit: In hac ſolitudine ros deſcēdit ex aëre melle ſpiſſior dulciorq;, ſemini coriandro perſimilis Hebræi manna uocant, quod in terris calidis conſuetum fieri Auicēna dicit, non tamen in hoc loco deſcendiſſe unquam ante huius gentis aduentum manifeſtatur. Poſt autem oppida ſunt, Calguia, Lyſa, Gubba, Gipſaria, Geſaraq; ciuitas inſignis trans Iordanem iuncta monti Galaad, eſt & Petra regni ſedes Ar, ſiue Arachen quondam dicta à nomine conſtituentis, qui unus ex quinq; Madianitarum regibus fuit: in diuinis uerò literis, & Nabath & Arnon, & Iectahel, & Petra deſerti urbs ipſa legitur, In confinio Moabitarum & Amoreorum, ad quam accedere regionum aſperitas prohibet: Eſt enim in conualle prærupta ac demerſa, quæ uſq; nūc Arnonas appellatur, in ea ſaxum natura ſanè munitum, unico anguſtoq; acceſſu euntibus patens, in quo oppidum ſedet montib. circumdatum inacceſſis, Quæ uallis extenditur ad aquilonem, hoc eſt ad mare Aſphaltidis per quam Arnon amnis elabitur, cui Moabitarū mons imminet hinc procurrens, qui propter uehemes præcipitiū exciſus uocatur, Haud procul ab Arnone eſt & in eadem ualle ſuper ripam torrentis Arnonis oppidum Aroer Moabitarum, poſſeſſum quondā à gente omniū ueterrima, poſtea à Moabitis quum priores accolas ſubuertiſſent, & oſtenditur uſq; hodie in cacumine mōtis. Eſt itē mons cōtra Petrā qui Or dicitur altus ac præceps, prope quē Charac cognomine Moba ciuitas olim, nunc caſtellū à Petra diei itinere. Extra uerò territoriū urbis Petræ, regio magna ex parte arida eſt, præſertim Iudæā uerſus, ubi Ameſtiſti lapidis copia reperitē per quā Arnō amnis ex propinquis mōtibus ortus, per totumq; deſertum locis abruptis fluens in Aſphaltidem erumpit, à quo Moabitidis & Arnoritidis terra diuiditur: hæc autem fructifera eſt, & bonis omnib. copioſa. Hinc locus eſt Amoreorum inter tria flumina ueluti in inſula conſtitutus, à meridie Arnonem à ſeptētrione Iaboc in Iordanem exeuntem, ab occidente Iordanem ipſum habens: Eſt quoque Idumææ regiuncula quę Alba dicebatur Seir quoq;, & in ea mons Seir, id eſt, piloſus, propter conuerſationem Eſau in ijs locis qui uir piloſus fuit Seir enim Hebraice piloſus dicitur, nunc uerò unà cum reliqua Idumæa Gebalena dicitur in qua

uicus

uicus albus nomine, maximũ Nabatheorum emporium uicinũ Petræ urbi, ex quo Rhinocoluram apud Ægyptũ merces comportantur. Poſt Album uicum, terra eſt Aretæ: & Ararena magna ex parte deſerta, & Negrinorum urbs in fertili regione ſita. Transq́; urbem Petram uerſus Haſlam Amalechites regio eſt in deſerto. Eſt et uicus Ælim loco ubi Moyſes de mari Rubro exiens caſtra primo habuit. Item Pharam oppidũ in deſerto ſui nominis cuius in Palæſtina mentionẽ fecimus, tendit enim deſertũ ad auſtrũ uſq; ad montanã felicis Arabiæ, iunctũ Saracenis q in ſolitudine Aiagi errãt. In qua Madianean regiũcula eſt uerſus orientẽ maris Rubri trans Arabiam in deſerto Saracenorũ: & in ea urbs Madiã eiuſdem appellationis fuit loci caput. Eſt & aliud uicus grãdis Mabſar nomine in regione Alba ad urbem Petram pertinens, Et circa eandem regionẽ Maſaraca ciuitas regni Edon. ſunt & Auara, & Zanaatha & Adros pagi. Mox Zoara oppidum: inter quod & Petram, Pheno ciuitas in deſerto ſita terræ motu corruit, Quo in loco nũc uiculus eſt ubi æris metalla damnatorũ ſupplicijs effodiuntur, in quibus montibus (Phenarum dicũtur) etiam uis magna auri antea eruebatur. dein Thana ciuitas altera à ſupra dicta. Itẽ oppida, Moca, Cletharo, Necla, & Esbuta urbs inſignis in montibus ſimiliter Ziza, Maguza, et Medina ſiue Medaba urbs, Iuxta quã Coraiatha uel Cariathin ciuitas interijt, longe à Barne decẽ mil. paſſ. Poſt Lydia oppidum eſt. Et Rhabmathõ ut barbari dicũt, urbs in collib. ſita, quæ Rhabbathmoab, id eſt grandis Moab in ſermonib. ſacris legitur, nam Moab ante uocabatur, quæ & regioni circumadiacenti nomen dedit, deinde Areopolis dicta eſt cuius nunc ruinæ tantũmodo demonſtrantur. A qua non longe Anitha, Surrattha oppidum quondam clarum à Semiramide conditum, & aliud Beſamis in ſolitudinẽ ambo redacta. Item Boſtra urbs maxima in campo trans Iordanẽ ad orientalẽ partem Iericho poſita, quæ uulgo modo Buſſerech dicitur. Et Meſada caſtellum ualidiſs. ad reponendas opes ad momẽta belli, tutandaq́; corpora, quod Ionathas pontifex cõdidit, in altiſs. ſaxo undiq; abrupto 4. mil. paſſ. ab Aſphaltide lacu, ad quod uia propter crebras flexuoſitates, coluber appellatur, altera ab occidente, nõ niſi adeundi uias duas habet peranguſtas, atq; difficiles, quod Herodes oportunitate loci in urbem ampliauit, Eſt quippe ſaxum in cacumine planum ſex mil. & quingentorũ paſſuum ambitu culturæ accommodatum: hanc Rom. quemadmodum & alias Iudæorum urbes euerterunt. Eſt & Adra ciuitas inſignis olim Edrai dicta ubi interfectus eſt Og rex Baſan gigas potentiſſimus, omnisq́; illius cæſus exercitus à Iudæis. Et in extrema prouinciæ parte ciuitas Niniue, corrupte modo Neneue à barbaris uocitata, altera à famoſa illa, quam in Aſſyria deinceps dicemus. Aſemona 101. in deſerto ad meridiẽ Iudææ diuidens eam ab Ægypto.

Meſopotamiæ prouinciæ ſitus.

MEſopotamia prouincia hinc depingenda eſt, quæ ab euentu rei ſic appellanda fuit, iacet enim inter duos fluuios, Euphratem & Tigrim, qui eam undiq; circumdantes regioni nomen dederũt, Meſos enim græce, latine medium, & potamos fluuius dicitur: Nam & latinorum alij eam Interamnem, & quidam Medamnem dixerunt, quod etiam gentili uoce, Inſula interpretatur. Terra pro cœli qualitate, natura uaria, namq; locis quibuſdã tam uberi & pingui ſolo eſt, ut à paſtu repelli pecora dicãtur, ne ſatietas perimat, Fertilitatis cauſam eſſe humorem qui ex utroq; amne manat, toto ferè ſolo propter uenas aquarũ reſudante: Quod apud Ciceronem legimus, ſed id Euphratem tantũ efficere dicit, in quam quotannis quaſi nouos agros limum inuehit: cuius fœcunditas in paſcendis maximè bobus idonea eſt: Fert quę ſemper uirẽt: & inter cætera aromata amomum: etiam naphtham gignit, id eſt, bitumen liquidum: Cæterum ſæuienti æſtui ſubdita, adeò ut pleraq; animalia quæ in nudo ſolo deprehenduntur extingui, tantus eſt uapor ſolis, & cœli, quo cũcta uelut ignẽ torrentur: & rari aquarum fontes, qui etiam incolarũ fraude celantur. At hyeme (iter præſertim agentib.) dira regio propter luti profunditatem, quo pedes uix extrahi poſſunt: prætereà loca multa in ſe aſpera & inhabitabilia cõtinet, ut patentes campi, & uaſtæ ſolitudines, & profundiſs. harenæ ſunt, herbarũ arborumq; carẽtes, quarũ nullus unquã terminus aſpicitur, ut non ſolũ itineris labore ac ſiti conficiuntur, uerũ intuitu ipſo miſerabili deficient, quũ nullus unquã tumulus, nullus pene fluuius, nõ deniq; ullum ſuffugiũ apparet: Inſuper latrones ibidem cõmorantur, quos euadere nõ eſſet facile, niſi prouidentia uiatorib. adhiberetur. Et hoc maximè in meridianis prouinciæ partib. & à montib. remotis, quas Arabes Scenitæ incolũt paſtoralia exercentes, paſcua quippe omnis generis pecorũ, camelorum pręſertim optima habẽt, agriculturã aut parũ, aut nihil exercẽt nam facile in loca alia demigrant, quum præda & paſcua eis deficiunt: Alit hæc plaga leones, & complures alias feras inter harundineta fluminũ, & fructeta. Regionem mixtã tribus gentibus eſſe Poſidonius author eſt, quod Armeniorum, Syriorum, & Arabum, natio magnam præ ſe fert generis coniunctionem ſeu linguam, ſeu uiuendi ritus, ſeu corporum liniamenta conſideres, quũ maximè finitimi ſint: inditio eſt, prouincia ex hiſce tribus conſtitutã gentib. Namq; terminatur à ſeptentrione maiori Armenia iuxta Taurum montem: Ab occaſu parte Syriæ, interlabente Euphrate: Ab oriente Aſſyria prope Tigrim: à meridie deſerta Arabia. Hanc prouinciam duo maximi præter cæteros excurrũt montes, Caſius qui & Maſius à quibuſdam: & Singaris, ille ad ſeptentrionẽ magis, hic uerò ad meridiem Tigrim uerſus declinant, ambo fertiles, ambo fructibus copioſi, Caſius modo Liſon, Singaris Simar uoce indigena appellantur: Ex Caſio duo

ſio duo magni fluuij exoriuntur, alter occaſum uerſus Chaboras nomine in Euphratem prope Syriæ & Arabię fines influit: Alter Aſchoras per ſaxoſas Singaridis ualles euolutus Euphrati ipſe quoq; iuxta Arabiæ Babyloniæq; decurſus iungitur. Prętcrea regiones in prouincia ſunt Anthemuſia inter Caſium & Taurum montes ad Armeniam Et ſub Caſio Calcitis inter duorum fluuiorũ fontes. Sub qua Gauzanitis per quam Zerbis fluuius in Tigrim cadit. Et penes Tigrim intra Singaridem montem Acabena. Sub Gauzanitide autem Ingena, & iuxta Euphratem Ancobaritis: In quibus licet ciuitates & caſtella ſint, maxima ex parte tamẽ pagis incoluntur: nam quũ regio tota ab Aſſyrijs teneretur, uicatim habitabatur, prętcr Babylonẽ & Ninum, Macedones ut atteſtatur Plinius eam in urbes congregauere propter ubertatem ſoli. Igitur in Euphratis ripa Porſica: Mox Aniana, Barſampſa, & Thapſum quondam: item Bathne municipium in Anthemuſia, Macedonum ædificium ab Euphrate breui ſpacio ſitum refertum olim mercatoribus ubi annuæ nundinæ fiebant, ad quas diuerſarum nationum multitudo cõueniebat, ad ea quæ Indi & Seres, terra mariq; uehebant commercanda: hæc nunc Damaſco Syriæ translata ſunt: Etiam Sarnica, Berſima, Bithias Bir nũc ab incolis et à nonnullis Perazuch, oppidũ in ardua Petra ſitum, cuius radices Euphrates abluit: ſunt & Naube: Et oppidum Nicephorium Zeugma ante quod Alexander Macedõ ampliari iuſſit ob uictoriæ ſuæ memoriã, ut uocabulum ſonat ad amnis ripam exaduerſo Aperamiæ Syriæ qua tranſitus illis eſt qui orientẽ petunt: Deinde Maguda, Chabora, Thelda, Aphadana, Banaba, Cerchuſumq; caſtellum munitiſſimum quod ampliauit Dioclitianus aquis fluminis circundatum, ſimiliter Zaitha caſtellum, quod olea arbor interpretatur, & Betauna. Rheſipha, Agamna, Eudrapa, Addęa, Pacoria, Teridata, alio nomine Tiluta caſtellũ in inſula fluminis in ſaxi immenſo uertice poſitum, et aliud Achaichala in alia inſula ſublime admodum, & Naarda, Sipphara: Et ultimo loco Maſicis uicus, olim oppidum maximum Agaram, quod diruerunt Perſæ: Scinditur hoc loco Euphrates neq; longe à Zeugmate & parte lęua per Seleuciam, circaq; eam profluenti infuſus Tigri, dexteriore autem alueo Babylonem petit, mediamq; permeat, Inde in paludes diſtrahitur, quas Mochin uocant incolæ, ita ut ad mare non perueniat, quũ dicat Plinius, locus ubi Euphratis oſtium fuit, flumen ſalſum, Nam in paludes diſperſus exiccato alueo eius priſtinum curſum uetuſtas aboleuit, præter in litore ubi mare per eius oſtium aliquanto ſurſum euehitur, idq; flumen ſalſum uocant, Ex quo aiunt in mare non uadit: ſunt qui aſſerant ipſum quum ſub terra diutius fluxerit, rurſus in Ægypto apparere, & Nilo commiſceri: Media autem fluuio Tigri ſimiliter iungitur, ubi Cteſiphonta prætermeat, tripartitus enim Euphrates eſt, q medius Baſilius, id eſt, regius fluuius appellatur, ſiue ut ait Strabo Maarſaris, ſiue Maarmath;

 ut barbari

ut barbari uocant, quod ſignificat regium: Similiter Marcellinus, qui cum Iuliano in ijs locis exercitum contra Perſas ducente meruit, inquit, Hinc uentum eſt ad profoſſile flumen Maarmalch nomine, nũc aridum, id antehac Traianus & poſtea Seuerus egeſto ſolo fodere in modum canalis amplifs. ſtudio curauerat ſummo, ut aquis illuc ab Euphrate transfuſis naues ad Tigridem cõmigrarent, duriſſimumq; ad unũ uiſum eſt eadẽ loco purgari, quę quondã talia Perſę timentes, mole ſaxorum multorũ obruerunt, Hacq; ualle purgata auulſis cataractis undarũ magnitudine claſſis ſequuta ſtadijs triginta demenſis, in alueum deiecta eſt Tigridis, & contextis illico pontib. cõgreſſus exercitus, item Choctem uerſus promouit, hæc ille. Ptolemęus uerò ſciſſionẽ hanc, non ut Plinius et alij ſcriptores in paludes uagari, neq; Euphratis eſſe, uerũ enim illi admiſceri, uocariq; Maarſag: Sunt qui dicãt Euphratẽ Cobaris præfecti opere deductum, id eſt, ſciſſum in Regiũ amnem ſiue Cobarẽ ab eo, ne præcipiti curſu Babylonẽ infeſtaret. Iuxta autem Tigrim ciuitates ſunt, Dorbeta prope Taurũ montem, quę nunc Moſel dicitur, magna ſanè. Item Amida cladibus ſuis inclyta, namq; à Perſis exciſa eſt dum eam Romani tenerent, in arduo colle ſita in proximo ubi Tigris emergit, eãq; abluit, unoq; aſcenſu, ac peranguſto, ubi annuatim finitimorũ gentes in ſuburbanis ad nundinas cõgregabantur, Olim perquã breuis, ſed eam Conſtantinus Cæſ. dilatauit, ut accolis confugiũ ab incurſionib. hoſtiũ eſſet, ſuoq; de nomine Conſtantiã appellari uoluit, quum & aliud oppidũ ijſdem in locis Antonius ædificans Antoniopolim nũcupaſſet: A qua haud procul Nymphæus amnis ex Tauro monte labitur: Cui ad occaſum uicus eſt Abarne nomine, ſoſpitaliũ aquarum lauacris calentibus notus. Poſtea Sappha, Deba, Singara, Betoum, Lambana, Birtha, Carthara, Manchana. Deinde Seleucia quæ uocatur ad Tigrim quam modo meminimus, à Seleuco rege dicta, Chalãne ante, quã quũ cõdere uellet (ut Appianus tradit) magos acciuit, qui diẽ & ex die horam qua fundamenta urbis iaceret eligerent, illi quum ueluti iugum ipſis imponi futuram formidarent, horam ementiti ſunt: magna quondam ac eo tempore Babylone maior ubi Medorum reges, quum imperium latius tenerent hyemem agebant, loco enim aprico ſita eſt, æſtate uerò in Ecbatana, ut ſuo loco dicemus: At enim Seleucia uoluentibus annis, fortunam ſimul cum ſitu mutauit, fuit quippe tum in occidentali Tigris ripa, quã Euphratis ſciſſio influebat, quo in loco nũc diruta iacet, in cuius ueſtigijs paſtores diuerſoria ſibi conſtituerunt, urbemq; ipſam in orientali fluminis ẽ regione antiquæ ædificauerunt barbari, Bachdadq; appellauerunt, iungit tamen utranq; pons iniectus Tigri: Legimus apud eundem Marcellinum Seleuciam à Rom. militibus direptam ac incenſam fuiſſe Veri Cæſ. imperio, unde Comei Apollinis ſimulacrum Romam uectum eſſe, In cuius dei phano, quum milites quoddam foramen anguſtum reſeraſſent, theſaurũ

ibi

ibi abſconditum rati (erat locus ab Chaldæorum arcanis concluſus) tantam inſanabilium morborum uim exiluiſſe, quo hinc uſq; ad Rhenum & Gallias cuncta contagijs poluerentur, ac mortibus inuoluerētur. Poſt autem Seleuciam in inſula, hoc eſt in angulo quem fluuiorum cōgreſſiones efficiunt, oppida ſunt Scapha, & Apamia munitum apprime, & quondā ſeptem mil. & 500. paſſ. amplitudine fuit, & Satraparū regio appellata, quo tributa conferebantur, nūc in arcem redactum durat, Ætate Pompeij magni, terminus Rōm. Imperij, cui nomē Antiochus Apamiæ matris ſuę impoſuit, ſicut et alteri in Phrygia, Tigri circūfuſa, Archoo amne diuiſa: Plinius ſitam eſſe, ubi reſtagnatio Euphratis cum Tigri confluat, itaq; molientes incurſionem Parthos operib. abiectis inundatione arceri. Pręterea in media prouincia ciuitates ſunt. Edeſſa non longe ab Euphrate in humili colle ad ripam & cuiuſdam parui fluminis ſita, quæ & ſacra urbs, prius Bambyca uocitata, in ſacris autem libris Rhages dicebatur, ac tēpore quo ædificaretur Hieronymo teſte Arach, nunc uerò barbari Rhoaſſe nominant, quidam Rhoa. Mox Ombrea urbs, & Ammæa Amit nunc ad occidentalem ripam Morat fluminis, ut nunc appellāt incolæ, in tumulo ſita, quam Aureliauus Imper. cepit, uxoremq; Odorani Palmyrenis regionis principis, defuncto marito urbem in ditione tenentem, Romam triumphans ante currum duxit. Inde Seſama apud quam urbem Gordianus Romanorum dux uicit Perſas. Item Rhiſina, Olibera, Sarrana, Et Is urbs, cuius dextrū latus eiuſdē nominis amnis abluit, qui permultos Aſphalti grumos deuehit, in Euphratem exiens. Dein Saccana, Arxama in editiſs. ſaxo poſita. Gizama, Sinna, Mambuta, & Niſibis urbs quondam clariſs. nomen adhuc retinens, Antiochia Nygdonia quandoq; appellata ſub * Caſio monte, aquis indiga, cunctis circum arentibus locis, licet haud procul ad Euphratis fluenta à præfecto prouinciæ Nicatore cōdita. Quæ quum ædificaretur, incolæ eam Achad nominauerunt, quam Lucullus poſtea Sapor Perſarum rex cepit, trucidatiſq; incolis & muris in parte nudata, poſtea reſtituit, Huic ingēs planities præiacet, ubi nec arbores, nec futeta, præter humiles herbas exoriri, Verū in extrema parte iuxta Zalam montem nemus arboribus frequens diffunditur, nec nō campi uineis & pomiferis arboribus conſiti Maiacharia nomine, cui fons uocabulum dedit. Poſtea Bithiga, Bazala, Auladis, Ballatha oppida ſunt. Mox Carrhę ſiue Carrhas oppidū ab amne Carra, quod Caliroe ante: Sinacha dicebatur ab imminentibus montib. qui Sinachæ uocantur, Nunc Heren, clade Craſſi nobile, nam ibi Romanus eſt cæſus exercitus, ciuitas inualidis cōplexa muris, nam teſte Plinio muros domoſq; maſſis ſalis faciūt, aqua ferruminantes: Vnde non longe altæ paludes ſunt, ex quibus Belias & à quibuſdam Baliſſus riuus emanans in Euphratem uadit: Eſt, ubi ex paludib. abit Dauana oppidum. Inde ad orientem Caliniſum munimentum ualidum &

* aliàs Maſio unde Maſei.

commercandi optime inſtitutũ, et Diacyra ciuitas 7. mil. paſſ. ab Euphrate, Poſt eam fons eſt bitumen ſcatens, et Ozogardana oppidum, & alia, ut Tiritha, Thengubis, Orthaga, Hetra in media ſolitudine poſitum, à quo 70. mil. paſſ. circumcirca aqua nõ reperitur præter ſalſam & corruptam in regionibus aridis, in quibus nil aliud niſi abrotanum et abſcinthium, et traconteum, & alia huiuſmodi herbarum genera naſcuntur. Præterea Zama, Sinna, Gorbatha, Dabauſa, Bariana, Acraba, Aphadana, Rhæſena, Peliala, Aluanis, Bimatra, Daremmaq́ꝫ.

Arabiæ regionis ſitus.

ARabia deſerta regio, huic dictæ ſubcedit, à poſteriorib. Arabia inferior, ſeu prima uel Barię appellatur, quod idem eſt ac ſterilis: Apud aũt barbaros Arabia Sæm, id eſt, Syriæ uocatur: deſerta enim ab re ipſa cognominatur, Nam tota pene harenoſa eſt, ſed ea præcipue pars quę ad occaſum uergit, Per quã iter qui faciunt, quemadmodũ in mari nautæ Arcturi ſigna quo tendere uolũt duces habent. Has itaqꝫ ſolitudines paſtores colunt in tabernaculis uitã agentes, ex quo Arabia nomadũ etiã à quibuſdam dicitur: Reliqua autem pars prouinciæ ad meridiẽ circa Euphratem, & montanam felicis Arabiæ, multifariam agrorum cultorib. mercatoribusqꝫ frequens eſt. Huius termini ſunt: A ſeptentrione Meſopotamia Euphrate interlabẽte: Ab occaſu Syria: A meridie mõtana felicis Arabiæ, Ab ortu ſolis Babylonia iuxta mõtes ab Euphrate in Perſicum uſqꝫ ſinum protendentes. Incolunt penes Euphratem Cauchabeni: Et ad Syriam Bathaæi: Et prope felicem Arabiam Augubeni: Poſt quos Rhaabeni: & apud Perſicum ſinum Orcheni: Propter autem Babyloniã ſub Cauchabenis Æſitæ: & ſupra Rhaabenos Maſani, à quibuſdã Maſer: Interqꝫ has gentes Argæi circa Bathanos: & contigui Babyloniæ Maceni, quibus ad occaſum lati ac deſerti campi iacent: Ad aurorã Chaldæorum paludes quas Euphrates effuſus facit: Quæ terra licet grauẽ et nebuloſum aërem habeat ſimulque pluuioſa ſit & æſtuoſa, fructus tamen optimos, ubi colitur producit, uites in paludibus naſcuntur, terra in harundinibus cratibus impoſita quantũ ſtirps recipiat, ut ſæpe etiam ab aqua deferatur. Huic ad Perſicũ mare in Mæſaniti ſinu oppida ſunt, Ammęa, Idicara, Iuchara. Surſum uerò à mari ac prope Euphratẽ Thapſacus oppidũ pontem ſupra flumen habens, itẽ Birtha, Gadirtha, Auzara uicus ingens. Audatta caſtellũ, Dadara, Balagæa, Pharga, Colarina ciuitas olim nũc pagus, Belgynæaqꝫ. Itẽ quæ magis ad Meſopotamiã expoſitæ ſunt: Barathena caſtellum in colle. Saucha ciuitas quæ uſqꝫ hodie ſic uocat̃. Cocha, Gabara, Aurana in monte triuertice ſita, et Rhegãna. Alata, Erupa, Thẽma oppidũ munitiſs. Luma, Thauba, Scuia, omnes uici, et Dapha, & Sora, & Odagana olim ciuitas. Tediũ, Zagamadis, Arrada, Obęra, Arthemita ciuitas inſignis, Banacha, Dume-

Dumetha. Et ad Palacontam flumen Bera urbs terræ motu euerſa. Calathua pagus, & Salma caſtellum.

Babyloniæ prouinciæ ſitus.

BAbylonia prouincia ſequitur: hanc olim terrã aquis contectã fuiſſe Abydenus hiſtoricus ſcribit, quam Belus rex exſiccauit nomẽ à Babylone urbe deducẽs, regio plana, Ex quo uaporibus uehementer obnoxia eſt, ita ut poſita ſæpe humi hordea in ſublime proſilire dicãt: Nam & Plinius inquit, Maximus interdiu cãpus Babyloniæ qui Senaar appellatur flagrat: Incolæ quoq; propter æſtus immenſos, ſuper plenis aqua utribus ſomnos capiũt: Ferax alioquin præſertim hordei, ſiue ut quidam frumenti, idq; fert quantum nulla alia regio, nam modius 300. affert: Ratio ſerendi, ut in Ægypto, ſed felicitas maior, ſuperinundante aqua Euphratis, Quare bis in anno ſegetes Babylonij ſecant, Terra in foſſas quẽadmodum Ægyptíaca diſtincta: non ſic autem in ferendis arboribus milij uerò ac ſeſami proceritatem inſtar arborum: Oleo neutiquam utuntur, niſi quod ex ſeſamis faciunt, cuius arboris cætera loca penuriam habent. Suntq; eis paſſim per omnẽ regionem palmę ſua ſponte naſcentes pleręq; fructiferæ, ex quibus teſte Strabone, & panem, & mel, & uinum, & accetum conficiunt, Nucleis pro carbonibus fabri ferrarij utuntur, Qui etiam in aqua macerati bobus & ouibus in pabulũ dantur: Etiam bitumen multum apud has gentes naſci, ex cuius glebis caſas ædificãt, nec ſolum ædificant, ſed eo arefacto pro lignis populus (licet innumerabilis) utitur, tantà illius materiæ copia eſt, Propeq; fontẽ (ex fonte enim Aſphaltidis illud emanat) Hiatus terræ eſt haud magnus, odorem ſulphureum grauemq; eijciens, qui tranſeuntes animantes, præſertim per aëra aues interficit, eſt & alius lacus qui æſtate rubras habet colore aquas dierũ ſpatio undecim. Naphtha quoq; hic ſcaturit, quod ſi igni corripiatur, aqua nullo pacto extingui poteſt, ſed magis ardet, niſi ualde multam ſuperinfunderis, cœno & acceto & alumine, & uiſco oppreſſum extinguitur, Et ut ait Plutarchus, tantæ igni cognationis eſt, ut priuſquam flammam attingat, per ipſum luminis ſplendorem, medium per ſeſe aërem incendat: Sarda item gemma laudatiſſima ſaxorũ uenis hic reperitur. Sunt etiam pauones plurimi colore uario. Cæterum Babylonio mari magna piſcium uis atque adeo ut incolis nunquam eorum deſit copia, claudunt eos pluribus locis in litore, calamis frequentibus infixis, quidámque circa ea loca habitantes, foſſas à mari uſque ad ſuos pagos pluribus ſtadijs ducunt, per quas piſces ad eos uſque deferuntur. Babylonijs coma parua eſt, calciamentum non ſanè magnum, unguntur Seſamo: lugent mortuos, ut Ægyptij & alij permulti, ſepeliunt in melle, cera cadauer oblíniunt. Regiones in prouincia ſunt, Auchanitis Euphrati adicens: ad cuius partem occidentalem Phylarchorum gens eſt ex utraque parte huius fluminis

accolen-

accolentes,qui terrã non ualde feracem habent: Item Chaldæa quam Arabes aliter uocant, ſonatq; idiomate noſtro, harenæ Arabũ,uel deſerta Arabum circa enim deſertã Arabiam iacet,iugo quodam montiũ intercedente quo nomine Chaldæa, ſcilicet quidã uniuerſam prouinciã uocãt, fuitq; quando Chaldæa Achemenia dicta à rege quodã ibi dominante. Qui diutina obſeruatione ſiderũ, ſciẽtiam putant effeciſſe, ut prædici poſſet quid cuiq; euenturũ, & quo quiſq; fato natus eſſet: Quam artem innumerabilibus penè ſæculis poſt ad Ægyptios perueniſſe ſcribit Cicero: Itẽ Ioſephus à Chaldęis aſtrologiã plantatam noſcitur in Ægypto inquit. Introrſus uerò ac circa paludes Mardocęa, ſub qua gentes ſunt, quę Strophades appellantur. Hæc prouincia his finibus tenetur: A ſeptentrione Meſopotamia iuxta Euphratẽ: Ab occaſu Arabia deſerta: Ab oriente Suſiana ſecundum Tigrim uſq; ad eius oſtia: A meridie parte Perſici ſinus: Quo in litore nil aliud memorabile (quũ maiori ex parte cœnoſum paludoſumúe ſit) pręter Tigris fluminis magna oſtia, Ante quæ in inſulis arbores thus redolentes naſci: item in eodem flumine, poſt quã ſe cum Euphrate iunxit, Inſulę alię ſunt cultura amœnæ: quædã incultæ. Iuxta aũt Tigrim ſub Apamia primum Bibla oppidũ eſt. Dein Opis uicus circumſtantiũ locorũ emporiũ, Didigua, Punda, Bathrachartaq; oppida, Thala, & Althapagi, & Barbitace oppidũ Tigris alueo, Plin. ibi mortaliũ ſoli aurũ in odio contrahũt, idq; defodiunt, ne quo cui ſit in uſu. Et poſt ſciſſionẽ amnis in oſtia, in parte ſiniſtra ſupra mare Teredon urbs quã Nabuchdonoſorus rex cõdidit, nũc Balſſara à barbaris appellatᷣ, emporiũ ætate etiã hac nobile. Itẽ ad Euphratis partem in ripa fluminis, Idicara & in campo Dura, quod interpretatur concluſum locũ, Duraba, Thacona, & Thelbencana oppida ſunt. Mox Babylon urbs opulentiſſ. uetuſtiſſimaq; à loco Babylonis nomine in q̃ iacet dicta, quod Hebræi propter linguarũ ibi confuſionẽ Babel uocant: unde Strabo, Babylonios dicimus non ab urbe ſed à regione: In qua magnã illam turrim ædificatã priorib. ſęculis fuiſſe in ſacris uoluminib. in cãpo Senaar legimus quo in loco nunc Babylon dicitur: Ait enim Polemõ in ijs q̃ de Iudæis ſcripſit, ciuitatẽ ab ijs conditã primũ fuiſſe qui à diluuio euaſerunt, quos omnes gigantes fuiſſe cõſtat ſparſos per uniuerſam terrã, poſtquã turris quam ædificabant diuinitus cõcuſſa decidit. Idq; Abydenus et Alexãder hiſtorici, & in antiquitatib. Ioſephus et ante illos Sybillã ceciniſſe: licet Firmicus & alij nõnulli aliter de linguarũ deſonantijs ſentiãt: Verũ de urbe ipſa multa atq; admirãda à rerũ ſcriptorib. paſſim reperiunt: eamq; prius Belũ condidiſſe (non enim cum Iudæis noſtri cõueniunt, quũ non adeo à primordio æui, ut ipſi hiſtoriæ noſtræ initium captãt) Cuius regiã Curtius temporib. ſuis oſtendi ait, qui ſideralis ſcientiæ inuẽtor fuiſſe perhibet: ſed quũ mœnia eius aquarũ illuuione deleta eſsẽt Nabuchdonoſorũ reſtituiſſe, q̃ ad Macedonũ uſq; tẽpora perdurarunt,

Opus

Opus diebus 15. abſolutum, qui nõ ſimplici muro, ſed triplici comuniuit, regiamq; & templa, & porticus, & alia magnifica ſtruens, urbem illuſtrauit, Plures tamen à Semiramide Nini regis uxore conditam ferunt: nam Trogus (ut alios omittã) Semiramis Babyloniam condidit, murumq; urbis cocto latere circumdedit, harenæ uice, bitumine interſtrato, quæ materia in illis locis paſſim è terra exæſtuat. Similiter Lucanus:

Vt dicitur altam

Coctilibus muris cinxiſſe Semiramis urbem:

Chaldæorum quondam caput, diuq; ſummam claritatem inter urbes obtinuit in toto orbe, adeò ut & Aſſyria & Meſopotamia in Babyloniæ nomen tranſirent: Ipſa in ingenti planitie ſita, forma quadrata quinquaginta mil. paſſ. complexa, non tamen tota habitata, ſed intra decem mil. paſſuũ locum mediæ urbis tectis occupauerũt, nec continuatis, cætera enim inter habitationes murosq; urbis ſerunt coluntq; ne ab externa ui obſideri poſſent: Ac inter reliqua urbis admirabilia murorum craſſitudo altitudoq; ac turrium diſpoſitio fuit, Item in mõte arx, horti penſiles, tẽpla, & ſepultura Beli, quã Xerxes (ut aiunt) dirui fecit, pyramis erat ſtadij altitudine, lateri aũt cuiq; ſtadiũ, Pons lapideus inſuper urbẽ iungẽs (diuidit enim eam Euphrates ſunt qui nõ Euphrates, ſed eius ramus eſſe uolũt) ſtadiorũ 5. longitudine, ubi anguſtior fluuius eſt, magnificus adeò ut inter mirabilia oriẽtis opera, merito annumeraret̃: Quæ partim Perſæ diruerũt, partim Macedonum negligẽtia defecerũt, cętera tempus cõſumpſit, Præſertim quũ Seleucus Nicator Seleuciã ad Tigrim condidit 38. mil. paſſ. ferè à Babylone diſtãs, qua uicinitate (caput enim regni eam eſſe uoluit) exhauſta languit, nam quæ nunc habitat̃ pars eſt antiquæ urbis 14. mil. paſſ. circuitu, neque incolarũ frequentia (uicatim enim habitant) qui ex Babylone in Baldach ſiue Baldachiã nomen converterunt, quidam Babel dicunt: Duos uerò ſu pradictos amnes, qui ab Euphrate ſcindebant̃ Nabuchdonoſorũ obſtruxiſſe fertur, qui ſeſe & in lacus & in paludes longe lateq; diſperdiderũt, in quib. plures ſepulturæ Babyloniorũ regum iacẽt. Sunt qui dicãt, nõ ob id paludes conſtitiſſe, uerũ quia rex ipſe effodit 20. paſſ. altitudinis, portasq; in palude feciſſe, quas Riuotenẽtes appellabãt, quibus apertis Babyloniæ cãpos irrigabãt. Poſt aũt dictam urbẽ penes Euphratẽ ſiue Maarſag, Volgæſia ciuitas eſt, alio nomine Pyrgauolgũ, Quã Volgæſus Parthorũ rex in uicinio circa Babylonẽ cõdidit, Nam quũ ædificato Cteſiphõte 3. à Babylone lapide, ut illã exinaniret, nec proficeret, nuper Volgæſiam erexit, ampla quidẽ & populoſa, duplo muro cincta, arcẽ habens in aſpero mõte ſitam Euphrati imminẽtem, qua parte pręceps petra cautibus exaſperat̃, altera aũt parte ciuitas in campũ qui ei obijcitur deſcẽdit, unde foſſa deducta aquis Euphratis circumdat̃. Dein Marſita ſiue Marſimalcha urbs magna, & ualidis mœnib. ſepta, nã muris duplicibus munit̃, pręterea undiq;

rupes inacceſſæ, niſi qua parte Euphrati fluuio procliua eſt, in inſula amnis iacens, à Rom. capta direptaq; Iuliano duce: Quibus in locis ad mare uergentibus agri ſunt uineis conſiti, uariorumq; pomorum genere, palmisq; ampliſsimis inſtar ingentium nemorum. De cætero oppida iuxta paludes ad Arabiam deſertã poſita ſunt: Beana, Chuduca, Chumana, Cæſa in rupibus. Item Beranda uicus, & Orchoa, & Bethana ciuitas in loco amœno ſita in flumẽ deuexa, Thelma, Sorthida, Iamba urbs nõ obſcura, Et Rhagia quæ adhuc ſic appellatur. Mox Ciripha, & Reblatta à qua & regio circumiecta Reblatta appellabatur: deinde Antiochia dicta eſt, & Scenas urbs poſita ſuper foſſam quandam in fine prouinciæ iuxta Arabiam. Hic ſunt Camelitæ qui uillas prope aquarum fontes inhabitant, cum Scenetis pacem habentes, & pendendorum uectigalium mediocritatẽ eis prębent, cuius gratia illi per deſerta fugientes proximam fluuij regionem prętereunt, relicto à dextris flumine trium ferè dierum itinere.

GEOGRAPHIAE

Commentarius V. Aſiæ, in quo

Aſſyria, Suſiana, Media, Perſis, Parthia, & Carmania deſerta continentur.

ASſyria prouincia eſt, quæ ſic à Latinis, licet à quibuſdam Syria: à Græcis Adiabena: nunc uerò ab indigenis Adrinſa uocatur: Terra multiformi feracitate ditiſsima: nam tota fermè plaga & aquoſa & plana eſt, non quod frequenter pluuijs uegetetur, ſed flumine, Irrigatur enim ſeges, & frumentum prouenit, non quemadmodum in Ægypto, flumine ſua ſponte in rura aſcendẽte, ſed magis riuis, atq; ſcrobib. inundatur. Illi ex planitie, cœleſtem ſcientiam adepti, quæ tanta eſt, quod cœlum ex omni parte pateat atq; apertum intueatur, ex quo traiectiones, motusq; ſtellarum facile obſeruari ab ijs potuerunt: Vetuſta ſane gens, atq; in fabuloſa reiecta tempora, nam quum indigetes prioribus ſęculis in Aſia regnarent, eorum geſta nomenq; uetuſtas edax aboleuit: Verum primus rex ſcriptores nactus eſt Ninus. qui eius facta literis mandauerunt. Aſſyrij in cæteris Perſarum ſimiles ſunt: quibus mos eſt uirgines maritis per præcones iungere: qui in hęc uocabula deſignantur: Ad ſeptentrionem iuxta Armeniam Arrapachites: & Niphates in eiuſdem nominis monte: Ad meridiem prope Suſianam inter Callonitidem & Meſſenem Sittacena ab oppido Sittace, qui dein Apolloniates appellati ſunt, latrones omnes, regionem multam poſſidentes, rupibus ac mõtibus aſperam, qua iter eſt ex Babylone

bylone Suſam euntibus qui plurimū ab ijs infeſtantur. Sunt & Choathræ populi in monte ſui nominis, ſyluas inhabitantes. Inter quos Garamæi. Partem uerò quæ inter Arrapachites & Garamæos iacet Adiabeni tenēt, qui & Sacopodes nominantur, quorū regio eſt Adiabena, à qua toti quondam prouinciæ (ut diximus à Gręcis) nomē fuit, Hac de re quod inter Onam & Tigrim nauigabiles amnes ſita, adiri uado nō poteſt, Græce enim Adiabena tranſire ſonat, opus eſt ponte qui eam regionem trāſire uult. Inter uerò Garamæos & Apolloniates Sambatæ. Et ſupra Adiabenos Calaceni, Garamæis autem Arbelitis & Atturia regiones imminent, Lyco amne diſcretæ: Macedones Arbelitidem Mygdoniam à loci ſimilitudine appellauerūt: In ea lapis balanites naſcitur, nucis iuglandis magnitudine, uitrea ſpecie coloris uiridis, media ſecante flammea uena. Poſtea Oroba altera regiuncula eſt. Terminatur Aſſyria ad ſeptentrionem Armenia maiore ſecundum Niphatem montem: Ad occaſum Meſopotamia, Tigri interlabente: Ad meridiem Suſiana, loco interiacente aſpero ac deſerto: Ad orientem parte mediæ, iuxta Choathram montem quem Coſæum nonnulli uocant. Ciuitates & caſtella in hoc membro ſunt, ac primo iuxta amnem Tigrim, Marda, Sauara, Beſſara, & Belciana. Mox Ninus uel Niniue urbs uetuſtiſſima nobiliſsimaq; Tigri appoſita occaſum ſpectās, magna quondā ac Babylone maior. ſexaginta enim millia paſſ. eius amplitudo erat ut Diodorus author eſt, Quam Ninus Beli F. ſecundus Aſſyriorū rex in Atturiæ campo cōdidit, & à ſe denominauit: Hieronymus Aſſur, qui quum egrederet̄ de terra Senaar ędificauit inquit: Quā Medi Cyaxaro duce, poſt mortem Nini, euerterūt, Erat in ea ultra amnem (iungebatur enim ibi ponte Tigris) ſepultura Nini, ingens molis altitudine nouem ſtadiorum, latitudine ut Etheſias ſcribit decem, quę longe uelut arx quędam conſpiciebatur, quæ hodie lingua indigena Muſſula & à quibuſdam Moſſe uocatur, in cuius loco (nam diminuta erat) diutinū poſt tempus ædificata eſt urbs ſepulturę nomen habēs. Item Sacada, & Oroba in regione ſui nominis. & Thelda urbs q̃ nūc Bachdad à barbaris dicit̄, Cuius exaduerſo penè rudera urbis Seleucię ſunt. Et paulo poſt Cteſiphō ciuitas inſignis, inexpugnabilis fermè ſitu, quam Carus tum Imp. cepit, Aſſur quandoque dicta, eam Vādanus inſtituit, poſtea Pacorus rex ampliauit: Strabo uicum maximū dicit in quo Parthorū reges hyemare propter aëris temperiem ſoliti erant, tantæ quidem potentiæ, ac magnitudinis ut Parthorum multitudinem, & apparatum omnem recipiat, ac uenalia & neceſſaria illis ſuppeditet.

Longe uerò à flumine in media regione, Bithaba, & Dartha uici. Et in Arrapachitibus Arrapa metropolis. Item oppida Darna, Zigira, Obana, Theſara, Corchura, & Oroba, Degia: Inter quam & Orobam oppidum Gorgus amnis exoritur, & in Tigrim ſub Seleucia parum cadit. Et Coſmopolis. & Doſa pagus nec ab eo longe Gauſomela ſiue Gaumela uicus

 in Atturia,

in Atturia, inſignis uictoria Alexandri contra Darium, ubi uictus amiſit imperium, ut Plutarcho ac Straboni placet: Curtius apud Arbelam uicũ dicit, Quod uocabulum cameli domum ſignificat, Quem olim rex quidã quum hoſtium manus Dromedario effugiſſet camelo, ibi eum reliquiſſe, & ad eius curam ac impenſam quorundam uicorum prouẽtus deſtinaſſe Plutarchus ſcribit: At Strabo, ita locum Darium nominaſſe, quũ poſſeſſionem hanc camelo defeſſæ in alimentum daret. Situs enim eſt in uia qua per deſerta in Scythiam cum onerib. itur. Poſt Sarbina uicus eſt pergrandis: Et alius Arbela, nomen regioni imponens, ab Arbelo Athmonei F. cõdita (ciuitas tum fuit) media inter Caprum & Lycum amnes: Eſt enim Lycus ex Niphate Armeniæ monte demiſſus qui Tigri ſupra Orbam miſcetur: Caprus uerò quem Bumelum Curtius appellat ex ijſdem montib. ad orientem magis exortus, iuxta Theldam in Tigrim neque à Lyco procul influit. Dein urbs Demetria haud longe ab Arbela, Circa quam ad auſtrum fons eſt Nephtha effluens. Mox Gomara, Phuſiana, Iſoana, Sura, Catracharta oppida ſunt: Et in Apolloniatibus Apollonia metropolis, & Thebura, & Cinna, & Arthemita ciuitas inſignis, & Sittace oppidum Græcorum, ultimoq; loco Garamum oppidum Garamæorum gentis caput, terra amomi fertilis.

Mediæ prouinciæ ſitus.

MEdia prouincia dehinc ſe aperit, quam in ſacris literis illi ita & nunc recentiores Medenam uocant, Nomen à Medo Medeæ & Ægei F. inditum ſcriptores uolunt, nam Trogus poſt mortem Iaſonis, Medus æmulus uirtutum eius, in honorẽ matris Mediam urbem condidit, regnumq; è nomine ſuo Medorum conſtituit: Item Varo, & Herodotus, qui Medos quondam Arios ab omnibus uocatos ait: ſed ubi ad eos conceſſit ex Athenis Medea immutauerũt et ipſi nomen: Ioſephus in antiquitatibus à Madaico inquit. Regio ſanè multa, & alta, magna enim ex parte montuoſa atq; frigida eſt, præſertim in parte quę ad ſeptentrionẽ uergit, ut Bacchus in carminibus his:

Auriſera adiui & culta Lydorum loca:
Bactraq; rigentemq; hyeme Medorum terram.

Quamobrem tenuis ibi eſt, cuius incolæ ex arborum fructibus nutriuntur, Nam ex malis ſiccis ac tritis maſſas conficiũt, ex amygdalis toſtis panes, ex radicibus quibuſdam uinum exprimũt: ferinis carnibus utuntur: mitia pecora non alunt. Cætera uerò pars ad auſtrũ uerſa, populis frequẽs & pecoris abundans eſt, ac frumentarijs agris, & uinarijs pingui fœcunditate lætiſſimis affluit: Qua opulentior nulla, atque tum potẽs, toti enim Aſiæ dominata eſt: pugnatrix natio, & formidanda poſt Parthos, Ii oleum conficiunt quod medicum nuncupatur, quo illitũ telum emiſſumq; cui hæſerit cremat, neq; aqua extingui poteſt. Quę in partes duas diuidit,

quarum

quarum alterā maiorem uocant, cuius metropolis eſt Acbatana: Alteram Atropanam ab Atropate Satrape. Incolunt Mediam multæ ac uariæ gentes, quarum quę occidentalia tenet penes Armeniam prę ſertim, Caſpij nominantur, Gens nūc quidem obſcura, & ad Caſpium mare pertinet, quibus mos eſt parentes incluſos fame necare, quum iam 70. annum exceſſerint quod Scythicū eſt: Quib. Matiana ſubeſt regio iuxta totum latus Aſſyriæ, apricitatis inclyta, ſola in eo tractu uitifera, ubi in arboribus melificatur, ex folijs mel fluēs, undiq; incluſa montibus. In locis uerò mōtanis, ſupra Caduſij regionem aſperam incolunt, & Geli, & Drybites, qui omnes feroces ac bellicoſi ſunt, regionem difficilem, ſaxisq; impeditā habentes, frugum infœcundam, pyris & malis, alijsq; eiuſmodi pomis felicem. Poſt quos interius uſq; ad medium prouinciæ, Amaricæ ſiue Amiri pertinent & Mardi confines Hyrcaniæ Perſidisq; ex quo quidam inter Perſas eos ponūt, Inter quos & Amiros Mardus amnis deuoluitur. Iuxta autem Caduſiorum regionem Corduci ſunt, qui quondam ſic appellabant̄, nūc uerò Cordueni qui Adiabenis connectuntur, medio elabente Tigri. Et Marundæ uſque lacum Matianum. Interiora quidem Gelornm, Magarſi uel Margaſi tenēt. Poſt iſtos Propatena eſt regio, quæ ad Amariacos uſq; pertinet. Poſt autem meridiem uerſus, Zagrus mons eſt, in quo Saraparæ Thraces quidam ſic appellati, id eſt decapitatores, habitāt, homines profecto immanes indocilesq; decori tamen ſunt, indumenta geſtantes uerſicoloria caligasq; genuum tenus extentas, arma habent arcus, lanceasq; me dicas. Cadit ex Zagro monte Coaſpes fluuius qui quum ad Aphricum uentum per abruptas petras inter fines Aſſyriorum Suſianorumq; profuſus, obiectis Vxiorum mōtibus in duo diuiditur, Vna pars quæ ad occidentem uadit nomen ab exortu retinet, Trigriq; iungitur, Altera Enelæus in auſtrum per Suſianam mari Perſico excipitur, Ex quo nonnulli decepti, alij Coaſpes ab Vxiorum iugis præter Suſam urbem effluere, alij Enelæum in Zagro exortum habere dicunt: Qui Coaſpes dulcem adeò aquā ac ſaluberrimam uehit, ut non ex alia Perſarum reges bibere conſuetos eſſe fama eſt, etiam in longinqua quū iter agant ſecum portare: In Coaſpem Copratas amnis ex Vxia fluens incidit: Zagri orientalia, Sagartij gens pecuaria occupant. Poſtea extenditur uſq; Parthiam ubi Coromithrena regio eſt quę habet ad ſeptentrionem Elymaidem regiunculam, ad ortū Tapuri tenēt, ad meridiem ſunt Theſidices, & Sigriana, & Gariana ſiue Rhagiana: Et ſupra hos ſuper Iaſoniū montem Vadiſſi: & Daritis regio: Et iuxta totam Perſidem Syromedia regio, quā Iaſonius mōs ad occaſum claudit à Parchoatra euulſus iugo. Sunt & Hiſpratitæ qui tenent Caſpias portas: quib. ab altero latere deſerta Parthiæ iungunt̄, & Cythenis iuga. Mos eſt Medis plures habere uxores, nec pauciores ſeptē reges uerò multas, & omnes pariter cum matribus & auis, cum filiabus & nepotibus copulantur, Qui.

tur, Qui & canes non parua alunt cura, quibus morientes homines adhuc ſpirantes proijciunt. Includunt Mediam ab occaſu Armenia maior & Aſſyria, illa Caſpio, hęc Choatra interiectis montibus. A meridie Perſis, Parchoathra iugo: Ab oriente Hyrcania & Parthia, Corono. A ſeptentrione uerò Caſpium mare, iuxta deſcriptionem hanc. Poſt Caſpij montis promōtorium ubi Armeniam terminauimus, ad orientem Sannina uicus eſt pergrandis. Mox Cambyſis fluuius in mare è radicibus Choathræ montis exortus, lacum prius quendam medio in curſu tranans influit. Inde Tazina urbs, Sabeæ aræ in colle ſitæ. Cyri fluuij os cui nomen rex ipſe, uetere abolito indidit, quum exercitum in Scythas duceret eum traijciēs, Qui & in radicibus Choathræ fontes habet, neq; à Cambyſe longius, diuerſus tamen diu ac multum diſtanti alueo ab eo per deſertas harenas excurrens in mare uadit: falſo ideo dicit̃ ambo hæc flumina uno lacu recepta, ex quo dein uno oſtio in mare prouenient, quum & urbs & arę inter eorum oſtia poſitæ ſint. Statim Caduſiorum uallum eſt, receptaculum munitiſsimum in prærupto ſaxo. Item Cyropolis à Cyro condita ab Alexandro diruta. unde Mardus amnis in mare Matianam ſecans paludem infunditur, eſt enim palus ſecundum mare, Ipſe ex Choathris montibus deuolutus longò tractu per ſaxa camposq; deuenit. Item Ariadus amnis, & Amana ciuitas in ſinuoſo litore poſita, & Acada oppidum, Heraclea quondam ab Alexādro conditum, quod ſubuerſum ac reſtitutum Antiochus Acada appellauit. Deinde Strato flumen hic in mare influit quod ex montibus quibuſdam ſupra Acbatana exiſtentibus naſcitur. Vlterius urbs eſt Mandagarſis, quæ nunc ab incolis Maſandram dicitur, clara ſatis, Ad quam Charinda amnis in mare it, in Coronis montibus fontes habens. Vnde paulo ſaltuoſa loca, & aſperitate inuia terminus prouincię ad Hyrcaniā eſt. Verum in mediteraneo multæ & ciuitates & uici ſunt: nam in Corducis, Scabina, Gabala, Vca. Et in Cambyſis amnis margine Varna caſtellū ſupra uiam ſitum qua Parthiam itur. Et ultra amnem ad auroram in eadem ripa Morunda ciuitas. Mox Tigrana, Tonzarma, Sazoa, & Cādis urbs opibus et magnitudine conſpicua quæ nunc Cremani dicitur in qua gladij & enſes omniſq; generis armaturæ eximiæ pulchritudinis fiunt. Sub quibus Azaga Pharambara ciuitas, Gabris oppidum et aliud Phazaba Cyro amni appoſitum. In Propatena, Gauzania ſiue Gaza regia ęſtiualis in campo ſita. Et Nanda in ſcopulis Choathræ montis. In Marundis, Tachaſara. Et in Mardi fluuij ripa Zalaca ciuitas, paulo ſupra Matianum lacum ſita. Item Phararſpa. Et ad auſtrum magis Zazaca, Saraca ſiue Seras ciuitas magna, Arſiſacaq; ambæ ad Mardi fluenta. Dein Nazada uicus, & Alinza oppidum in monte ſui nominis. Ad auſtrum autem huius regionis ſolum planum eſt, opulentumq; omnia præter oleam ferens, equiſq; paſcendis bonum, quod meminit Strabo, Ex quo pratum Hippoboton uocatur: per

quod

quod iter faciunt qui ex Babylone & Perſia in Caſpias portas proficiſcuntur. Fert quoque hæc terra ſylphium à quo Medicus ſuccus appellatur. Hinc Zagriæ portæ aperiuntur, eſt enim iugum à Choathra plurimum extenſum Zagrum montẽ efficiens, licet Strabo à Niphate dicat, qui Medos Babyloniosq́ diſterminat, quod minime Ptolemæo placet, quum inter Medos ac Babylonios Aſſyria includantur, iunguntur tamen hi montes in diuerſa, omnes quippe Tauri partes ſunt qui circa hæc loca multifidus eſt, Quæ portæ à Semiramide patefactæ ac directæ ſunt, multis enim ſtadijs per plura præcipitia ac conualles illi aditus erant, cupiens breuiorem facere uiam, abſciſſis amphractibus locisq́ concauis ad planum deductis, iter breuius reddidit, Quod uſq́ ad hoc tempus Semiramis appellatur. Poſt hæc autem in Magarſis oppida ſunt Curna, Phanaſpaq́ amni Mardo appoſita, et Gabris, et Mãdagara. Et in Coromithrena, Aliſdaca, Darianta. Et ad Stratonis amnis fontes Sincar. Et in ripa Batena oppidũ, ad quorum meridiem Bithia prope Zagras portas. Item Alinza altera in monte ſita, nomen adhuc retinens. Et in Elymaïdis Aganzana, & Galla pagus in orientali ripa Stratonis fluuij. Mox Oracana, & ſub his Veſpaſa Niguza. In Tapuris, Sanais, & Phanaca ciuitas ad Charindam flumen, & altera Alicadra ſub ipſa. Et Rhazinda nunc Rhemen ciuitas magna ac populoſa, agrum habens fertilitate inſignem, ſub qua pagus Venecca. In Theſidicibus Orontas mons eſt aſper acceſſuq́ difficilis tria millia paſſuum in cacumine porrectus: A quo mille & qningentis paſſibus ad auſtrũ in campo, Acbatana, id eſt, ciuitas noua lingua patria, ſita eſt, magna ſanè quam Arphaſath rex poſtquam circumiectas deuiciſſet gentes ędificauit nomẽq́ indidit, Mauſoleumq́ ualde præclarum cõſtruxit mira arte politum, quod quacunq́ cernitur, eadem conſtructũ putatur, ubi uſq́ hodie reges Perſarum atq́ Medorum ſepeliũtur, barbari modo Achatanam Eſbahan nuncupant Medici imperij caput, ubi reges æſtatem agere conſueuerant. Diximus enim mediam regionem eſſe frigidam: Hanc Plinius à Seleuco conditam: Euſebius à Deocle quinto Medorũ rege: à Dario poſtmodum ad montes ubi nunc eſt translata uiginti millia paſſum à portis Caſpijs, prius ad regionis medium ſita, Quam quum Semiramis acceſſiſſet, multa ei tum neceſſitati, tum ornatui adiecit, Inter quæ, fluuium è magno lacu, qui ex altera montis parte eſt, effoſſo à radice monte, in urbem induxit, erat foſſæ latitudo pedum quindecim altitudo quadragintaquinque. Is lacus lingua indigena Spaca uocitatur, qui ſalem coquit pruritum doloremq́ efficiens, quibus Medentur oleo: In huius urbis agro, teſte Plutarcho, telluris hiatu ignis aliquando tanquã ex fonte ſcaturit: Et non procul inde Naphtha magno inundat fluxu, Cuius ad occaſum oppida ſunt Gabena, & Laraſa. Ad auroram Choaſtra & Niphauandea. ſub quibus Thebarga, Zaranis, & Carina ciuitas, eodem ferè nunc nomine, nam Che

rima dicitur, quæ magna eſt, ex qua iter eſt in Perſiam: In cuius montibus lapilli quos hæc ætas Turcheſes uocat, naſcũtur: in quib. etiã metalla ferri ſunt. Poſtea Caberaſa uicus, & alius inde Parachana nomine, & Guriauna. Et ad meridiem apud Vaduſſios Heraclea ciuitas grȩca Arſacia à Parthis uocitata, Rhages prius quoniã ibi terræ motu fracta ſit tellus, quo & urbes plurimȩ et uici duo millia, ut ſcribit Poſidonius, ſubuerſi ſunt. Flumina quoq; curſus mutauere. Cui rupturæ Alexander Macedo portas appoſuit, interiorib. gentib. iter intercludens, quam quũ Nicator reſtauraſſet Acopũ uocauit, in mõte ſita nõ longe ab Acbatana. Prȩter autem dicta ſunt Gauna, & Zania oppida. Itẽ ſub ijs in Daritidib. Cigbena, Dotha, Gerɛſa. Et prope Iaſoniũ montẽ Rhapſa oppidũ, et aliud Andriaca. In Syromedia aũt Trauaxa, Auradis, et Choana ciuitas, ad meridiẽ Bagiſtani mõtis ſita. Itẽ Phraata urbs inclyta, & Europus ciuitas, Opus Seleuci Nicatoris, Zarama, Tautica, Abacæna, Cãnatha, Agarãdaca, Cluaca, & Aradipha oppida ſunt.

Suſianæ prouinciæ ſitus.

SVſiana prouincia ſequitur, quam quidam in partem Perſidis ponũt nomen à Suſa urbe clariſs. deducens, nunc à barbaris patria lingua Chus dicitur: Opulẽta regio quamuis torridum & æſtuoſum aërẽ habeat, cuius rei cauſa mõtes prȩalti ſunt, qui ad ſeptentrionẽ illi maxime imminent, boreales excipiẽtes flatus: Frumẽti hordeiq; adeò ferax ut centuplũ quandoq; etiam ducentuplũ in campis prouenire dicatur, Vbi quũ uites non naſcerentur, Macedones Alexandri milites conſeruerunt. Lino quoque abundat in ora præcipuè maritima loco cœnoſo. Infeſtatur à ſerpentibus quos flumina apportant. Suſianæ partem ſeptentrionalem Coſſæi tenent, regiuncula haud fertilis, tota enim montuoſa eſt per quam Coſſæus amnis tranſit. homines ſagittarij qui latrocinia exercẽt. Occidẽtalis pars ac ea præſertim quæ ad meridiem uergit, maxime inuia inter Enlæũ atq; Tigrim amnes uocaturq; Caracena regio, aſpera & latronibus referta, Ad orientem oxijs & alijs ſimiliter uias obſidentibus iungitur, qui populi quadraginta ſunt liberæ feritatis. Supra quam Melitena quoque regio eſt, & Cabandena circa orientalem plagam, quæ montibus cludiĩ ſpatioſior alijs quæ uaria eſt natura: Quæcunque enim ferax eſt incolas agricultores habet, montana uerò milites nutrit: Regem habent cuius potentia Parthorum regi obtemperare non patitur. Huic Vxiorum regio finitima eſt, in Perſidem decurrens, præcrupta ſanè quæ anguſtias habet, difficulter peruias, quas illi Suſidas portas uocãt, ſylueſtres calles ſunt, uix ſingulis adeundæ ſatis ſaxis & cotibus impeditæ quæ omnia ab ijs de induſtria frondibus contegunt, homines prædatores qui mercedem à regibus exigunt. Sub Cabandena autem Ciſſia regio iacet, & alia Chaltapitis, Inter quam & Ciſſiam campus eſt Dera nomine: Ciſſiam Eritrei, quondam ex Euboëa, incolunt à Dario in hæc loca deducti, ut eſt apud Philoſtratũ,

regionem

regionem ciuitate carentem, pagis duntaxat cõſperſam, In ea paſtores plerique qui paruis equis greges paſcendo circumuehuntur, Eritrei in media regione collocati aquis in foſſas ex flumine deriuatis circumdantur, quas ipſi ſibi ueluti mœnia circumduxerunt ad barbarorum impetus propulſandos, Terra bitumine ſcatens, propterea non facile in ipſa plantæ coaleſcunt, ubi & hominum breuis eſt uita, nam aquę bitumine infectę in inteſtinis plerumque reſidentes, morbos gignunt. Sub his autem omnibus ad meridiem iuxta mare Elimaidis regio altera ab ea aquæ in Media eſt à qua Elymęi, quos hęc ætas Azamios uocat in ſacris uerò literis Elamitę dicuntur & Elam regio. hodie uerò Perſæ omnes ac Parthi Azamij, & mare Azamium appellatur. Ducunt Suſiani uxores complures, & multas pellices alunt, propagandæ ſobolis gratia: Reges quotannis præmia prępo nũt ijs qui plures filios ediderint. hęc & alia multa de his Strabo. Veſcuntur fructibus ſylueſtribus & aquam bibunt. Quorum domus propter æſtum ad duo cubita terram tectis imponũt, longę & anguſtę ſunt, quum longis trabibus careant. Habet prouincia circum ſe ad ſeptentrionem, primo Aſſyriam: Ad occaſum Babyloniam iuxta Tigrim fluuium: Ad orientem, partẽ Perſidis terra deſerta, Reliquam partem Oroatide amne uſque mare: Ad meridiem Perſicum ſinum, quę ora paluſtris eſt & importuoſa, Syrtium uiceinaccesſa: In hoc litore poſt orientale Tigris oſtium locus eſt qui uallum Paxionis appellatur, ubi in initio Charax oppidum inter Tigrim & Enelęum amnes in colle manufacto fuit: Diridotin aliquando dictum in Euphratis ore uicum quo thus & odores alios conferre ſolerẽt Arabes, & Plinius. His inquit cõmercijs Arabes Characem oppidum aperuere quod eſt illis nundinariũ, quod deinde ab Alexandro Macedone conditum, Alexandriã appellari iuſſit: Et pagum qui iuxta eum eſt Pelleneum à prima ſua: quod oppidũ ut ait Plinius flumina expurgauere. Poſtea Antiochus reſtituit, & ſuo nomine appellauit. Iterum infeſtatum Paxiones Sogdonaci F. rex finitimorum Arabum oppoſitis molibus rędificauit nomẽq; ſuum dedit: primo fuit à litore maris ſtadijs decem deinde 50. poſtea uerò 120. idq; terra fluminib. inuecta. Poſtea in cœnoſum ſinũ Endęus ingredit̃ amnis, cuius oſtio in mari procul Taxiana obiacet inſula. Is poſt Vxiorũ mõtes (ut in Media diximus) molliſſ. tractu per campũ fluens modico ſpatio cuniculo conditur, ac rurſus exortus per Cabandenã lapſus circuit Suſarum arcem, & Azara Dianę templũ, ſic ab ijs gentibus dictũ, in lacum quendã ingreditur, Inde flumẽ Silum à montib. Perſarum uenientẽ recipit, poſt in mare emittit. Iuxta autem lacum emporiũ eſt ubi mercatores conueniunt, indeq; pedeſtri itinere proficiſcunt̃, non enim ſurſum nauigari flumina poſsũt propter cataractas de induſtria factas. Poſtea in litore locus eſt quẽ Tenagros dicũt, id eſt harenoſum. Et Oroatidis amnis ex Media penè ſeptẽtriõis parte Perſidis à Parchoathra mõte diffu

ſus hic in mare cadit, onerariæ nauis capax. In mediterraneo uerò præter cætera oppida quę ſub aris Herculeis iuxta Tigrim ſunt procul Suſa urbs eſt egregia, quæ Chus modo ab incolis uocitatur, ſæpe domicilium regũ à Tithono Memnonis fatre, ut quidam uolunt, ſupra Enelæum amnem condita: alij Suſin à quo urbis nomẽ fuiſſe dicunt cuius arx Memnonium uocabatur: Memnonij mater Ciſſia fuit, ex quo Suſij etiam Ciſſij ſunt appellati, & regio circumcirca Ciſſia: Plinius à Dario Hyſtaſpis F. conditã dicit, ambitu, quindecim millia paſſuum, figura oblonga: cuius mœnia et tẽpla & regiæ ſtructuræ erãt Babylonicis ſimilia ex coctili lapide, & bitumine: Licet Polycletus dicat eam ſine mœnibus fuiſſe uigintiquinque millia paſſuũ circuitu. In Suſiano agro Naphtha ebulit, æſtuoſe ſanè, & præſertim circa urbem, adeò ut lacertæ & ſerpentes per æſtatem dum ſol eſt in meridie urbis uias tranſire non poſſint, ſed in medijs interceptæ concrementur, unde haud longè apud turrim Albam ignis è ſolo euaporatur. Dicitur Alba à cãdore marmoris quo extructa ęſt, excelſa admodum mireę́ pulchritudinis: in qua regum Perſarum atque Medorum conduntur reliquiæ: eſt & Dera apud campum ſui nominis, & Azara ſiue Elymaidis ut alij iuxta quam Dianæ templum in Elymæis erat, in quo præcioſa donaria: illud Antiochus ſpoliauit, qui ſtatim amiſſo exercitu in infamiã uerſus morbo perijt. Mox Abina, Tarianaq́ ciuitas, etiam Sela ciuitas. Poſt autem oppida uici ſunt, ut Gaarã, & Anuchtha, & Vrzam nam præter ea quæ diximus cætera tenuia ſunt & obſcura.

Perſidis prouinciæ ſitus.

PErſis prouincia priuſquã hoc nomine uocitaretur Panchaia dicta eſt, à rege Pancheo. Mox Cephena à Græcis, & incolæ Cephenes: à ſe autem ipſis atque ab accolis Artei: Verum poſtea quam Perſeus Danes ex Græcia in Aſiam trãſuectus eſt, ibiq́ barbaras gentes, graui diutinoq́ bello domuerit, nouiſſime uictor, nomen ſubiectæ genti dedit: ſiquidem à Perſeo Perſæ ſunt uocati, quod nomen adhuc retinent, Licet communi cum Elamitis uocabulo Azamini appellentur. Perſis magna quidem regio eſt, ac natura uaria: ſeptentrionalis ſiquidem plaga quæ inter Parthos & Arianos excurrit, Paræctacanæ ab oppido Medorum Parætaca uocatur: montana omnis frigidaq́, ac in gerendis fructibus modica ubi gemmæ quædam reperiuntur, nam gignuntur Smaragdi, nõ tamẽ translucidi. Cuius orientalia Mardi populi habent, ubi maiori ex parte camelorum paſtores ſunt: Mardi ex Media huc perueniunt, gens ut ait Curtius bellicoſa, & qui multũ à cæteris Perſis cultu uitæ abhorreãt, aſperi enĩ ſunt, & latrocinijs aſſueti, iuga montium pręaltis ueſtita ſyluis inhabitantes: ſpecus enim in rupes inuias quas denſiſſimarũ arborum ramis ſępiũt excauant, in quos ſe cum coniugibus ac liberis condunt, Pecorum aut ferarum

rarum carne ueſcentes: Fœminis comæ permanent hirſutæ ueſtisq; ſuper genua eſt: funda uinciunt frontem, hoc & ornamentum capitis & telum eſt: Apud hos ſumma quorundam fluminum denſantur in ſale, in amne reliquo ueluti ſub gelu fluente, quæ ſalis flumina appellantur. Sub Paræ-ctacanis autem media in regione quæ campeſtris & omnium ferax eſt, flu-minibus & lacubus referta Meſabatæ ſunt: & Rapſij, & Miſdij, & Dai, & Saratij, & Deruſiæi, & Grinanij, & Panthialei, & Patiſchores, & Cyr-cij, & Maramphij: Quorum alij prædatores ſunt, alij agricultores, alij pa-ſtores: Item Achemenidæ, & Magi Brachmanes appellati qui honeſtum quoddam uiuendi genus ſectantur uxoribus utentes communibus: Sunt Siginni equis utentes puſillis & hiſpidis, Qui uerò equitem uehere non poſſunt quadrigas iungunt, quarum mulieres aurigæ à pueritia exercita-tæ, quibus cura eſt ut capite longiſſimo & fronte exporrecta uideantur a-deo ut mẽto emineat. Sub quibus ad mare Mardyeni, & Taozeni, & Hip-pophagi, & Suzæi: Et ſub Mardyenis Mætores: Supra autem Suzæos, Gabæi. Hi omnes regionẽ æſtuoſam, & uentoſam, ex quo in maritima o-ra nihil inſigne habetur habitant, nam & fructibus inops prętérquã pal-mis, paluſtris penè tota & importuoſa eſt, In cuius præternauigatione mi-ras canchrorum atq; echinorum magnitudines eſſe Erathoſtenes author eſt, quod in toto exteriore mari commune eſt, miræq; uarietatis, colorúm-que pulchritudinis ſpeciem præbẽtes: Vidiſſe etiam Cetum mari eiectum centum & quinquaginta cubitorum. Perſas ex omnibus barbaris clariſsi-mos effici apud Græcos contigit, quod nulli Gręcis imperauerint qui A-ſiam tenuere præter eos: Quibus mores quemadmodum Suſianis ſunt: ui-no magnopere temperant, eiſdem nec uomere coram alio, nec urinam fa-cere licet: tamen cuiuſcunque generis uoluptatibus quas audierint frui ſtu-dent: Sepeliũt corpora cera obliniẽtes: magos inſepultos auibus edendos dimittũt. Diſtinguitur hæc prouincia his finibus a ſeptẽtrione Media iu-xta Parchaothram montem qui inter has duas prouincias extenditur: Ab occaſu Suſiana perpetuo montium iugo undique pręruptorum ducentis mil. paſſ. in longitudinem uiginti in latitudinem protendente. Ab ortu ſo-lis duabus Carmanijs ſecundum Bagradam flumen qui alio nomine Me-dus dicitr: A meridie ſinu Perſico, qui à prouincia denominatur 600. mil. paſſuũ uelificatione, Circa cuius litus ea præcipuè in parte qua Carmaniæ iungitur arbores in profundo maris ingentes naſci Portulacæ ſimiles tam forma quàm folijs, fructum plurimum ferẽtes, amygdalis ſimilem, quod tradit Theophraſtus: item & corallium. In quo litore poſt Oroatidis am-nis oſtium ad mare, Taoce promontorium eſt, ſiue extrema: Cui inſula Ta-biana obiacet, neque magno interuallo: Et altera ad auroram Sophtha no-mine. Inde Rhogomanis fluuius in mare infunditur ex Parchoathris montibus lapſus. Aliusq; Hiſperus nomine capax nauium, medio penè li-

tore in

tore in mare uadit. Mox Cherroneſus quædam, exaduerſo in mari inſulã habens Alexandriam quæ & Araria prius appellabatur: in hac & in duabus dictis clari ac perlucidi lapilli gignuntur. Inde in litore Ionica ciuitas, & Sithiogadus amnis, & Briſoana in præfatis iugis fontem habens, ambo in mare prorumpentes. Poſtea Auſinza uicus. Et Medi fluminis oſtia: Et Medus ex Media delatus unde nomen deducit, in quem Araxes non Armenus ſed alter eiuſdem appellationis ex Paretacinis collibus deſcendens influit, licet quidam Medus in Araxem exire dicãt: ij per conuallem rerum omnium feracem Carmaniæ iunctam deferuntur, Araxes per campos multorum aquas torrentium ſecum euoluens, gignendæ herbæ non alius aptior, quicquid abluit floribus ueſtiens, Platani quoque & populi contegunt ripas, ita ut procul uiſentibus continuata uideantur montibus nemora, Cui & colles imminent læti, radices eorum humore ſubeunte. Superius uerò à mari Oza oppidum eſt. Tanagra, Marraſiumq́ in collibus ſita. Item Aſpadana in planum deſcendẽs, Axima, & Pronoſpana, & Corduba ciuitas, Cordiſtan modo à barbaris dicta gẽtis hodie caput, in regionis penè medio. Mox Perſepolis caput quondam regni multis annis illuſtris, refertáque orbis terrarum ſpolijs, quam Alexander Macedo mero incalens, iuſſione Thaidis meretriculæ uino temulentæ incendit, nam ipſe met inſtabili ueſtigio urbi primum facem ſubijcit: Cuius excidium deſcribens Curtius inquit: Hunc exitũ habuit regia totius orientis: unde tot gentes antea iura petebant: patria tot regum, unicus quondam Græciæ terror, molitam decem mil. nauium claſſem, & exercitus quibus Europa inundata eſt, contabulato mari molibus perfoſſisq́ montib. in quorum ſpecus, fretum immiſſum eſt, Cuius urbis ueſtigia non inuenirentur, niſi Araxes amnis oſtenderet, haud enim procul mœnibus fluxerat, inde ipſam fuiſſe duobus mille & quingentis paſſibus diſtantem credunt magis quam ſciunt incolæ. Poſt eam Niſerga, Syctáque Syras nunc octodecim millia paſſuum ambitu, haud populo frequens. Item Arbua ciuitas, Cotamba, Poticara, Ardia quoque urbs inſignis, Cauphiaca, Batthinaq́ magorum oppidum translatum à Dario rege ad montes. Item Cinna, Parodana, Tepa, Tragonica etiam ciuitas, Mætona Chorodna, & Corra uicus, Gabra, & Orobatis ciuitas, Taoca, & Parta, Mammida, Vzia, Gabe, & Paſarracha, uel Paſargada caſtellum, urbs quondã ubi antiqua regum ſedes, quam Cyrum cõdidiſſe atq́ in honore habuiſſe ferunt, quod ibi Haſtyagem Medum ultimo prælio ſuperauit, & Aſiæ imperium in ſe tranſtulit. Neque ſolum uictoriæ ſuæ monimento eam ornauit, uerum pro Paſargada à Cyro amne deinceps Cyram nuncupari uoluit: ad laxartum amnem poſita ad extremam Perſidis, quam Alexander euertit. Huius Cyri ſepulturam hoc in loco Alexander in hortis uidit, turrim non ſané magnam, arborum denſitate occultam, Quem

quidam

quidam ſimplici apparatu, quidam regio ac ſumptuoſo conditum ferũt. In cuius ſepultura, ait Ariſtobolus, huiuſmodi epigramma inſculptum fuiſſe. O homo ego Cyrus ſum Aſiæ rex qui Perſarum imperium conſtitui, ne igitur mihi ſepulturã inuideas. Onexicritus aliud recitat dic〈en〉s. Cyrus ego regum rex olim, conditus hic ſum. Poſt aũt dictum caſtellũ in extremis finibus Laodicea urbs ab Antiocho condita eſt. Et quoniam Perſicus ſinus à prouincia ipſa appellatus ut paulo ante diximus: Irrũpit litus Rubrum mare, idq́ in ſinum laxatũ, longe refugientes occupat terras forma penè quadrilatera ab occaſu in ortum oblonga, Licet Plinius ſitum eius humani capitis effigie dicat: ſimiliter Mella: ipſe circuitu colligit nõ minus quinquies uicies centena millia paſſuum cuius oſtium Azamium mare priſci uocauerunt quinque millia paſſuum latitudine, quidam quatuor mil. paſſ. Ptolemæus uerò multo amplius: Quod non ſolum fretum, uerũ etiam totum ſinum accolæ nunc Azamium appellãt, quemadmodum & Prouinciam Azamiam à iunioribus nominari diximus. In hoc ſinu coralium gignitur, ſed nigrius: etiam margaritæ non obſcuræ, præcipuè circa Arabiæ & Carmaniæ oram.

Parthiæ prouinciæ ſitus.

PArthia prouincia ex hoc dicta: quod Scythæ exules eam occupantes, de ſuo nomine Parthiam uocauere. Quibus ſermo ex Scythico & Medico commixtus eſt: Qui ut ait Trogus domeſticis ſeditionibus Scythia pulſi, ſolitudines hoc loco diuerſis nationibus conterminas furtim occupauere, Non multa tum, nemoroſa & montana atque inops: poſtea uerò aucta eſt: nã Cameſena, atq́ Chorina & tota ferè regio uſq́ ad Caſpias portas, & Aragos & Tapyros, quæ prius Medorum erant, Parthorum ſunt. Verum Parthiam temporibus noſtris Charaſen, à metropoli in ea Charas, barbari dicunt: quo nomine, in generali appellatione Zagathea includitur: ſiquidem Zagathea gens ex Scythia in hanc plagã profuſa multa ui, longè lateq́ obtinuerunt: dominatur enim hoc nomen Parthiæ margine Bactanæ, Sogdianæ, Saccarũq́ regionibus ad orientẽ. Parthia altiſsimis undiq́ montium iugis uallatur, quare aditus uix peditibus acceſſibiles præbentur: Sed iter à Medis latum magis atq́ equitibus maxime peruium. Terra (licet campos æſtus infeſtet) omnia fert, & magnas arbores gignit præter quam oleam: Eſt & fluminibus irrigua Niphate præſertim quod Choadres à quibuſdã dicitur. Gens ignobilis prius, dein caput omnium qui poſt Euphratem & Tigrim amnes, Rubro mari terminantur, extitere, & uelut cum Romanis diuiſione orbis facta orientis imperium occupauerunt: bellicoſi enim ſunt. Pugnant procurrentib. equis aut terga dantibus ſæpe etiam fugam ſimulant, ut incautiores aduerſum uulnera inſequentes habeant: unde Maro:

Fidentemq́ fuga Parthum uerſiſq́ ſagittis. Et Lucanus:

Et miſſa

Et miſſa Parthi poſt terga ſagitta.

Et item alij.

Sed plerumq; in ipſo ardore certaminis prælia deſerunt: carne non niſi uenatibus quæſita ueſcuntur, etiam locuſtæ in cibo gratæ ſunt, maxima enim earũ apud eos per æſtatẽ nebula ſpargitur, quib. propter indiſcretos cibos ora fœtent. Equis omni tempore uectãtur, illis bella, illis conuiuia, illis P. ac priuata officia obeunt, ſupra illos ire, conſiſtere, mercari, colloqui, hoc deniq; diſcrimen inter ſeruos ac liberos eſt, quod ſerui pedibus liberi non niſi equis incedunt, apud quos nulla delicta adulterio grauius uindicantur, Sepultura uulgo aut auium, aut canum laniatus eſt, nuda demum oſſa terra obruũt: hæc Trogus. Terminatur Parthia his finibus. A ſeptentrione Hyrcania in Coroni montis tractu cuius à meridiano latere non pluit, ideo ſyluigeri ab aquilonis tantum ſunt parte. Ab occaſu orientalibus Medorum cautibus. Ab ortu ſolis Aria propter Maſdoranũ montem: A meridie deſerta Carmania iuxta Parchoathrã montem: Cuius ſeptentrionalia regio Camaſena occupat: & ſub ea Parthyæna, ab incolis nũc Thaparſtan, quam initio barbari (quum iſthuc proficiſcerentur) occupauerunt, Vbi pomorum ingens modus naſcitur, & uberrimum gignendis uuis ſolum uinum tamen ex palmis ut plurimum exprimũt. frequensq; arbor faciem quercus gerens, cuius folia multo melle tinguntur, ſed ſi ſolis ortum ipſi non præuenerunt, uel modico tempore ſuccus extinguitur. Via ex hac regione in Hyrcaniam uallis eſt, duobus mil. & quingentis paſſibus natura difficilis: reliquum autem uallis (perpetua enim eſt) ad mare uſq; Caſpium patet, In ea nemus præaltis denſiſq; arboribus quod Rhobetis amnis ex ipſis montium radicibus corriuatus perfundit, tria primo ſtadia in longitudinem uniuerſum fluere, ut Curtius ſcribit, qui deinde ſaxo repercuſſus, duo itinera uelut diſpenſatis aquis aperit, inde ut torrens, & ſaxorum per quæ incurrit aſperitate uiolentior, terra præceps ſubijt, per triginta octo ferè conditus labitur: rurſusq; uelut ex alio fonte conceptus editur, & nouum alucum intendit, priore ſui parte ſpecioſior, Quippe in latitudinem miliarij unius ac ſemis effunditur, rurſusq; uelut anguſtiorib. cohercitus ripis iter cogit, tandem in alterum amnem cadit, cui Rhidagno nomen eſt. Poſtea Chorina regio eſt amœniſs. ad orientem prouinciæ, quæ hodie Balacſan uel Balaſſia ab incolis dicitur, in qua Balach ciuitas eſt, unde illi eſt nomen, appellatur etiam à barbaris ipſis Zagathea: ex hac parte Carbunculus lapillus colore tenui, quem iſti balaſium uocãt, deffertur. Eſt et Parthayticena. Poſt quam iuxta Carmaniam Tabiena: Penes quam Sobidæ gentes ſunt. Ad occaſum uerò Choara florentiſs. terra, in qua urbes Cauliope, & alia Iſſatis in rupe Medorum quondam: reliquæ autem ciuitates ſunt, Oenunia: Caripraca, Suphtha, Ambrodax, Rhoara, Caraciana, & Hecatompylon, id eſt, centum portarũ urbs in monte Aparortheno

theno condita, Deinde ab Arſace Parthorum rege nomen ei Charas impoſitum, loco ut neq; munitius quicquam eſſe, neque amœnius poſſet, Ita enim & præruptis rupibus undiq; cingitur, ut tutela loci nullis defenſoribus egeat: & ſoli circumadiacentis tanta ubertas, ut proprijs opibus expleatur, fontium ac ſyluarum ea copia eſt, ut & aquarum abundantia irrigetur, Ex quo ea tempeſtate regia clariſsima apud eas gẽtes habita eſt, quę adhuc uiget, Charasq; nominatur. Poſt quam Dordomana, Parbara, & Myſia oppidum loco difficili ſitum. Mox Sindaga, & Charax, id eſt, uallum oppidum puſillum in colle ſitum. A quo paulo Semina, & Maricha pagi ſunt habitationibus frequentes. Item Taſtacha, Harmiana, & Aſpa urbs, loco mœnibus foſſisq; munita, niſi quod mœnia non ſaxo, ſed cratibus iunctis ac modica humo, aduerſum irrumpentes inualida. Dein Apamia urbs. Poſtea Simpſimida, Choana, Appha, Paſacartia, Rhudaq;. Dein Artaca ſiue Artachana oppidum, & aliud Rhagga. Præterea multi uici ſunt, ſed ignobiles.

Carmaniæ deſertæ ſitus.

Carmania deſerta eſt, quæ ſic ad hoc tempus apud barbaras gentes appellatur, nam illi Charman dicunt. Deſerta quia in ea oppida nulla ſunt, pagatim enim habitãt, idq; raro, ſoli mailgnitate, & aëris intemperie, æſtuoſa uehementer eſt quippe plana tota: Qui eam colunt pecuarij omnes ſunt, carne lacteq; uitam ducẽtes, inopes, & qui paſſim cum fœminis nullo matrimonij uinculo aſtricti concumbant, Liberi neque patres, neque ipſi liberos recognoſcentes, nudi ferè maiori anni parte incedentes: quorum pars maior in ſyluis ac nemoribus uiuunt, quæ ut plurimum amœna ſunt, animãtisq; copioſa: quibus hoc unum eſt malum quod à ſerpentibus (quorum magna uis, diuerſaq; genera ſunt) infeſtantur. In hac ad orientalem partem regio eſt quæ Medomaſtica appellatur, in qua maſtix lachryma abundat, unde loci nomen. Terminatur à ſeptentrione Parthia iuxta Parchoathram montem: Ab occaſu Perſidis parte ſecundum Medum amnem: Ab ortu ſolis Aria ad ſaltus inuios: A meridie Carmania altera penes montana ac ingentia quædam nemora. Quæ de regione habentur, hæc ſunt.

GEOGRAPHIAE Commentarius VI. Aſiæ, in quo Arabia Felix continetur, & Carmania altera cum adiacentibus inſulis.

ARabia felix regio, priſcum adhuc nomen retinet, nam Arab illi dicunt. Quam in duas partes diuiditur: quarum altera Sabea dicitur à Saba ciuitate, quæ & regio auſtri nuncupatur: altera Hagees in qua Gidde Indicarũ mercium portus. Sabea uerò odorũ fertilitate cãtatiſſima, ex quo illi cognomentũ eſt, nam Græci eudemonem dicũt, id eſt, felicẽ, Plinius quũ de Cardamõmo ſcriberet, cinnamomo gentilitas proxima erat inquit, ubi prius Arabiæ diuitias indicari conueniret cauſasq;, quæ cognomẽ illi felicis ac beatæ dedere, ſiquidẽ thus myrram principaliter (præter reliqua fragrãtia quæ creat plurima) fert: Lapides quoq; colore uario, tum ſplendore admodũ lucido cryſtallo ſimiles, non quod à frigore quemadmodum illud congelatur ſed intenſi caloris ui: ſimiliter lapillos alios prçclariſsimos. Nec minus mare quo cingitur Arabico Perſicoq; atque Rubro, inter quæ ipſa in peninſulæ modum iacet. Ex illo namque margaritæ piſcantur: Quibus gentiumq; copia, & amplitudine, regionibus cçteris nequaquam poſtponẽda eſt. qua felicitate minime priori æuo uſos fuiſſe legimus, nam quum Arebes meminiſſet Strabo, poſtquã illos mendaciſſ. appellaſſet, ait Arabia quę hac tempeſtate felix appellatur illis temporibus minime locuples erat, quando & ipſa admodũ erat egena, cuius ciuitas fuit hominum in tentorijs degentium, Scenitarũ ſcilicet pars ipſius rara ferens aromata: unde regio uocabulũ cõſecuta eſt, quare talium penes nos rerum pondus & rarũ, & precioſum eſt. Hac quidem ætate ubertatẽ habet, et diteſcunt, quũ frequẽs & copioſa mercatura facta ſit. Sed ea pars, quæ ad Æthiopiam ſpectat fertilis magis, pluribusq; uicis ac urbibus nobilitatur, quarũ nonnullæ regiæ ſunt & opulentæ: quæ uero ad humanũ uſum minus aptior uidetur, bona pecori eſt, ubi nationes plurimæ paſtoralem uitam agunt: Quod ut ait Homerus:

Ter pecudum fœtus largum funduntur in annum.

Prçterea feras uarias producit, ea prçſertim parte quæ alijs duab. Arabijs iuncta eſt, nam & leones, & pardos, & tigres nutrit, etiam elephantorum greges & camelorũ: Sed & boum ouium latiſsimas pinguesq; caudas habentium: quamuis toto oriente huiuſmodi boues atq; oues paſcãtur. Per hanc terrã flumina decurrunt, quorũ alia lacus efficiunt, alia cãpos rigãt, etiam æſtiuis imbribus tactos, quo fertiliores redduntur, bis eos ſerũt, ſi-

cūt & India, ubi præcipue lini magna copia. Arabes omnes communi uocabulo poëta Erembos uocat: ut,

Æthiopasq́ redij: tum Sidonios, & Erembos.

Id eſt Arabes. Qui & moribus uiuunt & cultibus plurimis mitrati, intonſo crine, barba abraditur præter quam in ſuperiori labro: alijs & hæc intonſa. In uniuerſum gentes ditiſſimæ: apud quas maxime opes Rom. Parthorumq́ ſubſident, uendentes, quæ e mari, aut ſyluis capiunt, nihilq́ inuicem redimentes: omnes lacte & ferina carne camelorum præſertim ueſcentes. Hæc regio præter ſeptentrionale latus, quod duabus Arabijs Petreæ, Deſertęq́ iungitur, undecunq́ circundatur mari: haud minus tricies centenis ac quingentis mil. paſſibus præternauigatione: Ab occaſu (ut paulo ante) Arabico: Ab ortu Perſico: A meridie Rubro. In Arabico itaque mari hoc eſt in eius intima poſt Petream, Elaniticus panditur ſinus, in quo Elanitæ qui nomen ei dedere, Quorum modico ſupra mare Hagra regia Elanitica, uel ut alij Leanitica (nam & ipſum ſinum Leanitem nonnulli ſcribunt) quidam Alaniticum, Lemniticumq́. Et in locis ubi Hagra, Homerus Nyſam urbem in excelſo mõte ac florido ſitam uidetur uelle. In fronte huius ſinus inſulę quædam paruæ ſunt, quas qui inhabitant eos qui ex Ægypto nauigant prædari ſolent. Poſt Elanitas, ad mare Thamyditæ habitant, in quibus Poſidium oppidum eſt, cui continuũ eſſe palmetũ quodda͂ aquis abunda͂s, & in magno honore apud eos haberi, propterea quod tota circumſtans regio æſtiuoſa ſit & arida, & umbrarum expers, Vbi cuſtodes propter ferarum multitudinem in tugurijs factis ſuper arboribus dormiunt, qui ex palmulis uictum ducunt. Dein Onna, & Modiana oppida: contra quæ inſula Dia eſt. Item Hippos mõs longe ex mediterraneo procurrens, Cui haud in mari procul inſulę tres obiacent Æni uocitatę, deſertæ, oleis Æthiopicis abundantes noſtris diſsimilibus, quarum lachryma medicam uim habet, Mox Sidini homines uenatores, apud quos Hippos uicus in ſinu anguſti oris poſitus eſt: locus ab equis dictus, eò quòd ibi pulchriores naſcũtur. Dein Darræ ſunt in quibus Phœnicum pagus, quorum litus omne lapidoſum præterit, nauigatu difficile centum & triginta mil. paſſuum ferè, portuum & iaciendarum anchorarum inopia, mons enim altus & præceps oræ imminet, cuius ima ſpeluncis crebris excauata uſque ad mare, quæ ad euitandam tempeſtatem nonnunquam perutiles ſunt. Poſtea Thanubari, qui Rhaunati uicum habent, Cherſoneſusq́ Poſt eam ſinus eſt aſperis quibuſdam ſcopulis implicitus. Contra autem Cherſoneſum inſula quæ Timagenis dicitur. Protinus in litore ſunt cumuli harenæ nigerrimę tres ualde exceſi: Poſt ex altero Cherſoneſi latere Charmotas portus duodecim mil. paſſ. ferè ambitu, ingreſſu modico ſcaphæ etiam periculoſo, in quem flumen emittit, in cuius medio inſula iacet arboribus plena & cultui apta: Item Arſæ populi in quibus Lambia uicus: Cui

Zigæna opponitur inſula. Vltra has gentes Cinędocolpitarum regio, ab impudẽtia canina dicta circa Colpum eiuſdem nominis poſita, qui etiam Dębæ uocantur, quorum alÿ nomades ſunt, aliÿ agricultores, uictum omnes ferè ex camelis ducẽtes nam eorũ carne & lacte nutriuntur. prętereos, qui loca iuxta mare habitant, quib. ſunt. Zabra regia in ſinu ſita. Mox Copar uicus, cui Dæmonũ inſula obiacet, Ad cuius meridiẽ ſcopuli ſunt Polybÿ nomine, id eſt, multæ uitæ, nam ibi homines tardè moriuntur. Et ad orientem iuxta litus (illa enim magis in pelagus eſt) alia quæ Hieracum appellatur ab accipitrũ copia, ex quib. illi ſacrificium dÿs peragunt. In continenti uerò Arga, & Celtos pagi, & ciuitas Thebæ. Inde Bætius amnis in mare exit procul orientẽ uerſus è mõte qui Zames appellatur exortus per ingentes harenas ac uarias nationes huc deuoluitur, auri ſtrigilẽ deferens. Vltra hunc Caſſanitorũ regio eſt, cuius ad mare Bedeo oppidũ regium, et Amba ciuitas, & Mamala uicus, & alter poſt eum Adedum nomine, nũc Addem inclyto impoſitus portui: Cæterũ Caſſanitæ homines mitis ingenÿ ſunt, temperatã terram habentes, quibus aqua & imbres affatim ſuppeditant, apud quos glebulæ quædã auri effodiuntur. Dehinc Eleſara regiũcula eſt, in qua apud mare Pudini ciuitas: Cuius è regione Socratis inſula eſt, & altera ad auſtrũ Cardamina, Cui proxima Ara ſcopulus potius quã inſula. Sub quib. Combuſta ab effectu dicta, nã æſtuoſa eſt, magna ſatis. Rurſus in litore Ælu pagus, & alius Napeſis, & Sacatia ciuitas, & Muza, ſeu Muzira thuris odorumq; Arabicorũ emporiũ. Vbi & portus eodem nomine, quem Indica nauigatio nõ petit, propterea quod longe à terra nauium ſtatio abeſt: Nam contra hoc litus quædã inſulæ ſunt, in quib. pecora omnia alba, ad has mercatores appellũt (habitationib. enim frequentes ſunt) qui ultro citroq; ſcaphis ad emporiũ feruntur. Poſtea Hydrias locus quẽ piratæ obtinent. Hinc eſt Soſipti portus, quẽ Bachare Plinius uocat, utilis ad Indicã nauigationem, idcirco à Græcis Neachridon quaſi reductio nauium ſub promontorio: Cui nõ procul in mari duæ obiacent inſulę haud magnę portus nomine, in quarũ altera myrrha naſcit̃. Et intus oppidũ Moduſal. Item Pſeudocelis locus, id eſt falſa Ocelis, nam ſimilitudinẽ ad Ocelẽ ſequentẽ urbẽ habet. Eſt Ocelis emporiũ & Arabiæ portus, nunc Zidem ab incolis, unde Indiã petentib. egredi tutiſſimũ eſt: non ita è Muzira propter uicinos piratas. Sunt enim in conſpectu inſulæ duę Malichi nomine, quib. ad auſtrũ ſimiliter alię duæ neq; procul Adem dictę latronum domicilia. Poſtmodũ in litore Palindromos promontoriũ, id eſt, recurſus quod Acilam quidam uocant, Ex aduerſo Derę Æthiopicũ promontorium, ubi mare anguſtiſs. fit, portaq; qua Rubrum mare in Arabicum ſinum ſe profundit: A qua haud procul promontorium aliud eſt Poſidium nomine, mari Rubro ſtatim poſt dictum fretum imminens. Inde nauiganti Sanina ciuitas occurrit, & Cabubathra mons altiſsimus longo

ex interiori tractu huc prodiens. Poſtea Homeritorum, id eſt, cæcutientium qui niſi prope oculos uident, regio magna ſane, totam quippe auſtralem Arabiæ oram occupat, Quæ fertiles habet agros, in quibus palmarũ copia ingens ac pecorum greges: Ciuitates uerò ſunt Madoca, & Mardacha, & Lees uicus: Item Amomnium, id eſt harenoſum. Et Arabia emporium, cui duæ ſunt inſulæ Agathoclei nomine, id eſt, pręſtantis glorię: Inter quas ac Dioſcoridem, tres aliæ anguſto diſcretæ freto quæ Cocconati appellantur: item Topazium inſulam à continente, circiter quadraginta millia paſſuum abeſſe, nebuloſam, & ideo quæſitam ſępe à nauigantibus, topazium enim troglodítarum lingua ſignificationem habere quærendi ait Plinius. In qua primum Topazium à Troglodytis inuentam eſſe quidam uolunt unde nomen gemmæ, Non autem in Cithis inſula Æthiopię, ut alij perhibẽt, licet in ea deinde repertus ſit. Iuxta Topaziũ inſulam alia eſt in qua myrrhina lapis naſcitur. In mari uerò corallium gignitur, ſed nigrius. Verum in continente poſt emporium, Agmanipha pagus. Et Melas mons ab effectu quum niger ſit, qui uaſto iugo per harenas ſpatioſiſsimas hic ſiſtit. Dein Abiſama ciuitas. Et poſt eam Magnũ litus, nam multis mil. paſſ. deſertum riparum aſperitate eſt: & in extrema eius parte Mada uicus. & Eriſtha ciuitas in ſinu, ac inde Paruum litus uocitatum. Cana emporium ad eiuſdem nominis promontoriũ ſitum. Trulla portus, Macthath pagus pergrandis & Prionotus mons, id eſt ſecans notum, nam eo flatu uehementer incutitur, adeò ut hinc atq; hinc diuiſus uentus in mediterranea prorumpẽs pro duob. ab incolis putatur, excelſiſsimus enim eſt, multum ex agris comprehendens in cunei formã ad mare procumbens: Penes quem Prionis amnis in mare it. Mox Embolum uicus. Tretos portus. Saudata uel Saborta Aſchamitæ gentis metropolis in ſinu nonaginta quatuor mil. paſſ. ambitu odoriferis referto inſulis: Cui Dioſcoridis inſula, quæ Sicuthera nunc dicitur, obiecta eſt centum mil. paſſ. à continenti: longa circiter centum et octoginta, circuitu uerò millibus ſexcẽtis: In ea qua parte ad auſtrum uergit ciuitas eiuſdem nominis eſt in radice promõtorij Treta nomine, iuxta mare ſita, in qua Aloës Secutherinum. Ad cuius meridiẽ duæ iacent inſulæ, haud amplius quinq; mil. paſſ. interuallo: quarum alteram uiri, alteram mulieres inhabitant, inuicem nunc uiri ad mulieres, nunc illæ ad uiros commeantes. Poſt in continente Thialemath uicus populoſiſsimus. Inde Moſcha portus, & Syagri montis extrema: Hactenus Homeritorum maritima: Interius uerò Saba regia, & uici Deua, Socchor, Maccala, Bana, Dela, Sachla, Cuaq;. Et poſt Syagrum montem contra orientem ſolem ſpacioſus aperitur ſinus Sychalitis nomine à regione. In quo Sychalitæ Colymbeſes cognomine, id eſt natatores, ſuper utribus nauigant piraticam exercentes. In quibus penes mare Metaccũ pagus eſt, & Auſara ciuitas, & Anga, Aſtoa pagi, & Neogilla nauale, ubi Hormanus flu-

nus fluuius in mare uadit: Hinc ſtatim montes attolluntur Didymi: Contra quos in mari ſeptem inſulæ ſunt, Cenobij nomine, penè contiguæ, ita appellatæ, quia earum incolæ in commune uiuunt. Et alia Girgis ſiue Ogyris in qua ingens tumulus ſyluestribus palmis conſitus, quod Erythræ regis monumentum eſſe incolæ ferunt, quo magis quàm aliæ clara habetur. Mox Coſeuda ciuitas, & locus qui Vaticinium Dianæ dicitur: Contra in mari procul Organa inſula, Inde Abiſſaga ciuitas. A qua paulo Cynos, id eſt, canis fluuius. Et Corodamum promontorium in mare prominet, ſinus alterum cornu: Hinc anguſtiæ Perſici ſinus patent: Quibus è regione in mari procul admodum Serapidis inſula eſt, in qua eiuſdē dei phanū: Quæ anguſtiæ ad læuam cautib. ac ſyluis maxime exaſperantur, ubi Cryptos portus, & Melanes mōtes, id eſt nigri, Aſaborum dicti. habitantur enim ab Aſabis hominibus quorum promontorium in faucibus Perſici maris exilit: Cuius exaduerſo Arathos inſula, à quibuſdam Aradus, ex qua ſimiliter profecti qui Arados inſulam in litorib. Syriæ condiderūt, in qua præaltus mons Neptuno ſacer. Poſt igitur mōtes litus extenditur, ſeptentrionē ſpectans, q̄d initio Ichthiophagi tenent, ex piſcib. uiuentes, ut uocabulum indicat, Quibus deformes ac uiliſſimæ caſæ ſunt: Contra iſtorum litus inſula eſt Tylus à nonnullis Tyrus, ea eſt unde Phœnices colonias in Syriam duxiſſe meminimus, ex quo celeberrima eſt cum populo eiuſdem nominis: Naſcitur in ea palma, olea, uitis, ficus, & aliorum pomorum arbores, & quæ fructus inguſtabiles ferunt: lanigeræ quoque & quæ folia nunquam decidant, Idq; fieri aqua ex fontibus qua omnia rigantur, magisq; quàm cœleſtē prodeſſe, nam & imbrem inſula recipit; Circa quā in mari plurimę margaritę, atq; arborum tanta multitudo, ut ampliſſ. nemoribus comprehenſa, mare intuentibus appareat. Poſt autem Ichthiophagorum litus, reliquū Macæ, Auariti, Ægæi, Gerræi, Thæmi, Læaniti, & Abuſei habitant: in Macis Rhegama ciuitas. Et poſt eam promontoria Soli ſacra. Mox flumen Lar in mare exit, longe in montibus exortus. Vltra autem flumen ad occaſum inſula eſt Tharo uel Baros haud à litore multum. In Anaritis Capſina ciuitas in ſinu eiuſdem nominis quem accolunt Gaulopes & Chatei. Dein Cannana deſerta, Iſtis in locis uoraginoſum litus eſt. Et in Ægæis, Sarcoa, & Carada ſiue Caraca ciuitates, & Atta uicus. In Gerræis uerò Magindanapa, & Gerra in interiore ſinu Gerranicus nomine, ipſa amplitudinis eſt quinq; mil. paſſ. quā Chaldęi à Babylonia profugi tenent, tota penè ex ſalis molibus extructa, quare opus eſt crebro parietes aqua aſpergere, ne ardore ſolis exeſi corruant, Solum enim quo iacet ſalſum eſt, eam Ptolemæus hic ad mare ponit, Strabo uerò à litore uiginti quinque millia paſſuum in mediterraneo locauit, ad quam pedeſtri itinere Arabum merces et aromata deferuntur, ac inde in Babyloniam ratibus ac per Euphratem ad uſque Thapſum: unde in diuerſa conuehuntur. Contra

Gerranicum

Gerranicum ſinum longè in mari inſula eſt Ichara nomine in qua Apollinis templum, & Tauropolæ Dianę oraculum quondam extiterat. Quod ait Dionyſius:

Perſius inde ſinus penetratur & Icharon offert
Inſula quæ fertur nimium placare Dianam.

Poſt autem Gerram, ciuitas Bilbana eſt. In Thæmis, in ſinu Magorum Iathar & Iſtriana ciuitates. Et in Læantinis, Malada iuxta promontorium Cherſoneſum, unde Læanitis curuatur ſinus, & in eo Itamos portus à quo paulo Adari oppidū eſt, ultimo uerò loco in Abuceis Coramanis ciuitas in ſinu qui ſacer appellatur Meſaniti Arabiæ deſertæ proximus, ubi in mari Apphana inſula iacet. Hæc de litoralib. regionis huius. Introrſus uerò à mari gentes inter cęteras quatuor maximę ſunt: Aminei, Sabęi, Cattabanenſes, & Chatramonitæ, Earū quæq; ſub ſuo principe eſt, & felices ſunt, Quas omnes ſuo ordine ſi à ſeptentrionalibus incipiemus, auſtrum uerſus deſcendentes cognoſcemus: Loca itaq; iuxta montana quæ ad arcticum uergunt ferè in totum Scenetæ ſunt (ſunt & in Aethiopia, ut ibi meminimus) nomen ex eo ducentes quod in tentorijs cilicinis habitāt, textis ſcilicet ex caprarum pilis, neque habitacula alia habent, in locis harenoſis ſterilibusq; degentes, ubi palmæ, etſi non multæ ſunt, & aquæ foſſiles, terra enim aquarum indiga eſt, qui agriculturam aut parum, aut nihil exercent, Paſcua omnis generis pecorum, præſertim camelorum optima habent; ſub quibus apud Elanitas uici ſunt Aramaba, Macna, Madiama, Ancala, Oſtama. Poſt ad ortum magis uſque mare Perſicum ſub eadem montana Oaditæ ſunt, in quibus uici Aina, Lugana, Geſa. Sub quibus omnibus Saraceni & Thamydeni, in Saracenis uerò ab occaſu nō procul à mari Gariudi habitant (eſt enim Saracenorum numeroſum genus, & in quibus populi alij diuerſorum uocabulorum comprehendūtur) Vbi Maranitæ prius, quos ad unum dolo illi interemerunt, qui uicos habent Achrona, Obraca, Thapana, Satula: Pharatha, Rhadi, & Gea ciuitas: Apud hos campus eſt aquis & arboribus abundans, nec non animantibus diuerſis, ut camelis, ceruis, damis, mulisq; ſylueſtribus ac leonibus, pardis & lupis. Et uſq; Zametam montem ab occaſu Nepetæi, & Athritæ frugum pauperes neq; niſi myrrha noti. In quib. pagi Laba ac Thæma ſunt, & apud ipſum montem Mæſamones, id eſt, in medijs harenis & Vdeni. Apud quos Soaca, Badais, Auſaraq; cuius in agro myrrha naſcitur & Negran oppidum, quod Aelius Gallus diruit qui ſolus in hanc terram arma intulit. Ab oriente uerò Læceni, & Aſapeni, & ſub Nepetęis Manitę. Inde ad aurorā Allapeni, in his uici Salina, Ara, Digima, Saphtha, Phigiaq;. Et iuxta Cinædocolpitas, Malichæ. Et ſub Manitis, Smyrnophoros quorū ager myrrhā fert, unde illis nomen, & ciuitates Alata, & Mochura, quæ nūc Meccha ab

incolis dicitur, ubi Macchometi, dei gentium earum celeberrimum fanũ, ad cuius ſolemnia ſingulis annis uirorum mulierumq; maxima multitudo (ſupra enim quinquaginta millia agmen complet, quod illi Caroanam uocant) ex uniuerſa pene Aphrica, magnáque Aſię parte. Alij uota ut ſoluant, alij mercaturæ gratia contendunt. Præter quippe ſacra forum ibi rerum uenalium ſumptuoſiſs. ac nobiliſſimum, Indicis præſertim mercib. celebratur. Hinc ad Amineos ex quatuor maximis gentibus unam deſcēdimus, qui à rege Cretę dicti ſunt, quod ait Plinius: quorũ maxima ciuitas Carna: Item uici Thumna, Aluara ad montem quendam, Salma, Ibari, Palbinum, Latrippa, Biabannaq;. Poſt quos uerſus minores gentes ad ortum (Aminei enim ad occaſum uergunt neque ut Plinius maris accolæ, ſi Ptolemæo credimus) Doreni, & Macritæ ſunt uſque ad ſinum Perſicum: In quibus Gorda pagus apud Zametam montem, & Ibirtha, & Marata, oppidum nõ ſpernendum. Et ſub Amineis, Sabæi quorum regio Thurifera Sabæa appellatur, hoc ſignificare Græci myſterium dicunt, in quibus Saba pagus & Sabotha metropolis ſupra excelſum montem ſita, Apud quos gignitur thus, myrrha, Caſſia, Cinnamomum, & balſamum, & aliæ quædam herbæ ualde odoratæ: Item palmas habet, & calamum, & nardum: Vnde Plinius Sabæos ditiſsimos ſyluarum fertilitate odorifera. Similiter & Manlius in carminibus ſuis quum de hac regione ſcriberet:

Nec procul in molles Arabas, terramq; ferentem
Delitias, uariaq; nouos radicis odores.
Item & alij.

Neque ordores tantum ferens, ſed & metalla auri, & mel, & ceram, & alias frugres producit: thuris & myrrhæ arbores in monte & radice montis exeunt, Mons ita altus ut niues accipat, ex eo & amnes manant, quibus aquis agri irrigantur: Præterea ſales quod Poſidonius tradit odoratiſſimi ſunt, Smaragdum quoq; & beryllum in auri uena apud hos gigni: ſed tantis naturæ donis fortuna quædam immiſcuit mala, nam apud odoriferas ſyluas, ſerpentũ infeſta multitudo uerſatur, colore rubicundo, ut Diodorus ſcribit, longitudine palmi qui proſilientes, homines letali morſu occidunt. Præter autem Sabam, Machorabam, & uicos alios habent. ſub quib. gentibus Achitæ uſq; montem Climacam ſunt, magnum ſanè. Sub quo ad meridiē fons eſt, quæ Stygis aqua dicitur, ab inferis uſq; penetrare propter immēſam altitdinē putatur, etiã inſipiditate atq; ordore graui: in quibus Maraſdum, Mechala, Saba, Mibáque pagi ſunt. Item Malangitæ qui iuxta Tamarithros montes ad plagam ſeptentronalem habitãt, iacet mons in parte Perſici maris, apud quos iſti habentur uici Giratha, Catara, Olaphia, Thumata, Inapha. Item & Dacaremæzæ, ſed orientaliores

Malangitis

Malangitis, qui Macocoſmos metropolim habent iuxta Tamarethros montes, Item uicos Irala, & Laberis. Ad quorum montium partem meridionalem Bliulæi, & Omanitæ ſunt, quibus Carman oppidum regium eſt, & alterum Batraſa iuxta litus ſcopuloſum, quod non nauigatur. Quibus orientaliores ſunt Cattabanenſes uſque Aſaborum monttes, hoc eſt, ad Azanium fretum, quibus Tamna regia eſt, Tomanis à quibuſdã, contra celebrem Carmaniæ portum, in quibus etiam thus gignitur, montes aduſtis ſimiles, qui mercaturæ gratia ad anguſtias Arabici ſinus deſcendunt, in quibus præter Tamnam pagi ſunt Latha, Hieracum, & in ripa Laris amnis, Atia, & Tiagar, & Appa longe à flumine ad orientem. Sub quibus Libanophoros ubi Libanus arbor prouenit, ex quo genti nomẽ. Et iuxta Sychalitas Iobaritæ & in ijs Ioba oppidum. Et à tergo Gerreorum Alumeotæ apud quos Maſthala, Domana, & Stata uici ſunt. Poſtea Sophanitæ deceptores interpretati qui Maram metropolim à Romanis duce Gallo dirutam ſex millia paſſuum circuitu, & Amaram pagum iuxta fontem Laris amnis habent. Et Cithebanitę quibus Nagara metropolis eſt, & Medina Sileum, Mariamaq́ uici. Et uſque ad Climacam montẽ Arabanitæ, iſtis Merambis regia eſt, & Tabuba: Quorũ ad occaſum Chatramonitæ ſunt, à Climace uſque Sabæos, qui armis præſtare inter illas gentes dicuntur. In quibus Cabatanum urbs, quæ regio præter cætera aromata myrrhã quoq́ fert, nauigant ad eos mercatores qui ex Elanis Meneam ueniunt in diebus ſeptuaginta. Præterea in ijs Omanum emporium & Agdamũ, Albana, Laththa, & Chargatha pagi. A meridiana uerò parte Climaci Maxouitę, id eſt uiuentes in curribus in quorum terra non niſi Saraca pagus eſt. Poſtea Taſaritæ ſunt, apud quos Draga oppidum in q̃ Phœnix aurea pro deo colitur: Turris quoque Lachera, Hela, & Thabua uici. Et iuxta Homeritas, Sappharitæ, & Rhatinæ in quib. Næpha metropolis apud Prionẽ flumẽ, quã Gallus euertit: & Ara regia, & Saruũ, Madaſara, Gorda, Rhedaq́ uici. Supra quos Maphoritæ, & Aſcitæ iuxta mare Sychalitis contermini uſque ad Syagrum montẽ, In quibus Sapphar metropolis, & Bænum oppidum in collibus Prionoti montis ſitum: Item Marimatha uicus quinque millia paſſuum in circuitu, & Thabana: & ad ſeptentrionem magis iuxta montes Rhabana regia.

Carmaniæ prouinciæ ſitus.

Carmania prouincia ſic adhuc appellatur, nam Charman dicitur, & cognominatur maior, ad differentiam alterius deſertæ, de qua paulo ante diximus: licet huius quoque pars quæ ad mare uergit arboribus deſerta ſit, quæ uerò interius iacet, læta ſatis ac fructifera, nec uitibus caret, quæ ſæpe bicubitalem racemum faciunt. In ea quæ deſerta eſt, quibuſdam locis palma, achantus, & myrica naſcitur.

Sunt

Sunt etiam in regione metalla argenti, æris, ferriq́, & ut ſcribit Plinius montes duos eſſe, alterum arſenici, alterum ſalis. Naſcitur & hic Alabaſtrus cæterorũ approbatiſſimus: & Myrhina, quod quum pluribus locis oriens mittat, pręcipuam tamẽ Carmania, nec non Alabaſtrũ ſynceriorẽ præſtantioremq́ Thebaide Ægyptio, utrobique in rupibus inuijs & gelidis. item grãnatis gemma, quæ etiam locis uicinis naſcitur. & Aſteria quę Indicæ pręfertur. Huius regionis pars quæ Parthiæ Paretacenęq́ coniungitur deſerta eſt. Quarum gentium mores ac ſermonem maxima ex parte Perſarum eſſe, ac Medorum: qui propter equorum inopiam, aſinis in bello plurimum utuntur. Tenet uniuerſam prouinciam genus plane manſuetum: Quorum ſeptentrionalia Cameloboſci, id eſt, paſcentes camelos Sozotæ appellati: & Oritę apud quos letiferis uenenis ſagittas peruſtas illini dicunt, Iſti regionẽ pergrandem incolunt ubi ænea harena, æneæ petræ ſunt, æris & fruſta deferre flumina, quapropter terram auratam, ob æris generoſitatem uocant. Sub quibus Rhudiana gens, & Agdenitis: Poſtea Paræpaphitis: Subinde Aræ uel Arenici ſunt agriculturam exercentes, & Caradræ. Mox Cabadena, & Canthenna regiones: Et ſuprà mare Paſargadæ, qui cæteris præſtantiores habentur. & Chelonophagi, id eſt, teſtudinum commeſtores, non enim alio cibo quàm teſtudinum carne uiuunt, & earum ſuperficie caſas tegunt, Promontorium habitantes ad oſtium Arabis amnis in extrema regionis parte ad aurorã, quamuis circa mare omnes penè Ichthiophagi ſint. Huic litori plures obiacent inſulæ, ſed paruæ humilesq́ nullo neque domeſtiço, neq́ agreſti fructu, & quoniam continuæ penè ſunt, ac iuxta ripas, tranquillum inter eas mare fit, ubi magnus teſtudinum numerus commoratur, maris tempeſtatem fugientes, magnitudine præcipua inter marinas conchas, nauiculis piſcatorijs inuerſis aſpectu ſimiles, quas nando barbari comprehendunt, ubi omnia interiora paruo tempore ad ſolem aduſta commedunt: De quibus atque Ichthiophagis plura à ſcriptoribus Diodoro præſertim traduntur: Nam horum quidam nudi per omnem uitam, uxores ac filios communes habentes, beſtijs ſimiles, hyrſuta omnia facie tenus, q̃ ſola lenis eſt, corijs piſciũ ueſtiti habitacula habentes ad mare iuxta promontoria, Vbi non ſolum profundæ cauernæ, ſed conualles immenſæ exiſtunt. Ea ex oſſib. magnorum piſcium cetorum præcipuè, ac oſtreorum conchis faciunt, quorum carnes aſſatæ ſole conterunt in modum farinæ, ex qua panem conficiunt, toſtosq́ ſole ſupra petras, partim quod frequentius fit crudos edunt, fluuiales aquas ac foſſiles potantes. Habet hæc regio ad ſeptentrionem Carmaniam deſertam iuxta Semiramidis mõtes: Ad orientem Gedroſiam in Perſicis montibus: Ad occaſum partem Perſidis in ripa Medi amnis, inde partem Perſici ſinus qui Carmanicus uocatur: Ad meridiẽ mare Indicũ, circiter 800. ac ſeptuaginta mil. paſſuũ circumnauigatione. Quæ autem

poſt oſtium Medi ſunt, in litore maris Perſici, hęc habentur: Inſula primo haud procul Sigdana: Flumen Dara è Semiramidib. montibus decurrens in mare it. Mox aliud Cathrapus nomine ex medio penè regionis in montibus exortus. Sunt enim montes longè in ſeptentrionem ac meridiem fugientes, à quibus & alij labuntur fluuij: nam poſt Cathrapum, Corius auri ſtrigilem deferēs in mare uadit. Item Achiandana. Et Andanis, non par ui quidem. Dein Saganus, à quo ad Andanium uineæ coluntur & arua. Poſtea Achemenides, ferrum, æs, arſenicum, miniumq́ effodiētes, in quibus Armuza ciuitas: Cui promontorium eodem nomine propinquum eſt ad meridiem, E regione cuius inſula parua eſt à continente duodecim millibus paſſibus diſtans quam Vorochtham antiquitas appellauit, quæ nunc ab ijs incolitur qui olim ex Armuza in continente ab hoſtibus capta fugati ſunt, uocaturq́ amiſſæ urbis nomine, Hormuz à barbaris piſcatione margaritarum inclyta, circa quam pulcherrimæ ac præcipuæ laudis gignuntur, quibus Indicisq́ mercibus in emporium clariſsimū euaſit. Mox promontorium aliud ad auſtrum magis Carpella nomine, Quę promontoria contra Aſaborum Arabiæ montes procurrentia fauces Perſici ſinus artant: Circumflexo autem Carpella orientem uerſus, auſtralis prouinciæ ora Indico mari affuſa, Paragonte proximus ſinu excipitur, qui hodie Colpus de Gugirath à barbaris nauticis dicitur. In quo ſinu Canthatis ciuitas poſita eſt, quam recētiores Collecatiam alij, alij Collechut uocant, emporium inſigne, Contra quod ſed admodum in mari inſula Polla: & altera Caſcandrus deſerta in mari quingentis mille paſſibus. Item ad auroram Carmanna quam Carrandum ſcriptores quidam nominant, inſula cultoribus carens. Et iuxta eam mille paſſibus ad orientem alia eſt quæ Scordis dicitur, quæſtuoſa margaritis. Sunt etiam ante Paragōtem ſinum intimo loco inſulæ quatuor, paruo inter ſe diſcrimine, circa quas marini hidri uicenum cubitorum paſcuntur. Et in eodem litore Agris, Combana, Rhoganaque ciuitates ſunt, Ad quam ultimo loco Salarus flumen in mare cadit, unde Maſin, & Samidaca uici ſunt & Samidacus amnis in mare. Item Tiſa urbs à quibuſdam Stouira dicta, Cui Candriacis fluuius propinquus in mare fertur. Vnde Bagia promontorium exurgit: A quo non longe Cyiza portus, ab altero habens latere Alambatorum promontorium ingens ſanè, quo Paragontis terminatur ſinus. Et paulo poſt Derana pagus apud Cophanta portum. Mox Zoromba fluuius in mare, oſtio difficilis niſi peritis, nauigabilis quippe eſt. Poſtea Badara, & Muſarana uici. Introrſus uerò à mari in ſeptentrionali parte, haud procul à ſinu Perſico, Portoſpana ciuitas Daræ amni appoſita eſt. Dein Carmana gentis caput, magna ſatis ad radicem montis ſita, cui arx ex alta petra imminet. Eſt & Thaſpis oppidum ad Corium amnem ſub iugo aſperi montis ſitum. Nipiſta quoque ciuitas ad eundem montem, Achindana amne

infuſa. Et magis uerſus auſtrum dicto monti Sabis oppidum adiacet, ad quod Andanis fluuius fontes habet. Cui uerſus mare Taruana ciuitas appoſita eſt. A qua ad Azanium fretum Strongylus mons, id eſt, rotundus eminentiſſimus exurgit. Et ad Salarum flumen Alexandria urbs ab Alexandro Macedone in his terris condita ex India redeunte. Mox Troaſca oppidum. Et ad ſeptentrionem Chodda Samadacho amni iuncta in colle ſedens. Ora etiam ciuitas Candriaci fluuio. Et Cophanta cuius portum ad mare diximus.

GEOGRAPHIAE
Commentarius VII. Aſiæ, in quo
Hyrcania, Margiana, Bactriana, Sogdiana, Sacces, Scythiaq́ intra Imaum montem continentur.

HYrcania prouincia eſt, quæ modo à barbaris quibuſdam Girgia uel Corcã dicitur, à quadã ciuitate in ea, ſed à parte qua Auſtriad, id eſt, Straua, & Serrit ciuitates ſunt, Mezandram eam barbari uocãt: terra ualde opulẽta, magna ex parte plana, præclarisq́ urbibus ornata, opulẽtia præcipue lanugine plurima ex qua ſerici panni efficiũtur: nec non in frugibus uino, fico, frumentoq́, non quod in eo excolendo diligentiam ponant, ſed quod cadit ex culmo propter abundantiam fructificat, inq́ arboribus melificatur: Arbores enim in montium conuallibus ſunt ficubus ſimiles, quæ Ochi uocantur, ex quorum folijs, horis matutinis duabus mel defluit: præterea fici multo noſtris dulciores fertilioresq́ utq́ modios 270. ſingulæ arbores ferant Oneſicritus tradit. In ſeptentrionali uerò plaga maxime ſyluoſa eſt, quercu, pinu, & abiecte frequẽs: immanibus feris copioſa, tigribus, pantheris, pardisq́. Hyrcani Scythici populi eſſe uidentur ut ſciptores atteſtantur, quorũ mores probant, uolucribus enim & carnibus ſemiuiuos ſuos proijciunt. Colunt quæ ſupra mare ſunt Maxeræ, & Aſtaueni populi Aſtriadi modo dicti in quib. Straua urbs & ſub eis Chrindi. Poſt quos Arſiti regio eſt Corono mõti proxima. Et ſub Aſtauenis, regio eſt Siracena in Aſtauenis quos Plinius in Parthia eſſe (nam cõfines ſunt) naphtha profluens bituminis liquidi modo. Terminatur Hyrcania Ab occaſu Media: Ab oriente Margiana: A meridie Parthia, Corono interiacente monte: A ſeptentrione Hyrcano mari: cuius litus herbidũ eſſe ac floridum aquarum dulcium humore Eudoxus tradit, Nam quum humile ſit, cauernoſisq́ ſubiectum ripis, flumina ex ſuperioribus rupibus

magna

magna ui decurrētia è ſupercilio iaculatis in mare aquis, litus aſpergine intactum relinquunt, ut etiam exercitui unda tecto peruium ſit, eo tamen humore madens uiriditate ueſtitur. In quo primum poſt Mediam, Saramana ciuitas præclara eſt. Et Maxera fluuius huc per eiuſdē nominis gentē delapſus in mare uadit. Cōtra cuius oſtium Talca uel Tazaga inſula iacet, ſine cultu (ut aiūt) fertilis, & licet multę alię ſint, illis omnib. hęc uulgatior eſt. Mox Socanda urbs, cuius ad orientale latus amnis eodem nomine in mare labitur. Item Oxa flumen litus irrumpit, in quo Hyrcania penes mare terminatur: Quod unà cum oppido, ei circa oſtium appoſito, nunc barbari Deiſtan uocant, ſunt qui Gyhon etiam dicant, auri ramenta deuoluens, In quod Oxia lacus à ſeptentrionali parte intra mōtes collectus exoneratur: grande ſanè flumen, quod alia in curſu recipit, quodq́ regiones nonnullas eo in tractu diſterminat, fontes ſupra Indiā in Caucaſis montibus habens, è quibus præceps in ſeptentrionem per abruptas ualles longo tenore ſerpit, unde ad occaſum flexus recto in mare alueo, pleno gurgite prorumpit. Nunc in mediterraneo: In parte prope Mediam, Sarta urbs eſt, cui ad orientem Amarna oppidum: Et in ulteriore ripa Maxeræ amnis Abarbina, & Aſmurna oppida introrſus admodum. Item uerſus mare Baranga, Adrapſa. Et ad fontem Socandæ fluminis Sorba ciuitas. Cui ad auſtrum Hyrcana metropolis à nomine regionis appellata ſub qua (in petra enim munitiſſima à natura iacet) amnis eiuſdem nominis præfluens in Maxeram inter dicta oppida quæ in eius ripa ſunt, influit. Huic ad orientem Caſapa, & ſub his Mæſaca, & Sinica oppida locis difficillimis poſita ſunt.

Margianæ prouinciæ ſitus.

MArgiana prouincia ſequitur, quam hęc ætas Tartaram Zagatheam uocat. Ampla ſatis terra, uerū magna ex parte deſerta iacet, præter quæ fluuijs uicina ſunt, Ario ſcilicet atque Margo, reliquum harenis ſpacioſiſsimis ſquallet: Sed quæ habitatur amœna ſunt apricitatis inclytæ: quarū alia montana, alia campeſtria eſſe, Montana Scenetæ incolunt, ſine mœnibus in tentorijs ut uocabulum ſonat degentes: in campis reliqua plebs. Iuxta autem Oxam fluuium (claudit enim prouinciam à parte ſeptentrionali) Derbitæ regionē occupant, quib. mos eſt eos iugulare, qui ſeptuageſimū annum exceſſerint, qui genere proximi ſunt eius carnes abſumunt, anus autem ſtrangulatur, dein ſepeliunt. Sub quibus Maſagetæ, & Aracoti qui Bactrijs occidentem uerſus ad Oxiam adiacēt, Maſagetarum alij montes, alij campos, alij paludes, hoc eſt inſulas, quas efficiunt flumina iucolunt, gens magna ac robuſta, originem à Scythis trahens, Nam & in Sarmatia quam in Scythiæ uocabulo ſcriptores quidam includunt, Maſagetæ etiam ponuntur, quibus omnibus fœminę communes ſunt: Qui montes habitant, agreſtibus fructibus aluntur, paucas oues

habentes, quas minime occidunt, lactis ac lanæ gratia: Qui uerò campos ex ouibus ac piſcibus more Scytharum nomadum uiuunt, non enim aratores ſunt. Qui autem inſulas, quum cæteris careant piſces herbarumq́ radices edunt, ac fructus quos terra ſponte producit: Quibus ueſtis eſt arborum cortex, & phocarum coria è mari prodeuntium, paludes quippe non longè à mari ſunt, nam & in eas facile uentis impellit. Genus autē ſepulturæ idem cū Derbitis, Mores quoq; & uniuerſa uita par Scythis. Poſt itaq; Maſsgetas, Parni uel Sparni ſunt Hyrcanis & eorū mari adiacentes: Et Dacæ crudelitate ab immaniſsimis nihil diſcrepantes, bellicoſiſsima enim natio eſt. Sub quibus eorum deſerta ſunt. Ortum uerſus Tapuri incolunt. Margiana ab occaſu Hyrcaniam habet: Ab ortu ſolis Bactrianam: A ſeptentrione Oxam fluuium: A meridie partem Ariæ, ad Sariphios montes dictis amnibus irrigua, Quorum Margus ingens ſanè, à quo regio nomen habet è Sariphijs decurrens, qui recepto in ſe Ario, in Oxam cadit, uti Ptolemæus uelle uidetur, quidam in Hyrcanum ſinum proprijs aquis euadere dicunt. In prouincia ciuitates ſunt, Ariaca quæ ad orientalem Margi ripam ſita eſt: Et alia in occidentali Sena nomine. Dein Aratha penes eundē ad dextram: Et Argadena urbs campeſtris Hyrcaniam uerſus: Cui ad auſtrum Rhea oppidum ualidiſsimum in ſaxo. Item Iaſonium eidem fluuio appoſita ad leuam ubi amnes cōgrediūtur. Et iuxta fontes Margi Nigæo oppidum in radicibus Sariphiorum montium, loco aſperrimo ſitum. Et ad ſeptentrionem magis Guriana ciuitas. Et Antiochia quæ Margiana cognominatur in campo ſita qui Margianus appellatur, Alexādria prius ab Alexandro Macedone regionis huius amœnitate ad condendam eam inuitato. Quam dirutam à barbaris, Antiochus Seleuci F. eodem loco reſtituit, à quo Seleucia ut ait Plinius, Is tamen maluerat illam Antiochiam appellari nouem millia paſſuum in circuitu quam Margus interfluit: Margianus campus centum ac nonaginta millia paſſuum ambitu eſt, quem Antiochus Soter muro circumdedit, eſt enim locus uites optimas habēs, quarum nonnullos truncos duo uiri uix complecti queunt, racemū duorū cubitorum, benignitum cœli, tum ſoli natura, adeo ut in toto illo tractu, uitibus ſola gaudeat: Quodque mirabilius eſt, centum & ſexaginta millia paſſuum, undiq; uerſum harenis deſertis circumfuſus eſt, in faciem theatralem montibus clauditur, ex quo acceſſus ad eum difficiles fiunt: Circa quem campum Alexander ſex oppida in æditis collibus ædificauit, Duo ad meridiem: quatuor ſpectantia orientem, modicis inter ſe ſtadijs, ut mutuum auxilium præſto haberent ad inuicem.

Bactriana

Bactrianæ prouinciæ ſitus.

BActriana prouincia ex ijs una eſt, quæ hodie in Tartaria Zagathea uulgo connumeratur, Multa quidem & multiplex, nam diuerſa natura eſt, alibi culta, alibi deſerta. Quæ culturæ cedit, præter oleam, cæteras arbores ac uites fert: Similitet frumenti magnã copiam, & armentis pabulum præbet, largis ubiq; fontibus irrigua. Quæ autem cultura uacat ſpacioſiſs. ac nudo ſabulo longe ac latè ſternitur, neque aliter quàm uaſtum æquor ſideribus obſeruatis noctu prætereunt, interdiu enim laxitate camporum, quo iter dirigatur, nulla eſt uia, idq; crebris harenarum motibus, flantibus præſertim ab occidentiali plaga uentis, quo cuncta mutantur, ſæpéque ab ijs inuoluti tranſeuntes necantur: In quibus Cophanti montis uertex noctibus flagrat. In hac homines horridi, hirta ora, intonſiqúe ſunt, raptúque uiuere aſſueti, Quorum mulieres auro lapidibuſque precioſis ornatæ incedunt, minus caſtè uiuentes, tam ſeruis quam conuenis permiſcentes. Apud hos Smaragdis in commiſſuris ſaxorum inueniuntur, proximam laudem Scythis habentes, multo tamen minores, teſijs flantibus terſa tellure nitent, quod ijs uentis harenæ maxime mouentur: naſcuntur etiam hiacynthus & chryſolitus. Fertur Alexandrum in hac regone urbes quaſdam condidiſſe, nonnullas etiam euertiſſe, è quibus fuit Cariata. Septentrionale huius latus iuxta Oxam fluuium tenent gentes nomine Salateræ, & Zariaſpæ penes amnem ſui nominis degentes. Horum ad meridiem ſub Salateris Chomani ſunt, ſub quibus Chomi. Poſtea Acinacæ, & Tambizi. Et ſub Zariaſpis Thochari nomades magnum genus. ſub quibus Marycæi ſiue Mamacæi ualida gens, & Scordæ, & Varni. Et ſub his etiam Sabadij, & Oriliti uel Orſipi, & Anares. Ac regiuncula Bazaria in qua homines uenationibus dediti, ſyluas et ſpecioſa ad hoc nemora eligentes crebris perẽnium aquarum fontibus amœna, quæ muris cingunt, turreſq; habent uenantium receptacula, Quibus incluſi nobilium ferarum greges loco opulentiæ illis ſunt, qui uerò plures habent opulentiores habentur, quod ſcribit Curcius. Terminatur hęc prouincia ab occaſu Margiana iuxta montana: A ſeptentrione atque ortu ſolis Sogdiana ſecundum Oxam fluuium: A meridie Aria Paropaniſo iniecto monte, quem Dionyſius Parpeſſum uocat. Regionem hanc magni quidam percurrunt fluuij, Oxæ ſe coniugentes, In quibus primus ab occaſu Ochus eſt, quem Ariſtobolus dicit, maximum omnium fluuiorum eſſe quos ipſe in Aſia uiderit præter Indicos, eſſeq; nauigabilem, per quem multas Indicas merces in Oxam, ac in Hyrcanum mare deuehi ut in Sarmatia meminimus: Cuius Ochi natura eſt turbidum ſemper eſſe, qui & inſalubris eſt potui, adeo pinguem aquam uehens, ut qui in eo loti fuerint corpus inungant, aiuntq; propè cum effodientes olei fontem inuenire. In

Paropaniſo mõte exortus, quũ ſe aliquandiu in campos profuderit, Dargamanem magnum fluuium ex Paropaniſade regione prolapſum unà cum Sinde amne ab orientale parte in ſe recipit (infunditur enim Sindis in Dargamanẽ haud longe à cõmixtione Dargamanis cum Ocho) quo magis auctus Ochus, in ſeptentrionẽ conuerſus, occidentalẽ huius regionis plagam ſecãs, in Oxam influit. Alius autem fluuius Zariaſpis nomine in eodem monte fontes habens, Qvum in mediam & is planitiem deſcendit immiſcetur ei Artames amnis uerticoſus, Haud ab eo longe naſcens, ſimulq́ per ſaxa modo, modo per apertam regionem deuoluti prouinciam mediam diuidentes in Oxam ſe demittunt. Tertius Dargidus eſt prę ceps fluuius, ex eodem iugo emiſſus, qui & Oxæ iungitur. Quartus Bactrius omnibus his orientalior, à dictó iam mõte effuſus, in Oxam rectà influit: à quo fluuio regionem habere nomen Curcius author eſt: Præterea duos uaſtos lacus eſſe, alterum ſeptentrionem, alterum meridiem uerſus. Ciuitates autem inſignes in hac terra plures habentur. In quibus Characharta in margine Oxę, & Zariaſpa ad confluentem ſui nominis cum Oxa. Item Choana quæ in ripa Oxæ ſita eſt, ab Alexandro diruta. Poſtea Suragana eidem fluuio appoſita, & quæ Pharatrua uocatur eundẽ ſitum habens. Iuxta autem Ochum poſt eius fontes Eſtobara oppidum eſt. Inde Eburmi regia, ambo in occidẽtali ripa. mox Curiãdra in oriẽtali. Chomaria uerò, & Alicodra longe ab eo ad occaſum. Iuxta uerò Dargamanẽ Maracãda, A qua haud procul Siſimithre petra munitiſſima eſt, altitudine paſſuum duorũ mil. ambitu decem in ſuperiori parte, plana & ferax, ut uiros quingentos alere poſſet: In ea ut ſcribit Strabo Alexander & hoſpitio ſumptuoſe acceptus eſt, & Rhoxanam Oxiartis filiam uxorem duxit. Zariaſpi item fluuio Menapa oppidum adiacet in dextra, in ſiniſtra Aſtacana, & occaſum uerſus Cauaris ciuitas. Et circa Paropaniſum iugum prope Zariaſpem ad orientem Eucrathida urbs ab imperante cognominata. Dargido uerò ciuitas eſt Maracodra. dein Bactra regia ab amne eiuſdem nominis appellata, per eam enim Bactrius defluit nũc Bochara dicitur, regionis ut olim caput, Præſtantior enim cæteris eſt, tum magnitudine, tum munitione in arce præcipuè, quæ in loco petroſo aſperóque extructa eſt, ubi medicorum doctiſſimus Auicenna, & Zoroaſter nati fama fert, nam & ibi priſcis temporibus bonarum artium ſtudia floruiſſe legimus.

Sogdianæ prouinciæ ſitus.

SOgdiana prouincia Choraſmia quandoque dicta, modo cum prædictis in Zagathea reputatur: magna ſanè, ſed maiori ex parte deſerta iacet, Neque ſolum quia uaſtæ ſolitudines, camporúmque immenſitates

menſitates, ingentia regionis ſpatia complent, ſed aquarum penuria, & æſtiui ſolis uapor, qui harenas accendit, inhabitabilem penè ac uiduatam reddit. Qui eam incolunt, quum Scythis propinqui ſint, haud ab eorum moribus diſcrepant: ingenio immiti, ac facie terribili, humanitatisq́ expertes ſunt, in armis ſemper (quum ſint ad bella promptiſſimi) uerſantur. Quorum Paſicæ ſunt qui plagam occidentalem iuxta Oxios montes tenent. Septentrionalem Iatij, & Tachori propter Iaxartum amnem, ſub quibus Augali. Poſtea Drancæ, & Drybactæ, & Pandari qui ad montes uſque Sogdios altiſsimos quidem habitant, qui media penè regione attolluntur. Sub montibus autem ad meridiē Mardyeni alij ab ijs quos in Perſide diximus, & Oxiani, & Choraſmij ualida gens à quibus prouincia quondam denominata fuit: Quibus orientaliores Drepſiani ſunt, ambos fluuios iungentes, id eſt, ab Iaxarte ad Oxam regionem incolentes, & magis etiam ad orientem prope Iaxartem Ameſes. Sub quibus Cirrodees ita uocitati quoniam capillos promiſſos ferunt, & ad eorum meridiem regio Vandabanda eſt. Terminatur Sogdiana ab occaſu parte Scythiæ iuxta Sogdios montes: Ab oriente Sacis penes Comedorum montana, & partem Iaxartis fluminis quouſque ad occaſum flectitur: A ſeptentrione ſimiliter Scythia in Iaxartis ripa: A meridie Oxa amne, & Caucaſo monte parti Indiæ imminente. Eſt etiam in his locis Caucaſus mons, quemadmodum apud Sarmatas, quomodo ibi deſignauimus, ita in iſtis terris à Macedonibus uocitatus, quidam Graucaſum à Scythis appellatum, hoc eſt niue candidum, quum eius cacumina ſemper niue cooperta ſint. Verum Iaxartis ingens amnis eſt, atque à ſuo fonte grandis, quem hodie accolæ Organz dicunt, qui in Comedorum montanis exortus, in ſeptentrione primo, in occaſum deinde per deſerta Scythiæ ac Sogdianæ aliquandiu excurrens, ubi ad Oxios peruenit montes, flectitur ad meridiem, & in Scythicum, id eſt, Hyrcanum mare exit. Hūc Trogus & Curtius in rebus geſtis Alexandri Macedonis, Tanaim eſſe falſo crediderunt, quum in Sogdianis illū rem armis gerentem ſcriberēt, unde circiter uicies centenis mille paſſibus Tanais ad occaſum abeſt: Quod notauit Plinius dicens: Vltrà Sogdiani oppidum Panda, & in ultimis eorum finibus Alexandria ab Alexandro magno conditum oppidum, aræ ibi ſunt ab Hercule, & à Libero P. conſtitutæ, item Cyro & Semiramide atque Alexandro, finis omnium eorum, ductus ab illa parte terrarum includente flumine Iaxarte, quod Scythæ Silin uocant, Alexander militesq́ eius Tanaim putauerunt eſſe. In Iaxartem fluuij nonnulli à Sogdijs montibus exeunt, in quibus duo præ cæteris grandiores, per eorum ualles in campeſtrem planitiem decurrunt, quorum alter ingentem effecit lacum, qui Oxia uel Oaxus ut quibuſdam placet appellatur, barbari Choraſmum dicunt, ambo in Oxam amnem mox cadentes: Item à Comedorum montana, quorum alter Demus, alter

Baſcatis dicitur: Et iuxta Iaxartis fontes lacus ingens eſt, inſulis modicis refertus, quem uoce indigena Iſchal modo dicitur, in quo conchæ multæ gigni dicuntur. Ciuitates autem in Sogdiana ſunt, ad Iaxartem Cyreſchata à quibuſdam Cyra in montibus à Cyro condita, eius ultimum opus, imperij ſui terminus, quod Alexander propter continuas rebellationes euertit. Dein Parachanda oppidulum Branchidarum fuit, quod Alexander ab imis fundamentis moliri iuſſit, ne quod eius ueſtigium extaret, oppidanósque ad unum cædere, quoniam huc ſponte ſequuti ex Mileto ſunt Xerxem. Procul autem à flumine Margianam uerſus, in Oxianis Oxiana urbs, nomẽ à lacu cui adiacet. Item Marucha ſeu Marupẽta nouem millia paſſuum, muro cincta. Mox Cholbiſina, Tribactra, & Alexandria cognomine Oxiana. Et oppidum Indocomordana appellatum. Drepſaq́ eius nominis gentis metropolis. Panda quoq́ oppidum. Et Alexandria altera ſiue ultima Iaxarti appoſita, in finibus prouinciæ, ab Alexandro extructa, qua ſui itineris finem oſtenderet. Intra uigeſimum ſeptimum diem abſoluta, muro ſex mil. paſſ. complexa, in quam trãſtulit populos earum ciuitatum quas Cyrus condiderat.

Saccarum regionis ſitus.

SAccarum regio eſt, quam barbari nunc Sas dicunt, & eſt ultima Zagathei nominis: Qui eam incolunt nomades omnes ſunt, nemora et ſpeluncas inhabitantes: Terra frugibus maligna, neq́ niſi ſola pecori fructuoſa, ideo urbibus reliquisq́ muratis locis deſtituta: Scythæ ſunt, Saccæ enim Scythæ, lingua Perſica dicuntur: natio fera ac bellicoſa, neque uiri ſolum, ſed etiam mulieres pugnatrices acerrimæ, & quæ ſæpe belli gloria uiros aggrediantur: Indiciũ quippe eſt Bactrianã, & optimã Armeniæ regionem ab ijs armis domitas nonnunquam eſſe, & uſq́ ad Cappadocas proceſsiſſe: ſed quũ ex ſpolijs feſta celebrabarentur Perſę eos noctu adorti funditus deleuere. Huius terræ fines ſunt: Ab occaſu Sogdiana: Ab oriete Scythia iuxta Imaum montem: A ſeptentrione ſimiliter Scythia, partim iuxta montẽ, qui Aſcatancas dicitur, ab Imao euulſus, partim iuxta deſertas quaſdam illorum locorum petras: A meridie pars Indiæ propter Imaum montem: Eſt enim Imaus mons, id eſt, niuoſus incolarum lingua propriè Tabin dicitur, Tauri pars, à Caucaſo quem ad meridiem Sogdianorum locatum eſſe ante diximus uſq́ quo trans Gangis fontes ad ortum ſolis ſeſe ſupra utramq́ Indiam extendit: Nec deſunt qui huc uſq́ totũ montem Caucaſum appellent: Vnde ad ſeptentrionem rectà conuerſus, ad ignotam uſq́ terrã, duas dirimens Scythias caput condat: Pręter cuius montis radices, hoc eſt, eo loco unde Aſcatancas ingum ab eo exilit, Circa defectus & crepidines montium, oppidũ eſt, quod Lithinopyrgus dicitur, id eſt, Turris lapidea, mercatoribus peruiũ, ad Seras ſubinde cõmeantibus.

Nam

Nam quum ubiq; ingentes ſolitudines iaceant, feratũ, maleficorumq; hominum ſcaturientes, pauci eſſent, quibus iter ac inter anguſtias præcipuè ſecurum foret, niſi munimen illud talibus immineret, Opus quippe eſt illac proficiſci, quum alius ad eas gentes tranſitus nequaquam ſit, ob aſperitatem ſummorum montium, pro ſalute itaq; uiatorum & auxilij gratia, poſitum ibi præſidium illud eſt. Sunt quoq; iuxta Sogdianos mõtana Comedorum, ubi ingens ac profunda uallis, qua qui Seras tendunt è Sogdianis permeare dicuntur. Inde in medijs campis mons eſt ſubcinctus, omni ex parte præciſus, arduus admodũ qui obuius fit illis, qui ad Lithinopyrgum uadunt. Ex quo quidã hunc etiam lapideam turrim uocãt, quum ad ſimilitudinem cuiuſdam bellicæ machinæ erectus ſit. Circa hæc loca Grinæi Scythiæ, & Tooruæ habitant, ſub quibus iuxta Imaum montem Biltæ, & iuxta Aſcatancam Maſagetæ.

Scythiæ uulgo Tartariæ ſitus.

SCythia cuius uniuerſos populos uetuſtas Aramios appellauit, uulgo nunc Tartaria dicitur: ipſi uerò ſua lingua Diſt, id eſt, deſertum uocant, Hieronymus aũt & Ioſephus Magog: Quę in regiones duas diuiditur, in occidentalem et orientalem Imao diſcretas monte. Ex quo una intra Imaum, altera extra Imaum cognominatur. Magna terrarũ portio ſeptentrioni appoſita, iniuria ſideris rigẽs, multum in longitudinem ac latitudinem patens: uaſtas ſolitudines, & præruptos ac inacceſſos mõtes, immenſa nemora, & ampliſsimas ſyluas habens. Informis terra, frugum egens, niuibus obſeſſa, nulliſq; agnoſcenda limitib. Homines inter ſe nullos fines habentes communiter uiuunt. Vltra quam ad arctos nulli habitant: In hac urbes nullę, nec uillæ nec pagi ſunt, domos ſecum ferunt ſinguli, nam pro domibus plauſtra habent, corijs imbrium hyemiſq; cauſa tecta, in quibus cum uxoribus liberiſq; per incultas ſolitudines errant, noua ſemper loca quærentes: armenta ſuaq; paſcentes pecora: Nullum ſcelus apud eos furto grauius: aurum & agentum minime appetẽtes: lacte, & mel le ueſcuntur: Lanæ eis uſus ac ueſtium ignotus, & quanquam continuis frigoribus urantur, pellibus tantum ferinis ac murinis utuntur: Qui tum natura, tum de induſtria horridi atque informes ſunt, aër enim ut ait Hippocrates, craſſos illos, mutilatos, ac uentricoſos facit, illos præſertim qui magis ad arcticum uergunt, ubi maiore parte diei caliginoſus fit. Item pueros quemadmodum Aegyptij pannis non inuoluunt, ſed in equos fixis teneris natis ſublimes ferunt, Idquè faciunt ut aptiores poſtea ad equitandum ſint, nam uel in curribus uel equis uitam continuè agunt: Ipſi penitus incultis atque intonſis crinibus utuntur, quo aſpectu maiorem uidentibus terrorem incutiant: ſagittarij omnes, Quibus mos eſt in bello ut quem primum uirum ceperit eius ſanguinem potat, & quoſcunque

in prælio interemerit, eorũ capita regi offert, nam capite allato fit prædæ quamcunq; ceperit particeps, alioquin expers. Sunt multi, teſte Herodoto, qui coria humana tanquam brutorũ conſuant, quib. pro amiculis induantur. Multi etiam cæſorũ hoſtium manus dextras cum unguibus excoriant eiſq; opercula faretrarum integũt. Gens bellicoſa admodum, aſpera, ac laboris patiens, uires corporum immenſæ: Ter Aſiæ imperiũ quæſiuiſſe author eſt Trogus: ipſi perpetuo ab alieno imperio aut intacti, aut inuicti manſere: Darium regem Perſarũ à terra ſua ſubmouere fuga: Cyrum cum omni exercitu trucidarunt: Alexandri Macedonis ducem pari ratione cum copijs uniuerſis deleuerunt: Romanorum audiuere, non ſenſere arma: Mox Parthicum & Bactrianum imperium ipſi condiderũt: Nihil denique parauere quod amittere timeant, nihil uictores præter gloriam concupiſcunt. Quare de ijs Lucanus:

Omnis in arctois populus quicunq; pruinis
Naſcitur, indomitus bellis, & Martis amator.

Scythæ eos qui à defunctis amati ſunt, uiuos infodiunt cum oſſibus mortuorum. Hi ſues pro nihilo putant, quos nec alere omnino in ſua regione uolunt. Eſt illis præter cætera animal Charandus nomine ut Plinius atteſtatur, qui colores mutat, nec aliud ex ijs quæ pilo ueſtiuntur, magnitudo bouis eſt, caput maius ceruino, nec abſimile, cornua ramoſa, ungula biſida, uellus magnitudine urſorum, ſed quũ libuit ſui coloris eſſe, aſini ſimilis, tergori tanta duritia, ut thoraces ex eo faciant, colorem omnium arborum, fructicum, florum, locorumq; reddit metuens in quibus latet, ideoq; raro capitur. Naſcuntur etiam in his locis inter metalla ærea ſmaragdi, Quod quum eorum genera duodecim ſint, nobiliſsimi Scythici ab ea gente in qua reperiuntur appellati: unde Martialis:

Indos Sardonices: Schytas Smaragdos.

Naſcitur etiam beryllus, Hæc de uniuerſa Scythia, nunc alteram partem quæ ad occidentem uergit, ac deinceps alteram dicemus.

Scythiæ intra Imaum montem ſitus.

SCythia intra Imaum montem ea eſt, quæ patrio uocabulo Gaſſaria hoc tempore dicitur: Ab occaſu Sarmatia Aſiatica: Ab oriẽte Imao monte: A ſeptẽtrione terra incognita: A meridie Saccis, Sogdianis, Margianis uſq; oſtia Oxæ amnis in Hyrcanum mare exeuntis, & parte ipſius maris hinc uſq; ad Rha fluminis oſtia terminatur. Poſt itaq; Rha flumen, Rhymmus amnis in mare it longè interius fontes in Rhãmicis montibus habens. Inde Daix in ſinu maris exit à Noroſo monte demiſſus qui campos nonnullis locis ſtagnat, Cui amnes alij ab eodem monte, & Rhymmicis defluentes partim cõmittuntur, partim ad Rha fluuium delabũtur. Poſt Daicẽ, Treſtargũ uicus pergrãdis in uadoſo ſinu eſt. Item alij in eodem litore ut Manſilla, Cochinace, & reliqui appellationis barbaræ.

Mox

Mox Iaxartis ampla oſtia, lateq́ue patentia, quouſque Sogdianam Curtius attigiſſe uoluit. Inde laſtus amnis mare influit, A quo haud procul ad auroram urbs eſt apud has gentes nō obſcura Coraſſam nomine ſic enim nunc uocant. Poſteà Nimarda pagus, & Polytimethus fluuius, id eſt, in multa ſecatus, quod Græcè id nomen ſonat, Aiunt enim deductis ex corriuis agros circa ſe rigare, Cui in orientale oſtij ripa ad mare oppidum haud uetuſtum Amo nomine appoſitum eſt, Quo etiam uocabulo amnem nūc accolæ uocant, ipſe per multam regionem fertur ripis adeo altis, ut ne torrens quidem inſurgit, quod quum longè à fonte delapſus eſt, in deſertam & harenoſam terram euadit, ibiq́ue in cauernam acceptus, atque aliquandiu ſub terra decurrens, cuius ſonus inditium eſt, iterum emergit, unde in mare uadit. Poſtea Aſpabotis ciuitas haud procul ab Oxæ fluuij oſtio. Surſum uerò à mari Dabana ciuitas quæ magis orientalis eſt, neque longe multo, in Rhibiorum gente ſita. Reliqua mediterranea gentes habent, quæ ut diximus ſine urbibus atque tectis alijs ſunt: ut Alani (cuius etiam nominis populum in Sarmatia Europæ poſuimus) & Alanorſi, & Suobenos, quibus ad meridiem Alani montes imminent, illos ad incognitam præcludentes terram. Inde ad Imaum montem Sætiani, Maſſæi, & Tectoſaces. Et ſub Alanis Aſpeſij montes eminent, unde amnes quidam in Iaxartem defluunt, Quorum montium occidentalia Aſpeſij tenent, Orientalia Galactophagi nomades qui ex lacte uiuunt, unde illis eſt nomen. Item orientem uerſus Tapuri montes à quibus nonnulli etiam fluuij in Iaxartem perueniunt, Quibus montibus ad orientem Tapuræi habitant. Supra quos ad ſeptentrionem magis Syabi excurrunt montes, Intra quos eiuſdem nominis gens. Sunt & Anaræi ad aurorā Imao iuncti circa quos Anaræorum gens loca tenet, & Aſcatancæ qui ſui nominis montes ſuperius dictos incolūt. Præterea occaſum uerſus iuxta oriētaliores Rha fluuij fontes Rhoboſci. Sub quib. Aomani. Poſtea Paniardi. Sub quib. apud fluuium Canodipſæ. Et ſub ipſis Coraxi. Poſt ad aurorā magis Orgaxi, Organzi modo in quib. & ciuitas & amnis eodem nomine. Sub Coraxis autem uſq; ad Caſpium mare Herymmici, ſui nominis mōtes inhabitantes. Item ad ortum ſolis Aſiotæ, Agyllæi, Aorſi, & Iaxartę magnum genus, ad eiuſdē nominis amnem, Tapurosq; montes loca tenētes, uocantur autem nunc Iaxartarū ſedes Turchia uetus, barbari uerò Turcheſtan, id eſt Turc regio, unde pernitioſiſs. peſtis illa Turchorum, quæ ætate noſtra orientalem iam Europæ plagā ſubegit, originē traxit: At quidam noſtri temporis eruditi uiri (quū hoc fortaſſe non accepiſſent) uolūt Turchos eſſe, qui apud Mellam Thiracæ uel ut ipſi fingūt Turcę uocantur, Thyſſagetibus proximi, quū in aperto ſit Turchorū nationē non ex Europa in Aſiā, ſed ex Aſia in Europā non multo ante traieciſſe. Rurſum ſub Sætianis Molozeni. Aparytæ ſub quib. uſq; ad Rhymmicos mōtes ſunt Samnitę. Et ſub

Maſſæis

Maſſęis & Alanis mõtibus Zaratę, & Saſones: Et qui oriẽtaliores Rhymmicis montibus ſunt Tybiacæ. Poſt quos ſub Zaretis, Tibareni, Iſti quos diligunt ſenes, ſuſpendũt in patibulo, nam egrotatione miſerrimum mortis genus putant. Deinde Iaſtæ gentes ſunt eodem nomine fluuij accolæ. Habitant & Gandarij, & Machætegi iuxta Noroſum montem. Sub quibus Cachagræ penes Iaxartas. Et inter Iaxartem fluuium & Oxios montes qui Gedroſiam ab hac Scythia ea in parte diſiungunt Ariacæ tenent, et ſub eis Namaſtæ, poſtea Saccaraucæ.

GEOGRAPHIAE Commentarius VIII. Aſiæ, in quo Scythia extra Imaum montem & Seres continentur.

SCythia extra Imaum montem ſequitur, alterius ad auroram, quæ nũc à barbaris Moghal, & à iuniorib. quibuſdam Tartaria antiqua dicitur: Regio multa, ac multum deſerta, nõ in ea oppida, niſi admodum pauca: Habitant enim eã gentes quemadmodũ & in altera Scythia ſcripſimus, uagæ ſine ſedibus ac tectis: in quib. Lactiphagi Abij, id eſt, duri uictus, nam equarum lacte aluntur, nomades omnes, ſeptẽtrionalia regionis tenentes, cunctos æquitate ſuperantes: quos Homerus mortalium iuſtiſsimos eſſe qui terrã tueantur dicit. Sunt qui Abios Agaunios uocẽt. Sub quibus Hippophagi ſunt, id eſt equorum carnes mandentes. Et poſt eos Auzacitis regio, & in ea Auzacia ciuitas quæ nunc Saczio ab incolis nominatur, Cui ad ſeptentrionem montes eodem nomine imminent, In quorum radicibus fons eſt Oechardi fluuij, qui nunc Tatar ab indigenis appellatur, unde nomen genti uniuerſæ ac terræ datum uolunt, Qui hinc per Seras fluit, ut ibi oſtendemus. Sub quibus autem locis iuxta oppidũ illud quod præſidio eſſe diximus, illis qui ad Seras proficiſcunt̃, regio Caſia eſt, quæ circa montes qui nomen illi dederunt protenditur, Et in ea Sota oppidum. Cui ad meridiem Chatæ populi, Chateini hodie ut creditur, à quibus Chataium regionem hoc eſt, Sricam nomen accepiſſe. Et Achaſa regio, & ſub ea iuxta Emodos mõtes, qui Moghali nunc dicuntur Cauranæi ſunt in qubus Caurana ciuitas. eſt & ciuitas alia quæ Iſſedorum Scythica appellatur ad Emodos montes ſita: Sunt autem Emodi montes extrema pars Tauri ad Eoum, qui ita (poſt Imaos montes) appellantur, claudũtq; hanc Scythiam à parte meridionali: Nam ab occaſu Scythia interiori, & Saccis iuxta totam Imai montis diuerſionem: Ab oriente

Seris

Seris per continuas ac immenſas harenarum ſolitudines: A ſeptentrione terra incognita. Hactenus de Scytharum gentibus.

Sericæ regionis ſitus.

SErica regio ultra Scytharum deſerta in extremũ orientem iacet, quæ poſteriori tempore nomen in Chataium mutauit, ut paulo ſupra in Scythia, uel Chatarum propinquitate nobilitateúe: uel quod Chatæ forte quandoque regioni dominati ſunt, etſi alij ſint qui ad Sinas Chataium eſſe dicant: Serica uerò terra ſicut magna ac immenſa eſt, ita cultorib. maxima ex parte uacua, Ex qua re urbes, in ea raræ ſunt, attamen magnæ ac opulentæ, ut fama fert. Seres latine ſyluarum nobiles dicuntur: In quibus uermes bombices in arboribus nidum uolubilem circum ſe tenuiſſimo filo in aranearum morem texũt, in ijs oua ſpargunt, moriunturꝗ quibus depectis efficitur ſericum: quod ſcriptores tradunt. Genus quidem hominum mite, ac iuſticia inſigne: cæterorum mortalium congreſſum fugientes: nam commertio utuntur, quod hoc peragunt modo: Siquidem quamprimum poſt deſerta, ad eorum cultam regionem peruenitur, tranſitoꝗ amne iſthac fluente, offendunt mercatores expoſitas incolarum in ripis merces, nullo interprete, ſed rerum depoſitarum precia oculis æſtimãtibus ſua tradunt, aliena non emunt. Quibus lex eſt Euſebio teſte: Non occidere, non fornicari, nõ furari, non incendere thura ſtatuis, unde nullum apud eos templum conſpicitur, nulla mulier meretrix, nulla adultera, nemo fur, nemo homicida. Gens longæua temperie ac iucunda cœli ſalubritate, & aëris munda ſerenitate, leniumꝗ uentorum flatu amœnitate.

Huius itaque terrę ſeptentrionalia quæ ad incognitam partem pertinent, Anthropophagorum gens inſidet, cuius quidem ſæuitia, plaga undique circum inculta ac deſerta iacet, uaſtæ enim ſolitudines ſunt, neꝗ ab illorũ hominũ ingenijs abhorrentes, qui pecuariam exercent, propriam linguã habentes, hominumꝗ corporibus ueſcentes, unde nomen illis eſt natum. Sub quibus ad meridiem Anniborum primo gens eſt ſui nominis montibus adiacens. Inter quos & Auzatios (percurrit quippe Auzatiorũ montium pars ex Scythia huc) Sizyges ſunt. Sub quibus Dapnæ, & Pilæ uſꝗ Oechardum fluuium cuius fontem in Scythia in Auzatiorum montium radicibus eſſe meminimus, Qui quum diutius perꝗ inuia loca fluat, procul à locorũ cognitione progreditur: cui gentes accolunt, quæ & ipſę Oechardæ dicuntur. Item orientalia Caſiorũ montium prædictorum multam iſthinc regionem pererrãt, ab ijs Bautiſus amnis exoritur, Qui quemadmodum Oechardus per implicitas ſaxorum ualles, atque ignota quædam loca tranſuectus, eius xitus ignoratur. Similiter apud Ottorocorram montem flumen aliud exit, de quo non aliter ac de iam dictis oſtia humanis oculis abſconduntur. Iterum ad orientalia Anniborum Garinæi

populi

populi ſunt, & Rabannæi. Sub ipſis Aſminæa regio eſt, Aſminæis munita montib. æditis ac prȩruptis, atq; adeò ut ſint q̃ dicāt ultra eos neminem unquam tranſiſſe, In qua Aſminæa ciuitas eſt. Sub quibus ad eius radices incolunt homines qui ab ipſo natali calui eſſe dicũtur, mares pariter ac fœminæ, ſimijs quoq; naribus & ingenti mēto ex arboribus uictitantes, non enim multum eſt eis pecorum utpote non ſtudioſis rei pecuariæ, ſub arbore quiſq; cubat. Poſt quos ad ortum ſub Aſminæis montibus uſq; ad montes Caſios Eſſedones ſunt numeroſum genus, qui in parentum morte lætantur: Quorum funera conuocatis ex familia uiris atque mulieribus gaudijs conuiuijsq; celebrant, laniant eorum corpora ſimul immixta cum pecorũ uiſceribus cęſis epulando conſumunt: capita purgant atq; expoliũt, auro circumornata pro poculis utuntur. Hæc ſunt apud eos pietatis ultima officia: quod authores omnes, qui de gentium morib. ſcripſere, hoc de Eſſedonib. aſſeuerant, In quibus eodē uocabulo ciuitas eſt. Ad quorũ orientem Throani ſunt, Throana oppidum inhabitãtes, cui ad orientem Sera metropolis quę nunc à barbaris Cambelech dicitur, magna ſanè & opibus abundans iuxta ingentem amnem ſita. Et ſub ijs Thaguri circa montem ſui nominis degentes ubi Thagura oppidum, & ad eorum meridiem Aſpacaræ in quibus eiuſdem nominis ciuitas. Item Bætæ. Et maxime auſtrales prope Emodos montes qui & Serici appellãtur Ottorocorræ cum urbe. Sunt Emodi montes qui hanc regionem ad meridionales partes claudunt: Siquidem ab occaſu uaſtis ſolitudinibus Scythiæ: Ab oriente, ac ſeptētrione terra incognita. In hac parte prȩter iamdictas ciuitates, alię ſunt ad occaſum Damna, ad Bauſitũ amnem Piada, item Oroſana, Bragana, Solana, Daxata, & ſub ijs Paliana, & Droſacha.

GEOGRAPHIAE
Commentarius IX. Aſiæ, in quo
Aria, Paropaniſis, Drangiana, Aracoſia, & Gedroſia continentur,

ARia regio eſt magna quę nunc ſimiliter appellatur, ambuſta feruoribus, deſertis circundata, ſyluis ac montibus obſeſſa, ab hominib. omnino barbaris male ob triſtitiã ſuã habitata, quibus autem locis laxatur in campos, quędam fructifera eſt, Idq; obiectu montiũ fit, quo ſolis uapor nõ toretur, atque ad habitandum minus incommoda ſe præbet. Vbi præter cæteras fruges uinum optimum fert, quod ad tres hominis ætates, id eſt, nonageſimũ annum perdurat. Item ſpina lachrymarum

præcioſa

precioſa myrrhæ ſimilis naſcitur, acceſſu propter aculeos anxio quod ſcribit Plinius: Item frutex peſtilens raphani folio, lauri odore, quo inuitati equi penè equitatu orbarũt Alexandrum primo introitu. ubi & Saphirus nigri flauiq́ coloris in ſaxorum uenis cæditur. Hæc terra præter alios amnes, tribus magnis irrigatur, Ario, Toncleto, & Arapene: circa quos frequenter cultores cõgregantur: Arius à quo regioni nomen, quem quidam Argaum uocãt, Fontes habet in Paropaniſadis montibus ex quibus miſſus in occaſum fertur, ac pene media regione, Ariam ingentem lacum ſiue paludem à ſe denominatam infunditur, Qua egreſſus, rurſum in ſeptentrionem cõuerſus regionem multam pertranſit, quò quũ in harenoſam ac deſertam terram incidit, abſorbitur, Vnde paulo iterum exortus, inter Sariphiorum montium petras multas in partes diuiſus, ac inde expeditus, quaſi uictor in alienam terrã intrat, unde in Margum amnẽ influit, quidã in Hycanum pelagus euadere, nauibus uehendis ſufficiens. Comprehenditur Aria. A ſeptentrione Margiana, & parte Bactrianæ: Ab occaſu Parthia; & Carmania deſerta: A meridie Drangiana per iugum longiſſimi montis Bogoi: Ab oriente Paropaniſade in alueo Sindis fluuij per loca uehementer arida delabentis. Cuius regionis ſeptentrionalia ſub Saraphijs montibus Nyſæi & Artaueni populi habitant, Sed per Nyſæos Arius non Ochus fluit, quemadmodum Strabo uult, ſi Ptolemæo attendimus; nam diuerſiſsimi, non ſolum fontibus uerum etiam lapſu prætereunt: & qua Arius Sariphios perfringit montes, ea in parte Nyſæos ipſe ponit, Artaueni regiuncula, uitis, lauri, buxi, pomorumq́ omnium fertilis eſt. Quę autem ſunt iuxta Parthiam & Carmaniã deſertam Maſdorani tenẽt. Quę ad Margianam Cæſirotæ. quę uerò ad Paropaniſadas Paurati. Sub quib. Obares. Quæ autem interiacent tenent Drachemæ. Sub quibus Etymandri. Poſtea Borgi. Et ultimo ad meridiem loco Scorpiophera regio, ob id dicta, quoniam uim magnam ſcorpionũ fert. In Aria ciuitates, & uici ſunt ad ſeptentrionem, Diſta, Nabarisq́. ad Arium amnem, Taua, Augara, & Bitaxa urbs, Siphara, Samargana quæ nunc Samarganth dicitur, ciuitas regia atq́ ingens in ſiniſtra Arij amnis ſita. Item Rhaugara, Zamuchana, Ambrodaxq́. ſub quib. in media regione Bogadia, Varpua, Orthianaq́. in Arij lęua, Chatricha, Chaurina, Babarſana, Capotana: Et penes Arium Phoraua, & Godana, & Artacauna urbs à cõditore dicta, ab Antiocho iterum munita ſex mil. paſſ. ambitu. Mox Alexandria oppidum à Leonato conditum iuſſu Alexandri in finibus gentis quatuor mil. paſſ. in circuitu, quod Arius præfluit; neq́ procul ab Aria lacu. Inde Aſtanda, Taucia- na apud Arium. ſub quo Saſca, Sotira oppidum, Orbitana, & Niſibis ciuitas in Arapenis fluuij ripa in parte orientali. Ad meridiem uerò Aria ciuitas Ario amne infuſa. Mox Paracanaca, Sariga, Cotaca, Darcama, Zimyra, Aſtaſama, Tribazinaq́ ad Tonclctum amnem.

Paropaniſidis regionis ſitus.

PAropaniſis regio ita uocitata quoniã inſulæ ſpeciem præbeat, nam magna ex parte aquis fluuiorum pręcingitur, à quibuſdã nunc Dacha dicitur, ignobilis indigenarũ uilitate, inculti, ſordidi, inhumaniq; quã irrigare Dargamanẽ fluuiũ ante deſignauimus, in media penè regione exortũ, Cui antequã ex hac terra exeat Gograua amnis miſcetur in Paurætis natus mõtibus. Sed uegetatur regio præcipuè Paropaniſade magno flumine à quo loci nomen eſt, in eiuſdem nominis mõte exorto in Coamq; circa Indiam influẽte. Terminatur regio ad ſeptentrionem parte Bactrianæ in Paropaniſadis montibus: Ab occaſu Aria: A meridie Aracoſia ſecundũ Pauræ tos montes: Ab oriente parte Indiæ. Gentes in hac ſunt ſeptentrionem uerſus Bolitæ agreſtibus fructibus uiuentes, pauperrimi quippe ſunt. ad occidentẽ Ariſtophyli: ad orientem Ambautæ nomades: ad meridiẽ Parætæ iuxta eiuſdẽ nominis montes: quib. planities ſubiacet fertilitatis inclytæ: Media aũt terra Parſij. Ciuitates pagiq; in ea ſunt. Parſiana ad Arctum magis & in ripa Dargamanis Artoarta. Mox ad aurorã Barzaura, Catiſa, Baborana, Draſtoca. Sub qua Gazaca ciuitas. Et iuxta Dargamanis fontes Naulibis gentis metropolis. Inde Cabura quæ & Ortoſpana ciuitas. Et ad Gograuam amnem Parſia oppidũ. Item Dorcachana, Tharbacana, Bagarda, Lacharna, & Arguda.

Drangianæ regionis ſitus.

DRangiana regio, ab incolis nunc Segeſten dicitur, Homines Perſarum more uiuentes: uini copiam non habent: apud quos plumbum nigrum naſcitur. Habet ad ſeptentrionem & occaſum Ariam ſub monte Bagoo: Ad meridiem Gedroſiæ partem per montes Bætios: Ad orientem Aracoſiam. Cuius regionis latus quod apud Ariam eſt Darandæ populi tenent: quod apud Aracoſiam Bætij. Pars autem quę interiacet Taracena appellatur. Diuidit hanc regionem Drangius amnis à quo ipſa denominabatur, oritur ad ſeptentrionem in Bagoo monte in auſtrum fluens, Arabe altero recipitur, Cuius ad fontem Prophthaſia ciuitas eſt, clara inter ſuos ac diues. Item ad occaſum Rhuda. Et ſub dicta ciuitate, ad flumen, Inna, & Aricada. Rurſus ad occaſum ſub ijs Aſta, Xarxiara, & Noſtana fluuio appoſita. Vltra quem Pharazana, & Bigis, & Ariaſpa oppidum celebre, penes flumen. Mox Arana.

Aracoſiæ regionis ſitus.

ARacoſia regio, cui ciuitas tum florens, & fluuius eiuſdem appellationis nomen dedit, nunc uerò ſimul cum dicta Drangiana (nam pro una modo à barbaris habentur) Segeſten uocatur: Montana pene tota urbibus rara, ſed frequens uicis, qui rerum omnium copioſi ſunt præter oleum quo carent, naſcitur in ea finitimisq; montibus Myrhina lapis, non Indicæ præferenda. Huius fines ſunt à ſeptentrione Paropaniſadum terra: Ab occaſu Drangianorum: A meridie Gedroſiorum iuxta Bætiū montē. Ab oriente pars Indię. Oritur in hac circa ſeptentrionalia regionis Erimanthus amnis, paludem efficiēs quam Aracoſtrenam appellant, qui ad auroram conuerſus Indo committitur. Vocantur autem qui ad ſeptentrionem loca tenent Pargyetę, & Cantazes magi. Et qui ſub ipſis ſunt Sydri. Poſt quos Rhoplutæ, & Eritæ: In quib. inter alia oppida, Azola eſt non longè ab Erimanthi fontibus. Inde ad orientem Phoclis. Sub qua Arbaca oppidum, & Aracotus ſiue Aracoſia ciuitas, quam regioni nomen dediſſe fama eſt Cyra ante uocitata à Semiramide condita penes Erimanthum amnem. Item ad eundem Alexandria ciuitas à conditore nominata, Sindracha ante, quæ in priſtinum paulò poſt nomen rediјt. Mox Rizana, & Coaſpa ciuitas inſignis. Sub quibus retro ab amne Sigara, Aſia, Dammana, & Gammaica. Mox Maliana Erimantho appoſita.

Gedroſiæ regionis ſitus.

GEdroſia regio, à barbaris hodie Charman dicitur, ſonat enim eorum lingua id uocabulum deſerta, nam parum differt à uicina Ichthiophagorum terra in Carmania: quum ſępe ſterilitate opprimatur, quapropter anni fructus in plures annos recondunt. Per quam Alexander iter faciens penuria laborauit: Terra aquarum inops, licet æſtate imbres habeat: ſolis ardoribus obnoxia: & harenarum profunditate difficilis, quæ uelut mare à uentis in cumulis agitantur: In ијs herba quędam naſcitur in qua ſerpentes occultantur à quibus icti illico moriunt̃. Fertur quandoque Gedroſia ex tempeſtiua pluuia deſerta, multitudinem araneарum ſcorpionumq; ferente, tantam enim beſtiarum copiam excreuiſſe ut morſibus peſtiferis incolæ patriam deſerere & ad alia loca confugere cōpellerentur. Arborem quoque lauro ſimilem terra hæc habet, qua guſtata iumenta omnia, ut ſcribit Curtius, cum ſpuma in morem cōmicialis morbi mortē incurrunt, Item ſpina quædā fructibus in terram fuſis quemadmodum cucumeres ſucco plena, cuius aſpergines in quodcunque animal incidiſſent id oculis capiebat. Fert quoq; & aromata præcipuè nardum, & myrrham. Tenent regionem nonnulli populi in quibus Arabiti ſunt pagos iuxta mare inhabitantes. Dein circa Carmaniam Parſiræ. Et quæ

uerſus Aracoſiam Muſaranæi colunt. Medium autem regionis Paradena uocatur, & quæ ſub ipſa eſt Pariſena. Poſt quæ ad Indum amnem ſunt tenent Ramnæ, Quorum qui ad mare degunt & qui præcipuè Arabim amnem accolunt caſas ex magnorum piſcium oſſibus fabricant, Exeunt è mari pecori ſimiles beluæ in terram, atq; ibi radices fruticum paſtæ remeant, inter quas equorum quædam aſinorũ & taurorum capitibus ſunt quæ depaſcuntur ſata. Qui uerò interius atq; à mari longè habitant tuguria ſtruunt faſtigiato cacumine, foramine uno ad lumen relicto. Protenduntur mõtes per medium regionis qui appellantur Arbeti à quibus Indo admiſcẽtur profluentes quidam, ſimiliter à Bactrijs montibus. Hæc regio terminatur A ſeptẽtrione Drangiana & Aracoſia: Ab occaſu Carmania: Ab oriente parte Indię: A meridie Indico pelago. Poſt itaque Carmaniæ orientalẽ finẽ Arabis ſiue Artabis flumẽ in mare exit, quod Berbarũ accolæ uocant, Magnus quidem ac lõgè à ſuperioribus locis defluit nam ex aquilonaribus partibus originem trahit, qui medio in curſu Drangium alium fluuium in ſe recipit. Poſt autem Arabis oſtium Rhagiana ciuitas eſt. Mox mulierũ portus, & Coſamba, & Rizana pagi: Cui litori obiacent inſulæ Aſthea, & altera Bibla, ubi in mari maxima conchilia, muricesq; eximiæ magnitudinis naſcuntur: Capiturq; in alba teſta lapis margarita, quæ in oſtreis locum cordis dicitur obtinere; tertia eſt Codana ingens inſula Plinius peninſulam dicit, magna ex parte deſerta, marinis beluis noctu inſurgentibus. Huius obiectu uaſtus receſſus efficitur terrę Indiæ, quo Canthicolpus, id eſt flexuoſus ſinus, & Barigazenus alter excauantur, qui pro uno habentur duodecim dierum & noctium remigio nauigatus Ptolemæo regi: quando nullius aurę recipit afflatum, huius loci quiete præcipua ad immobilem magnitudinem beluæ adoleſcunt. In mediterraneo uerò atque longiſſimè à mari (habitatur enim raro) prope Arabis fontes Cuni ciuitas eſt. Dein Badara ad extremum Arbetorum montium ſeptentrionem uerſus. & Muſarna eius gentis caput. Item ad orientem magis Soxtra, & Cottobara. Sub quibus in radice montiũ Omiza, ac inde procul uerſus Indiam Parſis, & hęc gentis ſuę metropolis, ad amnem ex Arbetis collibus in Indum defluentem ſita: Mox ciuitas Arabis nec longè à Praſide eſt.

GEOGRA-

GEOGRAPHIAE Commentarius X. Aſiæ, in quo India intra Gangem fluuium cum inſulis ſibi adiacentibus continetur.

INdia terrarum maxima, in duas regiones, Gange flumine interluente dirimitur: quarum altera, quæ occidentalis eſt intra Gangem dicitur: altera ad orientē magis, extra Gangem cognominatur. In ſacris autem uoluminibus illam Euilat: hanc Seriam uocitatas legimus: nunc uerò ab incolis, quæ occidētalis ac intra Gangem eſt Hynd id eſt, India appellatur. Illi uerò qui ad eam ex Ægypto nauigant in partes tris diuidunt, hoc eſt, in inferiorem, in mediam, & in ſuperiorem: Prima India ſiue inferior, Caiſerat nuncupatur, à fluuio Indo uſque Barum amnem, nomen adhuc retinentem. Media, Minibar, ad alium Chaberitem nomine, nunc Maber, ſuperior Maabar, inde ad Canc, id eſt, Gangē emiſſa: quæ nomina ad extremas regionis partes non tamen peruenniunt, ob terræ uaſtitatem, Quæ ad ſeptentrionem uergit, ignoratur enim quibus nunc nominibus partes illæ appellentur niſi India. Orientalis autem India quam Seriam uocitari diximus, nunc Macyn ſiue Magin ab ijs qui eam incolunt denominatur. In hoc terrarum tractu ex fluminū excreſcentia campos inundari quemadmodum in Ægypto contingit: plura enim flumina ingentiaq́; nauigijs apta ex fontibus montium ad ſeptentrionem uergentium in campeſtria decurrunt: Ex qua re nonnullæ urbes in aggeribus conſtitutæ ſunt, atque adeò ex hoc fœcunda humo quod bis fructum in anno ferat: ob quam cauſam nunquam India famem ſentit, aut raro inopia premitur: Fructus inſuper arboreos multos gignit, uariæ enim arbores & omnis generis atque ingentes ibi naſcuntur, adeò ut quinque ſtadiorum umbram nonnullæ faciant: Et quam ficum uocant, ſub qua homines morari ſolēt, quippe magnitudine uehementer excellit, folium pelta non minus habet, fructum admodum paruum magnitudine ciceris ficui ſimilem, ac in quibuſdam earum lanam prouenire, ex qua ſindones texuntur: Vnum tamen peculiarius, uidelicet Hebenum, nuſquam alibi naſci, licet Herodotus etiam in Æthiopia, ut ibi retulimus. Duo genera eius, rarum id quod melius, alterum fruticoſum tota India diſperſum: Paſſim etiam quæ piper gignunt iuniperis noſtris ſimiles, quanquam in fronte Caucaſi, his locis imminentis, ſolibus oppoſita gigni eas tantum aliqui tradidere: Non eſt huius arboris radix, ut aliqui exiſtimauere, gingiber, quanquā ſapore ſimile, quod ſylueſtre gētibus ſuis eſt. Eſt et

gariophilon, nam & in India gigni tradunt & myrrhæ arbuſculum, hoc ſolum cæteris regionibus peius fert. Et in prçruptis petris arbores ex quibus thus exudat: Et item aromatum ſpecies aliæ multæ, nec non magnæ arundines, quæ mel ſine apibus gignunt candidũ in cuiuſdam gũmi modo, dentibus fragile, ampliſſimum nucis auellanę magnitudine, quarum radices dulces ſunt, ſicut & in reliquis ubicumque ad meridiem paluſtribus quibus dulcedo præcipua ineſt quæ magnam copiam uictui hominum præbent. Vites etiam hic prouenire, ſed admodum paucæ, ac locis paucis, quo fit ut ex palmis uinum exprimant. Multa præterea medicamenta, tum herbarum, tum radicum, alia ſalutaria, alia noxia. Neque minus uarijs ac multiplicibus metallorum generibus fœcunda, quam fructibus atque animantibus eſt. Naſcitur enim in ea ingens auri & argenti uis: non parum quoque æris ferriq́ & Oricalchi, ut author eſt Diodorus: Quamuis Plinius neq; æs neque plumbum habere dicat, gemmisq́ ſuis ac margaritis hoc permutare: quas mare litoribus infundit: Nam Propertius:

Arma deus Cæſar dites meditatur ad Indos
Et freta gemmiferi findere claſſe maris.
Similiter & alij.

Habere quoq; Indiam in partib. maxime auſtralib. cinnamomũ, nardũ, & alia aromata, quemadmodum Arabia, & Æthiopia, quum ijs ſole perſimilis ſit. Animalia tamẽ tam terreſtria quã aquatilia apud Indos, quàm apud cæteros maiora ſunt, ut elephantes, cameli, leones, canes, & alia uarij generis. Sed & animalia quę apud nos mitia ſunt, apud illos magna ex parte ſylueſtria, equos ibi unicornos eſſe, ceruinis (ut aiũt) capitib. & boues unicornes ſolidis ungulis, bicornes tricornesq́, ſimiæq́ cãdentes: Cameleon, figura & magnitudo quaſi lacertæ, ſolus animaliũ nec cibo, nec potu alitur, nec alio quã æris alimento, alioquin & coloris natura mirabilior, cuicumq́ enim adhæret, præter rubro candidoúe in eum mutatur. Item multitudo Cecrophythecorum, & formicarum quæ auriferæ dicuntur, aliæ pardi pelli perſimiles, aliæ rubeæ uulpibus non minores mira celeritate. Similiter & multitudinem & malitiam ſerpentium eſſe, qui ex campis in cauęrnas fluuiorum inundationibus feruntur, ubi aquis extinguntur quod niſi contingeret, regio deſerta eſſet, quorum prauitatem periculoſam eſſe magis. Sunt enim quidã longitudine palmari, nihil horum tam infeſtum homini, inueniuntur in uaſis, in tabernaculis, & in ſepibus occulti: Sunt & alij nimia magnitudine, adeo ut Nearchus dicat, ſe uiperam ibi uidiſſe 16. cubitorũ. Item ſcorpios pennatos magnitudine admirabili, & alia huiuſcemodi multa ut apud Plinium, & ſcriptores alios legimus. Aues præterea uariarum ſpecierum, & inuiſæ cæteris nationibus in quibus aliquæ ſunt (omiſſis pſitacis) ad imitandũ humanæ uocis

ſonum

ſonum dociles. Item multa ac miranda & penè incredibilia de ſylueſtrib. hominibus à Græcis maxime authoribus narrata, quæ quum fabuloſa ac fide caritura uideantur, apud ſcriptores ipſos relinquere potius, ſcire cupientibus quam ſcriptis noſtris inſerere maluimus. Præterea lapides præcioſos non ſolum mare expuere, ſed etiam regionem mediterraneam parere, ſicut in ſuis locis manifeſtabimus, ut adamanta, carbunculum, Saphirum, ametyſtum, Beryllum, Carchedoniumq́, & Achatem qui nunc nemorū, nunc animalium facies oſtendit. Flumina quoq; auri micas deferre, quæ ſtagnantia ſparſum per campos aurum relinquant. Indorum complures ſunt gentes lingua inter ſe diſſonę quibus omnib. color Æthiopico proximus, Quarum aliæ alijs moribus ac inſtitutis uiuunt: alijsq; ornamentis ac diſsimilibus utuntur. Sunt quippe circa corporis habitum non parum curioſi uarijs ueſtiti coloribus ornatus gratia: pedes ſoleis, & capita linteis muniti iniuria magis caloris quam frigoris, lapilli ex auribus pendent: non comam ſed barbam nutriunt: Cæteris in rebus frugales ſunt: legibus utuntur non ſcriptis, literas enim non norunt, ſed memoriter omnia adminiſtrant: Sponſus & ſponſa ſe mutuo eligunt, neq; una uir contentus eſt, ſed plures ſingulis ſolent eſſe nuptæ, Quarum ea quam plurimum ille dilexerat, mortuo uiro unà cum eo comburitur: Quibus omnibus præter Gymnoſophiſtas, nō ſolum cum uxoribus uerum etiam cum matribus & auis, cum filiabus & nepotibus atque in propatulo copulare conſuetudo eſt, etiam quibuſdam cum feris coire: quorum mixtos & ſemiferos eſſe partus, horum plurimi inde harenis aut montibus per deſerta ueluti in mari inſulæ circumdantur. Hæc in ſumma de uniuerſali India: hinc ad particularia deueniemus.

Indiæ intra Gangem ſitus.

INdia intra Gangem ſpatioſa admodum regio eſt, cuius pars quæ ad ſeptentrionem uergit, ſub montibus qui ibi imminent, tota deſerta iacet: uaſtis ſyluis, inuijsq; nemoribus impedita. Vbi ſerpentium aliarumq; ferarum ingens modus. Quæ ad meridiem ſpectat, multos montes ac magnos continet, quorum magna pars arboribus & ijs quæ uirent ſpoliata eſt: Quæ uerò media ſatis plana atque campeſtris excurrit, multis inclytisq; amnibus irrigua multis ac pulcherrimis arboribus conſita, quæ placidum per campos iter agentibus præbent. Terminatur hæc India à ſeptentrione Imao monte iuxta Sogdianos & Saccas: Ab occaſu Paropaniſadum regione, & Aracoſia, & Gedroſia: Ab oriente Gange fluuio: A meridie Indico pelago, haud minus decies centena millia paſſuum præter nauigatione: Quod litus paluſtre ferè totum eſt, prę ſertim circa fluuiorum oſtia propter limū quem uehunt, nam quum marini fluctus præualent, licet non impetuoſi uehementer ſint, retorquentur curſus eorum, quo fit

quo fit ut in litore ſtagnent. Quæ ora ad hunc modum ſe habet. Poſt Gedroſiæ ultimum ad orientem terminum, Syraſtrena prima Indiæ regiuncula in ſinu Canthicolpo extenditur, ubi locus Nauſtathmus, id eſt, nauium ſtatio patet. Mox Indi ingentis fluminis oſtia in mare erumpunt, quorum extrema duo (ſunt enim ſeptem numero) Patale, nam inſulam faciũt Ægyptio deltæ perſimilem, quod ait Strabo, Plinius uerò ampliſſimam inſulam Praſianam, & aliam minorem Patalenam: Quorũ oſtiorum primum ad occaſum Sagata appellatur, ſecundum Sinthum, tertium Aureum, quartum Cariphi, quintum Sapara, ſextum Sabaleſſa, ſeptimum ac ultimum ad auroram Lombare. Contra Sagatam haud procul in mari iacet inſula quæ Patalis ſimiliter uocitatur quam Alexander cõdidit, locum nauibus recipiendis aptum celeberrimo portu. Poſt quam duæ aliæ anguſto freto diſcretæ ad orientem ſub ijſdem oſtijs ſunt, Quarum occidentalior Chryſa, id eſt, aurea: Orientalior Argyra, id eſt, argentea, idq́ à re ipſa, nam metallis fertiles eſſe dicuntur, auro præcipuè. In continente ciuitas Bardaxima Lombare oſtio impoſita. Hinc terra longè ad auſtrum ſclaxat, cuius litus occidentem ſpectat: In eo primo Syriaſtra uicus, nomen à regione in qua eſt habens. Deinde in ſinu Menogloſſum emporium, nunc Mangalor à barbaris uocitatum, cui Mophis amnis in mare uadit. Ad orientem autem ultra Mophidem ſecundum mare Larica eſt, In ea Pacidara uicus: & Nomadus longiſsimus fluuius, nunc Amadauhe nauium capax ex Vindio dimiſſus monte ęquo penè tractu cum Indo, qui medio in curſu Sardonico obiecto monte ſcinditur, quod dextrum fit Mophis appellatur, pariter in mare neq́ inter ſe longè cadẽtes. Cui Baraca opponitur inſula. Item Baleon promontorium longè admodum in mare occaſum uerſus prominẽs, Quo circumflexo in ſinu Barygazeno Camanes ciuitas eſt cum fluuio modo Combayth ab incolis dicitur, emporium nobile, cui optimus ſubeſt portus. dein Nuſaripa, Pulipulaq́. Et à mari paulo in occidentali Namadis ripa. Barygaza emporium à quo ſinui nomen inditum, nũc Amadauhe ab amnis nomine cui adiacet, ab incolis nuncupatur, magna ac diues in fertili ſolo ſita, portum habens ad res Indicas accommodatiſſimum. Deinde in Ariaca Sandanorum regione iuxta mare Suppara oppidum, Gaoris amnis, Dunga oppidum, Binda fluuius, & Simylla promontorium alterum cornu dicti ſinus, in cuius radice emporium eſt ſui nominis Tymulla ab indigenis uocatur: Hinc iterum litus meridiem reſpicit, in quo Balepatna uicus, & Hippocura ciuitas regia. Contra quod litus in mari procul admodum Milizigiris inſula eſt. Dein uirorum piratarum ſinus panditur, ex quibus qui oram maris incolunt, æſtatem totam in mari cum coniugibus ac liberis agunt (naues ſupra centum habere dicuntur) mercatores obſeruantes, quos quum interceperint præter ſua quæ ui auferunt illis nihil mali inferunt, illęſosq́ dimittunt, In ijs ci

uitates

uitates ad mare ſunt, Mandagora, Cui in mari procul inſulæ ſunt, Peperina: Trineſaq́ ad orientem magis. Item Bizantium, & Cherſoneſus. Cui ad orientem Nanagunna fluuius in mare it, originem à Vindio deducẽs monte, ingens ualde, Qui etiam non multo curſum ſuum ab iam dictis uariat, ſed antequam in mare prorumpat in duos diſſilit amnes Gaorum & Bindam dictos. Vltra uerò Nanagunnæ oſtium Harmagara, & Nitra hoc emporium eſt, unde Limyrica inchoat regio, cuius oræ Tyndis ciuitas. Bramagaraq́. Cui Calæcaria promontoriũ imminet, & Muziris emporium Pſeudoſtomo, id eſt, falſo ori adiacẽs: eſt enim Pſeudoſtomus amnis à Bettio monte defluens: Item Podoperura, Semna, Cereura, Bacaresq́ oppida. Et Barius flumen à dicto monte fluens in mare hic decidẽs, Limyricam ab Aiorum regione, quæ deinceps ſequitur dirimens, Cui oſtio Melcÿnda oppidum magnum imminet. A quo parum Elaccon emporium eſt: Cottiara metropolis, & Balbala, & ultimo loco Commaria promontoria, & eorũ nominis ciuitas, Vnde inſinuatur Colchorũ litus, nam & hic nomen Colchicum quemadmodum apud Pontum ſonat, quod appellatur ab emporio Colchi in eo octo millia paſſuum ambitu inſigne ualde: Hinc ad occaſum Soſicurei oppidum: Et ad orientem Solenis fluuĳ oſtia habens, ex Bettio delabens: habitant ſinum natio Careorum Colymbeſis pinici appellati, quoniam natatores acerrimi ſunt.
Trans autem Solenem Cori promontorium quod & Calligicum dicitur in altum protendit, quo Agaricus inflectitur ſinus, Nomen ab urbe Agari nunc Oriza habens, haud procul à monte: Cui orientem uerſus Salur emporium eſt. quæ ora, Pandionis, id eſt, uniuerſalis regionis eſt. Poſtea Batorum eſt litus, in quo Nigammus metropolis, Thelchyr, & Curula ciuitas: ubi piſcatio margaritarum: In eius agro arbores abſque fructu proueniunt folĳs cubitorum ſex longitudinis totidemq́ fermè latitudinis adeò tenuibus ut complicata pugno contineantur, quibus pro chartis in ſcribendo utuntur, proq́ capitis aduerſus imbres tegumento. Hinc Paralia eſt regio in qua Soreti populi circa litus, & in ĳs Chaberis ciuitas cum fluuio, unde Aloës lignum educitur, Fluuius non exiguus ab Adiſatro decurrens monte, oſtio portuoſo. Poſtea Sobura emporium. Deinde quæ Aruanorum ſunt, ut Podyca emporium, Podephetan modo à barbaris. Et aliud Melanga nomine prope Tynam flumen ad oſtium. Indeq́ Thenaſſeris urbs cuius circumſtans regio Elephantos nutrit. Cottis, & Maliarpha emporium deinde. Poſtea Mæſolorum à Mæſolio amne cognominati eos ab Aruanis ſeperans, cui ad oſtium Cantacoſſyla emporium eſt, Coduraq́ & Aloſinga emporium famoſiſsimum ſiquidem penes ſe portum habet Apheterium olim, nunc Zeython ab incolis, Vnde quibus Auream Cherſoneſum, & alias Eoi maris inſulas percurrere in animo eſt, ſoluunt: pauci tamen ſunt, ex ĳs præcipuè qui ab Æthiopicis,

uel Arabicis litoribus illuc nauigent, quamuis complures naues ad Ta-
probanem uſq; perueniant. Hoc loco rupes in cœlum attolluntur magnã
partem litoris inſidentes. Quibus ſuperatis Gangeticus ſpatioſiſs. ſinus
aperitur: in cuius medio quinq; latiſs. oſtijs Ganges in mare influit à quo
nomen ſinus accipit: In quo poſt æreas rupes Palura ciuitas eſt. Mox Na
nigæna, Catticardamma, Cannagara. Et poſt eas Menada fluuius in ma-
re exit, ex Aureis montibus deſcendens, Cui ad oſtium Cottobara, & Sip
para oppida, Tyndisq; fluuius nobilis, fontes in Vxento monte habens.
Et ab eo haud procul à litore Mapura ciuitas, Managaraq;. Et paulo poſt
Doſaronis fluuij oſtium huc ab Vxento emiſſus. Item Cocala pagus, &
Adamas fluuius quem Vxentus mons emittit, in quo in aurarijs metallis
Adamas reperitur, & Coſamba oppidum. Inde Gangis oſtia, quorũ oc-
cidentalius Cambiſum: Alerum Magnũ: Tertium Camberichum, iuxta
quod Tilogrammũ ciuitas eſt: Quartum Pſeudoſtomũ: Quintum quod
ad aurorã eſt Antibola uocat: licet ſeptimũ eſſe Mella dicat: Nec deſunt
qui unum tantũ oſtium habere uelint, quanquã omnium Indicorũ flumi
num maximum ſit. Hactenus Indiæ maritima ora. Nunc ea quæ in medi
terraneo habentur. Sub Imao itaq; ſiue Caucaſo monte regionem à ſepten
trione terminante, occidentaliores ſunt Lambatæ gentes nomades penè
omnes, & qui nihil memoriæ dignum apud ſe habeant præter quietam ui
tam: Eſt in ijs Carduſa oppidũ, q̃d Alexander ad Caucaſum montẽ con-
ſtituit: Horũ montana ad uſq; Comedorũ montes protendunt (ſunt eñ
Comedæ gens immixta Saccis ut ibi oſtendimus) Supra quos Lambatas,
hoc eſt in Imao monte Coa clariſſ. fluuius fontes habet, quẽ nõnulli Coa-
ſpem ut Curtius, alij Cophen ut Mella, ac Dionyſius: ſplendenti gurgite
Cophes. loquens de hoc flumine in Indum exeunte. Nos autem legimus
in Hebraicis quæſtionib. Indum fluuium, de quo ſtatim dicemus, ab He
bræis Cophenen uocitatũ, uolentes fortaſſe Cophen ſiue Coã ab eius fon
tibus uſq; in mare nomẽ continuare ſuũ: Nam poſtquã longiſſ. interuallo
per abrupta loca & aſpera diu deuoluitur, aliaq; nauigabilia flumina ſecũ
ex Paropaniſadis trahens, ut Saddarum, Paroſpum, & Sodinũ in Indum
ſe mittit. Vltra aũt Coam uerſus auroram uſq; Suaſtum amnem Suaſteni,
quos quidam Aſtacenos appellãt, loca tenent, in quib. Aſtaco ciuitas gen
tis caput: Et altera Beira opulenta ſatis. Oritur Suaſtus ſupra has gentes
in rupib. Imai montis, qui Coæ antequam in Indum influat committitur.
Inde poſt Suaſtũ ad Indum uſq; Daradræ ſiue ut alij Derdæ mõtani ſunt,
armentorũ curatores, Quorũ terra auri, & argenti fertiliſs. eſt: nam ut ſcri
bit Megaſthenes colles quidam in ijs ſunt 300. & 70. mil. paſſ. ambitu, in
quib. aurifodinas eſſe quas formicæ eſfodiant: Quod Propertius tradit:

India cauis aurum mittit formica metallis.

à quib. hyberno tempore erutum aurũ Indi furantur, æſtiuo feruore con
ditis

ditis propter uaporē in cuniculos formicis, q̄ tamen odore ſollicitæ pro uolãt, crebroq́ lacerãt, quãuis præuelocib. camelis fugientes, tanta perni citas feritasq́ eſt cū amore auri, magnas quippe in hac terrarū plaga eſſe paulo ante meminimus. Inuenit etiā in darādris Chryſocola lapis auro ſimilis, nam & in aurarijs metallis, & argentarijs inuenitur, etiam in plumbarijs, laudabilior tamē prima, ad pumicis duriciē. Apud hos Nora urbs eſt, & Mazaga quæ ſitu & opere munita redditur, amnē torrentem ad orientem habēs qui præruptis utrinq́ ripis aditū ad ipſam impedit, ſimiliter ad occaſum & meridiē rupes præaltas, quæq́ deſinit foſſa obiacet 4. mil. & 500. paſſ. murus urbē cōplectitur. Supra quos in eodē monte, quo reliqui amnes Indus quoq́ fontes habet, licet Mella ex Paropaniſo fluere dicat, mutauit tantū nomen, non autem montē nam eodem iugo continuatur, quem Plinius ſequutus eſt, Inter quos fontes & Mazagā urbem Aornis petra eſt in campo iacens, aliquando ab Hercule fruſtra obſeſſa, Quā Alexandrū apud Curtiū cepiſſe legimus, arasq́ in ea Mineruæ ac Victoriæ locaſſe, p̄ceps undiq́ & abrupta, cuius ſumma in acutū cacumē exurgūt, eius radices Indus ſubit, præaltis ripis atq́ aſperis, cuius ab altera parte uoragines eluuiesq́ immenſæ ſunt. Indus Sindus quondā, nūc Hynd ab accolis appellatur, à quo dein ad orientem omni fermè terræ tractui nomen inditum eſſe conſtat, Fluuiorum omniū qui ad hanc plagam labunt maximus, Nam & Gangem penè magnitudine exæquat, ſtatimq́ ortus, maior principio fluit, quā eorum ullus ſit, qui in Aſia naſcitur, Procedens uerò 5. mil. paſſ. latitudine fit, concipit enim pluribus alueis undam, longiſſimoq́ ſpatio trahit, Nam teſte Strabone 15. flumina memoratu digna in ſe recipit, Plinius uiginti, alij plures, ex quibus omnib. ubi auctus eſt ad ſex mil. paſſ. dilatatur, quidā duodecim. Circa quē multæ gētes, multæq́ urbes, atq́ habitationes reliquæ ſunt, qui ubi ſæpe aliquot magnis flexib. ſaxis impeditus quibus crebro reijcitur, ad occaſum modo, modo ad ortum ſe euoluerit, rectus dein ſolidusq́ deſcendit, donec ad læuā dextramq́ ſe deducens per regionem qua non pluit longe in mare exit, Qui gelidior, quàm cætera Indiæ flumina ſunt, aquas uehens colore maris haud multū abhorrētes. Non ſolum agros quum ſe ſuperfuderit lætificat, & mitigat, ſed eos etiam conſerit, mangnā enim uim ſeminum ſecum frumenti ſimilium dicitur deportare. In hoc ait Ariſtobolus crocodilos (licet non multos) inueniri, nec hominibus infeſtos, Cætera uerò animalia (quæ plurima ſunt) eadē in eo gigni, quę in Nilo, præter Hippopotamū, Oneſichritus, & eum in Indo naſci affirmat, cui aſſentit Philoſtratus, ac tales in Indo eſſe flores quales in illo ſunt, Poſt itaq́ Indum Hydaſpis, & Sandabalis & Tuadris amnes, omnes à præfato deſcendunt iugo, quà in parte Caſpiria uel Capiſena regio extendit, uerum Sandabalis in Tuadrū Tuadris in Hydaſpem exit, Hydaſpis uerò haud longè ab Indo in Zariadrū alio nomine

Aceſinem influit, licet Dionyſius, Aceſinē in Hydaſpem fluere dicat. Denominatus ut ait Luctantius grāmaticus ab Hydaſpe antiquiſs. Medorū rege, qui aurū uehere dicitur, aſper ſanè & hybernis tumens imbrib. ita ut magna parte ruptis aggerib. ſibi uiam efficiat, 4. in latitudinē ſtadijs diffuſus profundo alueo, & nuſquā uada aperiente, ſpeciem maris affert, nec pro ſpacio aquarum late ſtagnantium impetum cohercet, ſed qua in arctū coëuntib. ripis, torrens & eliſſus fertur, occultaq; ſaxa in ſe oſtendens pluribus locis, unde repercuſſæ ripæ terribilior facies eſt, In cuius amnis medio inſulæ crebræ ſunt, ſed una amplior cęteris ſylueſtris, in quam crocodili interdiu ad ſolem exeunt, nam & in hoc beſtiæ illę uiuunt. Inter quem & Aceſinem erat Porri Indorum regis terra, multa ſanè & opulenta 300. ciuitatum, quę Alexander bello uicit. Zaradrus autem uel Aceſines magnum & ipſum flumen eſt, atq; Hydaſpe multo maius longe per cōualles & fragoſa loca ex eodem delapſum mōte, quo cætera flumina, Vbi in Indum cadit magno motu amnis uterq; colliditur, quippe Indus aſperū os influenti obijcit, nec repercuſſæ aquæ cedūt, Circa Aceſinem harundines proueniunt folio non longo ſed ſalici ſimile, magnitudine pręſtantes atq; robuſtæ ita ut uicē haſtarum præbeant, Item & ficus, exilia poma ſemper ferens, ut paulo antè, nam huiuſce generis arbos maxime circa hunc amnem gignit, bina ſtadia umbra celſitudine iacitur. In montib. uerò ubi oritur, magnitudinis inuſitatę ſerpentes ſunt, & Rhinocerotes rarū alibi animal. Poſt aūt Caſpiriam regionem, alia ad orientem magis eſt Cylindrina nomine, ſiue eam Catheā dicamus ut quidā uolunt, Sopithis cognomine, quæ ſub Zariadri & Hyarotis & Hypaſis & Diamunæ & Gangis fontibus iacet, ubi ſyluæ propè in immēſum ſpatium diffuſæ ſnnt, proceriſq; & in eximiā altitudinem editis arborib. umbroſę. Hic quoq; ſerpentium magna uis ſquamis fulgorē auri reddentib. uirus haud ullum magis noxium. Vbi & in monte quodā natiui ſales effodiuntur, qui toti Indię ſuffi ciant, in quo lapidicinarū modo ceditur renaſcens, maiuſq; regium uectigal ex eo eſſe quam ex auro atq; margaritis, ut ait Plinius. Item auri & argenti metalla, Et in eadē etiam canes eſſe ad uenandū nobiles, leonib. maxime infeſti, hinc per deſertū Hyarotis fluuius labitur, Veneri dicatus, cuius fontes in agro ſcatent, eſtq; à principio ſtatim nauigabilis, paululū uerò procedēs, nauibus inuius eſt, petræ namq; ſuperiori ex partę acute atq; inter ſe denſæ ſub aqua latentes ab alueo prominent, quib. innauigabilis redditur, in eius ripis arbores naſcuntur à quibus unguentū diſtillat, quo in nuptijs Indi perungi conſueſcūt. Cui & nemus iungitur oppacū arborib. alibi inuſitatis agreſtiumq; pauonū multitudine frequēs. Et in fluuio piſces quos pauones appellant colorib. uarij, aquæ uerò fluuij in paludes diſpergunt, Philoſtratus in mare unico oſtio deferūtur, pernicioſo admodū ijs qui nauigādo nimiū adhæſerint. Hypanis deinde fluuius Veneri et

hic quoq;

hic quoque dicatus, tranſitu difficilis, nō ſpacio ſolum aquarū ſed etiam ſaxorū congerie, quib. conuoluitur, A quo ad Gangē 10. dierū per campeſtres & uaſtas ſolitudines etiā Indis ipſis ignotas, iter eſt, beſtijs fœtas, diues tamen terra, & opib. abundans, Hypaſis tandē Soæ fluuio ex Vindio monte profluenti iungit̄, ſimulque in Gangē labuntur. ultra quē cauit Alexander progredi, unde Solinus Hypaſis fluuius nobiliſs. qui Alexandri magni iter terminauit, ſicuti aræ in ripa eius poſitæ probāt, quas 12. fuiſſe Curcius ſcribit, ex quadrato ſaxo monimentū expeditionis ſuæ. Poſt Hypaſim Dyardenes effunditur, minus celeber auditu, quia per extrema atque inuia propè regionis currit, cæterū non crocodilos modo uti Nilus, ſed & delphines, & ignotas peregrinis beluas alit, quē Ethimāthis poſt eum crebris flexib. ſubinde curuatus excipit, unde ab accolis ad irrigandos cāpos carpit̄, ea cauſa eſt quur tenues reliquas iam ſine nomine in mar emittat aquas. Diamuna ex montib. aquilonaribus cadēs in Gangē influit, inde ex ijſdem montib. Ganges originē ex pluribus fontib. trahit, licet quidā incertis ut Nilū exoriri dicāt, Arthemidorus ex Emodis montib. Poſt Diamunā ad orientem magis Sarabus fluuius excurrit, qui etiam in Gangem ab ea parte irrumpit in cuius alueo Indiam de qua nūc ſcribimus terminari Ptolemæus author eſt. Hoc aūt loco Gangem depingere non erit indecens, quando ad eius fontes deuenimus. Is maximus omniū fluuiorū prædicatur, quem ſacræ literæ Phiſon uocant, in quo maximā fertilitatē eſſe, terra ea inundata, apparet, in eum triginta amnes influere ſcribit Plinius, ex his nauigabiles, præter iam dictos, Crenacā, Rhramnum, Bouā, Caſphagā, Somin, Alicum, Oedanem, magno ſtatim ex ſuis fontib. fragore erūpere, deiectumque per ſcopulos et abrupta ad meridianā regionē, ubi primum molles planities contingat, in quodā lacu hoſpitari, Inde in eum obiectæ rupes inclināt ad orientē lenemque fluere uſque Palimbothram ciuitatē atque inde ad meridiē conuerti, ubi minimū 8. mil. paſſ. latitudine quidā 10. ubi maximū ſupra 12. ſunt qui dicāt 20. Altitudine nuſquā minore pedum 20. nutririque in eo Crocodilos, & delphines, Plinius platani ſtas ab ijs uocari, roſtro & cauda delphini, magnitudine autem 15 cubitorum, anguillæ quoque tricenos pedes, Eſſeque in eodem Seboſus uermes brachijs binis 60. cubitorum, cęruleos, qui nomen à facie traxerūt, ijs tantas eſſe uires ut elephantos ad potum uenientes mordicus comprehenſa manu eorum abſtrahāt, Cetas quoque ineſſe. Scinditur Ganges ſurſum à mari haud modico interuallo in 5. flumina ut in deſcriptione oſtiorum eius in litoralib. meminimus: Verū extrema duo longiſſime inter ſe diſtant. Sed quoniā ab incœpto ordine aliquantū diſceſſimus ad Cylindrinā remeandū eſt, eam Gymnoſophiſtæ, id eſt, ſapiētes nudi habitāt, Iſti philoſophi huius tractus mundi ſunt, tantæ continentiæ, ut uel pomis arborum, uel alia ſimplici re alantur, hyemem æſtatemque nuditate agere, & qui quum

ad flammã ſe applicuerint, ſiue gemitu adurant, quos etiam ab exortu ad occaſum perſtare contuentes ſolẽ immobilibus oculis, feruentib. harenis toto die alternis pedibus inſiſtere ait Plinius, qui arborem pomo ſuauitate præcellentem apud eos naſci, folium alas auium imitantem longitudine trium cubitorum latitudine duum, fructũ è cortice emittere admirabilem ſucci dulcedine, ut uno quaterni ſatientur. Supra aũt Cylindrinã ad ſeptentrionẽ Detichæ gẽtes ſunt & in ijs ciuitates Conta, Margara, & Batancæſarea. Rurſus ad occaſum regionis ſub Lambatis regiũcula eſt Goryæa, quam Dædalã Curcius uocat, in qua ciuitates ſunt Carnaſa, Barborana, Goryaq́ ab Goryade rege extructa dum aduerſus Dionyſium pugnaret, à quo etiam denominata eſt regio, præter quam Coa amnis fluit. Item Nyſa quæ & Dionyſiopolis appellatur, inter cæteras Indorum urbes clariſs. & maxima à Libero P. condita ſcriptores alij, Diodorus ab Oſiri, qui quum ad extremos Indos perueniſſet ubi & plures conſtituit urbes ex ijs unã Nyſam nominauit in eius memoriam in qua eſt nutritus, & ea eſt in Arabia, hęc urbs in occidentali ripa Coæ ſita eſt ad radices mõtis quem Meron incolæ appellant, Ioui ſacrum in quo ut ait Plinius lacertæ uiginti quatuor in longitudine pedum colore fuluei, aut punicei, aut cerulei ſunt. Trogus Femur uocat, quo Liberum P. ortum fabulæ aiunt. Poſtquam Darachora urbs eſt, & Acadira. Inter autẽ Coam & Suaſtum ſub Suaſtenis, gens Sãdanorum eſt, in quibus Sandaneſus lapillus reperitur, eorum ciuitates una Poclais Indo appoſita qua Alexander facto ponte traiecit exercitũ, altera Naulibi, foſſis paluſtribus munita in quib. Crocodilorum magna uis, neq́ niſi ponte ad eam itur. Sub Caſpirea autem ad orientem Indi ripam Varſa regio eſt frequens & ualde ferax, et in ea iuxta flumen ciuitas Ithagurus, & Taxilla magna ac celebris. Ad orientem uerò circa Hydaſpem Pandauorũ quos alij Oxydracas uocãt regio eſt, quę à fœminis regitur cui reginam primam fuiſſe dicunt Herculis filiã, ubi in conuallib. quibuſdam gens eſt quæ annos 200. uiuũt, in iuuenta candido capillo, qui ſenectute nigreſcunt, in quibus ciuitates Labaca, Sagala quæ & Euthimedia dicitur, Iomuſaq́ & præter alias nobiliſs. Buzephala, hęc urbs in Hydaſpis fluminis ripa ab Alexandro condita eſt ubi Porrum regem ſuperauit, eamq́ nominauit ab equo qui eo in prælio cecidit, alij ſuper equo mortuo conditã dicũt, Is Buzephalas à latitudine frontis dictus eſt, quo ſemper Alexander in certaminib. utebatur. Curtius duas dicit urbes Alexandrum in utraq́ ripa fluminis cõdidiſſe, nam altera Nicæa fuit. è regione Bucephalæ ſita, quam à uictoria ſic appellauit. Et ſub Pandauis ubi Aceſines Indo iungitur Saborũ gens eſt, urbẽ habẽs ſui nominis, quã Indus ad ſeptentrionẽ abluit, Ad meridiẽ Aceſines ubi Hydaſpi cõfunditur, qui ultra etiã Aceſinẽ uerſus auſtrum poſſidet, nam ſub cõmixtione Aceſinis cũ Indo, in ijs ciuitates ſunt Paſſala, Orziaq́ Gangi appoſita.

Quorum

Quorm ad meridiem Nanichæ populi ſunt, quibus oppida Paſacra, Sannaba, & Toana urbs. Iacet ſub iſtis Praſiaca regio ubi Praſius gemma reperta nomen accepit. Naſcitur etiam in litoribus Nili à quo ibi Nilon ab amne uocatur, cuius gens ualidiſsima eſt, in quibus ciuitates Sambolaca, Adiſdara, Canagora, Cindia, Sagala: Et penes Indum Aninacha, & Concha. Sub quibus Sandrabati & in ijs ciuitates Empelathra, Nadubanthagar, Tamaſis, & Curaporina. Poſt autem has quas diximus gentes ſub infuſione Aceſinis cum Indo ad auroram ſub Pandauis Caſpirei ſunt, alteri atque meridionaliores quam Caſpirea regio iam dicta, Et in ijs urbes Salagiſa, Aſtraſſus, Labocla, Batanagra, Ariſpara, Paracáue, urbs magna ſané, cui mons imminet ſimijs refertus, Vnde ad Imaum uſque montem planities protēditur dierum quindecim ſecus Gangem, frugum omnium feraciſsima: Item Amacatis, Oſtobalaſſara, Caſpiraq́ cui regio nomen dedit, quam diruit Cyrus, Paſicana, Dædala, altera ab ea quam ſupra diximus, apud quam montes inuij ſunt ac ſyluestres, mox Ardona, Indabara, Liganira, Chonnamagara, & Medura quæ deorum dicitur, Gagaſmira, Heraraſſa metropolis, Comādaq́. Caſpireos Vindius mōs ab auſtro coercet, à quo monte fluuius delabens per prædictā gentem in Indū uadit. Rurſus circa occidētalem Indi partem ſub Goryæa regione, ea omnis communi uocabulo Indoſcythia appellatur: Cæterum ea parte qua ad mare uergit Syraſtrenam regiũculam eſſe in maritimis diximus, Supra quam Abyra regio eſt. Hoc loco Indus in ſeptem flumina ſcinditur, inter quæ terræ pars altera ad ortum ſolis, Cariphi, & Lombare alueis circum fuſa Patalena inſula appellatur, à Patala urbe in ea, aliquanto ſupra mare ad Sapara flumen poſita, In cuius agro Coſtum naſcitur, maximo precio eius radix, guſtu feruens, odore eximio, frutice alias inutili. Pars autem altera ad occaſum intra Sagapa atque Cariphum inſula Paraſia nominatur in qua iuxta diuortium magni fluminis ciuitas nomine Barauara ſita eſt, In hac inſula in montibus ſurſum paulo à mari Pygmæos habitare Plinius tradit, quorum qui longiſsimi ſunt, non longiores eſſe quam pedes duos & quadrantem, ſalubri cœlo ſempérque uernante frui, quorum mulieres quinto anno pariunt, & octauo ſeneſcunt, quos à gruibus infeſtari apud ſcriptores feré omnes legimus: In quibus Iuuenalis:

Ad ſubitas Thracum uolucres nubemq́ ſonoram
Pygmæus paruis currit bellator in armis.
Mox impar hoſti, raptusq́ per aërea curuis
Vnguibus, à ſæua fertur grue.

Fama eſt ipſos inſidentes arietum caprarúmque dorſis armatos ſagittis ueris tempore uniuerſo agmine ad mare deſcendere, & oua pulósque earum alitum conſumere, ternis expeditionem eam menſibus confici, aliter

futuris

futuris gregibus nō reſiſti: caſasq; luto penniſq;, & ouorum putaminib. cōſtruere. Ariſtoteles in cauerniseos uiuere ait, quos ante Nili paludes poſuit, ut ibi mentionem fecimus. Vt autē ad Indoſcythiam ruertamur, ſunt in ijs poſt Gorygnos ciuitates hę, Artoatra, Andrapana, Sabana, Banagara, Codranaq;. Et penes Indum ab occaſu Embolyma, Pentagramma, Aſigramma, & Tiuſa. Poſt fluuius eſt ex Aracoſia in Indum cadens: ultra quem Ariſtobatra urbs eſt: & alia Azica nomine, eſt & Pardabathra ſub qua amnis ex Arbetis Gedroſię montibus lapſus Indo admiſcetur. Dein Piſca, Paſipeda, Suſicana, Bonis, Colacaq;. Sub Sandrabatis autem ad orientalem Indi plagam qua Apocopi montes excurrūt, Pulindæ agriophagi, id eſt, radicibus herbarum uiuentes ſunt: Quibus Cathriæi ſimul regionem habitant, nōnihil ad occaſum fluminis obtinentes, habent enim ciuitates Nigranigamma, Antachara, Sudagāna, Syrniſica, Patiſtama, Tiſapatingaq;. Poſtea ſub ijs Ona regio in qua ciuitates Tiaſtanum, Minagara, Tiatura, Naſica. Item Sudracena regio in qua pomū alijs magnitudine ſuauitateq; præcelentius, quo ſapientes Indorum uiuunt, folium longitudine trium cubitorum, latitudine duorum, fructu & cortice mittit admirabilem ſucci dulcedinem, ut uno quaternos faciet, quæ alijs etiam per Indiam locis naſcuntur: ſunt in ea ciuitates Sudraca, Sarbana, Axoamis, Auſinda, Orbadarum, Theophila, Aſtacapara: Et in fluuij Indi ripa Panaſa, Budæa, Naagramma, Camigara, Binagara, Parabadi, Sydrus, Epitauſa, Xoanaq;. Et ad Sudracenorū meridiem Sabarcæ populi ſunt, feroces admodum, qui multos in amnis ripa uicos habent: & oppidū quod Alexandrū cōdidiſſe ferunt ac ſuo de nomine Alexandriā uocitaſſe. Poſt eos Muſiani terram apud eundē fluuium tenent, iſti 100. & 30. uiuunt annos, Quorum regio rerum penè omnium copiam fert, auri & argēti uſus apud eos non eſt, quanquam ijs abundent: Item nullas artes exquiſitè diſcere prętet medicinam. Poſtq; Muſianos uſq; mare Larica regio extenditur, cuius mediterraneæ ciuitates in oriētali margine Namadis fluuij (maritima enim ſcripſimus) eæ ſunt, Arinagara, Siripalla, Bāmogura, Salauſtium, & Zerogeri. Rurſus inter Sardonicum & Bittigum montes (eſt enim Bittigus ad auroram magis) Tibaſi magorum gens, regionē habens. Quæ autem ſupra hos ſunt uſq; Vindium montem, iuxta quidem Namadem fluuium à parte orientali tenent Parapiotæ, in quibus ſunt Rhamnæ ciuitates habentes Cognabanda, Ozoabis, Oſtha, & Coſa in qua mercatur Adamas lapis: Et circa Nanagunā Phillitæ, & Bittigi populi terram tenent, in quibus Gondani ſunt apud Phillitas penes fluuium. Ambaſtæ autem iuxta Bittigos & montem ipſum: quarum omnium Ambaſtæ ualidiſsima gens eſt plurimis uicis triginta oppidis, quæ muris turribusq; muniuntur, regi præbent peditum centum millia: Elephantos mille, quibus oppidis hæc digniora ſunt Agara, Adiſathra, Soara, Nygdoſora, An

dara

dara ciuitas nobilis.à qua Ambaſtæ quoq; Andaræ nominati ſunt. Inter autem Bittium & Adiſathrum montes Soræ nomades habitant, in quibus lacus eſt, cuius aqua ſumma cum uoluptate bibitur, dulciſs. enim eſt, ubi Sangamarta ciuitas, & alia Sora Arcati regia, Etiam ab orientali parte Vindij montis tenent Biolongæ in quibus ciuitates ſunt Stagabaza, & Bardaotis. Poſtea Aſangi populi apud quos tigres feræ ſunt, regionemq; ſub ijs Poruari habitāt, ubi ciuitates Bridama, Tholobana, Malæus inde mons eſt, iuxta quem umbræ æſtate in auſtrum, in hyeme ad ſeptentrionem iaciuntur. ſub quo monte urbs eſt Malæca. A quibus Vxentum uſq; montem Adiſathri, & in ijs ciuitates Maliba, Aſpathis, Panaſſa, Sageda metropolis, & Balantipyrgum, Quibus omnibus orietaliores uſq; Gangem Mandalæ ſunt, quorũ regi quingenti elephanti, peditum & equitum numerus incertus eſt, in quib. ciuitates Aſthagura, & apud ipſum fluuiũ Sambalaca, Sigalla, & Palimbothra regia in ripa Gangis ſita, unde quidã eam gentẽ Palimbothros uocãt atq; tractũ uniuerſum à Gange quę nunc Vothara apud eas gẽtes nominatur, maxima & ampliſs. uti ſemper fuit, nam decem mil. paſſ. longitudinis, latitudinis duorum eſt, in figura quadrata cinctu ligneo, ab Hercule condita per quam Iomanes amnis currit, ab Vxento monte demiſſus, quo loco in Gangem intrat. Poſt quam urbem Tamalites, & Oreophanta oppida ſunt Gangi impoſita. Et ſub mõte Bittigo, hoc eſt ad latus eius auſtrale Brachmanæ magi loca poſſident, in quibus Brachma urbs: ubi multa hominũ millia eſſe traduntur, Indorum Sapiẽtes nihil animati cõmedentes, uinũ aut ceruiſiam nunquã deguſtãtes: Apud quos in Gangis inſula quemadmodũ in Patalena Indicoſtum naſcitur, ſed ibi nigrũ quod melius eſt, hic uerò albũ. Hinc ad mare inter Gangẽ & Iphaſin deſcendentib. itinere dierũ decẽ ſtruthiones multi occurrũt multi etiam boues, & aſini agreſtes, leones quoq; et Pantherę, tigres præterea, & ſimiarũ quoddam genus longe diuerſum ab ijs quæ alibi inueniuntur, ſunt quippe hæ nigræ, uilloſæ, paruis hominibus ſimiles. Poſt autem Brachmanas ſub Adiſathro uſq; Aureos montes Badiamæi, & in ijs Tathilba ciuitas: Et ſub Vxento Drilophilitę habitant, quorum ciuitates Sibrium, Opotura, Ozoanaq;. Et ad orientem uſq; Gangẽ Coccomagæ tenent, ubi Doſara ciuitas: Et penes Gangem Cartinaga et Cartaſina ciuitas inſignis ac opulẽta. Supra autem Meſolos Salaceni ſunt iuxta montes Aureos, & in ijs ciuitates Benagurum, Caſtra & Magaris. Et prope Gangem Sabaræ qui adamãtes lapillos cæterorum optimos in montibus quibus adiacent intra petras ſcrutantur, ij de exercitu Herculis fuiſſe dicuntur, ibi ægri relicti, In quibus ciuitates Taſopium, et Caricardama. Quæ autem circa oſtia Gangis ſunt Gangaridæ tenẽt, homines inculti ac truces. Quorum ciuitas eſt Gange regia Camberícho fluuio apposita, & altera Palura iuxta Cambiſium, Cuius gẽtis rex equites mille, Ele-

DD phantos

phantôs 700. peditum 60. millia in apparatu belli habet. Reliqua autem regionis hinc abſoluenda ſunt; Nam quæ ſubiacent Sardonico atq; Betti go montibus reſtabant. Igitur ad meridiem Sardonici montis (eſt enim Sardonix mons ab Indi oſtijs haud procul ad orientem à Sardonice lapide nomen deducens, qui in eo prælucidus cæteris abundat) Ariacæ Sandanorum ſunt, quorũ penes mare oram deſignauimus. Hoc ideo cognomine uocitati quia Sandaneſus lapis cognata carbunculo in ijs naſcitur quam quidam Granaticem uocant, In ijs ciuitates ab occaſu Bindę fluuij ſunt Manipalla, Sariſabis, Tagara, Bæthana regia Syri Ptolemęi, Derpalli, Gamaliba, & Omenogara. Et inter Bindam & Pſeudoſtomum Nagaruris, Tabaſſo, Inda, & Tiripangalida, Item Hippocura regia. Balercurum, Subuttũ, Sirimalaga, Calligeris, Modogulla, Petirgala, Banauaſaq;. Vltra uerò hos, Virorum Piratarum mediterranea ſunt, in quibus Muſopallis metropolis, & Olichœra urbes. Poſtea Limyricæ regionis, ab occidentali parte Pſeudoſtomi Narulla, Cuba, Palura. Et poſt Pſeudoſtomũ uſq; Barim fluuium, Pagaſa, Naſtanur, Curellura, Puntãna in cuius agrô Beryllus lapis naſcitur, & aliæ urbes, Haloa, Carura, et Cerobothrum regia, Arembur, Berderis, Pantipolis, Adarima, Corcurq;. Et in Aioris Morunda. Et in Careoris Mendela, Selur Tittua, Manttitur ubi ſimias candẽtes toto corpore uenant̃. Et in Pandionib. Tænur, Perincari, Corindiur, Tangala. item Mondula gens in qua Pandionis regia et Acur, ultra quam ad orientem inſula in Gange eſt ampliſſima eam Modogalici tenent. Et in Bataris, oppida Calindora, Bata, Tallara. Et in Soretis non procul à litore ubi Maleus mons, oppidum Caliur, Tennagora, Icur, Orthura regia Sornatis, Bera urbs diues, Abur, Carmara, Magúrue Aruanorum autem Cerauga, Phurium ſeu Præſidium, Cariga, Poleur, Picendaca, Iatur, Scopolura, Icarta, Malanga regia Baſanoragis, Pandipina, Meſolorũ quoq; Caliga, Bardamana, Corun.ala, Pharytra, & Pithrinda metropolis.

Taprobanis inſulæ ſitus.

TAprobanes inſula, huius regionis litorib. Cori promontorio aduerſa iacet. Diu ante Simondi, poſtea Salica appellata eſt, magna adeò ut nulla ei alia in toto comparanda ſit orbe: Cuius pars meridionalis ultra æquinoctialis ad auſtrũ lineam extenditur, ſpecie fermè circulari, haud minus ſexdecies centenis mil. paſſ. ambitu patens, à cõtinente circiter 70. nõ crebris litorum excauata receſſibus. Hanc antequã mortales maria exquirerent orbem terrarũ alterum eſſe diu exiſtimatum eſt, Antichthonũ appellatione. Quã nobis primo Onexichritus Alexandri claſſis præfectus, ac deinde in Claudij principatu Annius Plocanius quęſtor Rom. aperuit, qui quum Arabiam peteret, uentis præter initum curſum raptus huc appulſus eſt, quatridui nauigatione, Qua parte Indię proximior eſt, medio in curſu Solis inſula eſt, alio nomine Cori, quia eiuſdem

nominis promontorio in continenti opponit, Mare colore peruiridi, fruticoſis arboribus in fundo natis translucens, eorum comæ, aquę ſummo adeò appropinquantes, ut nauium ſæpe gubernacula ab ijs detineantur, uadoſum enim eſt, ſenis non amplius paſſ. altitudinis, ſed certis canalib. adeò profundũ, ut nullæ ancoræ ſidant, nec plus ternis menſibus in anno nauigatur. Naſcitur in ea oriza, mel, gingiber, piper reliquo maior, camphora, margaritæ, & gemmæ aliæ multæ, & uniuerſorum metallorũ genere, auro, argentoq́ abundat, ex quo incolis maiores ac precioſiores eſſe opes quàm nobis. Homines q magnitudine alios excedunt rutilis comis, cęruleis oculis, oriſono truci, muliebrib. uillis, telliſq́ ſericis genutenus omnes ferè tecti, crudeles ac morib. aſperi, aures habẽtes permagnas in quibus aureas armillas pariter uiri ac fœminæ geſtant ornatas gemmis, uxores plures ducũt. Quibus domus deprę́ſſę ſunt ad euitandũ ſolis æſtum, nulli cõmercio linguæ, quod ſcribit Plinius, Cætera eadem, quę noſtri negociatores, fluminis ulteriore ripa merces poſitas iuxta uenalia, tolli ab ijs ſi placeat permutatio, Annonã apud hos nunquã augeri, non fora, litéſue eſſe, agros diligenter coli, uitis uſum non eſſe, pomis affluere, eſſe & in piſcatu uoluptatem, teſtudinum maxime, quarum ſuperficie familias habitantium cõtegi, tanta reperiri magnitudine, quarum atq; eboris multum & reliqua huiuſmodi ad Indorũ nundinas ſubuehi. Vitam hominũ 100. annis modicam, nam & author eſt Arthemidorus iſthic longiſsimã uitã eſſe ſine ullo corporis langore traduci. In Taprobane 500. eſſe oppida dicunt, ſed quę ad notitiam noſtram peruenere, hæc ſunt, atq; ea primo quę in inſulæ circumſcriptione habentur. Siquidem ad ſeptentrionem iuxta mare Modoti emporium eſt. Ad ſiniſtrã Phaſis amnis oſtium. Et in occidentali eius ripa Talacoris emporiũ aliud, Quo inde ad interiora inſulæ nauigat̃, ad Galibos penè montes in quib. amnis ipſe fontes habet. Poſtea Boreum promontoriũ eſt quod Cori promontorio altero è regione in cõtinente procumbit. Quæ ad occaſum ſpectant primo Galiba promontorium uel extrema eſt, ab eiuſdẽ nominis montib. qui interius ſunt procurrens. Mox ciuitas Margana, Ioganaq́ in ſinu. Inde Anariſmundi promõtorium cui Paleſimunda urbs adiacet in portu omnium ibi clariſs. poſita, In quem eodem nomine amnis influit. item Soana flumen è Malça monte demiſſus. Et Sindocanda ciuitas. Et Priapidis portus. Dein Anubingara, Praſodis ſinus, & Iouis extrema. Poſtea Nubartha ciuitas quæ ſub linea æquinoctiali ſita eſt. unde Azanus flu. in mare uadit, in radicib. Maleæ montis exortus. Mox Hodoca ciuitas, Orneorum extrema, Dagana oppida in promontorio quod ſacra luna dicitur. Hinc recta penè ora meridionale inſulæ latus excurrit, in quo Corcobara ciuitas, & alia Dionyſij, & Cetæum promontorium, Cui Alaba inſula obiacet, hæc omnia ultra æquinoctialem ad meridiem ſita ſunt. Rurſus poſt longiſs. deſerti lito

ris tractum, flectit ſe inſula ad oriẽtem. Fluit inde in mare Baracus amnis, quouſq; fermè inſulæ pars ad meridiem retro ab æquatore poſita eſt, qui amnis ex Malææ iugis labitur. Dein Bocana ciuitas. Mordule portus. Abarattha oppidum Enacra cognomine, Solis portus. Poſt quem litus aperitur, quod Magnum dicitur, inter duos ramos Paleſimũdi fluminis contentum. Item Procuri Enacra ciuitas in tertio Paleſimũdi oſtio ſita. Mox Rhizala portus. Oxia promontorium. Ganges fluuius in mare ex ſtagno fluens. Inde Spatana portus, cui Nagadiba ciuitas imminet. Hinc Panti expanditur ſinus in quo Anubingara urbs eſt. hęc ad mare. In mediterraneo aũt inter alia penes Gangem Maagramum metropolis eſt, Cui ad ſeptentrionem montes Galibi attolluntur, In quorum radicibus ſtagnum eſt trecenta & ſeptuaginta quinq; mil. paſſ. ambitu Maſisba nomine, nõnullas complectens inſulas fertiles tantum pabuli, ex quo Ganges, & Paleſimundus amnes prodeunt. Quibus in montibus quæ ad aquilonẽ uergunt gens eodem nomine habitat. Et quæ ad Modoti emporium uergũt, ſimiliter ſui nominis populi tenẽt. Eſt & Anurogramum ciuitas regia occaſum uerſus cui gens eiuſdem appellationis longe circum regionem poſſidet, dictis cohęrẽs. Poſtea Adiſamum oppidum in Paleſimundi ripa ſitum. Item Poduca ciuitas iuxta Soanam fluuium qui per gentem ſui nominis labitur. Et ad meridiem Malææ montis neq; à mari procul Vliſpada urbs. Sub hoc monte uſq; mare ſunt Elephantum paſcua, hic maiores bellicoſioresq; quam in India gignuntur, In quorum montium radicibus propè Baraci amnis fontem Nacaduna ciuitas eſt, circum quam Nacadunæ populi ſunt. Quibus Senni conterminãt, Quorum ad occaſum Sadocandæ ſunt. Et ſub ipſis uſq; Malęam montem Bumaſani, Tarachi autem regionem uerſus ſolis ortũ colunt. Quib. ſubiacent Bochani, & Morduli, & qui maxime auſtraliores ſunt Rhogandani, & Nanigiri. Circa Taprobanem multæ aliæ magnæ atq; paruæ iacent inſulæ, nam ut ſcribit Ptolemæus mille trecentę & ſeptuaginta octo numero ſunt, quarũ præter paucas, cæteras omnes relinquit. Sunt illæ ad occaſum Vangana, Canathra. Sub quibus Orneon, Egidion, Monacha, Ammina. & ultra eas Carcus, Philecus, Irena. Ad meridiem Calandadrua, Arana, Baſſa, Balaca, Alaba. Ad auroram Gumara non procul à Taprobane, Zaba, Zabala, Nagadima. Et ad ſeptentrionẽ magis propè Indię litora Suſuara. Sunt quidam ex iunioribus qui dicant aliam inſulam nobiliſs. eſſe in ſinu aduerſum Curulam urbem, hoc eſt eodem ſitu quo Taprobanẽ fermè, Sailanam nomine, colligereq; circuitu tricies centum mil. paſſ. in qua Carbunculum, Saphyrum, Sandaneſumq; & quem hæc ætas Oculumcatæ uocat inueniri, cinnamomumq; producere. Et in ea lacum in cuius medio ciuitatem regiam contineri tribus mil. paſſ. ambitu. Quam inſulam pro Taprobane illos poſuiſſe puto, namq; ex Salica in Sailanam conuerſum eſſe nomen facile

fieri

fieri poſſet. Nam ſi altera à Taprobane eſſet quum adeò excellens ac naturæ bonis ſortita ſit, eam Ptolemæus utique nominaſſet, quando minores quidem multas, obſcurioresq;, ac deſertas quaſdã in dictis iam inſeruiſſet. Hactenus de India altera, cui ſtatim altera adhærebit.

GEOGRAPHIAE Commentarius XI. Aſiæ, in quo India extra Gangem, Sinarum regio, & Indicum pelagus cum inſulis in eo iacentibus continentur.

INdia extra Gangem, id eſt, Macyn, ad orientem alterius quam terram Ieriam diuina ſcriptura (ut in ſuperioribus diximus) appellat, ſunt qui Tarſis dici putent, ut notat Hieronymus, & ita etiã mare ipſum. Quę regio multa atque precioſa fert, pręter cætera puriſs. aurum precioſiſs. gemmę, carbunculus, ſmaragdusq;, & margaritę candidiſs. beryllus etiam, & lapis onychinus ex terra atq; petris eruuntur. Item & linum teſte Plinio quod ignib. non abſumitur, Vrium uocãt, naſcitur in deſertis aduſtisq; ſole locis, ubi non cadunt imbres inter diras ſerpẽtes. Cæterum in ea gentes eſſe, uarias habẽtes formas, ritusq; inter ſe diuerſos authores multi ſunt, nosq; de eorũ quibuſdam ſuis in locis, quę ab ijs accepimus referemus, Omiſſis inter alios, qui aduerſis plantis, capitibus caninis, ſingulisq; ſunt crurib. etiam ſine ceruicib. oculos in humeris habẽt, ſine quoq; ore olfactu tantũ uiuũt, quorum hiſtorias uolentib. legere, apud authores ipſos copia dabitur. Hæc regio terminat̃ à ſeptentrione Scythis ac Seris iugo Emodorũ montiũ interiecto, Ab occaſu Gange fluuio, Ab oriente Sinarũ regione iuxta magnũ deſertum, A meridie Indico pelago. In Gangetico itaq; ſinu poſt Gangis ultimum oſtium ad orientem Pentapolis urbs eſt, Cui in mari Chaline obiacet inſula. Dein Catabeda amnis, Gange maior, ut quidã perhibẽt, in mare influit à Mæandro flexuoſo exortus monte, longiſs. tractu, ęquo penè ſpacio cum maritima ora extẽto. Mox Bracũ emporiũ. Tocoſana flumen ab eodem lapſum monte, à quo argentea regio inchoat, In qua primo ad mare Samba ciuitas. Sadus fluuius ex dicto monte emiſſus, Cui ad oſtium Sada ciuitas adiacet, Et in mari procul ad Aphricũ uentum Bazagata inſula quam quidam Bibagam uocant oſtreis, conchisq; in quib. uniones referta, qui hanc incolunt nudi cõtinue degere ferunt̃, ex eoq; Gymnetas uocari. Rurſus in litore Berabonna emporiũ, Temala flumen unà cũ ciuitate, quod in Mæandro fontẽ ha-

bet, Vnde promontoriũ in mare proſilit, Quo Sabaricus curuat̃ ſinus Beſyngitorũ anthropophagorũ qui homines uenãtes atq; ſacrificãtes deuorant. In eo Sabara ciuitas à qua nomen litori eſt. Poſtea Beſynga fluuius à mõtibus ſupra Aureã ſitis defluens, quo gentes nomẽ habent, Cui penes oſtium Beſynga emporiũ ſedet. Mox Berobe ciuitas, Vltra quã promontorium ingens, Quo circumflexo collum auręæ Cherſoneſi nauigationẽ intercipit, Quo traiecto Leſtorum ſinus aperitur, In cuius margine Samarada ciuitas eſt. Dein Pangraſa, & Sobanus fluuius in mare à dorſis Cherſoneſo ſuperiacentibus delabitur. Et poſt eum Thipinobaſti emporium, Acadra uicus, & Zabe ciuitas auro abundans, Hinc magnum iugum ex mediterranea regione emiſſum nomen ab effectu deducẽs, arduum ſanè eſt & præruptum, Quo relicto, mare in Magnum ſinum (proprio etiam uocabulo) effuſum, longe ad ſeptentrionem refugientes occupat terras, Qui quum in ultimo penè oriente conditus ſit, obſcura de eo habetur deſcriptio, nam ut Herodotus tradit Aſiæ ilhinc auroram uerſus deſerta loca ſunt, nec qualia ſint dicere quiſquam poteſt, In eo tamen poſt magnum iugum Thagora eſt uicus. Balonga metropolis, Throana ciuitas. Mox Doana ingens flumen in mare, ex duob. diuerſiſs. fontibus atq; introrſus admodum lapſum, quorũ alter in Dabaſcis, alter in Bepiro montib. coniungentes ſe flumina in medijs campis. Eſt Bepirus mons excelſus longe iugo facto porrectus, haud diuerſo tractu ab excurſu Gangis, licet procul multo, Dabaſci uerò mõtes magis ad orientem ſunt in ſeptentrionem auſtrumq; deducti. Item poſt Doanæ oſtium Carthatha metropolis eſt, & Sinda ciuitas. Mox Doſius amnis in ſinum exit à Dabaſcis montibus ortus. Dein Aganagara ciuitas. Et poſt eã Serus fluuius in mare uadit duobus originibus in Semanthinorum montium radicibus quam ſupradicti ad ſeptentrionem magis exortus, Semanthinus mons cæteris ſeptentrionalior eſt, ad ſolis ortum ſitus, maximam terræ partem exaſperans petris in diuerſa promiſſis. Hæc de maritimis huius Indię. De mediterraneis uerò hæc habentur. Gentes ſunt ſeptentrionẽ uerſus iuxta Imaum montem ab orientali Gangis latere qui Gãganæ dicunt̃. Per quos Sarabus fluuius excurrit, & in ijs ciuitates, Sapolus, Storna, Heorta, Rhapphaq;. Sub q̃b. Marugæ habitãt uſq; Gangaridas, quos ſuperius meminimus, quos Ethimantis amnis in Gangem fluẽs diuidit. In quib. ciuitates ſunt apud Gangem Boræta, Corigaza, Condota, Celydra, Aganagora, Talargaq;. Inter autem montem Imaum & Bepirum ad orientem Ganganarum Tacoræi ſunt, quibus ad auſtrum Cornacali, Paſſalæ, & uſque Mæandrum montem Tilædæ, Vocãt autem ſic Beſadas, ſunt enim mutilati, craſsi, & fronte latiores, colore albi. Supra hos Cirradia regio eſt in qua homines centenis quadragenis uiuunt annis, ubi in paludibus optimum Malabathrum gignitur licet in Syria & in Ægypto naſcatur. Iuxta quidem Mæandrum

Tamiræ anthropophagi loca ocupant. Quibus ad meridiem propinqua eſt Argentea regio in qua multa dicuntur metalla imperfecta eſſe ſita. Eſt & Aurea regio Beſyngitis proxima, & hæc metalla auri quamplura habet, unde illi nomen obtigit, Indi enim & metallorū, & fuſilium imperiti ſunt, idcirco rem ſimplicius tractant. De quib. locis Hieronymus loquēs ait: mōtes ſunt aurei, quos adire propter dracones, & griphas, & immenſorum corporum monſtra, hominibus impoſſibile eſt, Sunt & iſti colore ſimiliter albi, & craſſi, & mutilati, atq; ſimi. Rurſus inter Bepirum montem & montes Dabaſcos Aminachæ tenent, & Indaprathæ, & Ibithingæ, & Dabaſcæ, & uſq; Mæandrum montem Nagalotæ, quod ſignificat regionem illam nudorum mundū dici, Iterum poſt Dabaſcos Sinas uerſus ad ſeptentrionem Cacobæ ſunt, & ſub ijs Baſanare, & Chalcitis regio in qua plura æris metalla eſſe, unde ad Magnum uſq; ſinum Cudutæ, & Baræ, & Sindi. Poſt quos montana ſunt regioni Leſtorum iuncta, tigres & elephantes habentia, hanc Leſtorum regionem qui colunt ſyluestres ſunt, in ſpecubus habitantes, cutem ſimilē Hippopotamis habentes quæ ſagittis traijci non poteſt. Ciuitates in his omnibus gentibus præter iam dictas, hæ habentur. Silampura in radice Bepuri montis penes fontes Ethimātis amnis ſita. Item Caſsida ad læuam, Canogiza ad dextram eiuſdē amnis ſunt, & in orientali montis parte Eldana. Et apud Dabaſcos montes ad occaſum Aſanamara, & Archinara. Poſtea Vthatenę Sero amni appoſita nō longè ab eius fontibus. Et ſub Caſſida Suanagura eſt. Poſt Anthina, Salatha q;. Et in orientali ripa Seri Rhandamarcotta. Sub qua ad eūdem Cimara, & Sipiberis. In dextra aūt Dyardenis fluuij Athenagurum oppidum. Oritur Dyardenes in Bepiro monte in Gangem cadēs. Hinc ad auſtrum Mamœna, & Toſale metropolis, & Aloſanga ſunt. Item Pariſara, & Tugma nobiliſs. omniū regionis illius 15. mil. paſſuū circuitu, ad radices Mæandri montis iuxta fontes Catabedæ amnis ſita. Mox ad occidentalem Daonæ fluuij partem Ariſabium oppidū. Cuius è regione ad orientē Adiſaga, ulterius uerò ad aliū fluuiū Poſinara. Poſtea Pandaſſa, rurſus inter Mæandrū montem & mare Trigliphon regia uel Trilingum, in qua galli gallinacei barbati eſſe dicuntur, & corui, & Pſitaci albi. Poſt ad orientem magis penes Doanam Lariagara, & ſub ea uerſus mare ad eundem Doana oppidum. Item Rhingiberi. Et ultra Serum Agimœtha, & Tomara. Et quæ ad auſtrum magis uergūt, Marcura metropolis auri & argēti diues, ubi gemmarū, margaritarumq; magna uis. Poſtea Laſyppa Beſyngæ fluuio adiacens, & Bardaora ſub dorſis Auræ imminētibus ſita. Diximus Auream Cherſoneſum litoribus huius regionis collo applicatā eſſe in merdiē porrectam ſupra 750. mil. paſſ. quam per tranſuerſum æquinoctialis ſecat, latā circiter 330. in mucronis ſpeciē terminātem. Quę regio in ſacris uoluminibus modo Saphira, modo Tarſis denominatur,

minatur, quod (ut alios omittamus) Ioſephus in Antiquitatibus probat quum dicat, Salomonem regem multas naues feciſſe in ſinu Ægyptiaco maris Rubri, in loco non procul à ciuitate Hylana, adiutus à uiris in rebus maritimis edoctis, miſſis à Tyriorum rege, quos nauigare iuſſit ad locum, qui olim quidem Sophyra, nunc autem terra Aurea nuncupatur. (eſt autem in India) ut aurum deferrent, & colligẽtes qnatuor centa & uiginti talenta ad regem denuo ſunt reuerſi, non enim terram auream in hoc mari uſquam eſſe legimus præter Cherſoneſum, de qua nunc agimus, ſupra cuius Iſthmum attolluntur montes quibus contra ſeptentrionem regiones adhærent, auro & argento exuperantes, qui montes facile Sophyr appellabant, quum dicat Hieronymus, Sophyr mons orientis pertinens ad Indiæ regionem & à quibus Cherſoneſus denominaret. Non enim argentum & aurum uendebatur, uel emebatur, ſed multæ fuere naues quas rex in mare Tarſis conſtituerat ut interiora gentium penetrarent, & omnia compararent, & comparatum aurum argentumq́ꝫ regi deferrent. Nec non & elephãtes, & Æthiopas ſimias, præter quæ Sithina etiam ligna nõ modica, & gẽmas precioſas, nauigationem euntes & redeuntes trib. annis implebãt, et reliqua. ex quo colligi poteſt primũ Cherſoneſi nomẽ fuiſſe Tarſis, appellatiuũ, uerò Sophyra, ab imminẽtibus illi mõtibus, nam & Hieronymus, Tarſis Indiæ regio appellat, & ita etiã ipſum mare, licet alij ſint ut diximus qui Indiã ita uocitari dicãt. Cherſoneſus Aurea ſic circumſcribit, qua occaſum ſpectat, Tacola emporiũ primo in Iſthmo eſt. ultra q̃d promontoriũ excelſum ꝓminet, & Chryſoana in mare fluuius, nomẽ ab auro deducẽs. Mox Sabana emporiũ poſt æquinoctialem ad auſtrũ, & Palãda amnis. Dein Maleicolõ promontoriũ extremũ ad auſtrũ. Rurſus qua orientem aſpicit Taba flumen in mare prorumpit. Inde Colipolis æquinoctialem ſuper ſe habẽs. Item Perimula promontoriũ ubi emporium eodem nomine, illius regionis celeberrimũ, Vnde litus mare in ſinum recipit margaritarũ fertiliſſ. Mediterranea uerò rigant amnes præcipuè Chryſona à montib. Saphyr uidelicet ſupra Iſthmũ demiſſus, qui infra Iſthmũ in duo ſcindit, Quod aũt ad læuã it, Taba appellatur. In ea ciuitates, Baloncha, Cocconagara, Tharra, Malandaq́ꝫ. Hæ duæ trans æquidiſtantẽ lineam ad meridiẽ poſitæ ſunt, Ibadiũ inſula, quę nũc Iaua ab incolis nuncupatur, inter Aureã & incognitam ad meridiẽ terram ultra æquinoctialẽ iacet, longa in ortũ occaſumq́ꝫ 378. mil. paſſ. fermè. Recẽtiores duas eſſe Iauas affirmant. Sonat Iabadium, ordei inſula, ea enim feraciſsima dicitur, & quæ multũ auri ſcateat. In occidentali inſulæ extrema, metropolis Argentea nomine eſt, habitatur inſula hominibus immaniſs. omnium crudeliſsimisq́ꝫ qui mures, canes, & ſpurtioa quælibet animalia edũt, Quibus hominem occidere pro ludo eſt. Sunt & aliæ inſulæ contra hanc partem Indæ ſitæ, longe inter ſe atq́ꝫ ab cõtinente longiſſime diſtantes, in

tes, in quibus tres Sindæ appellatæ. Item Baruſſæ quinq; numero. Simili ter Sabadicæ tres, ultra æquinoctialē omnes quas incolę anthropophagi tenēt. Eſt & quæ bonæ fortunæ dicitur æquinoctiali proxima. Sunt prę ter eas inſulæ ſub ipſo æquinoctiali numero decem Maniolæ uocitatæ, in unum collectæ, è magnete lapide omnes, Ex quo nauigia ligneis clauis compingi opus eſt, ne ſi ferrei fuerint à petris detinerentur, ab anthropo phagis itidem poſſeſſæ.

Sinarum regionis ſitus.

SInarum regio poſt Indiam, in extremo orienti poſita, modo Syn à barbaris nuncupata ditiſſima ut fama eſt terra, frumēto & a'ijs fru ctibus præter uinum uberrima, uites enim iſthuc non producunt. In ea urbes mœnia non habent, nec quicquam memoratu dignum, quod referatur. Cuius deſcriptio eſt, A ſeptentrione Seres ad Emodos montes, Ab occaſu Indiam, Ab ortu Solis terram incognitam, A meridie partem magni ſinus habet, cuius litus occaſum aſpicit, q̊d continuatur ad auſtrū cum terra incognita circa mare Praſodum. In litore itaq; poſt Indiæ ex tremum limitem Aſpithara fluuius in mare it ex Semanthinis montibus per gentem ſui nominis ſerpens, Quibus paulo ſupra mare ad eundem a mnem eiuſdem appellationis ciuitas eſt. Dein Bramma, & Ambaſtus am nis ſylueſtri loco natus. Mox ciuitas Rhabana, Sænus flumen ab incogni tis eois partibus fluens. Notium promontorium, Theriodis ſinus, Saty rorumúe promontorium æquinoctiali ſubſidens linee, ab ipſis Satyris in eo habitātibus uocitatum, Animal pernicioſiſsimum nam propter uelo citatem, niſi ſenes aut ęgri non capiuntur. Inde Sinarum ſinus eſt. Hos du os ſinus promontorium dictum efficit, quod quum in altum ſe porrigat, dextra lęuaq; mare introrſus admittit, Quorum alterum, totumq; ad me ridiē litus uſq; Cattigaram Ichthiophagi Æthiopes habēt, in eo Cottiaris fluuius longo excurſu labit̃, Sino amne in ſe prius aſſumpto. Poſtea Cat tigara ſtatio ultimus Sinarum atq; totius habitabilis noſtræ ab ea parte, lo cus, quæ omnia ab Satyrorum promontorio poſt æquinoctialem ad me ridiem ſita ſunt, à qua ſtatione Cattigara poſteriori tempore nonnullorū opinio eſt nomen regioni, hoc eſt Catthaium corruptè inditū eſſe, in quo etiam Seras cōprehenſos eſſe, quod facile credi poteſt, ſed ut in Serica diximus ibi propriè hodie Chattaiū dicit̃. Huic poſtremo litori neq; procul Satyrorū inſulę tres obiacēt, quarū incolę Satyri (qua noſcit̃ forma) ſunt, Qui præter figurā nihil moris humani habent, nam hominū tantū facies in ſuperiori parte illis eſt, In earū una, nux quā muſcatā nos dicimus, Et in altera Cariophilon naſcitur, & Pſitaci uerſicolores, & albi. Tertia deſerta penè eſt. In mediterraneo uerò regionis, quæ maximè ad arctos uergunt, tenēt Semanthini circa eiuſdē nominis montes. Sub quibus montib Aca thræ gentes habitant, in quib. eodē nomine ciuitas eſt. Poſt apud Magnū

ſinum

ſinum Ambaſti ad eundem amnem ſiti, Cotiagaram ciuitatem in occidentali ſitam ripa inhabitantes, & in orientali Sarata, & non multo poſt ad idem flumen Sine metropolis.

Indici pelagi deſcriptio.

DEſcriptis circa Indicum pelagus regionib. Sinibus, Inſulisꝗ paſſim in eo iacentibus uniuerſum dehinc mare, quandoquidem cæterorum maximum eſt, quod uel mōſtra præ alijs inſueta, cognituꝗ dignis. alat, ſubijcere haud ab inſtituto diuertemus. Vaſtiſsimum id quidem & quod ab oriente in occidentem partibus centū & quinꝗ ex ijs quas omnem noſtram habitabilem centū et octuaginta conſtare initio diximus, Latitudine uerò tribus & triginta cuius mediam longitudinem ab eois partibus in occaſum linea æquinoctialis pertranſit, Quod authores nonnulli Oceanum eſſe contendunt, in quibus Cornelius eſt, cuius in ætate Endoxius quidam Arabico ſinu egreſſus Gades uſꝗ peruectus. Itē Cæſare Auguſt. F. res in Arabico ſinu gerente, ſigna nauium ex Hiſpanienſibus naufragijs feruntur agnita. Et Iuba apud Plinium à Moſylonide promontorio Æthiopiæ in mari Rubro, Atlanticum mare incipere uult, Gadis uſꝗ nauigandum euro uēto. Item in ſeptentrionalem oceanum ex Indico Idē nepos tradit, Quinto Metello celeri Affranij in conſulatu collegæ, ſed tum Galliæ proconſuli, Indos à rege Sueuorum dono datos qui ex India commercij cauſa nauigātes tempeſtatibus acti eſſent in Germaniam arrepti. Ptolemæus uerò ambitum ex omni parte à terra uult, & in modum lacus in terram concludi. Multi nominis mare, ſiquidem Hieronymus in quadam epiſtola ad Marcellam, quum dixiſſet, Tarſis lapis apud Hebræos, Chryſolitus eſt, aut Hyacinthus, ut diuerſi interpretes uolunt, ſubdit, Indiæ regio Tarſis à quibuſdam appellatur, & ita etiā ipſum mare, quod ceruleum ſit, & ſæpe ſolis radijs percuſſum colorem ſupradictorum lapidum tractat, & à colore nomen acceperit. Græci ab Erythra rege Erithreum, quod noſtra lingua Rubrum ſignificat, neꝗ ſolum maris partem, ut quidam putāt, ſed totum unà cum ſinibus ſibi iunctis, eodem amplecti uocabulo. Nam & Tigrim, & Euphratem per Babyloniam, in Rubrum mare prorumpere, & Hebraicum populum, mare Rubrum ſicco ueſtigio traieciſſe dicant. Similiter Curtius, mare inquit quod abluitur India nec colore quidem abhorrens à cæteris, ab Erythra rege inditum eſt nomen, propter quod ignari rubere aquas credunt. Hoc enim dixit, quum alij ſolis repercuſſu (ut paulo ante) talem reddi colorem, alij ab harenis, uel à montibus prope iacentibus qui ex aduſtione rubere dicuntur, exiſtimāt. Quidam tali aquæ natura factum, à quibus opinionibus Mella nō diſſentit omnino. Item & Varo, Ethefia ait, in litore fontem eſſe qui aquam rubicundam ac minio plenam in mare emittat. Ptolemæus uerò parti duntaxat, quæ Arabico ſinui ad anguſtias, atꝗ Hippado iungitur

pelago,

pelago, Rubri nomen tribuit, Arabiæ felicis meridionalem oram abluēs, quæ pars minima eſt. Opinione fortaſſe inductus Etheſiæ, quod ibi fons ille exoneretur in mare, quum parua aqua infinito quaſi pelago nomen dare haud decenter poſſet. Etiam Indicum denominatum à duabus Indijs quibus adiacet. Hippadum inter hoc atq; Rubrum (ſecundum Ptolemęi deſignationem) nulla ex parte terris admiſſum. Sic dictum quod marini in eo quandoq; equi appareant, ut in Nilo eſſe diximus. Eoum autē quod Sinarum regioni unde ſol oritur condatur. Æthiopicū ab Æthiopia, atq; Praſodum uocari, id eſt, Viride, ea ſcilicet in parte, quæ meridiem à Catigara Sinarum ſtatione ad Praſum uſq; promontorium ſpectat, eo inſignito uocabulo, quod ex arborib. in profundo natis uiriditate reluceat, Quamuis Strabone teſte non eo tractu ſolum, ſed in tota huius maris ora naſcantur, lauro & oleæ perſimiles, Nam & Plinius Alexandri milites q Indos nauigauere, frondem marinarum arborum tradidere in aqua uiridem fuiſſe, exceptam ſole protinus in ſale areſcente. Item iuncos lapideos apud mare prouenire, quos nemo uiſu à ueris diſcerni poſſit. Mare quam cætera immanibus uarijsq; beluis exuberans, inter quæ Piſtrix, & balena maximæ ſunt, & quæ magnarum nauium carinis æquari poſſent, Plinius quaternorum iugerum, & piſces 200. cubitorum, & locuſtæ quaterna cubita impleant tradit: Quod etiam meminit Dionyſius, ubi ait:

Litoribus cuius ſaliunt denſiſsima cetæ
Quæ paſcit uaſtum mare Rubrum montibus æque
Tenditur horribilis, quorum per terga, per armos
Spina ferens cladem, fatumq; ſub ore feroci.

Et quod mirabilius eſt, animalia hominis ſpeciem præ ſe ferentia nutrit; de quo dicere, paulo altius referre, haud inconueniens, rei quibuſdam fortaſſe nouitate, erit. Diximus ſupra in Gangeticum ſinum Tyndim amnē influere, quem hodie accolæ Cochin uocant. In eo quidam noſtri temporis mare illud enauigans tradit piſces eſſe formam humanā habentes, qui noctu aqua exeuntes, collectis in litore aridis ſtipulis atque igne ex lapidū colliſione excuſſo flammam excitare, ac piſces qui plurimi ad ſplendorem ignis enatāt, captos edere, Interdiu uerò in aqua latitare. Hos aliquādo ab incolis exceptos, nihil à forma hominis differre, mares ac fœminas dicunt. Præterea in Ægypto apud ciuitatem Cairum à mercatoribus Venetis, uiris fide digniſsimis audiuimus, eos captum uidiſſe piſcem, à ſimilitudine pueri nihil niſi uoce diſtare, hiſpidoq; ſquamis dorſo, intercurrēte ſpina, neque notabili ſatis, reliquum totum humana abſolutum effigie, quem arbitrio ementis in fruſta ſecatum (eſui enim optimum aſſerebant) inſpectis inteſtinis, nequaquam à ſpecie et partibus humani uentris diſtare inuenerunt. Quidam à dicta ciuitate Venetias rediens ex ſupradictis piſcibus unum ſecum detulit, ulnis duabus magnitudine, ſole duratum colore

lore fuſco eadē imagine, qua præfatos fuiſſe iam dixi, præter caput, quod non humanum omnino, ſed cuiuſdam piſcis, triangulare quodammodo: Cuiuſmodi piſces interdum Ægyptij ad ſe ex Indico pelago natare dicunt, nam & alterum penes piſcatorem ſacerdos remanſiſſe narrabat maioris ſtaturæ, audiſſeq́ȝ nõnunquam ad iuſtam hominis dimenſionem captos eſſe, ac paulo antè fœminam ætate plenam. Quare illud quoqȝ procul à fide eſſe haud credimus quod in Gaditano oceano Tiberij principatu, uiſum Tritonem in quodam ſpecu cõcha canentem. Et diui Aug. tempore, complures in litore exanimes Nereidas. Et marinum hominē aſcendere nauigia nocturnis temporibus apud Plinium legimus. Vtq́ȝ ad mare redeamus, nauigantibus mite, tempeſtatibus minime obnoxium, nauigaẽ magnis nauigijs atqȝ à noſtris diuerſis multo, quinis malis, totidemq́ȝ palmaceis uelis, nauticorũ ducentorũ quodlibet capax: quibus in curſu, nulla ſiderum obſeruatio eſt, Naues abiegnæ omnes, ligneis compactæ clauis, propter magnetem lapidem frequentibus locis eo in mari diſperſum in ſcopulos. Huic pelago, omiſſis finibus regiones adiacere ſupra indicauimus: ad occaſum Æthiopiam Agiſimbã, & alteram ſub Ægypto: Inde ad ſeptentrionem, Arabiam felicem, Carmaniam, Gedroſiam, & utramqȝ Indiam, Sinarumq́ȝ regionem quæ ad ortum uergit.

FINIS.

GEOGRAPHIA oſtendens omnes regiones terræ habitabi-les, diuerſa hominum genera, diuerſis mo-ribus & conditionib. uiuentes, annumerans diuerſa animalia in diuerſis prouin-ciis, inſulas, maria, flumina & montes, & plurima ſcitu digniſsima.

LAVRENTIO CORVINO NOVOFORENSE AVTHORE.

PROOEMIVM.

CVM Geographia iſtiuſmodi telluris notio, quę à nobis mortalibus, deorum munere incolitur, nedum diuinos muſarum alumnos, rerumq́; geſtarũ ſcriptores uetuſtatis memores, cognitu faciliores efficit, uerumetiã ſacræ legis obſcuritates ambiguas creberrime reſerat, ſagaciſq́ue naturæ uim in diuerſo rerum genere latitantem, necnon uarios ſiderum influxus, effectum mira uarietate in dubio comprobat. Ne igitur illius expertes in errorem, in quem proni ruimus, eo licẽtius præcipitemur, neúe plurimi geographorum codices, multum temporis, adoleſcentũ florentiori eripiant ætati, oportunũ fore cenſui, ut ea quæ diffuſe & uelut in ampliſſimo cãpo, à diſertiſsimis & fide dignis notata ſunt uiris, de uario orbis tractu, paucis ederem. Et quanquã plurimos fore non dubitem, qui hoc opuſculum improbaturi ſunt, in medium ducentes ſui liuoris probamentum, me nondum totius Germaniæ & Sarmatiæ oras perluſtraſſe, & tam repentino impetu, in peregrinarum gentium errans aſſurrexiſſe, quæ iam maturos æui & diſertiſſimos decet uiros, non natu minorem, qui nec dum facundos eloquij potaui latices, fauceſq́; ſcabrę rubiginis plenas, nondum cauernoſo terſi pumice. Eorum tamẽ aculeo miſſo, facto eo iuſtificabo, dum quæ nõ ſenſu luſtrauerim, uerum quę ab excellẽtiſſimis uiris ſtyli officio apud nos relicta ſunt, ſcripturus ſum, eadem uarijs poetarum ſententijs comprobando. In promptu etiam eſt neminem totam terram uiſurum, ob uitæ cito interituræ anguſtiã, terrarumq́; diſcrimina, ex gentium diſcordi conditione imminentia, niſi lon-

gæui illius Neſtoris ſuperaret ſæculum, alatiq; Pegaſi inſidēs tergo, auras traijciat, omnem telluris ſitum exploraturus. Sat itaq; fore reor, dum noſtros labores, ingenui adoleſcentes in diſciplinarum paleſtra, in dies magis ac magis exercitandi, ſibi ducēt commodaturos, quorum perpulchra indole ſtimulati, uotisq; morem gerere anhelantes, propoſitū, cœleſti adiuti numine, exequemur. Priuſquā uerò habitabilis terrę regiones, gentium mores, fluuios, montes, nemora, ſinus, æquora, & quicquid monſtri tellus aut æquora fouent, unde, uelut practica uſi diſciplina, ordiamur, libet parumper theoricæ indulgere, quæ Ptolemæum interpretura, parallelorum meridianorumq; rationem edocebit, Regionum diſtantias ſecundum longitudinis & latitudinis menſuram. Eleuationem poli, Noctium & dierum uarietatem, ſecundum diuerſos terrarum tractus. Milliarium diuerſam computationem, Septemgeminorū climatum diſcretionem. Modum denique quo quæuis regio aut oppidum facile ſit inuentu, ſub quo cœlo ſitum fuerit. Addita poſtremo diſcordi uentorū qualitate, quæ omnia nō extranea, imò maiorem in modū profutura quis ambigit, dum uno ſenſu ea penetrarit. Gemina itaq; parte tota intentionis noſtræ materies, partita eſt, Theorica uidelicet & praxi. Primum itaq; libamen guſtandum fore reor quæ telluris plaga, habitationis ſita patiens, & quæ nō quatenus innoteſcat, non tamen terrę globum, in circumfuſo pendentem aëre, nobis fore ſubiectum.

De telluris in quinque Zonas diuiſione. Cap. I.

TEllus, in primordiali ignaui chaos reſolutione, ſuo ſubſidēs ponderе quinis præcipuè digeſta eſt parallelis, à diuerſo ſolis meatu (ut paulo poſt dicetur) receptis, quos nimietate caloris, frigoris & ſalubri temperie utriuſq; diſtinctos, Graij zonas perhibēt. E quorum numero quæ plauſtro & geminæ ſubiacent urſæ, auſtriq; prima perſentiſcit ſpiramina, obducta inhorreſcunt glacie, & perpetuis obriguere pruinis, adeò ut utraq; regio habitationis minime patiēs ſit, aſsiduis quoniam eſt obſeſſa niuibus. Sola ueris, æſtatis et autumni non nouit uiciſſitudinē nihil namq; eorum quæ à cœlo in terras decidunt accipit, quàm hyemem ſempiternam, & glacialem torporem, qui nec ulli animātium generi, nec frugibus uitam miniſtrat, cum illa calore & humore foueri nemo neſciat. Illic tellus raſtro intacta, nec ullo ſaucia uomere herbarū minime amicitur uiriditate, uerum rigido adoperta gelu, nunquam propinquiore adeò incaluit Phœbo, ut exoluta niue, procreādis niuibus ſeſe uberē redderet, Lucanus:

Quæ pruina rigens ac neſcia uere remittit,
Aſtringit Scythicum glaciali frigore pontum.

Non pecus ullum nemoroſis errat in uallibus. Nulla deniq; uolucris frondoſis inſidens ramis, hanc rigentem demulcet auram, quoniam omne genus

nus alitum et pecudum aprico gaudet ſole. Damnata igitur mundi pars hæc relinquitur, & à rerum natura in nubem æternæ caliginis merſa, Tibullus:

Illic & denſa tellus abſconditur umbra,
Et nulla incepto perlabitur unda liquore.
Sed durata riget denſam in glaciemq́ niuemq́,
Quippe ibi non unquam titan ſuperingerit orbis.

Medius parallelus & maximus æterno afflatu cõtinui caloris uſtus ob feruoris nimietatem, inhabitabile facit ſpacium uicturis. In parte tamen peruſtę quæ tẽperatæ uicina eſt mortales degunt, authore Macrobio, & Pto. Nam Syenæ ciuitas, quæ prouincię Thebaidos poſt montiũ deſerta principium eſt, ſub ipſo æſtiuo conſtituta circulo, & in meridie umbilicos facit ſine umbra, ubi primum (ut inquit Strabo) in meridiem procedentibus ſol ſupra uerticem fit, dum certam cãcri partem ingreditur, hora diei ſexta, teſte Lucano:

Vmbras nunquam flectente Syene.

Sub cancro itaq́ habitari demonſtrat Pto. Et Virgilius in Bucc.

Æthiopum uerſemus oues ſub ſidere cancri.

Et Meroë tribus millibus octingentis ſtadijs, in peruſtam à Syene intorſum recedit, & ab illa uſque ad terram cinnamomi feracem, ſunt ſtadia octingenta. Vltra uerò iam inacceſſum eſt, propter nimium ſolis ardorem, Lucanus:

Quaq́ dies medius flagrantibus æſtuat oris. Et Tibullus:
At media eſt Phœbi ſemper ſubiecta calori,
Seu proprio terris æſtiuum fertur in orbem:
Seu celer hybernas properet reducere noctes.
Nulla nec exuſtas habitant animalia terras.

Scribit tamen Petrus de Apono: Quod ſi ſub tropicis habitatur ſub ęquinoctiali, qui eſt in medio tropicorum, habitationẽ quoq́ eſſe poſſe, quandoquidem ut affirmat omnium philoſophorũ princeps. Medium ſapit naturam extremorũ. Duplex autem ratio inuenitur cur ſub tropicis difficilis ſit habitatio? Cum propter longam ſolis moram ſupra caput Æthiopum: & propter directam incidentiam ſolis ſupra capita ipſorũ. In æquinoctiali licet ſol directus ſupra capita habitantium ſit, non diutius moratur, cum ibi æquinoctium ſemper ſit, raroq́ duodecim horas excedat dies, ut demonſtrabitur, Et ſic quod lux calefacit, tenebræ refrigerãt. Quapropter aërem in ea plaga credunt temperatiorem, quàm in alijs zonis. Credit & idẽ Petrus fruges, reliquosq́ terræ fructus bis in anno matureſcere, quoniã quatuor anni tempora, bis in ſingulis annis, apud illos ſunt. Pto item Taprobanem inſulam habitabilem ponit, quæ dimidia ſua parte per æquinoctialem uergit. Inter extremos uerò & medium, duo, maio-

res ultimis, medio minores, ex utriuſq; uicinitatis intemperie tẽperantur, ubi tantum uitali aura, mortale ueſcitur genus, Iuxta illud Virgilij:

Duæ mortalib. ęgris munere cõceſſę diuũ. Hic (ut inqt Tibullus.)
Placidus nobis per tempora uertitur annus,
Hic & colla iugo didicit ſubmittere thaurus,
Et lenta excelſos uitis conſcendere ramos,
Tondeturq; ſeges maturos annua partus,
Et ferro tellus, pontus conſcinditur ære.

Quin etiam ſtructis exurgũt oppida muris. Non tamẽ ambę hę zonę hominib. noſtri generis indultæ ſunt, Sed ſola hæc, quæ eſt à tropico æſtiuo uſq; ad arcton ab huiuſmodi, quale nos ſcire poſſimus hominũ genere habitatur, ut ſunt Sarmatę, Pãnones, Itali, Græci, & Barbari, cuiuſcunq; nationis ſint. Illa uerò à tropico hyberno, uerſus antarticum polum, ſola ratione percipitur, quòd propter ſimilem temperiẽ, ſimiliter incoletur. Sed à quibus, non licuit unquam, nec licebit cognoſcere. Interiecta enim torrida, utriq; hominũ generi, cõmertium ad ſe denegat cõmeandi. Eadẽ ratione, inquit Macrobius, nos nõ permittit ambigere, quin per illã quoq; terræ ſuperficiẽ, quæ ad nos habet̃ inferior, integer zonarũ ambitus habeat̃. Aut dicat quiſquis huic fidei obuiare mauult, quid ſit quod ab hac eum diſtinctione deterreat. Nam ſi nobis in hac terrarũ parte quã colimus, uiuendi facultas eſt, quia calcãtes humũ, cœlũ ſuſpicimus ſupra uerticẽ, & erectos uultus ad ſidera tollimus, quia ſol nobis oritur & occidit, quia circũfuſo fruimur aëre, cuius ſpiramus hauſtu. Cur non illic aliquos uiuere credamus, ubi eadẽ ſemper in promptu ſunt. Hoc idem Strabo uult in principio dicẽs: Antipodes inter ſe quodãmodo eſſe, neſcij non ſumus, nam q̃ ibi dicunt̃ morari, eandẽ credendi ſunt ſpirare aurã, quia eadẽ eſt in eiuſdẽ zonalis ambitus cõtinuatione tẽperies, idem Phœbus illis & obire dicit̃ noſtro ortu, & orier̃ cum nobis occidit. Calcabunt æque ut nos terram, & ſupra uerticẽ cœlũ ſemper uidebũt. Nec metus erit ne de terra in cœlũ decidãt, cũ nihil uſquã poterit ruere ſurſum. Si enim nobis (quod aſſerere ioci eſt) deorſum uidetur, ubi eſt tellus, & ſurſum ubi cœlũ, illis quoq; ſurſum erit, quod de inferiore ſuſpicient, nec aliquo modo in ſuperna caſuri ſunt. Affirmari quoque, et apud illos minus rerum peritos, hęc exiſtimare de nobis, nec credere poſſe, nos in quo ſumus loco, degere, uerum opinari, ſi quis ſub pedibus tentaret ſtare caſurũ, nuſquam tamen apud nos quiſpiam timuit, ne caderet in cœlum, ergo nec apud illos quiſpiam in ſuperiora caſurus eſt. Nemo etiam, ſi diuinæ philoſophiæ profundus ſaltem extiterit alũnus, negare auſus eſt, quin in illa terræ ſuperficie, imbrium caſus glebas irrigat, producendæ frugis & pabuli gratia. Quod illic animantium genus per uirentia prata imbrium, æque ut apud nos, alit. Nam ſi aër terreni frigoris exhalatione denſatus in nubem cogitur, & ita

abrum-

abrumpitur in imbrem. aër autem uniuerſam terram circumfuſus ambit, proculdubio ex omni aëris parte, præter uſtā perpetuo ſidere, liquor pluuialis emanat, qui undiq; in terrā in quā nutu ſuo fertur, pondereq; defluit, quod ſi quis reſpuit, ſupereſt ut æſtimet extra hanc ſuperperficiem quam incolimus, quicquid niuiū grandinūq; cadit, totū in cœlos de aëre deflue re, quod nemo niſi totus uecors & rationis expers dicturus eſt, de his itaq; qui diuerſa nobis figunt ueſtigia, quos ſacra noſtra uetat fore religio, non locuturi ſumus, Nec de his qui aliam noſtræ ſuperficiei temperiem hauriūt, ſermo futurus eſt. Ignotarum enim rerum rationi, nemo ſtyli officio aut quouiſmodo dare poteſt. Verum cognita duntaxat mortalium regio & habitationis patiens noſtri laboris fiet materies.

Compendioſa Zonarum deſcriptio. Cap. 2.

TErra cum quinis redimita zonis,
Semper algenti tegitur pruina
Qua procelloſis oritur tepeſcēs,
Nubibus auſter.
Quaq; torpentem glacialis urſæ,
Enſifer currum ſequitur Boëtes,
Gnoſiam tentans retinere, curua
Falce puellam.
Hinc Ceres terræ negat alma fruges,
Nec ſuum Bacchus placidus racemum
Inſerit dulci ſibi plena fundens
Pocula muſto
Ignis æterni dator & miniſter,
Tertiam Phœbus nimio calore
Inficit, nullumq; animal peruſta
Errat in ora.
Inter has, ingens calor atq; frigus
Temperant binas medium tenentes,
In quibus iuſſit deus æquus, omnes
Viuere gentes.

De Parallelis. Cap. 3.

VT autem pręfata ad primum ducantur originem, ad ſiderū latiōnem, & ad parallelos, ſermo flectendus eſt, præcipuè tamen ad ſolis meatum, qui in obliquo uolutus circulo, hanc regionum diuerſitatem explicat. Si enim ſol (ut ueteribus placuit) inquit Macrobius primo Saturnaliū, dux & moderator eſt reliquorū luminū, & ſolus curſum ſtellis præbet errantib. ipſarum uerò ſtellarū curſus ordinem rerū humanarum diſponunt, neceſſe eſt, ut ſolem qui moderatē planetas noſtra moderantes, omniū quę circa nos geruntē, fateamur authorē. Conſtat autem

ipſum neq; ſurſum ultra cancrū, neq; ultra capricornū deorſum meare, uerum cum ad tropicorū uenerit cōfinia, mox reuerti, unde & ſolſtitia uocātur. Æſtiuus aūt tropicus temperatæ noſtræ terminus eſt, immo cum ſol ad ipſum finē uenerit, nobis æſtiuos facit calores, et auſtrali generi hyemem, quoniā tunc ab illis, omni uię ſuæ ſpacio, recedit. Rurſus cū capricornum attigerit, nobis receſſu ſuo bruinā facit glacialē, & illis uicinitatis gratia, reficit æſtatē. In promptu aūt eſt ſolem nunquā egredi fines peruſtę, quoniam de tropico in tropicū zodiacus eſt. Neminē igiť pręterit, cur hęc zona flāmis ſemper ſit obnoxia, quā ſol, totius flāmæ & fons & adminiſtrator, nunquā relinquit. Ambęq; partes ultimę arctoa uidelicet & auſtralis, ad quas nunquā ſolis calor accedit, neceſſario æternis rigeſcūt pruinis. Duas uerò alias tēperat, hinc atq; hinc caloris atq; frigoris uicinia. Deniq; cum in zona quā inhabitamus, & temperatā dicimus, partes quæ peruſtę uicinæ ſunt, cæteris calidiores ſint, neceſſe eſt ut Æthiopia, Arabia, Ægyptus, & Libya, in quib. calor ita circumfuſi aëris, corpus extenuat, ut aut nunquam aut raro cogatur in nubes, & nullus pene apud Ægyptios imbrium caſus eſt, authore Tibullo:

Te propter nullos tellus tua poſtulat imbres,
Arida nec pluuio ſupplicat herba Ioui.

Rurſus regiones quas præterfluit Tanais et Hiſter, omniaq; ſupra Scythiā loca tāto premunť gelu, ut non facile explicari queat, quāta ſit illic nimiæ frigiditatis iniuria. Loca uerò media, quoniā ab utraq; nimietate longe recedunt, uerā tenent ſalutaremq; temperiē. Omnem itaq; regionū diuerſitatē à ſolis meatu gigni nemo dubitat. Hinc ſeptem generiorū climatum & parallelorum origo & diuerſitàs, quorū numerus (ne longis utamur ambagibus) nūc dicendus uenit. Duæ enim lineolæ rectę æqualiter à ſe inuicē diſtātes, & nō concurrētes, paralleli dicunť à παραλληλίζω q̄d ſonat cōparo aut æquo, his eñ cōparamus & metimur terrarū tractus q̄ad longitudinē. Sol itaq; à primo cācri pūcto ꝑ librā motus, uſq; ad primā capricorni partē deſcribit 100. & 82. parallelos. Aſcenſurus iterū à tropico hyberno per arietē, ad primū tropici æſtiui punctū, totidē notat parallelos, quos ſimiliter conglomeratos, ſi duplicauerimus, compertū habemus gradus totius zodiaci 300. & 60. Nec omnes noſtro inſeruiūt propoſito uerū de his dūtaxat ſermo noſter erit, quos Ptol. in Vniuerſali geographiæ ſuæ figura memorat. Deſcribit aūt Ptol. 21. parallelos, ab æquinoctiali uerſus arcton cōputatos, & ſeptē eundo ab æquatore uerſus auſtrū, quoniā ulterius ſi quiſpiam greſſum tulerit, terrā ab eo incognitā reperit. E quorum parallelorū numero, aliqui ſunt initia climatū, quidā nō, ut ex tabulis Ptol. ſufficiēter patet, quæ edocēt exceſſus graduū unius paralleli ſupra aliū, dierū quantiatē, & graduū eleuationis poli, cum partibus ſuis, habito reſpectu ad æquinoctialē, milliaria deniq; gradibus parallelorum correſpondentia.

Huius

HVius itaq; tabellæ ſi ad occiduũ ſolem reſpexeris, dierũ excreſcentia ultra horas duodecim æquinoctialis circuli, ſeſe primũ offert. Sub æquinoctiali enim degentibus (ſi ullum illic mortaliũ aut pecudum errat genus) dies cum noctib. æquari neceſſe eſt, ob illius gẽtis horizontẽ, utroſq; polos ſecantẽ, adeò ut quouis anni curriculo tantũ hemiſperij ſupra horizonten in die ſit quantũ it ſub terras tẽpore nocturno, q̃ fit ut illi hominũ generi, ſemper noctes & dies æquo ſecant ſpacio, quodcũq; cœli ſidus, ſol occupauerit, Quoniam terræ tumor in geminas æque ſeſcindit partes, nec mirum ſi iſtic ſigna oppoſita æquales habeant aſcenſus & occaſus, ut inquit Lucanus in nono Pharſaliç ſuæ:

Hic quoq; nil obſtat Phœbo cum cardine ſummo,
Stat librata dies truncum uix protegit arbos,
Tam breuis in medium radijs compellitur umbra.
Deprenſum eſt, hunc eſſe locum qua circulus alti
Solſticij medium ſignorum percutit orbem.
Non obliqua meant, nec thauro ſcorpius exit,
Rectior aut aries donat ſua tempora libræ,
Aut aſtræa iubet lentos deſcendere piſces,
Par geminis Chiron & idem quod carcinos ardens,
Humidus egoceros, nec plus leo tollit urna.

Quamprimũ aũt ſol, æquinoctiali relicto, à terræ tumore flectit, ſeptẽtriones adiuturus (quoniam terræ tumor minorat) diẽ elongiari neceſſe eſt, cuilibet iacẽti ſub parallelo aliquo ab æquinoctiali uerſus arctoũ axem deſcripto, Quç ut re ipſa probentur, accipiamus quempiam parallelorũ uerſus arcton, Primus ultra duodecim horas æquinoctialis circuli, excreſcit quarta parte unius horæ. Humanum itaq; genus ſub eo parallelo repoſitum, habet diem longiſſimum duodecim horarum; & quarta parte horæ. Quanto itaq; magis ac magis à terræ tumore ſol digreſſum tulerit, eò diutius terras ſuperiores, ſua luſtrat lãpade. In Thile enim inſula, in arctoo ſita mari, & ultimo parallelo ſubiecta, authore Solino & Plinio, nox pene nulla eſt. Sole in cãcri ſidere tranſitum faciente (Viginti enim horarũ dies eſt) Eadem ratio nos non ſinit dubitare, aliquos mortalium quorum zenith articum ſuſpicit circulum, uigintiquatuor horarum habere lucem, dum prima cancri pars æſtiuo torretur ſole, quoniam eorum zenith, polo iungitur zodiaci quem & pro horizõtali habent linea. In promptu autem eſt cœlum aſſidua rapi uertigine, arcus igitur horizõtalis, zodiaci arcũ æquè ſecabit ſine ullo temporis interuallo, quamobrem una zodiaci medietas eiſdem orietur, altera ſub horizõte merſa, nocturni quoq; temporis modica, aut ferè nulla erit diſcretio. Et diei in 24. horas dilatio. Similiter noctis in totidem horas, dum ſol capricorni tetigerit confinia.

De eleuatione Poli. Cap. 4.

INnoteſcit deinceps tibi, ad extremum orientem præfatæ tabellæ itu-ro, gradus eleuationis polaris, Pro cuius intelligẽtia perſpicatiori bre uibus animaduertendũ, ſub æquinoctiali parallelo uiuẽtibus, utrunq; in horizonte fore, hinc rurſus ad ſeptentrionẽ eũtibus, eò magis ſubleuari polum articum, quanto plus à tumore terræ digreſſum fecerint. Quæ po li eleuatio, regionũ & locorum habitabilium diſtantiam, ab æquinoctia li liquido monſtrat. Tantus enim ſemper eſt tractus oppidi aut regionis, cuius anhelas noſſe menſuram ab ęquinoctiali quanta eſt eleuatio poli ab horizonte eiuſdẽ. Facilis inde cognitu fiet milliariorũ numerus, maxime, dum eundem multiplicauerimus per numerum eleuationis poli. Id tamẽ magis in modum obſeruandum, ſecundum Ptolemęi ſententiam, millia-ria ab æquinoctiali circulo uerſus arcton nõ ubiq; gentium fore æqualia, uerum uariari ſecundum maiorem aut minorem terræ tractum. A primo enim gradu æquinoctialis circuli uſq; ad duodecimum gradum, unus ſe-xaginta milliaria continet, Itala tamen ut figura edocet ſubſequens.

	Gradus		Gradus	Milliaria
	12.		25.	59.
	25.		30.	54.
	30.		37.	50. Non ſecus mil
A gradu.	37.	In gradu.	41.	37. liaria ab æqui-
	41.		51.	40. noctiali uerſus
	51.		57.	32. auſtri efflatus
	57.		63.	28. uariantur.

QVę milliaria Itala, ſi diuides per quatuor, quindecim duntaxat e-ueniẽt milliaria noſtra, quoniam Italorum quatuor unicum mil-liare noſtrum menſurant, ut uulgo perhibent. Quo fit, ut uni gra dui in cœlis, correſpondeant ſub æquinoctiali quindecim mil liaria noſtra in terris. Secus nunquam gentium ueritatem habet, ut patet calculanti. Quanto enim magis relicto æquatore ad arctos greſſum diri-gis, eò magis numerum milliariorum diminui Ptolemæum compertum habebis, ſecundum parallelorum, & tractuum terræ diminutionem. Ne-ſcius itaque diſtantiæ aliquarum regionum ſecundum latitudinem, duce parallelo, cui regio ſubiecta eſt, perge ad gradũ, in fine eiuſdẽ paralleli in-ſcripti, quo reperto, unà cum gradu & parallelo alterius regionis, ſagaci-ter tene gradus medios inter ſignatos utriuſque paralleli gradus, dehinc ex præfata tabella numerum accipe milliariorum medijs gradibus corre ſpondentem. Poſtremo numerum milliariorũ multiplica per numerum graduum mediorum, quo facto diſtantia regionum ſecundum latitudi-nem in promptu erit, ſecundum Italorum menſuras. Sin autem ad noſtra

reducere

reducere uelis milliaria, diuide duntaxat numerorū milliarium, per quatuor, & optato potiere.

De meridianis. Cap. 5.

VErum quamprimum ad decliuiorem præfatæ tabellę ſitum oculorum aciem direxeris, unde auſter ſpiraturus eſt, lineolas uerſus axem arctoum ſemper ſubleuatas conſpicies, quas meridianos memorant, Quoniam ubi ſol aliquam illorum ſectionem tetigerit, huic hominum generi, quod ſibi ſubiectum eſt medium ſecat diem. Inde nulli dubium, diuerſis terrarum alumnis, diuerſos fore meridianos, cum ſol non una temporis morula, omnes illorum interſectiones complectitur. Quorum origo prima à gradibus longitudinis ſumitur, quæ ab Herculeis columnis ad extremum uſque Orientem metitur. Geminorum etiam diſtantia meridianorum quinque duntaxat graduum extat, & trium quindecim, qui unius horæ quantitatē obtinent, Quo fit ut regio quindecim gradibus, aut tribus meridianis ab alia digeſta, dū orientalior eſt, integra hora citius meridiem, & diem habet, reliqua ad occiduum ſolem uergente. Metiturus itaque oppidorum aut regionum diſtantiam, ſecundum longitudinis tractum, ab utriuſque regionis meridiano, ad gradus longitudinis titulo inſignitos deſcende, & medios utriuſque meridiani gradus tenaciter obſeruato, unà cum numero milliarium, quem ubi multiplicaueris, per graduum repertorum numerum, diſtantia longitudinis patebit. Vbi uerò ad axem ſuſpicies, gradus reperies correſpondentes gradibus & regione notatis.

De Climatibus. Cap. 6.

NEc climata cum parallelis in occaſu notata, nobis prætereunda ſunt, quorum unumquodque unius integræ horæ differentia ab æquinoctiali diſtat. Inde nihil difficile eſt, cur ſeptennarium nō excedant numerum, Cum Ptolemæus quem nullus iſtarum rerum error inuoluit, terram hoſpitalem inuenit ſeptem duntaxat horarum ſpacio, ab æquinoctialibus horis. Primum Diameroës, quod eſt per Meroën inſulā Æthiopum Metropolim ductum. Secundum Diaſyenes, Dialexandros, Diarhodos, Diaromos, Diaboriſtenes, Diaripheos, Quorum unumquodque quia diuerſa ſiderū uirtute moderatur, diuerſos ac uarios gignat fœtus oportet, authore Virgilio:

Hic ſegetes, illic ueniunt fœlicius uuæ,
Arborei fœtus alibi, atque iniuſſa uireſcunt
Gramina, nonne uides Croceos ut Tmolus odores,
India mittit ebur, mittunt ſua tura Sabæi,
At Calybes nudi ferrum, uiroſaque pontus
Caſtorea, Eliadum palmas, epiros equarum.

Modus inueniendi unamquamq; regionem. Cap. 7.

IGnarus locorum gentium aut oppidorum, Ingredere primum Ptolemęi tabulas, illorũ nomine inſcriptas, quib. repertis gradus longitudinis latitudinis ibidẽ acceptare non pigeat. Deinde ad pictas Pto. tabellas perge, exploraturus longitudinis & latitudinis gradus, alterutris igitũ in una extremitate repertis, Duc ſtamen aut neruũ ad gradũ è regione inſcriptum ſibi tamen coæquum. Nec ſecus age cum latitudinis gradibus. Vbicunq; itaq; nerui ſeſe interſecantes tetigerint, regionem aut oppidum huic ſectioni ſuppoſitum reperies.

De uentis & Diſcordi eorum conditione. Cap. 8.

NE promiſſi ſimus immemores, neue quippiam in Ptolemęi tabula, intactum poſt habeamus, à qua cœli plaga quiuis uentorum ſpiraturus, uarias terras ſuis afflat curſibus, iam enarrare libet. Et ueluti in diuerſis ſurgunt terrarum oris, ita uarias gerunt conditiones. Nemini enim (ſi ſaltem præfata tenaci oſeruauimus memoria) dubium eſt, ſolem ipſum nõ in uno parallelo ſemper occiduas petere undas, & renouare ortus, uerum alium ipſius eſſe ortum & occaſum in æquinoctiali, qua Arietem & Libram occupat, Et quamprimum æſtiuum tetigerit tropicum, cum Cancri ſidere oriri, & geminis fratribus delabi. In hyberno rurſus ſolſtitio ſeſe cum Capricorno tollere, & Chirone ſagittario mergere. Ventus itaq; ab æquinoctiali ſpirans ortu, Subſolanus perhibetur, Ab hyberno ortu Eurus, quem & Vulturanum dicimus. Ab ęſtiui autem circuli finibus καικίας Græco ſermone uocitatus, Hi non parum habent caloris phœbeis radijs immerſum. Lucanus:

> Tertia iam grauido pluuialis cynthia cornu,
> Et madidis Euri reſolutæ flatibus alpes.

Salubrioremq; ſecum is uentus defert auram, cum à ſole & purior & ſubtilior alijs efficitur, nec quippiam ueneni mortalium infert corporibus. Occiduus autem æquinoctialis plagæ finis ſalutarem illum mittit Fauonium, mutato etiam uocabulo Zephyrum dictum. Is quoniã & caloris et humoris habet temperiem, omnes montium pruinas, hyemali tempore ac frigido axe delapſas reſoluit. Horatius:

> Soluitur acris hyems gratia uice ueris. Et Fauon.

Quæq; aſpero gelu induruerant diſſipat, relaxat, & aperit. Virgil.

> Liquitur & Zephyro putris ſe gleba reſoluit.

Herbarum quoq; & florum origo eſt. Ouidius:

> Ver erat æternum, placidiq; tepentibus auris
> Mulcebant Zephyri, natos ſine ſemine flores.

Omne arboreum genus ſuo pullulat flammine. Ouidius:

> Arboribus redeunt detonſę frigore frondes,
> Vuidaq; in tenero palmite gemma tumet.

Omne

Omne deniq; alitum, pecudum, & quod plus eſt, mortale genus luxuriat occultam reuocans uenerem producendæ ſobolis gratia. Rurſus à tropici æſtiui occaſu Chorus efflat, paruum ſecum ducens rigorem, quoniam ad arcton reſpicit, Virgilius:

Flatibus hyberni, condunt ubi ſidera chori.

Ab hyemalis uerò ſolſticij finibus Africus ad meridiem pauliſper tendit, quo fit ut nonnunquam tempeſtatis eſt præſagus. Virglius:

Creberq; procellis Africus.

Ab axe ſeptentrionali ſummo rigidus ille ſpirat Aquilo, dictus eo quod ſuo rigore aquas ligat & conſtringit. Virgilius:

Et glacialis hyems aquilonibus aſperat undas.

Hic quoniã ab hyperboreis uolat montibus Boreas perhibetur. Illic quoties eius frigus inoleuerit, ut ſcribit Antonius Veronenſis, toties interire præ oculis aut equi conſpiciuntur, aut muli, aut armenta, gelu ipſo contracti. Et errantes paſſim per ſyluas pecudes, ſupremum uale decantare. Nec mortales quoq; tuto intra tecta, & obſtructa domicilia conſiſtere poſſe. Nam una cum armentis prorſus interirẽt, niſi obſeruata tempeſtate, cum curribus ad mitiores regiones, aprico ſoli expoſitas, effugerẽt, & ſuos penates rigidos, furente Borea relinquerent. Iſtius rigoris non neſcius Naſo inquit:

Quid Roma melius, Scythico quid frigore peius?

Is niuium & gradinum ſator, nil ab ſuis antris fert, quam perpetuum rigorem. Seneca tragicus:

Si quis Tagyeti conſpicuas niues
Qua cum Sarmaticus tempore frigido
In ſummis Boreas compoſuit iugis.

Hic etiã quia recto ſpirat tramite, pluuioſi aëris aquoſas diſsipat nubes, nec eas glomerari patitur, & rigiditate ſua terrarum ſtringit penetralia, ne imbrium materiem, uapores & nebulas exalarent, quo fit ut eius flamina ſerenum reddunt ethera, ſidereosq; ignes, rurſus mortalibus oſtendunt uiſibus. Ouidius:

Protinns Æolijs aquilonem claudit in antris,
Et quæcunq; fugant inductas flamina nubes. Virgilius:
Ac uelut Ædoni Boreæ cum ſpiritus alto
Inſonat Ægeo, ſequiturq; ad litora fluctus.
Qua uenti incubuere, fugam dant nubila cœlo.

Alter illius ore ſpiritus ſeptẽtrio, à Ptolemæo fertur, quod ſub plauſtri ſeptemgeminis ſtellis (quarum quæ ante eunt Triones, hoc eſt boues aratorij compellatæ) originem ducẽs uicinas afflat terras. Tertius Trachias à Graijs dictus, latini eſt expers nominis, à plurimis tamẽ Circius memoratur. Axis autem meridianus Euronothũ mittit, hinc nothus Auſter latino ſer-

no ſermone dictus, ſinuoſum & flexuoſum nimis habet efflatum, quo nebulas in aëre repertas inſtar retis arcet, comprimit, & conglomerat, uaporesq́ ſubteraneos ſpecus tepenti flamine laxat, adeò ut eius ſpiramina creberrimè, tempeſtatum, procellarum, imbrium ſint præſaga, Ouid.

—Madidis Nothus euolat alis,
Terribilem picea tectus caligine uultum.
Barba grauis nimbis, canis fluit unda capillis,
Fronte ſedent nebulæ rorant pennæq́ ſinusq́.

Nonnunquam peſtifer ipſius eſt ſpiritus, maxime dum per Cyrenaicam regionem uolat, quæ ſerpentibus authore Solino fœcundiſſima eſt. Baſiliſcum creans, malum in terris ſingulare, ueluti ſuo dicetur loco. Hic itaq́ ubi uirus contraxerit, ſuo calido ſpiramine, animantium corpora aperta clandeſtinè ſubit, tabidam luem ſimul inſpirando. Tertius huius plagæ uentus Libonothus fertur. Hæc breuiuſcula pro liquidiori Ptolemæi intelligẽtia in primis notanda cenſui. Iam iamq́ diffuſius nobis æquor arandum reſtat. Longiorq́ rerum dicendarum ſeries panditur.

Adſitis diui, tuq́ ô ſator alme deorum,
Naufraga præcipiti dirige uela Notho.

De diuiſione terræ in partes cum diſtinctione earundem. Cap. 9.

OMnis terra, quamuis ab oceano tanquam ingens quædam inſula circumuallatur, habitabilis tamen, non undiq́ globea eſt, cum utrinq́ ad ſolis ſemitam altius erecta caliginoſæ cuiuſdam nubeculæ (ut inquit Anthonius Veronenſis) ſpeciem præſtet. Clamidisq́ formam præ ſe fert, inquit Strabo in tertio, quoniam duas fibulas uerſus arcton habere conſpicitur, quæ ſi coirẽt, clamidis figurarent ſpeciem, Hęc etſi unica ſit, in tres tamen partes ſcindetur, quarum quidem unam uoluerunt Libyam dici, à Libe rege Mauritaniæ, olim perdomitam, Seu ab eo quòd frigoris rigiditate careat Africam. Eam namq́ eſſe arenoſam, aridam & ſabuloſam, Strabo inquit. Alterã à muliere deperdita, Europam perhibent, quæ filia Agenoris regis exiſtens, dum Tyrijs comitata uirginibus, in litore marino, puellari ſtudio luſerat, & caniſtra floribus ſtipa rat. A Ioue in niueum taurũ uerſo rapta, illiusq́ inſidens tergo, per æquora ponti, in Cretam delata, terræ è regione iacenti, nomen dedit, Tertiam, quæ cæteras magnitudine & opibus uincit, Aſiam quidã dictam putant, ab Aſia eius regina. Libya ab Europa ſecernitur, ab uno quidem latere, litore Gaditano, quod à Gadibus dictum eſt. Ab alio autem latere ſeptem Nili oſtijs, ea potiſſimum in parte, unde Borealis ſinus Ægypti porrigitur. Europam uerò ab Aſia, Tanais fluuius diſiungens, atq́ ambarum fines utrinque perlambens, in Boream uerſus, per Sauromatas in Scythiam uſq́, atq́ in Meotidis paludem protenditur. Ad auſtrum autem, uerſus Helleſpontum primum extenditur termini ſignum (ut inquit Anthonius)

nius) Ac deinde oſtium Nili, quod magis etiam quàm Helleſpontus ipſe conſpicitur ad auſtrum. Aliȷ (ut etiam placet Dionyſio) dicunt terrã quã dram eſſe, quæ cum ita gemino inundatur freto, Caſpio ſcilicet & Euxino, Græci illã, ut cętera, quę ſunt huiuſmodi Iſthmum appellauere, eamq́ eſſe quæ utriuſque fine ac termino illiditur. Fuerunt & qui dicerent alium Iſthmum, qui in auſtralem & ipſe diſtentus plagam, & Arabiæ & Ægypti perſcindens ſinum, eſſe qui ab Aſia Libyam ipſam ſeiungat. His itaq́ limitibus cum uniuerſa ſit tripartita tellus, nulli dubitandum erit, quin & ipſe ab Oceano circumuallctur.

De Oceani meatu eiusq́ nominibus. Cap. 10.

QVi quidem Oceanus licet ipſe unicus ſit, quemadmodum & tellus, multis tamen dicitur nominibus, & tanquam uallum quoddam, & diſtractũ per partes corporis diſtinguitur: prope enim loca extrema, unde Zephyrus ſpirat, & mons ille Atlas uerticè pulſans cœlum, erigitur, haud amplius Oceanus dicitur, ſed ab Heſperijs ulterioribus ad quas illidit Heſperium mare, aut ab ipſo monte Atlante Atlanticũ uocatur, ubi (ut inquit Solinus) Oceanus, quẽ Græci ſic nominant à celeritate. ab occaſu ſolis irrumpens, lęuo latere Europam radit, Africam dextro, ſciſſisq́ Calpe & Abyla montibus, quos dicunt columnas Herculis, inter Mauros fundit̃ & Hiſpaniam, Ac freto iſti, cuius quindecim millia paſſuum efficit longitudo; Latitudo uix ſeptem, quodam oſtio aperit, limen interni æquoris, mixtus mediterraneis finibus, quos adusq́ Orientem propellit. At ſuperius ad Boream, ubi ferociſſimæ Ariaſporum gentes quę cum gryphibus martem conſerunt, degunt. Cum ſol ibi tardè tepideq́ illuceat, ob ipſius à curſu ſolis diſtantiam & uallatam altiſſimis montibus regionẽ, ex quibus caliginoſis ſemper obtegitur nubibus, & ob durã inhorreſcit glaciẽ. Quicquid ea loca circumfluit Oceani, à concretis undis, Glacialem pontum appellãt. Aut ab eo quòd ibi fluctus interiȷſſe uideãtur, Mortuum mare. Tum etiam quòd ſine motu perpetue conquieſcat, Saturniũ (ut Dionyſio Theſſalonicenſi placet.) Vnde autem ſol oritur Eoum, illud autem Indicum uocant. Ex quo quidem ſtatim illud ad auſtrum uerſus effunditur, quod Rubrum ſiue Æthiopicũ appellant, ex ea parte maximè qua uaſta quædam ſolitudo, & inhabitabilis terræ plaga conſpicitur, ardentib. ſemper exuſta caloribus. Verum ex hoc Oceano, multi quoq́ ex omni parte ſinus erumpunt. Ex his igitur ſit ille primus quem Heſperium uocant, quod ab extremis Heſperiæ ac Libyæ defluens, ad Pamphiliã uſq́ porrigitur. Alter uerò qui licet ſit minor ſuperat tamen utilitate, effluit em̃ ex eo mari quod glaciale diximus, ea potiſſimũ ex parte, qua Caſpia eſt, et turbulentus efflat Boreas, atq́ illud efficit fretum quod dicit̃ Hyrcanum. Aliȷ uerò qui reliqui ſunt, ambo ab auſtro dilabentes, qui ſuperior, in Perſidem uſq́ aduerſus Caſpium inuchitur, ac

tur, ac Perſicum efficit ſinum. Alter autem Arabicum, qui quidem paulatim ibi irrumpens contra Euxinū contrahitur. Sunt alij tamen quamplures ſinus, ſed quoniam obſcuri ſunt, ideo prætereundi. Verum his ita partitis redeundum eſſe ad eos cenſeo, quos ſupra quatuor exiſtere commemoraui, ut quales ipſi ſint, quamúe obſeruant ſemitam & quas inundent regiones lucidius declaretur. Heſperius igitur ſinus, ut ab Oceano incipiam, qui omnes amplitudine ac longiori uincit curſu, cum multas gentes & ciuitates illidat & oppida, multasq; circumfluat inſulas, & altiſſimos colles, omnia tamen multarum rerum commeatu & uarietate replet, ſpargitq; ubique mirabilem ubertatem. Ipſe enim eſt in cuius frōte columnas illas ingentes ferunt, ab Hercule, uulgatiſſima quondam famá, confixas, extitiſſe ad Atlantis uerticem. Inter quas (authore Anthonio Veronenſi) una adhuc inſpicitur, quæ tota ænea eſt, ad tantamq; porrecta altitudinē, ut tranſcendere nubes uideatur, atq; ipſum (quod mirabile dictu eſt) cœlum pulſare. Hinc maris Heſperij principiū oritur, & propterea ad metam illam, tanquā ad caput, inſudaſſe Hercules dicitur, qui omniū illarū uictor euaſerat. Tum uerò cum in longum deſcendat mare, perfundatq; Galliæ litora, tandem ad Maſſiliam uſque, ſinuoſis fluctibus inflectitur, ac priſtino deinde amiſſo nomine, Gallicum appellatur. Poſtea uerò per Liguriā dilabens (unde Italia iam incipit oriri, & Auſoniæ gentes) ciuitates illius multas illidit, quæ maxime ad Boream ſpectant. Atque inde etiam Liguſticum à Liguria ipſa, quam lambit, uocitatur: Prorumpitqúe inde ſtatim ad Leucopetram uſque, quæ è regione poſita Siculo abluitur freto. Tum uerò ad Cyrnum, quæ Corſica eſt. Atque inde ad Sardiniam influctuans, ab ea ſtatim Sardinium appellatur. Deinde uerò ad Auſtrum uerſus, Tyrrheniam radens, Tyrrhenum uocatur. Sed cum poſtea incuruetur ad Orientem ſolem, & Siciliam circumferat iniectā freto, Siculum. Transfuſúmque deinde Pachinnum montem, atque Cretam uſque prorumpens, quæ ampliſſimo iam maris ſpacio inuoluitur, confeſtim ſacram illam, & religione & uetuſtate uenerabilem, Gotthinem urbem oſtendit, neque minus ipſam Pheſton, etſi magis intra continentem ſit ſita. Quæ quidem cum accliuis ſit & retorta, ad cuiuſdam capitis arietini ſimilitudinem, arietis illam caput incolæ appellauere. Tum uerò cum iam uſque ad Iapigiam ſe reclinet, atque inde ad Boream uerſus dilatet ſeſe Adriatici confeſtim nomen adoritur. At rurſus ad Heſperiam citeriorem conflexus, Ionium conficit mare. Ex quo geminæ, è conſpectu regiones poſitæ, ſtatim aperiuntur, quarum altera quæ ingredientibus à dextra eſt ſita, Illiria dicitur. altera uerò quæ ad ſiniſtram reſpicit, ipſa eſt Auſonia, Quæ quidem cum & ipſa ſit tanquam ingens quidam Iſthmos extenſa, per continentem triplici occluditur mari, Tyrrheno ſcilicet, & Siculo, atque hoc quod nuper diximus Adriatico, quorum unumquodque, à

que, à ſuo uento depoſcit motum, ut qui ad alienas mercantur regiones, tuto poſſint è portu euadere. Nam Tyrrhenum Zephyrum depoſcit. Siculum uerò agitatur Notho. Et Adriaticum Euro. Sed à Sicilia, quod Siculum eſt, in Libyam uerſus irrumpit, meridianáſque inundat Syrtes, alterum ſtatim incurrens mare, & ſi amplius ſit illud & latius, totum tamen illud euertere funditus uidetur. Verum quod interius eſt cum imbecillem habeat aditum, alterius à longe irrumpentis accipiens fluctus, tanto plerumque cum impetu inuoluitur, ut ex montibus Siculis fluctus qui ad Cretam prorumpunt, rurſus ad Orientem uerſus, atque * Salmonidos uſque uerticem, relidantur, quem dicunt ſummum ipſius Cretæ caput orientale. Sed cum hæc duo maria maxime fremere, & concertare inter ſe uidentur, cum impelluntur ab Iſmarico Borea, qui eruere è conſpectu conſueuit. Horum primum naturæ Pharium uocant, quod quidem uſque in extremum Caſij montis angulum contrahitur. Sidonium uerò alterum quod ubi tractum per Boream, in interiora deſcenderit terræ, atque Yſſicam regionem illidens, Yſsicum ſtatim appellatur, nec inde longius multo, apud Ciliciam conuerſum conquieſcit. Tum uerò obliquis in Boream reiectum fluctibus, tanquam ſerpens quidam inflectens ſe atque in plures contorquens ſinus, Pamphyliam lambit. Sed cum Chelidonoirum uſque peruenit inſulas, Zephyri ſiguum capit. Summitatem * Pathareidos uerticis detegens à longe. Ac rurſus ad Boreã uerſus Ægeum efficit mare. Cuius confracti exitus, ſparſis inſulis fluctus adeo & ipſi plerumque ſtrident, & fremunt, ut nullum aliud mare eſſe credatur, quod maiores efferat motus, neque periculoſiores, neque quod magis ab alto immurmuret. Tum uerò ad Tenedum uſque progrediens, tanquam ipſi poſtremum infigat pedem, & tantæ tædeat amplitudinis, obliuiſcatúrque eius ferocitatis, in anguſtum delapſum alueum, noua paulatim induitur forma, & aliud ſibi hac forma nomen acquirit. Nam neque Ægeum amplius dicitur, neque Pamphilium, neque Cilicum, ſed Auguſtum mare, uſquequo ad oſtium Thracis Boſphori peruenerit, qua ferunt Io mœcham cum in bouem fuiſſet mutata, illius conſilijs enataſſe. Vnde & Boſphoron mare eſt appellatum, à bouis meatu. Ac ubi primum in Auguſtum illum alueum ingeritur, diſtractum paulatim ad Boream, demum intra uniuerſam uſque Propontidem irrumpit, circa quam prope, ex Aſia gentes colunt. Verum cum ad ipſum applicuerit Boſphoron, in anguſtiorem longe ſe contrahens formam, anguſtiſsimum omnium illud efficit fretum, in quo etiam mirabile quoddam conſpici traditur. Impudentes quaſdam petras per medios fluctus errare atque intra ſe, cum ſonitu & murmure coniungi copularique. Tum uerò

Samonium legendũ puto quamquã Salmonium Dionyſius legat.

Patarícum promõtorium Dionyſio.

inde paulatim diffuſum ad Orientem ſolem, paulo poſt in ampliſsimum diſtenditur æquor, nonnullę ipſius etiam ſemitæ conſpiciuntur, quæ partim ad orientem uerſæ, partim ad Boream inflectuntur, quæ inter duo eminent promontoria, ex una utraque parte porrecta, quorum alterum ad auſtrum urget quod Carambum appellaт̃. Alterum uerò quod ad Boreā flectitur, Europam uerſus, à frōte hirta & retorta, Arietis frons ipſum appellaт̃. Hæc etenim promontoria, licet ad inuicem è regione poſita ſint, atque tantum inter ſe diſtant quantum poſſit in tribus diebus nauis percurrere, tamen à longè uidentur coherere, authore Dionyſio. Tum uerò inde conſcindi hoc mare uidetur, efficiꝙ perſimile emiciclo cuidam, atque unà quidem in pontum delabi. altera uerò in Meotim diſtendi, quod autem medium eſt, id certe Carambidis eſt, cuius ad dextram recta in pontum poficiſcentibus aperitur uia. à lęua autem frons illa arietis, quæ ab ea parte erigitur, & ſignum in Meotidem extollit, quæ cum in bicornem flectatur formam, haud prorſus diſſimilem arcuū cornibus, nec perperā id nominis eſt cōſecuta, neꝙ fruſtra, uiam etenim in Meothim oſtendit paludem, poſtquam illius undis undatur cōtinue. Hęc eſt palus illa, quam circum incolūt Scythe, de quorum moribus loco ſuo dicetur, Quam úe ponti matrem appellant, ob id maxime, quòd multa in eum inde effluat aqua, diſtracta potiſſimum per Cimmerium boſphorum, atꝙ ex multis aliunde locis, quæ adeo ex omni parte paludem replet, ut non poſſit intra ſua labra contineri.

De fluxu & reflexu maris. *Cap.* 11.

DE illius itaꝙ fluxu & refluxu maris, minime prætereundum cenſeo. Scribit enim Solinus, quòd Oceani acceſſus incrementa, circa litora Indiæ uehementiſſime proruunt, maximosꝙ ibi exitus faciunt. Siue quòd ſuſpenſus altius, eleuatur in caloris, ſiue quòd in ea parte orbis, & fontium & fluminum copia ſit diffuſior. Item & Herculeum mare, ſole occiduo tanto ſubleuatur æſtu, ut illius, Adriaticus ſinus non ſit expers. Videndum igitur eſt, quibus ex cauſis intumeſcat Oceanus, uel quare cum ſuperfluus ſibi fuerit, rurſus in ſe reſideat? Nec in obſcurò eſt plura pro ingenijs differētium, potius quam pro ueritatis fide expreſſa. Sed ommiſſa ancipiti concurrentium quæſtione has opiniones probatiſſimas inuenimus. Phyſici autummant mundum eſſe animal, eumꝙ ex uarijs elementorum corporibus cōglobatum, Moueri ſpiritum, regi mēte, quæ utraque diffuſſa per membra omnia, æternæ molis uigorem exerceant.

ceant. Sicut ergo in corporibus noſtris (inquit Solinus) commertia ſunt ſpiritualia, ita in profundis Oceani, nares quaſdam mundi conſtitutas, per quas emiſſi anhelitus, uel reducti, modo inflent maria, modo reuocent. At hi qui ſiderum ſequuntur diſciplinam, contendunt meatus iſtos moueri lunæ curſibus, adeo ut aquarum plenitudo & defectus, reſpiciant ad auctus eius, uel defectiones in cornibus. Idem facit ſol cum creſcit aut decreſcit, nam ferueſcente ſole, unda maris & feruet, ſed ſi longius abſcedit, in ſuum alueum redit. Alij autem dicunt hoc fieri impetu uentorũ, qui cum uehementius ſpirauerint, maris undas euertunt, quæ inflatæ terram inundant, Quas cauſas & Lucanus ipſe in primo Pharſaliæ ſuæ perbellè tetigit dicens:

Ventus ab extremo pelagus ſic axe uolutet,
Deſtituatq́ ferens, an ſidere mota ſecundo,
Thetios unda uagæ lunaribus æſtuet horis,
Flammifer an titan, ut alentes hauriat undas,
Erigat Oceanum, fluctusq́ ad ſidera tollat.
Quærite quos agitat mundi labor, at mihi ſemper,
Tu quæcunq́ moues tam crebros cauſa meatus,
Vt ſuperi uoluere.

De ſitu Libyæ, Cap. 12.

POſtquam tripartita tellure, ac de Oceani ipſius ſinu et ambitu, tum etiam de illius finibus, ac nominatim uarietate & fluxu dixerim. Nunc de terræ ſitu ac forma dicendum deinceps arbitror. Et primo à Libya incipiendum. Libya igitur ad auſtrum uerſa, & ad Orientem ſolem, menſæ perſimilis, à Gadibus ubi ſummitas Oceani altior conſpicitur, initium capitur, atque in Arabicum uſque protenditur mare, eamquè regionem attingit. Quæ cum ad Aſiæ extrema poſita ſit, Æthiopes partim quidem, partim & Erembos parit. Hæc enim cum homines gignat, uario colore maculatos ut pardi, magna ſiquidem ex ſui parte ſiticuloſa eſt admodum, & aſpera regio, nigriſquè paſſim, quaſi quibuſdam obtecta ſquamis. Et inacceſſibilis in auiæ ſolitudinis ſecretum acceſſit. Diris uultibus incolæ, ſolis ortum excipiunt, uſtiquè undique torrentis plagæ ſidere, oderunt deum lucis, penitúsque ab animalibus abſtinent, ſicut Troglodytæ. Specus excauant, illis teguntur de quibus latior ſermo futurus eſt. At reliquus ipſius Libyæ tractus qui uſque ad Herculis extenditur columnas, lõge humanior & lætior eſt ubertate, Vbi ſinuoſo meatu æſtuarium è mari fertur, adeò flexuoſis lateribus tortuoſum, ut

uiſentibus procul lapſus angueos, facta uertigine (ut inquit Solinus) mentiatur. Itaque quod hortos appellauere circumdat. Vnde pomorum cuſtodem interpretantes, ſtruxerunt iter ad fabulam. Vbi inſula ſinuata ſinibus aluei recurrentis, in quibuſdam æquoris ſpiris ſita, præter arbores oleaſtri ſimiles, & aram ſacram Herculi, nil præfert, quod propaget uetuſtatis memoriam. Verum hinc Atlas mons è media arenarum conſurgit uaſtitate, & eductus, in uiciniam lunaris circuli, ultra nubila caput condit. Qua ad Oceanum extenditur (cui à ſe nomen dedit) manat fontibus; nemoribus inhorreſcit, rupibus aſperatur, ſqualllet ieiunio, humo nuda, nec herbida. Qua Africam ſpectat eſt opimus, naſcentibus ſponte frugibus, arboribus proceris opaciſsimus, quarum odor grauis, comæ cupreſſis ſimiles. Veſtiuntur lanugine, ſericis uelleribus nihilo uiliore. In eo latere, et herba Euforbia copioſa, cuius ſuccus ad multiplex proficit præſidium ſanitatis, ad oculariámque præcipuè claritatē. Nec mediocriter propellit uim uenenorum. Vertex ſemper niualis, rigidiſque horret pruinis. Cuius rei non neſcius erat ille diuinus Maro, cum inquit:

Atlantis dura Æolum qui uertice fulcit.
Atlantis cinctum aſsiduè, cui nubibus atris,
Piniferum caput, & uento pulſatur & imbri.
Nix humeros infuſa tegit, tum flumina mento,
Præcipitant ſenis, & glacie riget horrida barba.

Saltus eius quadrupedes, ac ſerpentes, feræ, & cum his elephanti occupauere. Silet per diem uniuerſus, nec ſine horrore ſecretus eſt. Lucet nocturnis ignibus, choris Satyrorum, Ægypanumque bacchantium undique perſonatur. Audiuntur & cantus tibiarum, & tinnitus cymbalorum, per oram maritimam. Atque (ut ait Pomponius mela) pro conſtanti habitum eſt, illos Faunos eſſe bicornes ac Satyros. Hæc de Atlante, quem Mauri Adderim nominant, qui (ut Strabo in decimoſeptimo memorat) quamuis uberem regionem inhabitent; tamen ad hoc uſque tempus magna ex parte paſtoraliter uiuunt. Cicinnis exornantur & barba, & auro, & terſura dentium, & unguium cultu. Pugnant frequentius ab equo haſtati. Equis nudis utentes, & iunceis frenis, gerunt etiam gladios. At pedites elephantum pellibus pro clypeis ſe protegūt, leonum & urſorum pelles induunt, & dormientibus ſubſternūt. Et ſequentes Maſſelij, unius ſunt cultus, paruis equis utentes & celeribus, & obtemperantibus adeo ut ſola uirgula gubernentur. Equi collaria ex ligno habent, aut pilo confecta, E quibus habena dependet. Mauritania tamē Tingitana (authore Solino) quæ ſolſtitiali plagæ obuia eſt, quaque ad internum porrigitur mare, exurgit montibus ſeptem, qui à ſimilitudine fratres appellati, freto imminēt. Hi

montes

montes elephantibus frequentiſſimi ſunt. Perhibent hoc animantium genus diſcrete & iuxta ſenſum humanũ intelectũ habere. Memoria pollent elephanti ſyderum ſeruãt diſciplinam, Luna niteſcente, gregatim amnes petũt gelidos, mox aſperſi liquore, motibus quibus poſſunt ſolis exortũ ſalutant, deinde in ſaltus reuertuntur. Duo eorũ genera ſunt, Nobiliores indicat magnitudo minores nothos dicunt. Candore dentiũ intelligitur iuuenta, quorũ alter ſemper in miniſterio eſt, alteri parcitur, ne hebetatus aſſiduo repercuſſu, minus uigeat, ſi fuerit dimicandũ. Cum uenatu premunt, pariter confringũt utroſque, ut Ebore dãnato, non requirant. Hanc enim cauſam ſibi periculi ſentiunt. Aberrant agminatim, natu maximus ducet agmẽ, ætate proximus, cogit ſequentes. Flumen petituri minimos antemittũt, ne maiorum ingreſſu, alueũ atterant, & profundos depreſſis uadis gurgites faciãt. Venerẽ ante annos decem fœminę, ante quinque, mares neſciunt, biennio coeunt quinis nec amplius in anno dieb. non prius ad gregariũ numerum reuerſuri, quàm uiuis abluantur aquis. Propter fœminas nunquã dimicant, nulla enim nouerũt adulteria, Ineſt illis clementiæ bonum, quippe ſi per deſerta uagabundũ hominem forte uiderint, ductus uſque ad notas uias præbẽt, Vel ſi confertis pecoribus occurſitãt, itinera ſibi blanda & placida, manufaciũt, ne quod obuium animal interimãt. At conflictu fortuito, ſi quaudo pugnãt, non mediocrẽ habent curam ſauciorũ, nam feſſos uulneratoſque in medium receptant. Cum captiuitate uenerint in manus hominũ manſueſcunt hauſto hordei ſucco. Maria tranſmeaturi, naues nõ prius ſubeunt, quàm de reditu illis ſacramentũ luatur. Indicos elephantes Mauritani timent, & quaſi paruitatis ſuæ cõſcij, aſpernantur ab his uideri. Non annis decem, ut uulgus, ſed biennio ut Ariſtoteles definit graueſcunt, nec amplius quàm ſemel gignunt, nec plures quam ſingulos, uiuunt in annos trecentos. Impatientiſſimi frigoris, Truncos edunt, Lapides hauriunt, gratiſsimas in cibatu palmas habent. Odorem muris, maximè fugiunt. Duriſſimum de dorſo tergus eſt, uentre mollius, ſetarum hirſuciæ nullæ, ſed de his hactenus. Mauritaniæ propinqui ſunt Numidæ, qui quamdiu errant pabulationibus uagabundis Nomades dicti ſunt. Numidici urſi forma cæteris præſtant, inquit Solinus, Inſidiantur alphearib. apum, maxime fauos appetunt, nec auidius aliud, quã mella captant. Cum guſtauere mandragore mala, moriuntur ſed eunt obuiam, ne malum in perniciem conualeſcat, & formicas deuorant, ad recuperandam ſanitatem. Si quando tauros adoriuntur, ſciunt quibus potiſsimum partibus immorentur, nec aliud quam cornua, aut nares petunt: Cornua quidem ut pondere defatigentur, nares ut acrior dolor ſit. Omnis hæc regio, finibus, in Zeugitanum limitem definit, qua parte

 ſyluestris

ſylueſtris eſt, feras educat, qua iugis ardua, equos alit. Eximio autem marmore prædicatur, hęc Solinus. Deinde Maſſiliorum gentes, agreſte quidem hominũ genus, quibus nulla prorſus eſſe cognitionem colendi agri dicitur nec ullus aratri uſus, ſed per denſiſsimos ſaltus errantes, ferarum more, glandibus ueterum more & uenatione ueſci. Verum his proximi ſunt Charthaginenſes, quorum ciuitatem ferunt olim à Didone, cum ex Phœnicia, Pigmalionem Germanum uerita, qui Sicchęum eius maritum ad aras trucidarat, diſceſſiſſet, ad menſuram pellis bouinæ conditam extitiſſe, quam, inquit Strabo in decimo ſeptimo, in ambitu habuiſſe, ſtadiorum trecenta & ſexaginta, muro cinctam, cuius ſexaginta ſtadiorum longitudinem iugum occupat. In media uerò urbe arx fuit, quam Byrſam uocarunt. Huc pius ille Æneas in Italiam ſoluturus, procellarum tempeſtate iactatus, reginæ tot amoris præbuit flammas, ut nedum pudicitiam, uerum & dulcem lucem, ex ſuo digreſſu, habebat exoſam. His deinde adiacent inhoſpitales Syrtes, duo ſinus Africani maris diſpari magnitudine, ſed pari periculo, Dictæ ἀπὸ τοῦ συρέω, id eſt traho. Vento enim trahuntur arenæ, unde & idem locus multo uadoſus fit, accedente arenarum cumulo, ubi etiam æſtuante Tyrrheno mari, cum cedere iam incipit, tanta plerumque conflata congeries (inquit Anthonius) conſpicitur, ut ingentes quædam moles illuc allatæ à fluctibus uideantur. Solinus ait eas inacceſſas, uadoſum'ac reciprocũ mare efficit. Cuius ſali defectus uel incrementa, haud promptum eſt deprehendere. Ita incertis motibus nunc in breuia reſcinditur dorſuoſa, nunc æſtibus inundatur inquietis, Varro author eſt. Perflabilem ibi terram, uentis penetrantibus, ſubitam uim ſpiritus citiſsimi aut remouere, aut reſorbere maria. Eſt autem & maior Syrtis, & minor. Minor, locum cibum ſuauem producit, & illarum inter prope medium, ciuitas una condita eſt, quam olim Græci Meapolim dixere, ſed à Lothophagis habitatam, quam quidem gentem ferunt, hoſpitibus perbenignam, ac clementem extitiſſe. eámque olim errantem Vlyſſem, perhumane ac comiter excepiſſe. Siccam regionem, authore Strabone in decimoſeptimo, incolunt. Lothon edunt herbam quandã & radicem, qua comeſta nihil potu indigent, Lothos arbor multa eſt apud eos fructu ſuauiſſimo, circa quorum regionem, habitacula quædam prope deſerta conſpiciuntur, perditis prorſus Naſamonibus ab Auſono Iouis filio, qui antea ea loca coluere. His Asbyſtæ adiacẽt, qui authore Solino, Laſere uiuunt. hoc aluntur, hoc illis dulce eſt, Hic illud uulgatiſsimũ Libyci dei cornigeri, Ammonis templum, liberi patris munere, eſt inſtitutum. Qui dum per aridam Libyam exercitum duceret, hiulcáque laboraret ſiti, opémque à Ioue patre petijſſet, ferunt in medijs arenis

arenis arietem apparuiſſe, terram cornibus effodientem, inde gelidum emanaſſe fontem, cuius undas Liber, cum exercitu depoſiturus ſitim, dum potaret, Ioui delubrum cõdidit, quem Ammonem uocarunt, id eſt, arenarum, nam ἄμμος arena Græce dicitur. Poſt Syrtim maiorem ſequitur Cyrenaica regio, quæ & Pentapolitana eſt, Ammonis oraculo celebrata. Ibi 5. ciuitates egregiæ, Beronice, Arſinoë, Ptholomaida, Apollonia, & Cyrene. Hæc Martianus capella. Tum Cyrene ciuitas, bonorum quidem equorum parens, authore Dionyſio. De qua inquit Strabo in ſeptemdecim Cyrenæ urbs maxima, octoginta ſtadiorũ, in campo iacet adeò edito, ut ex mari eam uideremus. Eam à Batto ferunt conditam. Fructus fert optimos. Ea uiros claros quamplurimos habuit, qui imminentibus barbaris, optime reſiſtere potuere. Ariſtippus Socraticus Cyrenaicam inſtituit philoſophiam. Calymachus quoque Cyreneus fuit et Eratoſtenes, ambo ab Ægypti regibus in honore habiti. Alter poëta, ſimul & grãmaticæ ſtudioſus. Alter in his et in mathematicis præſtantiſſimus. In terra Cyrenaicæ regionis, inquit Solinus plurimæ quidẽ beſtiæ ſunt, ſed principatum leones tenent. Eadem Africa onagros habet, ſerpentibusq́ fœcundiſſima eſt. Baſiliſcum creat malum in terris ſingulare, nec hominum tantum uel aliorum animantiũ exitijs datus, ſed terræ quoq́ ipſius quã polluit & exurit. Extinguit herbas, necat arbores, corrũpit auras ita ut in aëra nulla auium impune trãſuolet, infecta ſpiritu peſtilẽti. Cum mouetur, media corporis parte ſerpit, media arduus eſt & excelſus, ſibilum eius etiam perhorreſcunt ſerpentes, Qui plurimi, perhibentur à uatibus, eſſe nati de cruentis guttis Gorgonei capitis; quod Perſeus uictor ſuper Libycas pẽdebat arenas. Vulgus ſimiarum hic eſt, quas paſſim uidemus non ſine ingenio æmulandi, quo facilius in manus ueniũt. Exultant noua luna, triſtes ſunt cornuto & cauo ſidere, Iuxta Cyrenaicã regionem Marmaridæ degunt, ad Ægyptum reſpiciẽtes & Getuli aſperi & inculti, quibus (ut inquit Saluſtius) caro ferina eſt cibus, atque humi pabulum uelutipecoribus, Quorum lateri adhærent Nigretes. Poſt hos Pharuſij, Qui ut ſcribit Strabo Æthiopib. uicini Heſperijs, ſagittãt Æthiopũ more, falcatis quoq́ utuntur curribus. Miſcentur nonnunquam mauris Pharuſij, per deſerta aquarum utres equis portant, & plurimi Troglodytarũ more, ſub terrę ſpecubus degunt. Æſtiuis imbrib. abundãt. Hyeme ſiccitatẽ laborãt. Nonnulli ex his barbaris, ſerpentũ ac piſciũ corijs, pro indumentis, & ſtramentis utunt. Nec longè à Pharuſijs Garamantes, quorũ locus authore Strabone, Oricam fert, & Silphiũ. Solinus, Garamantũ oppidũ eſt Debris fonte miro, q alternis uicib. die frigeat, nocte ferueat. Incredibili memoratu, ut tam breui tẽporis curriculo, natura tam diſſonã ſui faciat uarietatem.

uarietatem. Idq́ꝫ qui percontari uelit, tenebris ineſſe fluori illi perpetuam facem credat. Qui rimetur die brunales ſcatebras, nunquam aliud exiſtimet, quàm perpetuo rigore. Vnde non immerito per gentes, Debris inclyta eſt, cuius aquæ ex cœleſti uertigine mutant qualitatem, quamuis cõtrouerſa ſiderum diſciplina, Nam cum mundum à calore ueſper temperet, ab occaſu ita incipit caleſcere, ut ni tactu abſtineas, noxium ſit tetigiſſe. Rurſus cum ortus ſolis incanduerit, & radijs feruefacta ſint omnia, ſic glaciales euomit ſcaturigines, ut hauriri etiam à ſitientibus nequeat. Quis ergo non ſtupeat fontem, qui frigore calet, calore friget? Armenta gentiſ huius, obliquis ceruicibus pabulantur, Nam ſi recta ad paſtum ora dirigant, officiunt prona in humum cornua. Garamantici, priuatim matrimonia neſciunt, ſed omnibus uulgo in Venerem licet. Inde eſt quòd filij tantũ matres recognoſcunt, nam paterni nominis nulla reuerentia eſt, & ideo degeneres inter omnes populos habentur. Poſtremi uerò omnium Æthiopes ad ipſum Oceanum cõiecti, qui feruentis ſideris uicinitate peruſti, candentem præ nigredine gerunt cutem, ſanguine ad extima reuocato, æſtiui ſolis gratia, hi inauiæ ſolitudinis ſecretum receſſerunt, Diris uultibus ſolis ortus excipiunt, uſtiq́ꝫ undique torrentis plagę ſidere, oderunt deum lucis. Vltimæ Libyæ oram tenentes, penitus ab animantibus abſtinent, ſpecus excauant, illis teguntur, nullus ibi habendi amor, à diuitijs paupertate ſe abdicarunt uoluntaria, carnibus aliqui uiuunt ſerpentum, ignariq́ꝫ ſermonis, ſtrident potius quã loquuntur. Fœminas ſuas primis nuptiarum adulterijs cogunt patrare, mox ad perpetuã pudicitiam legibus ſtringunt. Eos qui uicina Rubro mari incolũt, aiunt trunca naſci, parte qua caput eſt, os tamen et oculos habere in pectore. Strabo auſtrum uerſus, Trogloditæ, Blemies & Nubæ & Magabari ſunt, ſupra Syenem Æthiopes. Hi magna ex parte nudi incendẽtes, paſtoralem ac duram uitam degunt, Virgilio teſte:

Æthiopum uerſemus oues ſub ſidere Cancri.

Et eorum pecora parua ſunt, ut aues, capræ boues, canesq́ꝫ puſilli, aſperi tamen & pugnaces, & fortaſſe ad horum paruitatem pigmęi conficti ſunt. Viuũt ex milio & ordeo, ex quibus potum efficiunt, butyrum & adipem ipſi pro oleo habent: Poma non habent præter palmulas, atq́ꝫ eas perpaucas in hortulis regijs, Nõnulli herba aluntꝰ, & ramis tenellis, & Lotho, & calami radice. Reges colũt ut deos. Regni caput eſt Meroë ciuitas, eodẽ nomine quo & inſula, ea montes frequentes habet: Et nemora quę inhabitãt partim paſtores, partim uenatores, partim agricolæ. Venãtur elepãhtes, leones, & pardales. Dracones habent, qui cum elephantis pugnãt, & plurimarum ferarũ genera, quæ à toſtis & aridis locis ad paluſtria & aquoſa

confugiunt,

confugiũt,tempereigratia. Vltra Meroën ſupra exortum ſolis Æthiopes ſunt quorum dimididia eorum protenſior eſt, quàm noſtra uita, Hi iuſticiam colunt, amant æquitatem. Plurimum ualent robore, ornantur ære, auro uincula faciunt. Eſt ibi lacus, quo perfuſa corpora niteſcunt. Ex hoc lacu potus ſaluberrimus, ſanè adeò liquidus, ut ne caducas quidem ue hat frondes, ſed illico folia lapſa ad fundum demittat, laticis tenuitate. Vltra hos deſertæ inhumanæquè ſolitudines, aduſque Arabicos ſinus. Deinde in ultimis Orientis, monſtruoſæ gentium facies. Aliæ ſine naribus, æquali totius oris planitie, informes habent uultus. Alijs concreta ora ſunt, modicóque tantum foramine, calamis auenarum cibum hauriunt. Nonnullæ linguis carent, uice ſermonis utentes nutibus. A meridiana parte, mons editus mari imminet, igne per æternum feruidus, & inquietus ignis æſtuat· Hic draconum magna copia. Porro ueris draconibus ora parua ſunt, & ad morſus non dehiſcentia, ſed arctæ fiſtulæ per quas & trahunt ſpiritus, & linguas exerunt. Quippe non in dentibus uim ſed in caudis habent, & uerbere potius quam rictu nocent. Exciditur è cerebris, lapis Dracontias, ſed lapis non eſt, niſi detrahatur uiuentibus, nam ſi obeat prius ſerpens, cum anima ſimul euaneſcit durities ſoluta. Æthiopes arcubus quadricubitaribus ligneis ac peruſtis utuntur. Armantur etiam muleres; quarum pleræque oris labium æneo circulo traiectum habent. Deos putant, alterum immortalem, alterm mortalem. Immortalem quidem eum qui rerum omnium cauſa eſt. Mortalis uerò apud eos incertus eſt, & nomine caret. Sed frequentius eos à quibus beneficium acceperunt & reges pro dijs habent. Mortuos alij in flumen præcipitant, alij circumfuſo uitro domi ſeruant, alij in fictibilibus alueolis, eos circum templa defodiunt. Verum è regione ubi Blemij colunt, rupes quædam exurgit, ex qua delabitur Nilus, qui cum ad Æthiopes Orientem uerſus fluat ab eis, Syrus eſt appellatus. Cum uerò ad Syenem ciuitatem uſque peruenerit, ab illius incolis, Nilus inceptus ſtatim eſt uocari. Inde uerò in Boream uerſus, multasq; tandem per partes diuiſus, oſtijs ſeptem in mare deuehitur, uniuerſum irrigans Ægyptum mirabili ubertate, Tibullus:

Te propter nullos tellus tua poſtulat imbres,
Arida nec pluuio ſupplicat herba Ioui.

Nec profecto quiſpiam eſt fluuius in orbis parte, qui aut magnitudine, aut aquarum copia, uel utilitate poſſit cum illo conferri. Is (authore Plinio in libro ſeptimo) Incertis ortus fontibus, per deſerta & ardentia, & immenſum longitudinis ſpacium ambulans, fama quæ tantum & inermi quæſitu cognitus, ſiue bellis quæ cæteras omnes terras fere inuenere, Lucanus:

Arcanum natura caput non prodidit ulli.

Hoc

Hoc & Solinus aſſerit. Incerto pene decurrit fonte, uarias incremẽti eius annectendo cauſas. Ignari ſiderũ uel locorum (inquit) uarias de exceſſib. eius dedere cauſas. Alij affirmãt Ethefias nubium denſitatem illo cogere, unde amnis hic auſpicatur, ipſumq́ fontem ſuperno humore ſublatum, tantam inundationis habere ſubſtantiam, quantam pabuli ad liquorem nubila ſubminiſtrarint. Ferunt alij quod uentorum flatibus repercuſſus, cum fluorem ſolitæ uelocitatis, non queat promouere, aquis in arcto luctantibus, intumeſcat. Et quanto intenſius controuerſi ſpiritus repugnauerint, tanto excelſius ſublimari in altitudinis uertices, rſpercuſſam celeritatem. Nonnulli affirmãt fontem eius qui Phiala uocatur, ſiderum motibus excitari, extractumq́ radijs candentibus cœleſti igne ſuſpendi. Verum omnem exceſſus originẽ de ſole fieri, primamq́ exultantiam tumoris concipi, cum per Cancrum ſol uehatur. Poſtmodum triginta eius partibus euolutis, ubi ingreſſus Leonem, ortus Syrios excitauerit, propulſo omni fluore, tantam uim amnis erumpere, Quod tempus ſacerdotes natalem mundi iudicarunt. Deinde reuocari exitus uniuerſos, cum in Virginem tranſeat, penitusq́ intra ſuum alueum capere, cum Libræ pondera contigerit. Inquit tamen Strabo: quod antiqui coniectura, poſteri etiam uiſu ipſo cognouerunt Nilum ipſum ab æſtiuis imbribus augeri, cum ſuperior Æthiopia, in ultimis montibus dilueretur. Imbribus autem ceſſantibus paulatim inundationem ceſſare, quæ res his maxime patuit, qui in Arabicum ſinum nauigarunt, uſq́ in Cinnamomi regionem. Tradunt etiam Eratoſthenem dicere, æſtiuos imbres cauſam eſſe. Idq́ ab Ariſtoteli ſumpſiſſe. Ariſtotelem uerò à Traſialco, qui unns ex antiquis erat Philoſophis. Traſialcum uerò ab alio, atq́ illum ab Homero, qui Nilũ διοπετῆ cœleſtem dixit, hoc carmine:

ἂψ δ᾽ ἐς αἰγύπτοιο διοπετέος ποταμοῖο. id eſt,
Rurſus ad Ægypti cœleſtem nauigat amnem.

Is fluuius cæteris fertilior fœcundiorq́, ut idẽ Strabo aſſerit, magna producit animalia. Nec mirum dum profundo ſenſu philoſophię ſequemur præcepta, latenteſq́ naturæ cauſas percontabimur. Recens namq́ tellus, fluuialibus irrigua lymphis, feruentiq́ ſolis calefacta radio, in futuræ prolis generationem prona eſt, ob aquatici humoris & caloris temperiẽ, non mediocrem, quæ gignendis præeſt rebus. Nemo igitur diuinæ philoſophię alumnus inficiabitur, animalium diuerſorum illic fore generationẽ. Aiunt enim terrarum cultores, dum glebas uomere proſcindunt, plurima animalia, imperfecta licet, in auras, unà cum uerſis agrorum glebis, ſubleuare. Ouidius:

Plurima cultores uerſis animalia glebis
Inueniunt, & in his quædam modo cepta per ipſum
Naſcendi ſpacium, quædam imperfecta, ſuiſq́

Trunca uideut humeris, & eodem corpore ſæpe,
Altera pars uiuit, rudis eſt pars altera tellus.

Phytonemq́ anguem diram mortalium luem hinc procreatum, & apolloneis telis deniq́ confixum, Ouidius:

Phytia perdomitę ſerpentis nomine dictos.

Crocodilum (ut inquit Solinus) Nilus fouet, qui linguã non habet. morſus eius horribili tenacitate conueniunt, ſtipante ſe dentium ſerie pectinatim plerunq́ ad uiginti ulnas magnitudinis eualeſcit. Æqualia anſeris edit oua, rimatur locum pro nido, naturali prouidentia. Nec alibi fœtus premit, quàm quo creſcentis Nili aquæ non poſſunt peruenire. Armatus etiam eſt unguiũ immanitate, noctibus in aqua degit, per diem humi acquieſcit, Circundatur maxime cutis firmitate, in tantum ut ictus quouis tormento adactos tergore, repercutiat. A ſuperſtitioſa illa gentilitate, plurimo cultu ueneratus, Iuuenalis:

Ægyptus portenta colit, Crocodilos adorat

Eſt & delphinum genus in Nilo, quorũ dorſa ſerratas habẽt criſtas. Præterea habitant in inſula Nili, homines forma exigui, ſed audacia magni, ut Crocodilis ſeſe offerant obuios. Nam hæc monſtra fugientes inſequuntur, formidant reſiſtentes. Ergo capiuntur, perdomiti metu ita obſequuntur, ut immemores atrocitatis, uictores ſuos in dorſo uehant. In aqua obtuſius uident in terra acutiſſime. Hyeme nullum cibum capiunt. ¶In ripa Nili, eſt puteus quidam, ex integro ſtructus lapide, in quo & maxima & minima & mediocria Nili incrementa adnotantur. nam putei aqua cum Nilo pariter creſcit & decreſcit, ſuntq́ in putei pariete, notæ quædam incrementorum omnium menſuræ. Hęc itaq́ obſeruantes cum alĳs notãt, ut incrementa noſcant. Nam ex his ſignis, ac diebus multis ante futuram Nili excreſcentiam cognoſcunt. Idq́ omnibus prædicunt, quæ res profecto agricolis, ad aquarum conſeruationes, & aggerum, & canaliũ effoſſionem utiliſſima eſt. Maiora enim incrementa maiores denunciant prouentus. In arboribus, quas ſola fert Ægyptus, pręcipua eſt ficus Ægyptia folĳs Moro comparanda, uno anno ſepties fructum efficit, qui Sicomorum dicitur, ut inquit Strabo. Vt ad ea redeamus unde diuertimus. Ipſe Nilus eſt qui Libyam ſeiungit ab Aſia, ad Aphricam quidem, ſeu ad auſtrum, Libyã relinquens, & ad Orientem Aſiam. Ipſa enim eſt Ægyptus, quæ ſemper ſummos uiros ingenĳ acrimonia produxit. Ægyptios enim primos fuiſſe tradunt, qui uiuendi formam, morumq́ diſciplinam, præſtiterunt, primosq́ omnium aratrum inueniſſe, terramq́ ſulcaſſe, ac ſemine inieciſſe. Opus enim fuit (inquit Strabo) tam diligenti ac ſubtili locorum diuiſione, propter continuas finium, quas Nilus auctus efficit, nunc addendo, nunc adimendo, nunc immutando figuras, & ſigna quędam releuando, quibus proprium diſcernitur ab alieno. Vnde iterum atq́ iterũ

menſurari oportebat. Ab his Geometriam ortum habuiſſe ferunt, credúntque, quemadmodum computandi ſcientiam, et Arithmeticã à Phœnicibus, propter mercaturas. Ferunt etiam eos primos, qui cœlum radio fuerint dimenſi, & ſolis ipſius labores, aliorúmque ſiderum uagam uertiginem excogitarunt. Quoniam nullus ubi uapor in nubem cogitur, uerum æſtu, partium patitur diſſolutionem. Quapropter & aſtra ſemper eis ſunt ſerena & aperta, quorum mirabili meatu ſuſpenſi, ſiderum diſciplinam primi nobis tradiderunt. Non enim ex irrito & uano, philoſophi noſtri prodit dictum, Sacerdotes in Ægypto, propter admirari cœperũt philoſophari. Inquit enim Solinus, Ægyptum incolunt populi, qui momentum, quo reparari mundũ ad motus ferũt annuos, hoc ſtudio deprehendunt. Eligitur ſacer lucus, in quo conſeptãt diuerſi generis animalia, ea, ubi ad ſtatutam lineam cœleſtis uertigo profecta eſt, ſenſus ſuos ſignificationibus produnt, quibus poſſunt. Alia ululant, alia mugiunt, quædam ſtrident, quædam rudiunt. Hoc argumentum illis eſt magiſterium ad iudicium temporis deprehẽdendi. Ex quibus omnibus ipſa regio (inquit Anthonius) haud mediocrem laudem conſecuta eſt. Neq; præterea ulla alia eſt, quæ illã, rerum omniũ ubertate ſuperet, neq; quæ ad pabulandum ſit fertilior, neque quæ uincat illam, excellentia ædificiorum & magnitudine. Cuius forma extremis conſtat lateribus. Ampla quidem ad Arcton, ſed ad Orientem anguſtior, Porrigitur uſque ad Syenem, in qua puteus (Strabone authore) quidam, æſtiuum indicat ſolſtitium, quoniam hæc loca circulo Tropico ſunt ſubiecta, & in meridie, umbilicum faciunt ſine umbra. Græcis in meridiem euntibus hic primum ſol ſupra uerticem fit. Lucanus in nono:

Hic quoq; nil obſtat phœbo cum cardine ſummo,
Stata librata dies, truncum uix protegit arbos,
Tam breuis in medium radijs impellitur umbra.

Vallata inſuper Ægyptus undiq; binis montibus, quorum per medium defluit Nilus, Ipſa eſt quæ olim plures clariſſimos ac præpotentes peperit uiros, ac tot principes extulit, & potiſſimum quot uetuſtiſſima illa Thebe, centum per portas digeſta, inglorioſiſſimam lucem protulit. Vbi olim ferunt Memnonem illum regem perſpicaciſſimum, ſuam ex Oriente auroram ſalutaſſe. Verſus tamẽ paludem Sarbonida, ad Zephyrum ſita eſt ciuitas illa, quæ olim ab Alexandro Macedonum rege, condita perhibetur. Vbi etiam templũ extat mirabile illud Iouis Sinopitæ, famoſiſs. quidem ac precioſiſsimum, uarijs metallorũ generibus elaboratum. Quo ferunt nullũ unquam in terris uiſum maioris excellentiæ, neq; maiori admiratione dignum, nec ullam ditiorem ciuitatem, neq; omnibus in rebus fortunatiorem. Vnde à longe quoque uenientibus, ſpeculæ illæ uulgatiſſimæ conſpiciuntur ſpecioſæ Paledinis. Tum uerò ad orientem uerſus, iuxta Ca-

xta Caſiotidis rupem, Pelei oppidum erigitur, cuius incolas ferunt adeò nauigandi peritos, ut à cæteris libycis, non humani ſed diuini iudicentur. Nam inquit Strabo de ſeipſo: Traiecimus in inſulam ſuper Pactone delati. Pacton enim eſt ſcaphę genus, ex uirgis ita compoſitũ, ut textile quoddam uideatur. Stantes itaq; in aqua, uel in aſſeribus ſedentes, facile tranſmiſimus, nihil omnino metuẽtes, ſunt eñ ſine periculo, niſi ſcapha nimis impleatur. Et hi ad oſtia ſeptemplicis Nili poſiti ſunt. Alij prçterea paſſim populi & gẽtes quamplurimæ, quarum quędã ad Oceani litora ſunt deiectæ, permultę etiam, circa Tritonidos lacus ripas colunt, qui per medium quoq; Libyæ delabens, in pontum uſq; perfunditur.

De ſitu Europæ. Cap. 13.

NVnc ad Europæ ſitum ſermo noſter flectẽdus eſt, cuius quidem forma nõ multum differt, niſi quod ad ſeptentrionem uerſa, ruſſus ad Orientem eodẽ modo reflectitur, & finem attingit auſtralis Libyæ, atq; ambæ in Aſiam æque ſe habent. Hæc quidem extremum ad Boream ueſtigium tenens, Illa uerò ad auſtrum. Verum ut de eius apertiori forma dicamus, ipſa eiuſmodi ſitus eſt, ut in eius frontibus quaſi cuiuſdam coni figuram facere uideatur. Cum ad occidentem ſolem excauatur quam maximè, ad Orientem uerſus ampliſſime dilatatur, Ideoq; ipſius fines quales ſunt, & quorſum progrediantur, quaſúe ipſa gentes & nationes intra cõtineat, facilius aperietur. Itaque à ſupremo ipſius latere incipiam quo ad Herculis protenditur columnas. Iberi primi ea loca tenẽt, genus quippe hominum elatiſſimum & ditiſſimum, de quorum regione inquit Solinus: Plaga comparãda optimus, nullis poſthabenda, frugum copiã, ſiue ſoli ubertatem, ſiue uinearum prouentus, ſiue arborum reſpicere uelis, Omnium materia affluit, quæcunq; aut precio cara, aut uſu neceſſaria, Miri marmoris, gẽmarumq; muneribus conſpicua. Argentum uel aurum ſi requiras habet. Nihil in ea ocioſum, nil ſterile, non coquunt ibi ſales, ſed effodiunt. Ibi Tagum fluuium ob arenas auriferas cęteris amnibus prætulerunt. Ouidius:

Cedant carminibus reges, regumq; triumphi,
Cedat & auriferi ripa beata Tagi.

Strabo libro tertio. Hiſpaniæ maxima ex parte incultus eſt ager. Nam rupes & ſaltus, & loca ſylueſtria, campiq; tenuiſſimæ telluris, neq; huius plagę irrigua, pars magna eſt. Quæ ſpectant in Aquilonem prorſus frigida, nimiæ inſuper aſperitatis & Oceano ſemper obnoxia. Quæ uerò in auſtrum uergit, uniuerſa fere felix eximie, præſertim quæ extra columnas porrigitur. Aurum, argentum, ferrum, nullibi terrarum, neq; tantum neque tam probatum, generari hactenus compertum eſt. Aurum enim non ſolum ex metallis effoditur, uerumetiam fluit. Flumina namq; & torren-

tes, pluuialibus aucti undis, auream deferunt harenam. Puteos quoque effodientes, & alia per ſolertiam tractantes artificia, lauandis harenis, aurum excerperunt. Pluresq́ hac ętate ſunt qui aurum eruant quam qui effodiant. Tum uerò ad Boream uerſus, Britanni occupant. Solinus. Finis erat orbis, ora gallici littoris, niſi Britannia inſula qualibet amplitudine, nomen pene orbis alterius mereretur. Octingentis enim & amplius, milibus paſſuum lõga porrigitur. Hibernia ei proxima magnitudine, inhumana eſt ritu incolarũ aſpero, aliàs ita pabuloſa, ut pecuaria niſi interdũ in æſtate à paſtoribus arceantur, in periculum agat ſatietas. Illic nullus anguis, auis rara, gens inhoſpita & bellicoſa, Sanguine interemptorum hauſto prius, uictores uultus ſuos inquinant. Fas atque nefas eodem animo ducunt. Puerpera ſi quando marem edidit, primos cibos gladio imponit mariti, inq́ os paruuli ſummo mucrone, auſpicium alimentorum leniter infert. Mare quod inter hanc & Britanniam interfluit, undoſum inquietumq́ toto in anno, nõ niſi æſtiuis pauculis dieb. eſt nauigabile. Nauigãt autem uimineis alueis, quos circumdant ambitione tergornm bubulorum. Britanniæ circuitus quadragies octies ſeptuagintaquinque millia paſſuum eſt, In quo ſpacio magna ibi & multa flumina ſunt. Fontes calidi, quibus præſul eſt Mineruæ numen. In cuius æde perpetui ignes nunquam uertunt̃ in fauillas, ſed ubi cinis tabuit, uertit̃ in globos ſaxeos. Pręterea ut taceam metallorum largam uariámque copiam, qua Britanniæ ſolum undique pollet, uenis locupletibus. Gagates hic plurimus optimúsque lapis, ſi colorem requiras niger gemmeus, ſi qualitatem, nullius ferè ponderis, ſi naturam, aqua ardet, oleo reſtringitur, ſi poteſtatem, attritu calefactus applicita detinet, æque ut ſuccinum. Dein Germani quorum corpora cum & ſint candida & pulchra (ut inquit Anthonius & Dionyſius) bellicoſi etiam ſunt à natura. Et (authore Solino) Germania diues uirorum, terra frequens populis numeroſis & immanibus. Extenditur inter Hercineum ſaltum & rupes Sarmatarum Hercineum nemus (aliàs Horcineum) ſunt nõnulli qui hoc nemus uelint eſſe ſyluam Bohœmalem, ſicut Æneas Syluius, & plures aſſerunt. Ex dictis autem Cæſaris & Claudiani poetę & plurimorum teſtimonio, intelligo eſſe nigram ſyluam, iam dictã, in Sueuia, ubi incipit Danubio, ubi definit Rheno perfunditur. Saltus Hercineus aues gignit, quarum pennæ per obſcurum emicant, & interlucent, quamuis obtenta nox denſat tenebras, unde homines loci iſtius plerumq́ nocturnos excurſus ſic deſtinãt, ut illis utant̃ ad præſidiũ itineris dirigendi. Præiactisq́ per opaca uallium pennis, quæ rationem uiæ moderantur, indicio plumarum refulgentium. In hac rupe Sarmatarum ſanè, & in omni ſeptentrionis plaga, Biſontes frequentiſſimi ſunt, qui boues feris ſimiles, ſetoſi colla iubis, horridi, ultra tauros pernicitate uigentes, capti aſſueſcere manu nequeunt. Germani inſuper (ut

inquit

inquit Strabo in ſeptimo) regionem trans Rhhenum ad ortum uergentem colunt, nationem Gallicam pauliſper imitantes & proceritate corporum, & colore flauo, & reliquis rebus & forma, & optimis moribus & uiuendi ritibus pares exiſtunt, Romani hoc illis nomen iure indidiſſe uidentur, perinde ac eos fratres legittimos Gallis eloqui uoluerint. Legittimi namque fratres Romano ſermone, intelliguntur Germani. Quoniam geographię ſcriptores parum de Sarmatica tetigere, quam Poloniam perhibent, indignum igitur fore cenſui, ſi peregrinæ telluris regiones notarem, & nihil de ea in præſentiarum ederem, ipſiusq; Sleſiæ, natalis ſoli, eſſem immemor.

ODE SAPPHICA ENDECASYLLABA DICOLOS, TEtraſtrophos Peonice de Polonia & Cracouia.

TErra diffuſis ſpacioſa campis,
Tenditur longe geminam ſub arcton
Mille quam duris renouat feracem
Sarmata bobus.
Hanc licet multi latices amœno
Alluunt riuo, tamen inter amnes,
Pulchrior multas uitreus peragrat
Hiſtula gentes.
Cæruleum tollens caput à niuoſa
Rupe torrenti ſimilis rapaci
Deinde congeſte patulos fluore
Fertur in agros,
Regiæ cælſos ſinuoſæ urbis
Præterit muros, ubi Graccus horum
Author, agreſti ſtatuiſſe fertur
Iura colono.
Hic ſibi pulchram Ioue nata ſedem
Pallas elegit, teneremq; uirgo
Imbuit ſummi patris erudita
Dote Iuuentam
Edocet formis uarijs ſolutum,
Lite diſcordi chaos, & latentis
Primo naturæ peritura nullis
Semina ſæclis.
An deus nubesúe tenent aquoſæ
Aëris ſpiſſi trifidum ut iacentes
Flumen in terras iaculatur ictu
Sæpe fragoſo.

Vnde brumales ueniunt pruinæ
Et uapor largo reſolutus imbri
Flabra uentorum, refluæꝗ magni
Tethios æſtus.
Cur ſitus chari è regione fratris
Roſidus lunæ globus it per umbram.
Sæpe mortales piceam tuentes
Lampada terrens.
Aureus criſpo ueniens ab Indo
Phœbus, aſtrorumꝗ ſui meatus.
Hic uiros luſtrat nimium profunda
Mente capaces.
Pegaſi ſanctæ laticis puellæ
Hic ſonant plectro modulos canoro
Colle cirrheo, & ſapiens relicto
Ludit Apollo.
Educat pulchras Venus hic puellas,
In Iouis ſummi thalamos ituras.
Poma quæ ſolæ teneant Atlantis
Aurea dignæ.
Aut odoratis ſedeant in herbis
Qua nemus myrrhą redolet Sabæum.
Fundit & rubri pelagi niuales
Concha lapillos.
Pulchrior uirtus latet in uenuſto
Corpore, à nullo interitura fato.
Dotibus cuius ueniunt per æuum
Omne canendæ.
Nec procul multa ſpecus excauatus
Arte, ſub fauces Herebi profundas
Tendit, & Ditis tenebroſa nigri
Tartara pulſat.
Intus obſcurę poſuere noctes
Turbidis ſedem tenebris opacam
Etheris picti iubar expolitum,
Vſꝗ peroſæ.
Nam nec auroræ radijs nec ullo
Sole luſtratur ſuperum per axem.
Siue ſub terras ruit ad ſepulti
Orbis alumnos.
Huius è cæcis latebris amaræ

Exeunt

Exeunt rupes ſalis, & ſub auras
Turbinis magni ſuperas citata
Mole trahuntur.
Sudat occultis ſpecus hic cauernis
Fontis æterni laticem, is rigorem
Contrahit puri ſalis, ut calenti
Æſtuat igni.
Iſta Saturni ſenioris aſtro
Liuido & pigro remeantis orbe,
Terra fœcundis nimium dehiſcit
Fœta metallis.
Mille nec longe rapidis equorum
Curſibus fertur globus inquietus,
Siue ſol lucem uehit aut opacas
Luna tenebras.
Inde conuexum ſubitura cœlum
Æra inexhauſtis latebroſa uenis.
Et ſimul ſurgit rudis impoliti
Lamina plumbi.
Nec uiros tellus alit alma uaſta
Mole proceros, Viadi fluenta
Hiſtulæ, aut quales nemoroſa radunt
Flumina quercus.
Martij crebro proceres capeſſant
Arma hoſtiles ruitura turnas.
Et ferunt pulchris ſpolijs onuſti
Sæpe trophæum.
Quæ tuis ſumme pater incola arcis
Fixa delubris tibi conſecrarunt,
Rurſus ut dextro patrias reuiſant
Marte penates.

SLESIAE DESCRIPTIO COMPENDIOSA.

HVius ac occiduum procurrens Sleſia phœbum
Viuis humet aquis, fluuijsq́ rigatur imis.
Odera, quos inter gelido de monte fragoſus
Præcipitans ſeſe nemorum per opaca recuruo
Amne ruit, uolucrumq́ in Abeſis carmina ripis
Audit, Olerini uelut alta fluenta Caiſtri.
Alluit, Ætneis hinc prata ſimillima campis,
Vnde ablata nigro fuerat Proſerpina Diti
Filia frugiferæ Cereris, quæ nil minus iſtam

Proſequitur paſſim cumulatus frugibus oram.
Spicea ſerta gerens, qui plurima ruſtica pubes
Prouincias diuæ pingui de rure receptas
Contulerat, curuis quod mille exercet aratris.
Sidere ſub ueruo glacies dum gleba ſolutas
Haurit, & admoti ſentiſcens lampada phœbi,
Euocat agricolas iterum ad iuga panda iuuencos.
Læta ſuos multa quod ineſſe foueret alumnos.
Cultores cane fidei, qui rurſus ab alto
Erigonem cœlo terræ ad conuexa uocarunt.
Hoſpitibus gens grata nouis, cœleſte ueretur
Numen, & ad ſonitum cœli concuſſa tremiſcit.
Quamprimum horrifico uehitur per inania curru,
Iupiter, aut miſſa altitonans face territat urbes
Aerias, triplici quas Vratislauia muro
Odere, & alueolis munita bicornibus, omnes
Cellit, & excelſi pendentia nubila cœli.
Mœnibus exuperat fugitiua ſub aſtra leuatis,
Noctiuagæ phœbes, chorili quantum anteit amaras,
Querna arbor frondes apice aut ſupereminet alto
Pinas atlanteo, ſublata cacumine, denſam
Arbuteæ ſegetem ſyluæ, in conualle uirentis,
Religionis honos es Vratislauia noſtræ
Diues opum, indigetum hoc teſtātur templa deorum
Quanta ſub orbe ſuo uix Titan ſpectat anhelos:
Oceano ſeu mergit equos, ſeu tollit ab Indo
Quadrupedes ponto tenues, aut contrahit umbras.
Hic diues ſtatuit ciuilia iura ſenatus
Cui dederat pulchros maieſtas regia faſces
Ipſe ſuis alias ut legibus arceat urbes
Imperioq́ premat, quod longum creſcat in æuum:
Efficite ô ſuperi, hoc creſcente augentur honores
Veſtri, & marmoreis ciues delubra columnis
Conſtituent, ueſtras cadet hoſtia maior ad aras.

PINDARICVM ANAPESTICVM IN NATA-
le ſolum quod Nouumforum perhibetur.

NEc procul arcta in ſede penates
Habitat patriæ mœnia terræ.
Cuius alumnis pia falciferi
Sæcula ſeruans ſenis, infauſti
Fœnoris expers hominumq́ doli.

Et pro-

Et procul omni à fraude remotus,
Opibus uiuit diues modicis,
Quas irriguus ſudore labor
Tulit, aut curui uomer aratri.
Graui & lenta à uite racemi
Quærit opes, quas iucunde pater
Bacche, uirenti compte corimbo
Seris, O placidum numen agreſti
Felix patrio contentus agro.
Pelagi refluam aſpernatur aquam.
Non pigra ſeruat plauſtra Bootis
Gelidi, aut Hyadum ſidus aquoſum,
Nec uaga picti ſidera mundi
Notat, ut tollens ſæuus Orion
Enſem pluuio rore madentem.
Vetat hybernis credere choris,
Pinus olim montium alumnas
Nec hyperboreus ſua uela aquilo
Rapida Ægei per uada ponti
Ad Sydonias ſuſtulit urbes.
Nec eum phrygius raptus Abida
Puer imbrifera territat urna,
Nil ſæua ſua Scylla latratus
Timet, aut Syrtis magna uadoſæ
Murmura, ubi urget uentus harenas,
Bibulasq́ iterum abſorbet, & imos
Manes, hauſtis perfundit aquis.
Sollicitarum at contemptor opum,
Sub lare paruo ſua lætus agit
Fata elyſium uiſurus agrum.

NEc longè à ſaltu Hercinio Boya emergit, regio lata & diffuſa, à bouinæ pellis ſimilitudine, ſic appellata. Deinde ad Pyreneos montes uerſi, uſq; ad Eridam fluenta Celtæ colunt, Vbi ferũt Heliades ſorores dolore afflictas Phaëtontis fratris interitum, tandiu deploraſſe, ut mortuæ omnes in alnos tandem arbores, lachrymãtes adhuc uerterentur. Earumq́ lachrymas à Celtis, qui ea circumhabitant loca, ſæpenumero emungi, cum in aureum uertantur electrum, & tanquam lapides dureſcant. Solinus. Succinum rude primum naſcitur, deinde incoctum adipe lactentis ſuis, expolitur, ad quem uidemus nitorem, de ſimilitudine mellis eſt. In aperto eſt quòd rapiat folia, quod trahat paleas. Et India habet ſuccinum, & Gallia felix præpinguibus glebis, ac prouentibus fructuarijs

fructuarijs fœtu beatiſſima, Aquitanos tamen & Celtas eos appellant (ut inquit Strabo in tertio) Quos Pyrenæ monti adiacentes Cēmenus mons diſterminat. Hęc plaga omni ex parte fluuijs ſpargitur, cū alij ex alpibus, alij ex Cēmeno & Pyreneis deuehātur. Nonnulli etiam in Oceanū, aliqui in noſtrum pelagus erumpunt. Loca uerò per quę defluunt utplurimum campeſtria ſunt, tumuliſq; prædita. Quare ſi proficiſcaris ad arctos mōtemq; Cemmenū, olíueta ficiq; deficient. Vlterius uerò progrediens, non facile uitem uuas ad maturitatē conficere proſpicies, Alia uniuerſa frumēta, miliū, glandem, ubertim gignit, & omnis generis pecora, nulla ipſius pars inculta iacet. Excepto duntaxat, ſi quæ paludes ac ſyluę colli inhibeant. Etenim mulieres quidē, fœcunditate & educandi ſtudio optimę, uiri autem bellorum magis quam agri colendi ſtudioſi, hac autem ætate terrarum cultionem, depoſitis armis coguntur amplecti. Deinde uerò ſequitur Tyrrhenia, ubi ad orientem alpes extolli incipiūt, ex quibus nimirum Rhenus amnis latiſſimus exoritur. Virgilius:

Alpinas ah dura niues & frigora Rheni. Et Lucanus:
Fregit ab arctoo ſpumanti uertice Rhenum.

Sed priuſquā ad Tyrrheniā tranſuehar, primū mihi dicendum eſt de Rheno, & quorſum protēdat, eo uerſus ipſius Europę fines. Rhenus igitur cū ex alpibus illis erumpat, Germanos primo à Celtis interſecās, in Boream uſq; ad Oceanum ampliſſimo decurrit alueo. Sed priuſquam mare attingat, ex eius fontibus, intra Sueuos procreans Hiſtrum, uniuerſam regionem illam mercatoribus nauigabilē reddit, Hic enim Hiſter ortus ab extremis germanię partibus, ab occaſu propè ſinum Adriaticum ſexaginta in ſe excipiēs (ut inquit Solinus) amnes, cum ad Orientem multis infuſis fluminibus conualeſcit, ſpumoſus tandem & obtectus caligine (authore Anthonio) propè Peucē per quinq; ingentes alueos, in Euxinū mare proripitur, ubi plurimus Fiber degit, Qua ſe ad Boreā reflectit, multas ac uarias nationes irrigat, quouſq; ad Meotidis peruenerit oſtium, nam Germanos primū perlambēs, bellaces Sarmatas deinde ſecat, tum Getas, & Baſtarnas inundat. Quorū conditiones Strabo in decimoſeptimo pulchre memorat. Getas Græci Thraces opinati ſunt, qui quidē utrunq; Hiſtri latus incolebāt, ſicut & Miſi, quos Poſſidonius ſcribit, religioni indulgentes, ab animantibus abſtinere, & eam ob cauſam pecus omne uitare, melle uerò lacte & caſeo ueſci. Verum quæ de Getis Menāder memorat inſpice, non quidem fingens, ut decorum eſt, uerum ex ipſa memorans hiſtoria: Thraces uniuerſi nos præſertim Getæ (quorum indigenam me eſſe glorior) non omnium continentiam nimis agimus. E nobis uxorem ducit nemo, nec ut pleriq; undecim duodecimq; & amplius, quod ſi quaternas quinaſq; uxores duxiſſe cōtigerit, ſubuerſio quædam eſt, iſq; hymenei prorſus expers, infelix inter cōciues uulgatur. Cuncti namq; fœminas

ſuperſti-

ſuperſtitionis duces, & authores eſſe exiſtimãt. Hę etenim ſunt quę uiros ad deorum cultus, ad dies feſtos, ad uenerationes, ad præces inuitent, Vt incepta proſequamur, redeamus ad id unde diuertimus. Hiſter Dacibus facultatem adauget, neque minus ad Alanos & Tauros præterfluens, omnibus nauigandi per cõtinentem facultatem præſtat, qui quidem & Tauri immenſum illum Achillis curſum inhabitantes, anguſtum ſané terræ ſpacium, licet oblongum, ad paludis uſq; ripas pertingunt, quibus conſtermini ſunt ipſi, quos diximus, Alani quorum regio, equorum multitudine exuperat. Sed his admoti ſunt Menlanchleni populi, & Hippomolgi, tandem etiam Neuri, & Hippopodes, ac deinde Geloni & Agathirſi. Geloni (ut memorat Solinus) de hoſtium cutibus, ſibi indumenta faciũt, & equis ſuis tegmina. Agathyrſi uerò cęruleo picti colore, fucatis in cęruleum crinibus, nec hoc ſine differentia eſt, nam quãto quis altero præſtat, tanto propenſiore nota tingitur, ut ſit indicium humilitatis minus pingi. Apud Neuros naſcitur Boriſthenes, dilabens è conſpectu arietis frontis, directeq; aduerſus Cyaneas, in Euxinum demergitur. In quo piſces egregij ſaporis, & quibus oſſa nulla ſunt, nec aliud quàm cartilagines tenerrimæ. Verum Neuri, ut accepimus, æſtiuo ſole in lupos transfigurantur. deinde exacto ſpacio, quod huic ſorti attributum eſt, in priſtinã faciem reuertunt, populis iſtis deus Mars eſt, pro ſimulachris enſes colunt. Homines uictimas habent, oſſibus adolent ignes focorum. Inde & Aldeſtus & Panthicapes (inquit Anthonius) ex Ripheis delapſi montibus, immurmurant, quorum fluẽta, cum Glaciali appropinquauerint Oceano (nam eo uerſus deferuntur) ſplendidiſſimum quoq; deducunt electrum, quod haudquaquam diſſimile rutilanti lunæ uidetur, cum primum incipit oriri, pariunt et Adamantem lapidem, ſed cum Agathyrſi os lambunt, nam ex omnib. magis ſunt obnoxij Boreæ. Cæterũ ad auſtrum Getæ tenẽt, de qbus ſupra. Et Norítij quorũ ager frigidus, authore Solino, et partius fructuoſus. Tum etiam Pãnonij, quorum ora uiro forti & ſolo plano (ut ſcribit Solinus) lęta atq; inclytis amnibus circumflua. Tum Miſi et Thraces, uerũ Miſi, ut perhibet Anthonius, magis quam Thraces ad Boream uertuntur, qui quidem Thraces laté per amplisſ. regionem diffuſi, partim latus propontidis maris colunt, partim ad Helleſpontũ coniecti, partim etiam ad Ægiũ tenent, ubi circa excelſa mellifluæ Pallenæ, Aſterius lapis gignitur, haud diſſimilis flagranti ſtellæ, aut exurenti flãmæ. Feruntamen (inquit Solinus) Thracibus Barbaris, ineſſe cõtemptum uitæ, & ex quadã naturalis ſapiẽtię diſciplina, concordãt omnes ad interitũ uoluntariũ, dũ nõnulli eorũ putãt obeuntiũ animas reuerti, alij nõ extingui ſed beatos magis fieri. Apud plurimos luctuoſa ſunt puerperia deniq; recentẽ natũ parẽs fletu excipit, & lęta ſunt funera adeò ut defũctos gaudio pſequanẽ, uxorũ numero ſe uiri iactitãt, et honoris loco ducũt, multiplex coniugiũ,
quæ

quæ fœminæ tenaces ſunt pudicitiæ, defunctorum inſiliunt rogos, &, quod maxime inſigne ducunt caſtitatis, præcipites in flammas eunt. Nupturæ, non parentum arbitratu tranſeunt ad maritos, ſed quæ præ cæteris ſpecie ualent, ſubhaſtari uolunt, & licentia taxationis admiſſa, nõ moribus nubunt, ſed præmijs, quas formæ premit dedecus, dotibns emunt quibus coniugant. Thracię montes celebrati à poëtis Hiſmarus, Sithon, Rhodope, Virgilius:

Hiſmarus aut Rhodope aut extremi Garamantes, Alibi.
Sithoniasq; niues hyems ſubeamus aquoſæ,
—Gelidis Hebri irrigatur undis. Virgilius:
Nec ſi frigoribus medijs, Hebrumq; bibamus.

Qui cum admiſcetur tumulum habet, Polydori Priami filij à Thracio rege mille telis confixi, ob auri pondus quod ſecum tulerat. In parte tamen Miſiæ quæ pontica eſt (Scribit Solinus & Dionyſius) apparet herba ex qua conficitur oleum quod uocant medicum, hoc ad incendium excitatum, ſi obruere aqua geſtias, ardet magis, nec ſopitur quam pulueris iactu. Sunt & aliæ quamplures gentes ſub hac cœli parte conſtitutæ, quæ omnes inhabitant & circumhabitant Hiſtrum, ex quo non mediocrem nauigandi commoditatem aucupantur, quorum nomina enarrare longa mora eſſet, & ſuperfluum. Reliquum eſt ut nunc de alia Europę parte dicamus, quæ tribus extenſa marginibus, uſq; in orientem progreditur. Eam enim partẽ Iberi tenent, partim Græci, partim Itali. Verum ultimus Iberię terminus, Oceanum lambit, ubi potiſſimum una ex columnis conſpicitur à Libe, quam infra Tarteſſus mons erigit, & cuius regio copioſa eſt admodum & fertilis, Hinc Celtæ adhærentes ad Pyrenei uſq; radices montis. Hinc uerò ſequitur Italia, quam quidem mons elatus admodum, & extẽſus ut ſtatera, per medium ſecãs, illũ ab omni latere circumſepiẽs, miro quodam ornamento, & inſuperabili prope munimine uallauit, nullus unquam architectus cum uiderit (ſcribit Antonius) poterit negare, quòd Mineruę extiterit opus regionis illius decus & monumentum, quo quaſi corona præcingitur, Illum incolæ Apennium uocãt. Italia namque uniuerſa cõſurgit à iugis alpium (Solinus inquit) porrecta ad Rheginum uerticem, & litora Brutiorum quo in mare meridiem uerſus protenditur. Inde procedens paulatim ſe Apennini montis attollit iugo, extenſa inter Tuſcum & Hadriaticum, Similis querno folio, ſcilicet longitudine amplior, quàm latitudine. Quæ tanta cura ab omnibus dicta, ut iam inueniri non poſſit, quod non ueterum præſumpſit diligẽtia, largiter in laudem excellentis terræ materia ſuppetente, dum ſcriptores pręſtantiſſimi reputant locorum ſalubritatem, cœli temperiem, ubertatem ſoli, aprica collium, opaca nemorũ, innoxios ſaltus, uitium, olearumq; prouẽtus, Ouilia pecuaria, tot amnes, lacus tantos. Inquit enim Strabo in quinto: Italiæ

maior campi pars, marinis aquis plena ſtagnat. Foſſisq́ & aggeribus ſicut Æygyptus inferior, diductis irrigatur riuis, ac partim exiccatur, & ruſticorū cultu fructuoſa eſt, partim nauigationibus cōmoda. Vrbium uerò pleræq́ inſularū modo cinguntur, aliæ quadam ex parte alluūtur, quę ſupra ſtagna mediterraneæ iacent, mirificā ex fluuijs nauigandi cōmoditatem ſurſum habent, Ex quib. in primis Padus eſt, maximus enim ſæpenumero imbrib. creſcit, ac niuib. Is multas diffuſus in partes eruptionib. occultū efficit oſtiū, haud ingreſſu facilis. Hac uerò tempeſtate eximię dignitatis trans Padum ciuitas eſt, quodāmodo alpibus finitima & propinqua, Verona, ampliſſima ciuitas & Catulli patria. Ouidius.

Mantua Virgilio gaudet, Verona Catullo.

His inferiores Brixia, Ac Mantua excellētiſſimi ac diuini illius Maronis alumna. Multæ Italiam incolūt gentes, ac multi populi quorum nomina haud facile poſſent explicari à nobis. Verum primi ſunt Tyrrheni, ex ea maxime ipſius parte, quæ intra Boream & Zephyrum eſt ſita. Eos Romani Ethruſcos appellant, atque Thuſcos Græci uerò (authore Strabone) hoc eos compellant nomine, A Tyrrheno Athis filio, qui ex Lydia colonos hanc in regionem dimiſit. Tuſci campos uſq́ ad amnem Tyberim poſſident, quos ad ſolis ortus maxime fluuius alluit, donec pelagus intret. Parte autem altera Tyrrheno ac Sardonico mari ſunt confines. Tyrrhenis, gentes quædam Pelaſgę iunguntur, quas, quæ ex Cyllene in Italiam traijcientes, cum ipſis Tyrrhenis illic ferunt conſediſſe. Ait enim Heſiodus (ut ſcribit Strabo) hāc gentem ex Arcadia originem duxiſſe, & diuino è Lycaone generatos extitiſſe, quē olim Pelaſgus procrearat. Rerū quoque ſcriptores Atticarum, de Pelaſgis tradidere. Athenis fuiſſe Pelaſgos, qui cum inſtar auium, quo ſors uocaret huc atque illuc errabundi commearent, pro Pelaſgis Pelargi, id eſt, Ciconiæ uocarentur ab Athenienſibus. Proximi his ſunt Latini glorioſum hominum genus (authore Anthonio) ſoliq́ ubertate ac ingeniorum excellentia fœcundi. Huius plagæ tractus (ut inquit Strabo) Inter Oſtię litus & Sinueſſam urbem et Sabiniam iacet. Eſt autem Oſtia urbis Romanæ nauale, quo Tyberis erumpit. Extenditur autem in longum uſq́ in Campanum agrum, & Samnitum montes. Sabiniā uerò regionem irrigat, à propinquo tandem mari placidiſsimo ſinu, apud Oſtiam excipitur. Strabo Apenninis montibus Tyberis effluit, pluribusq́ augetur amnibus, partimq́ per ipſam excurrit Ethuriam. Deinde autem ipſam diſterminans, primo quidem ab ea diuidit Vmbriam. Poſtea uerò Sabinos & Latinos. Romæ ad litus uſque finitimos. Fluuius is, cæterorum omnium olim princeps & imperator, clariſsimam illam Romuleam prępotentem ſedem, interſecat. Pontificis noſtri domicilium, atque omnium aliarum regionum caput. Huic uerò proxima eſt Campania regio læta, atque omnium copioſiſsima, in cuius cir-

cuitu (ut inquit Strabo) iacent Tumuli, mirifica fructuum ubertate conſpicui. Hiſce locis incumbit mons Veſuuius, amœniſsimis habitatus agris, excepto cacumine, id magna ex parte planitiem habet, fructum omnino nullum ferentem. Cauernoſaq́ monſtrat antra, combuſtis ex petris, quas ignis abroſerit. Ibi Cumæ (ut inquit Solinus) ab Euboēnſibus conditæ, Sibyllæ ſacellum, cuius librū, ad Corneliuni uſque Syllam, pontifices noſtri conſulebant. Tunc enim unà cum capitolio igne abſumptus eſt. Nam priores duos, Tarquinio Superbo partius precium offerente, quàm poſtulabatur, ipſa exuſſerat. Cuius ſepulchrum in Sicilia adhuc manet. Si à Cumis (ſcribit Strabo) incipias, uſque in Siciliam ignotus eſt tractus, et profundas quaſdam, in unum coëuntes, habet cauernas, Ad Auſtrum autem uerſus, ſub Syrenio colle, flumen conſpicitur Picentini Sylari, quod iuxta Lucani & Brucij tenent, uſque ad Leucopetram pertingentes. Inde uerò ad Boream, ubi primum Zephyri ſummitas eminet, Locri poſiti, Qui cum olim in Italiam ex Attica conceſſiſſent, ferunt eos loci amœnitate captos, cum indigenis hominibus amicitiam & ſocietatem coniunxiſſe, ciuitatemq́ ibi conditam ſuo nomine appellaſſe, quorum adhuc extat genus prope Halecis fluminis decurſum. Tum uerò Metapontini adiacent, Nec longè ab eis circa Aſarum flumen Crotone florentiſſimum conſpicitur oppidum, ubi glorioſum illud Laciniæ Iunonis templum conditum extat, atque infelix Sibaris deploraſſe dicitur, ob iratum Iouem aduerſus illius ciues, quòd fuiſſent admodum debacchati in Alphei ſacris, quoniam honores hominū, cœleſtibus præpoſuere dijs. At Samnitæ deinde poſiti, inter magis continentem atque Marſi quibus Alba finitima in excelſo locata ſaxo, propè Fucinus eſt lacus, longitudine par pelago. His Marſis & uicinis maxime uſui fit. Memoriæ proditum eſt, illum nonnunquam uſque ad montana creſcere, interdum autem decreſcere, ut merſa prius lacu loca deſiccentur, & agricolationē ruſticis exhibeant, quæ ſubterranei humoris tranſitione, occulta quadam ratione, ſparſim efficiuntur. Marſi tamen ad uelocitatem pedum, plurimū curſu præſtant. Tarentini uerò ad litus reiecti, ibi oppidum tenent, Amycleorum olim interitu conditū. Quibus propinqui Calabrij Iapygumq́ gēs, quæ quidem uſq́ ad Hyriū protendēs, quod mari adiacet, unde Hadriaticum fretum, iam incipit ad Aquileiam atq́ Tergeſtinorum oppidum contrahi, quod ad extremum ipſius poſitum eſt. Sed ad Orientem cum ſe inflectat, inde Liburnorum primo litus lambit, ac deinde uniuerſam illorum regionem illidit, uaſtis oppreſſam tenebris, quantacunq́ eſt, quę adiacet Iſthmo, Bulincorum quoq́ perfricās margines, per immenſum ſtatim diffuſum alueum extenditur, ac Illyricos primum irrumpit, quorum regio (ut inquit Strabo in ſeptimo) aprica, ſimiliter frugifera, bonisq́ feraciſſima fructibus, Oliuetis, uinetisq́ ſpecioſa, niſi ſicubi rara & aſpera

omnino

omnino rupes iacere. Super hanc, ſita regio tota montana, frigida & niualis eſt, Amplius quæ in Aquilonem ſpectat adeò ut raro uitem ferat. In altioribus uerò & amplioribus locis, montanæ ſunt planities, quas Pannonij tenent. Illyria tamē ad Ceraunias uſq; altiſs. mōtes inuertitur, quibus in locis monumenta quædam in ſpiras contractas uiſuntur, quæ feruntur Cadmi & Harmoniæ uxoris eius extitiſſe, qui cum ambo iam decrepiti eſſent, ac longo admodū confecti ſenio ab Iſmeno illuc conceſſiſſent, ibi in ſerpentes fuiſſe mutatos. Vbi etiam aliud cōſpicitur mirabile, nam duę utrinqne confixæ ſunt columnæ, quæ quotiens aliquid imminet aduerſi uicinis hominibus, ambę ſtatim inter ſe colliduntur, ut conflictari uidentur. Ad Auſtrum uerò uerſus, ſub ipſa prope Thracia, ſupraq; Oriciam Græciæ tellurem, pars illa, quam Helladem uocant, initium capit, aſcenſu quidem difficili ac duplici pelago periculoſa, Ægeo uidelicet & Siculo freto. Duobus prætere a agitatur uentis, quorum alterum appellant Heſperium ſiue Siculum, qui & Zepyrus eſt, alterum Eurum, qui efflat ab Ægeo. Deinde ſequitur Pelopis inſula, quæ & Peloponeſus dicitur, Cuius quidem forma haud longe diſtat à Platani folio. Nam lata eſt ab initio & in acutum protenditur limitem. A ſummo enim Boream uerſus, anguſti cuiuſdam, quaſi Iſthmi, uidetur figuram præſeferre, atq; cum Hellade, mutuo firmari ac coniungi ueſtigio. Vallatur tamen ex omni reliqua parte, maritimis fluctib. Inter Peloponeſi ciuitates, Inquit Strabo in ſexto, Argos & Sparta gloria præcellent. In hanc etiam ætatē, iuxta Argon ſurgit ſylua Nemea, in qua Argi ſacra celebrare conſuere, ibi quoque quæ de Nemeo leone geſta fabulis prodita ſunt. Lucanus in decimo:

Si ſæuum radijs Nemæum Phœbe leonem.
Nunc tremens toto fluerent incendia mundo.

Lerna, & Mycenei, & Argiui agri lacus eſt, in quo Hidram conſtituiſſe ſcriptores tradunt. Virgilius:

Et centum geminus Briaræus belua Lernæ.

Argiuorum enim urbs magna ex parte planis in locis & aridis ſita eſt. Et ideo aiunt ibi eſſe puteorum copiam, quos Danaidum aſcribant ſolertię, uti iis uerſus diuulgat:

Argos aquis uacuum Danai, ſtruxere redundans.

Argiuorum quidem arcem Danaus inhabitaſſe dicitur. Is adeò pręcedentes loci illius reges excelluiſſe fertur, ut qui antea Pelaſgi nominabantur, impoſita per Græciam lege, Danai uocitarent. Sanè Corinthum Peloponeſi urbem (inquit Strabo) locupletiſſimā aiunt, cum Iſthmo immineat Emporium, locus negociatoribus frequētatus, & duorum dominus portuum exiſtat, quorum alter quidem Aſiæ, alter autem Italiæ propinquus eſt, utroq; ex loco faciles inuicem mercium commutationes facientes. Ibi mons eſt excelſus, quem Acrochorinthū nominãt. Cuius quidem pars in

Aquilonem uerſa, maxime in arduum recta couſurgit, Vertex autem Veneris ſacram habet ædiculam. Infra uerticem Pyrenē fontem adeſſe contingit, haud affluentes aquas habentem. Cæterum perſpicuas admodum potuiq́ꝫ ſuauiſſ. Vulgo aūt memorat, cum ex ſubterraneis quibuſdam uenulis expreſſum. Fama eſt equū Pegaſū cum potaret, hoc in loco à Bellerophonte deprehenſum fuiſſe, alatum inquam caballum è Meduſæ ceruice, & de Gorgonis execto gutture proſilientem. At Ægium eius regionis ciuitas, ſatis incolarum habet (ut memorat Strabo) In iſto loco Iouem à capra lactis alimenta ſuſcepiſſe ſcribunt, ſicut Aratus prodit:

Diuaq́ꝫ capra Ioui ut fama eſt, hic præbuit uber.
Oleniamq́ꝫ Iouis uates dixere capellam.

Locum oſtendēs, quia proxima eſt Olenæ. Ad Zephyrū uerò Triphyllidos tellus ſita, iucūdiſsimis Alphei undis alluitur, qui per Piſſam & Triphilæam (authore Strabone in octauo) labitur, & cum intercidatur fluento Meſſenij Eurotę, ambo non ex mari aliquo uidētur effluere ſed ex imis naſci terræ ipſius uiſceribus. Verum Alpheus Eleorum terram ſecat. Eurotas autem per Amyclæos dilabitur. At circa inſulæ medium, inter conuallem ſub Erimanthi ſcopulo, Arcades tenent, unde & Melas amnis & Cratis & Iaon fluunt, & antiquus ille Ladon. Arcadiæ montes Cyllene Mercurij parens, Lycæus & Mænalus, qui totus nemoroſus eſt, In cuius ſaltib. paſtores olim ſuos decantabant amores, imitantes Pana illius montis incolam. Virgilius:

Menalus argutumq́ꝫ nemus pinosq́ꝫ loquentes
Semper habet, ſemper paſtorum ille audit amores.
Panaq́ꝫ qui primus calamos non paſſus inertes.

Etiam dijs alumnis inclaruerunt. Inter quos nec Erymanthus in obſcuro eſt. Flumē Erymāthus, Erymantho monte, demiſſus eſt, Et quod Ladon dicitur. Varro perhibet in Arcadia fontem eſſe cuius hauſtus interimat. Merula cū in alijs locis fulua ſit, circa Cyllenē quod non indignum relatu eſt, candidiſs. eſt. Nec lapidē ſpreuerimus, quē Archadia mittit cui Albeſto nomen eſt, ferrei coloris. Hic accenſus ſemel, extingui nō poteſt. Proximi uerò ijs Argiui, et Lacones, quorū regiones altera quidem ad Orientem ſpectat, altera ad Auſtrum. Huius aūt Iſthmi latera, gemino cōſtat pelago collidi, uno quidem ad occidentē uerſus, altero ad auroram. Quod uſq́ꝫ ad ea loca contrahitur, quæ Saronica uocant. Verum è conſpectu ipſius Iſthmi, quem Peloponeſum diximus, ad eam partem uerſus, quæ ad Orientem ſpectat poſita eſt Attica regio, clariſsimorum hominum & excellentiſſimorum ingeniorum parens & nutrix, quam diuinus ille Iliſus amnis perlabitur. Vnde dicunt olim Boream ſuam Orithyam rapuiſſe, Vbi Bœotes ſiti, & Locri. Bœotia (ut inquit Solinus) Tebis eminet, quas condidit Amphion, non quòd lyra ſaxa duxerit (neque enim par eſt id

ita

ita geſtum uideri) ſed quod affatus ſuauitate homines, rupium incolas & incultis moribus rudes, ad obſequij ciuilis pepulit diſciplinã. Apud Thebas Helicon lucus eſt, Cytheron ſaltus, amnis Iſmenus, fontes Arethuſa, Oedipodia, Dirce, Aganippe & Hyppocrene, quos Cadmus, literarum primus repertor, quoniam equeſtri exploratione, primus deprehendiſſet dum rimatur, quænam adijſſet loca, incenſa eſt licentia poëtarum, ut pariter utrumq; uulgarent, ſcilicet quòd eorum alter, alitis equi unguicula ſolicitatus foret, alter potatus facundia, animas irrigaret, & quòd aperta foret alitis equi ungula, & quòd potu inſpirationẽ facerent literarum Virg.

Nam neq; Parnaſſi uobis iuga, nam neq; Pindi,
Vlla moram fecere, neq; Aoniæ Aganippe.

Et Ouidius in quinto Faſtorum:

Dicite quæ fontes Aganippidos Hyppocrenes.
Grata Meduſæi ſigni tenetis equi.

Ea tamen quæ à Strabone in nono deſcribuntur, digna ſcitu ſunt, Muſarum præcipuè alumnis. Hic Cephiſus è Libea urbe Phocenſi ortum accipit, ut ab Homero dictum eſt. Quiq; Libeam habent Cephiſi in fontibus almi. Helicon Phocidi eſt affinis ex Aquilonis partibus, non procul à Parnaſſo diſtans, cui æmulus eſt & altitudine & circuitu. Vterq; enim niuib. pulſatur, & rupes amborum ſaxea eſt. Hoc autem in loco eſt conſecrata muſis ædes, fonsq; Caballinus, de quo Perſius:

Nec fonte labra prolui caballino.

Et Libethridum ſpelunca nympharum. Virgil. in ſeptima æcgloga.

Nymphæ (noſter amor) Libethrides aut mihi carmen,
Quale meo Codro concedite.

Cuius fontis gelidos latices, priſci uates guſtaſſe perbibentur, illiusq; fœcundo rore irrigui, facultatem ad carminum ſumpſere ſtructuram. Nec arbitretur quiſpiam ineruditus, hoc fabuloſum figmentum in irrito duntaxat ac uano ſitum, aut nihil ueritatis contineri. Vatem namq; cœleſti repletum numine, ab omni tumultuariæ rei ſtrepitu, eſſe ſemotum oportet, ne ingruente tumultu, in profundo eius turbetur ſenſus, quo ſine, nulli mortalium conceſſum eſt uerſus condere. Quamobrem Grҽci uates uerſum condituri, aprica montiũ, opacum ſyluarum, frigus et placidum fontium & riuulorũ murmur, ex lapillorum & aquarum colliſione genitũ, petebant, quæ omnia uitales ſpiritus ab ignauo torpore ſubleuare, ingenij uires, & prouocare & augere in promptu eſt. Inde ſubtiliſſimè inuentum in iſtorum montiũ ſpecubus, ſyluarum latebris, & in fontium aquis, diuum aliquod reſidere numẽ, quod à poëtis iure inuocandum uenit. Vniuerſus præterea Parnaſſus (inquit Strabo in nono) conſecratus exiſtit, & antra & alia loca, honore & ſanctitate digna, continens. E quibus celeberrimum & formoſiſsimum extat Corycium Nympharum antrum.

Eodem quo & Cilicium nomine appellatum. Is mons gemino colle in aſtra tollitur. Ouidius:

Mons ibi uerticibus petit arduus aſtra duobus
Nomine Parnaſſus. Quorum alterum Cyrrheum compellatum Apollini, alterum Nyſeum baccho patri dicatum eſt. Lucanus:

Accipiam, Cyrrhea uelim ſecreta mouentem,
Sollicitare deum, Bacchumq́ auertere Nyſa.

In Phocide item duæ præclariſſimæ ciuitates eminēt. Delphi & Elathea, Delphi quidem propter templum Apollinis, Pythij & oraculum uetuſtate inſignæ. Auſtrale latus Parnaſſi, Delphi occupat, locus ſanè petroſus, unde Delphicus à uatibus perhibetur. In eius cacumine templum ſurgit, & oppidum, in circuitu, ſtadia ſedecim complectens, hoc tempore, circa ipſum affines Caſtalij fontis, ſua locarunt domicilia. Huius fontis aquæ muſarum ſunt ſedes, Ouidius:

Vilia miretur uulgus, mihi flauus Apollo,
Pocula caſtalia plena miniſtret aqua.

Authores memorāt, diuinum ipſum domicilium Apollinis, profundam & curuam eſſe ſpeluncam, non admodum lato ore patentem, unde aura quædam referri ſolet, ſacro flante numine. Excelſum autem oſtio immine re Tripodem, quem cum Pythia uates aſcenderit, hauſto diuinationis ſpiritu, dei reſpōſa referre, & carmine & oratione ſoluta. Oraculum hac tempeſtate neglectui datur, ſuperioribus annis excellentiſſimo in honore habitū, Documēto ſunt theſauri, quos populi potentesq́ principes ibidem conſtruxerunt, ad quas conſecratas obtulere pecunias, nec minus artificum præſtantiſſimorum opera. Tum uerò Theſſalia (ut ſcribit Solinus) multa ibi oppida & flumina, inter quę Penæus q prēter Oſſan Olympūq́ue decurrit, nemoroſis in conuallibus. Theſſaliæ ſunt Pharſalici campi, in quibus ciuilium inſonuerunt procellæ. Ibi Olympus excellenti uertice tantus extollitur, ut tegmen eius cœlum accolę uocent. In cuius cacumine eſt ara Ioui dicata, cuius altaribus ſi qua de extis inferuntur, non difflantur uentoſis ſpiritibus, nec pluuijs diluuntur. Sed uoluente altero anno cuiuſmodi relicta fuerint eiuſmodi reperiuntur, & omnibus tempeſtatibus, & corruptela aurarum uindicatur. Literæ in cinere ſcriptæ, uſque ad alteram cærimoniam anni permanent. Theſſaliæ adiacet Macedonia tellus (ut inquit Solinus) Quæ olim Pyerium ſolum, uel Emathium nunc uniformi uocabulo Macedonia eſt. Inter ipſam & Thraciam, Strimon amnis facit terminū, qui ex Hemi iugis irrigat. Admonet Phlegra, ubi antequam oppidum fieret, rumor eſt, militiam mundi dimicatam, cum gigantibus, dum Iouē ab æthereo axe, congeſtis montibus fugare conabantur. Illic ſi quando (ut accidit) niuibus torrentes, aut pluuialibus excitatur undis, Et aucta aquarum pondera ruptis obicibus, ualentius in campos ruunt

ruũt apertos, eluuione oſſa etiam nũc feruntur detegi, quę ad inſtar corporis ſunt humani, ſed modo grandiori, quę ob enormẽ magnitudinẽ, monſtroſi exercitus iactitant extitiſſe, idq́ adiuuatur, argumento ſaxorum immaniũ, quibus oppugnare cœlum moliebanť. In Theſſalia enim & Æmonia ſunt erectoria iuga, quàm uſq́ proceritas mõtana attolli ualet. Nec eſt in terris omnibus, quod merito ad iſtàs eminentias comparetur, Quippe quas ſolas diluuialis irruptio cum uniuerſa obduceret humido, inacceſſas reliquit. Durãt ueſtigia nõ languidæ fidei, quib apparet hos locos ſuperſtites fuiſſe, undoſę tempeſtatis, Nam in latebroſis rupium cauaminibus. conchyliorum tecta reperiuntur. Hic Philippus magnum procreat Alexandrum, cuius mater ſe coitu draconis grauidam affirmarat. Ita tantum ipſe egit, ut deo genitus crederetur. Peragrauit orbem rectoribus Ariſtotele, Caliſtene, Subegit Aſiam, Armeniam, Iberiam, Albaniam, Cappadociam, Syriam, Ægyptum, Taurum, Caucaſumq́ tranſgreſſus eſt. Bactros domuit, Mædis & Perſis imperauit. Cepit Indiam, emenſus omnia, quæ Liber & Hercules acceſſerant. Eum fuiſſe hominem aiunt ceruice cęlſa, lętis oculis, & illuſtribus malis ad gratiã lucẽtibus, reliquis corporis membris non ſine maieſtate quadam decorus, Victor omnium, uino & ira uictus, ſic ut morbo uinolẽtiæ apud Babylonẽ, humiliore quàm uixerat fortuna exemptus eſt. Macedonia inſuper lapidem gignit, quem Peantidem uocant. Hunc eundem concipientibus & parientibus, opitulari fama prodiga eſt. Hinc cernitur Æmus ſex milibus paſſuũ arduus, niueſum & obdura concretum glacie tollens cacumen, ſub cuius rupibus Orphæũ tam concinne, auras demulſiſſe fama eſt, ut eius carmine nedum mortalium, uerum ferarum, & humi creſcentium oblectabat ſenſus. Verum é regione Macedoniæ ad Zephyrum, Epirus Dodonia, ab urbe Epirotica Dodona, in ollarum ſtructura doctiſſima. Virgilius:

Ingens argentum Dodoneosq́ lebetes.

Late admodũ longeq́ diſtenditur. Hæc regio priſca tempeſtate urbibus populisq́ erat frequentiſſima Sed deinde ſub Romano imperio, propter crebras defectiones ad ſolitudinẽ redacta eſt. Paulus nãq́ Emilius ſubacta Macedonia, ſuperato Perſe, ſeptuaginta Epirotarũ urbes euertit, & centũ & quinquaginta hominum millia in ſeruitutem redegit. Hæc olim Moloſſa dicta, à Moloſſo filio Pyrrhi, & Hermiones filiæ Manelai & Helenæ. Chaonia uerò à Chaone Heleni fratre. Virgilius:

Pars Heleno, qui Chaonios cognomine campos.
Chaoniamq́ omnem Troiano à Chaone dixit.

In Epiro circa promontoriũ Leucaten, quod & Actium ferunt, Aguſtus nauali bello, Anthonium & Cleopatram Ægyptiam, quam ſpreta Auguſti ſorore, ſibi iunxerat, ſeparauit. Virgilius in octauo:

Feruere Leucaten, auroq́ effulgere fluctus.

Ad auſtrum eius Ætolia, cuius per mediũ Achelous amnis ubi Bacchus uitem inſeruit, fluens in Trinacriæ uſq; fluctum, argenteis harenis dilabit, inſulas illas ſecans, quas Echinadas uocant, quibus proxima ſunt Cephalenorum oppida, ferũtq; in eas fuiſſe mutatas Nymphas ab Acheloo amne, dum eum ſacrificio negligerent. Ouidius in octauo Metham.

> Cumq; loco nymphas, memores tum deniq; noſtri
> In freta peruolui, fluctus noſterq; mariſq;.
> Continuam diduxit humum, pariterq; refellit.
> In totidem medijs, quas cernis Echinadas undis.

Sed ad Orientem uerſus Phocis eſt ſita, atq; in Boream uerſa, uſq; ad Thermopylarum oſtia, ſub niuoſo potiſſimũ Parnaſſi uertice, protēditur. Cuius per medium Cephiſus, de quo ſupra, è rupe defluens, propinqua arua perpetuis irrigat fontibus. Tum Phitonis ſequitur tellus, miris quibuſdã & inconſuetis odoribus flagrans, Vbi Draco ille delphicus ad Tripodes intra parietes templi proſtratus iacet, adhuc multis horrendus ſquamis, ubi aiũt Apollinem, quoties ex Mileto aut Claro inſulis proficiſcebatur, plerunq; inſidere cõſueuiſſe, atq; eius illic deauratæ pharetræ, uincula diſſoluiſſe. Tantum de Europæ regionibus dictum iri duximus.

De inſulis Europæ. Cap. 14.

NVnc ad inſulas ſtylus uertendus eſt, priuſquã de alia telluris parte quippiam deſcribamus, quæ & magnitudine & opum ubertate cæteris anteit. Vt itaq; inde incipiam, unde etiam Europa primum extulit caput, & colũnæ illę Herculeæ infixę, eam à Libya, reliquoque iniecta Oceano, ſciungunt. Gedira, prima nobis occurrit. Ea enim cũ à Phœnicibus olim extitiſſet qui habitata, q Herculem colebant, ab eis etiam Gadira eſt appellata. Antea uerò non Gadira, ſed Continuſa ab Hiberis dicebatur. Deinde Gymneſiæ inſulę ſequũtur, ex quibus quæ propinquior eſt Ebuſſus appellatur. Reliquæ uerò geminæ ſunt, à Græcis Baleares appellatæ à fundarum iactu, quibus homines ibi maxime utebantur, βαλλῶ enim Græcis eſt mitto ſiue ſagitto. Inde Baliſta quo aliquid iaculatur. Ouidius in quarto:

> Tantum aberat ſcopulis, quantum balearica torto,
> Funda poteſt plumbo medij tranſmittere cœli.

Tum uerò ſequitur Sardinia, quæ (authore Solino) abſque ſerpētibus eſt. Vbi ſoliſuga in Sardois agris animal perexiguũ, ſoliſuga eo quòd ſolē fugiat, dictum. In metallis argētarijs plurima eſt. Nam ſolum illud diues argēto eſt. Hic herba de fluuijs fontaneis prouenit, quæ ueſcentibus neruos contrahit, rictu ora diducit, ut ueluti ridentes moriantur. Virgilius:

> Ego Sardonijs uideor tibi amarior herbis.

Ibi fontes ſanè calidi & ſalubres aliquot locis efferueſcunt, qui medelas afferunt, aut ſolidant oſſa fracta, aut molliunt, aut etiã ocularias diſſipant

ægritudines

ægritudines, & coarguendis ualēt furib. Nam quiſquis ſacramēto raptū negat, lumina aquis attrectat, ubi periuriū nō eſt, cernit clarius, ſi perfidia abnuit, detegitur facinus cæcitate, & captus oculis admiſſum, tenebris fatetur. Sardiniæ uicina Cyrnus Ambæ propè è regione ad Oſtiam ſitę. Ex quibus altera quæ Corſica eſt, quam reliqua, aditu ſuperior, cum præruptis admodum collibus, & denſiſsima uallatur ſylua. Sed ambæ ſoli ubertate & naſcentium copia ſpectatiſſimę. Ager tamē Corſicanus ſolus hoc unum habet quod lapidem edit, quem Catochiten dicunt, fatu digniſsimum. Maior enim cæteris eſt, qui ad ornatum deſtinātur. Impoſitas manus detinet ita ſeiunctis corporibus annectens, ut cum illis hæreat, à quibus tāgitur. Sed ei ineſt uelut de glutino lentiore aliquid parum atq; gummi. Accepimus Democritum oſtentatione ſcrupuli huius, frequenter uſum, ad probandam occultam naturæ pontentiam. Deinde apparent inſulæ aliæ, in gyrum poſitæ, quæ cum olim, ab accola Hippota, Æoli patre benigniſſimo rege inhabitatæ extitiſſent, ab eo Æolides etiam ſunt uocatæ. Ouidius:

Clauſerat Hippotates æterno carcere uentos.

Ferunt eundem regem, ob ipſius animi uirtutem, qua conſtat pium & clementem fuiſſe, id à dijs ipſis conſecutum, ut non ſolū illarum inſularū rex fuiſſe traditur, uerumetiam uentorum principatum & imperium accepiſſe. Hę inſulæ in freto Siculo uigintiquinq; milia paſſuū, ab Italia abſunt. Vulcaniæ ab Italis uocatæ, Numero ſunt ſeptem. Liparæ nomē dedit Liparis, qui ante Æolum eam regebat. Alteram Hieram uocant, ea pręcipue Vulcano ſacra, plurimum colle eminentiſſimo noctе ardet. Strabo in ſexto. Inſula Vulcano ſacra ſaxoſa tota, et deſerta, et ignita. Trifariāq;, quaſi ternis ex crateribus efflat. E quorum ſanè maximo, laminas flammę eructuat. E longa uerò creditum eſt obſeruatione, flammas ipſas flatibus concitari, tum hic tum in Ætna, quib. ceſſantibus, ceſſant & flammæ. Nec id ratione caret. Venti enim, è marinis exhalationibus captantes originem, & generantur, & nutriūtur, adeò ut de cognata materia accidentiq; ignis incenſus, ſpectatores ipſos mirari non ſinit alio quodammodo talia fieri. Inde haud inaniter effictum eſt Vulcanum ob difformitatem in hunc ſpecum ab æthereo axe dilapſum, fulmina Ioui fabricare. Virgilius:

Inſula Sicanium iuxta latus Æoliamq;
Erigitur Liparem, fumantibus ardua ſaxis.
Quam ſubter ſpecus Cyclopum exeſa caminis.
Antra Ætnæa tonant, ualidiq; incudibus ictus
Auditi referunt gemitum, ſtriduntq; cauernis.
Stricturæ Chalybum, & fornacibus ignis anhelat.
Vulcani domus, & Vulcania nomine tellus.
Hoc tunc ignipotens cœlo deſcendit, ab alto.

Ferrum

Ferrum exercebāt uaſto cyclopes in antro

Brontesq́ Steropesq́ & nudus membra Piragmon.

Hoc efficit quod ex eius fumo potiſſimum incolæ præſentiſcūt, qnínam flatus in triduo ſunt futuri. Si enim ſpiraturus eſt auſter nebuloſam circum inſulam effundit caliginem (inquit Strabo allegans Empedoclem) ut longe Sicilia cerni nequeat. Flante uerò Borea puras flammas emitti & altius extolli ac maiores emitti ſtrepitus. Zephyrum autem medium quendam ordinem tenere. Strongyla tertia eſt, In qua uates Æoli domicilium fore perhibent:

Rex Æolus antro luctantes uentos tempeſtatesq́ ſonoras,

Imperio premit.

Quarta eſt quam à forma quoq́ Dydimā, Id eſt gemellam uocarunt. E ceteris Ericuſam & Phenicuſam ab arbuſtis uocauere. Ad paſcua enim prorſus omiſſæ fuere. Septima in mare magis expoſita eſt. Euonima, id eſt ſiniſtra uocata, quoniā è Lypara in Siciliam nauigātibus, ſiniſtra maximè offertur. His inſulis nulla uicinior q̄ Sicilia, è conſpectu Italię poſita, à diffuſis tribus famatiſſimis promontorijs, quibus munita eſt, Trinacria appellata, quorum unum Pachinum dicitur, qui mons ad Orientem ſolem, in Peloponenſium plagam ſpectat. Et glorioſam illā Syracuſanorem ciuitatem ſub pedib. tenet. Maximum olim tyrannorū domiciliū, in qua (ut inquit Solinus) cum hyberna condunt ſerena, nullo non die ſol eſt. Et Arethuſa fons in hac urbe eſt, cuius Nympham inuocat Maro, Theoricum Syracuſanum imitatus carmine in Buccol.

Extremum hunc Arethuſa mihi concede laborem.

Alterum montē Pelorum uocant, qui ad Boreā uerſus Italiā reſpiciens, ſoli præſtat temperiē, quod neq́ humido in lutū diluitur, neq́ fatiſcat ſiccitate in puluerē, ui introrſum recedit, & in latitudinē panditur. Tres lacus obtinet, quorū unus piſciū copioſus eſt, quē non admirandū duxerim, ſed quòd ei proximans condenſis arbuſtis inter uirgultorum opaca feras nutriat. Præbet itaq́ piſcandi uenandiq́ facultatem. Tertium ara ſacrum approbat, quæ in medio ſita, breuia diuidit à profundis. Qua ad eam pergitur, crurotenus peruenit aqua, quod ultra eſt nec explorari licet nec attingi. Et ſi ſit qui id auſus eſt, malo plectitur, quantámque ſui partem ingurgitauerit, tantum it perditum. Verum ex Peloro quod ad Italiam conſpicit, nauigatio illic pernicioſiſſima efficitur, cum anguſtus ſit ádmodum limes & ſinuoſus, nec ſine uehementi impetu intercluditur mare, Ibi enim uaſtis abſorptum ſpeluncis (quas ab Ionio Neptunóque inciſas ferunt) horrendis plerumque mugitibus fremit, ob aſperas undique cautes, quas hinc atque hinc marini fatigant fluctus. Seneca. Scylla pulſatis reſonat cauernis. Nam credit antiquitas Siciliam iunctam fuiſſe Italię, & Pelorum Sicilię, partem eſſe Apennini, ſed cum ea parte ue

hementer

hemẽter depreſſa eſſet Italia, terræ motu uel mole undarũ cum locus ſcinderetur, mare irrupiſſe, & Sicil am à continenti diuiſiſſe. Virgilius:

Diſſiluiſſe ferunt cum protinus utraq; tellus,
Vna foret medio ui pontus & undis.
Heſperium Siculo latus abſcidit, aruaq; & urbes
Litore diductas anguſto, interluit æſtu.

In quod mare Scylla Phorcifilia præcipitata eſt, dum inguina ſua latrantibus catulis, deformia conſpexerat, in undis per herbipontem Cyrcen ueneno turbatis, ob Glaucum quem utraque, non ſine magno alterius liuore adamabat. Eius latratum horrendum, nautæ circa Pelorum ſoluturi adhuc perſentiſcunt, nec ſine tremore pectoris prætereunt. Læuum Pelori latus Charybdis occupat, periculum uaſta uoragine uniuerſa abſorbens. Seneca. At mare totum timuere nautæ, Quod raptas hauſit, reuomit Charybdis. Priſtinæ illius naturæ, ac rapinæ non immemor Pyſtrix dum boues Herculi ſublatos, nõ indigua mercede, Iouis ira tenebat, Qui poſtquam in illam fulmen eiaculatus erat, in hunc cæcum gurgitem præcipitem dedit. Tertium Siciliæ promontorium Lilybæum, aduerſus Zephyri erumpentis impetum, uidetur prorſus inſurgere, cui ciuitas adhæret eiuſdem nominis, Sibyllæ ſepulchro clariſſima. Intra inſulam eſt Aethna, in qua ſacra Cereris ædes eſt, ea montanas amplectitur planities, totas arabiles. Loca eius ſuperiora tum nuda, tum cineroſa ſunt, & per hyemem niuibus referta. Cæterum inferiora ſyluis & uarijs arborum conſitionibus partita ſunt, adeò ut campus ille Athenienſis, in floribus ſemper ſit, & omni uernans die, Ouidius:

Sylua coronat aquis cingens latus omne ſuis
Frondibus, ut uelo Phœbeos ſummouet ignes.
Perpetuum uer eſt.

Quem prope eſt demerſum foramen, quo Ditem patrem, ad raptus Proſerpinæ Cereris filiæ, libere egreſſum extuliſſe ferunt. Ipſa uerò montis cacumina, multas ſuſpiciunt mutationes, ueſcentibus incendijs, nunc igniti emittuntur riui nunc flammæ fumo ſæue caligines, adeò quòd mirabile dictu eſt, quod nec calor frigore mitigatur, nec frigus calore dſſoluitur. Seneca tragicus:

Nec ſuperfuſis uioletur undis.
Æternis ignis reſonans caminis,
Nunc ardentes exhalat lapides. Virgilius
Ipſe, ſed horrificis iuxta ſonat Æthna ruinis.
Interdumq; atram prorumpit ad æthera nubem,
Turbine fumantem Piceo, & candente fauilla.
Interdum ſcopulos, auulſaq; uiſcera montis,
Erigit eructans, liquefactaq; ſaxa ſub auras,

Cum

Cum gemitu glomerat, fundoq́ exæſtuat imo.

Cauſa eſt. Quoniam inſula tota cauernoſa eſt ſub terra, fluuijs & igne pleniſſima. Calidarum aquarum ſcaturigines multis in locis habet. Sub mõte ſepultus eſt immanis ille gigas Enceladus, in quem eiaculatus erat fulmina Iupiter, dum ipſum ab ſua ſede pellere conaretur, alijs adiutus fratribus. Seneca. Et ferus cyclops metuit parentem, Rupe feruentis reſidens in Æthnæ. Hæc inſula Achatem (ſcribit Solinus) lapidem primum edidit in Achatis fluminis ripis repertum, non uilem cum ibi tantum inueniretur. Quippe interſcribẽtes eum penè naturalibus ſic notãt formis, ut cum optimus eſt, uarias præſeferat rerum imagines. Vnde annulus Pyrrhi regis qui aduerſus Romanos bella geſſit, non ignobilis famę fuit, eius gemma Achates erat, in quo nouem muſæ, cum inſignibus ſuis ſingulę, & Apollo tenens cytharam uidebantur, non impreſſis figuris, ſed ingenitis, nunc diuerſis locis apparet. Dat Creta, quem populi, Coralochatem uocant Coralio ſimilem, ſed illitum guttis auro micantibus, & ſcorpionum ictibus reſiſtentẽ. Dat India, reddentẽ nunc nemorum nũc animalium facies, Ne tamẽ Corallij ſimus immemores. Refer Solinus, Liguſticum mare frutices procreat, qui quantiſper fuerint in aquarum profundis, fluxi ſunt tactu, deinde ubi in ſupra attolluntur, naturalibus ſaxis derogati, lapides fiunt. Nec ſolum qualitas illis, ſed color uertitur, nam puniceo protinus erubeſcunt. Hæ uirgæ primum indurere à capite Meduſę, cui erant ſuppoſitę à Perſeo, dum marinam beluam, Andromedę puellę obiectam interfecerat. Ouidius in fine quarti.

Anguiferumq́ caput dura ue lædat harena,
Mollit humum folijs natasq́ ſub æquore uirgas.
Sternit, & imponit phorcynidos ora Meduſæ.
Virga recens bibulaq́ etiam nunc uiua medulla,
Vim rapuit monſtri, tactuq́ induruit huius.
Nunc quoq́ coralijs eadem natura ramanſit.

Verum ex Sicilia ad auſtrum uerſus tranſitus eſt in Libyã, ad alterius Syrtis initium, altera autem facile conſpicitur, ſi quis retorſerit ſe ad Italiæ litora. Huius uerò è conſpectu geminæ inſulæ uiſuntur, quarum una Menix dicitur, altera Gorthyna, quæ portum in Libyam præſtant. Verum ad ſiniſtram Adriatici ſinus, atq́ ad Iapagiam uerſus, puta Apuliam, cui Iapix Dedali filius nomen dedit (authore Virgilio in undecimo.)

Victor Gargani condebat Iapigis agris.

Inſula emergitur, quæ olim à Diomede condita, ab eo eſt etiam Diomedea appellata, ut refert Anthonius, Ariſtoteles tamẽ in libro de auditu mirabilium ait, Diomedem ab Ænea occiſum, & loca in quibus imperauerat occupata, interfecto illo, honores diuini, in inſula ab eo Diomedea appellata, et templum conſtitutum eſt. Eius autem ſocij in aues conuerſi, in-

ſulam

ſulam illam incolunt. Diomedeæq́ à Latinis, à Græcis Herodij uocatæ, quibus (ut ſcribit Solinus) color eſt candidus, ignei oculi, ora dentata, cõgregatim uolitant, cum fœtificum tempus adeſt, roſtro ſcrobes excauãt, Græcis illic adnauigantibus læte applaudũt, Cæteros homines infeſtãt. Virgilius in undecimo:

Nunc etiam horribili uiſu portenta ſequuntur.
Et ſocij amiſſi petierunt æthera pennis.

Deinde ad orientem uerſus longe ille tractus inſularum aperitur ab Syrti, quo quondam homines, ex Colcho perfectos, irrupiſſe dicitur, dum fugientem Medeã proſequerentur. Ac deinde Liburnides ſitæ. Ad Auſtrũ autem uerſus, poſt Ceraunij montis præcrupta promontoria, Epiri à crebro fulminum iactu propter altitudinem nominata. Virgilius:

Prouehimur pelago uicina Teraunia iuxta.

Inſulę quędam obijciuntur, quas Ambracias uocant. Tum etiam & Corcyra conſpicitur, inſula fertilis & copioſa, ac ueteris illius Alcinoi clariſſima quondam & ſpectatiſſima regio. Cui maxime adiacet Nericia Ithacę tellus optatiſsima, & ipſa olim Vlyſſis patria. Hic Dulichium, Same ſitæ Cephaleniæ, Zacinthos, Neritos, omnes ſub Græcorum ditione potentes inſulæ. Virgilius:

Iam medio apparet fluctu nemoroſa Zacinthos,
Dulichiumq́, Sameq́, & Neritos ardua ſaxis.
Effugimus ſcopulos Ithacæ, Laertia regna,
Et terram altricem ſæui execramnr Vlyſſis.

Multæ quoq; aliæ inſulę ſunt ad Boream, quarum una Echila, & Cythera altera, & Calauria reliqua. Atq; ad aliam cõuerſa partem, quæ reſpicit occidentem Carpatos. Nec longe ab his ſita eſt Creta inſula, perpulchra & fœcunda frugum ubertate, & paſcuis copioſiſsima, meraciſſimoq́ inundans uino. Hæc ſummi Iouis nutrix perhibetur. Cum enim Saturnus, à Themide fatidica dea accepiſſet, ſe à filio pulſum iri regno, uorabat omnes filios, quod cum idẽ Rhea uxor de Ioue timeret, nati pulchritudine delectata, clam illum ſuſtulit, & nymphis in monte Dicteo alendũ tradidit, ubi ab apibus nutritus, adhibiti ſunt Curetes & Choribãtes, qui ęris tinnitu, prohiberent audiri pueri uagitum. Virgil.

Creta Iouis magni, media iacet inſula ponto.
Mons Idæus ubi, & gentis cunabula noſtræ.
Centum urbes habitant magnas, uberrima regna.

Nam in medio ubi latiſſima panditur (ut ſcribit Strabo in decimo) mõs Idæus ſurgit. Ibi ſylua exoritur referta fragratiſſimis cupreſſis. Ciuitates habet plures, quib. olim ille ſenex Minos imperitabat, cum eius coniunx (quod fœdum relatu) illecebroſo uexata pruritu, ſub tauri complexus uenerat, Et Minotaurum enixa eſt. Virgilius:

Ah uirgo infelix, quæ te dementia cepit?
Proetydes implerunt falſis mugitibus agros.
At non tam turpes pecudum, tamen ulla ſecuta eſt
Concubitus.

Scribit Solinus quod ager Creticus ſylueſtrium caprarũ copioſus eſt. Ceruo eget, lupos, uulpes, aliaq́ꝫ quadrupedũ noxia, nuſquam educat, ſerpẽs nulla, larga uitis, mira ſolis indulgentia. Arborarij prouentus abundantes. Nam in huius tantũ inſulæ parte repullulant ceſæ cupreſſi. Herba ibi eſt, quæ Alimos dicitur, ea admorſa, diurnã famẽ prohibet. Auẽ noctuã Creta non habet & ſi inuehatur, morit̃. Hinc deinde obiecta eſt Rhodos inſula, ubi raro phœbeos ignes, uapor in nubẽ coactus, fugat. Et ipſa ab Ægyptijs quondã cõdita, & laſiliorum pulcherrima colonia. Verum ad Orientẽ Chelidoniæ ſitæ ſunt tres numero, atq́ꝫ Pathareidos obiectæ uertici. Tum uerò præclara illa Cyprus, intra Pamphyliæ ſinũ ſita, gratiſſima Veneris Dionææ regio. Hic enim Cythera ciuitas, ubi nutrita eſt, inde Cythereia perhibetur. Et eſt inſula etiã ultima ex Cycladibus uel Laconiæ, in neutro duntaxat genere, cum plurali inflexione dicitur. Virgilius:

Hunc ego ſopitum ſomno ſuper alta Cythera.
At ſuper Idalium ſacrata ſede recondam.

Hæc inſula abundat herba, quã Thuſci Perſam appellãt. Latini Amaracũ ſiue Sanſucũ. Vulgus Maioranã. In quã puer regius, dũ caſu lapſus ferret unguenta, maioremq́ꝫ effuſione odorem creauit, mutatus dicitur. Virgil.

Idaliæ lucos ubi mollis amaracus illum,
Floribus & dulci aſpirans complectitur umbra.

Nec lõge à Phœnicia poſita eſt Aradus, intra ipſius ampliſſ. ſpaciũ, ac in cõſpectu Suniados collis ſupra Abantes populos Salamina conſpicit̃, & Æginæ, ubi mirabilis quædã Ægei maris apparet altitudo. Tametſi innumerabiles penè in eo inſulæ coniectæ ſunt, quæ miro quodam inter ſe ordine ita diſponuntur, ut arte potius quàm natura ſtructæ uideantur, Protendunt enim uſq́ꝫ ad Helleſpontum. In quo quidem à læua potiſſimum, ubi Europa terminatur Seſtos eſt ſita, & Abydos à dextra illi prorſus è regione poſita, quarum diſtantiam creberrime metitus erat, Abydæus ille Leander, dum per Helleſponti undas, ad lunæ radios ad puellam Hexus, alterius ciuitatis alumnam nataret. Ouidius:

Vel tua me Seſtos, uel te mea ſumat Abydos.
Tam tua terra mihi, quàm tibi noſtra placet.

Verum ad Europã uerſus Macris erigit̃, ab Abantib. olim condita. Tum etiã maxime, quæ uentis infringit̃, Scyrus ac Peparetos. Nec longe ab his Lemnos, in quã Vulcanus, ob deformitatẽ, ab Ætherea ſede fracta poplitis iunctura præcipitatus fertur. Nec procul antiqua illa Thaſos, Cereris cultrix. Tum etiã & Imbros, Vnde Threicia illa & prouulgata emicat Samos

mos, uetus olim Corybantum colonia. Virgilius in ſeptimo:

Threiciamꝗ Samum quæ nunc Samothracia fertur.

Quæ uerò primã Aſiæ frontẽ tenent, & circumſiſtunt Delon ab ea circuitione, Cyclades à Græcis ſunt appellatę, authore Solino inquiente. Cyclades autumãt dictas, quia licet ſpacijs lõgioribus, à Delo proiectæ, in orbẽ tamẽ circa Delon ſitæ ſunt. Orbem aũt κύκλον Græci dicũt. Ias Homeri tumulo cæteras antecedit. Meminiſſe tamen hoc loco par eſt poſt primum diluuiũ, Ogygij temporibus notatũ, cum nouem & amplius mẽſibus diẽ continua nox inumbraſſet, Delon aũt, omnes terras, radijs ſolis illuminata, ſortitamꝗ ex eo nomen, quòd primũ reddita foret uiſibus. Hæc ſecundum Pliniũ clariſs. Cycladũ media, & templo Apollinis, & mercatura celebrata, quæ diu fluctuata (ut prodiĩ) ſola motum terræ nõ ſenſit. Virgil.

Quam pius Arcitenens oras, & litora circum
Errantem Micone cęlſa Gyaroꝗ reuinxit.
Immotamꝗ coli dedit, & contemnere uentos.

Hæc primum excepit Latonã cœleſti Iouis ſemine grauidã, dum dudum per maria & terras, iniquæ Iunonis munere erraſſet. Hic enixa eſt gemellos, Phœbũ & Dianam. Latone templo (ut inquit Strabo in decimoquarto) Cynthus mõs ſublimis & aſper, totiꝗ Apollinis urbi ſuccumbit. Cycladib. propinqui ſunt, Ionides, & Cauni. Samos quoꝗ gratiſſima Iunonis pelaſgidos ſedes (quoniam in ea adoleuit & Ioui nupſit) antiquiſſimũ habet templum, & ſimulachrum habitu nubentis figuratum, & ſacra eius anniuerſariã, nuptiarum ritu celebrantur. Virgilius:

Poſthabita coluiſſe Samo, hic illius arma.

Huic (authore Strabone in decimoquarto) adiacet Icaria, à qua Icariũ pelagus nominatur. Ea nomen habet ab Icaro Dędali filio, quem aiũt paternæ fugæ comitem, cum ambo à Creta aufugiſſent, de inextricabili Labyrintho, in has undas cecidiſſe, dum ſe altius quàm genitor edixerat, in auras ſubleuaſſet ubi ad ſolis radios, feruefacta cæra, pennæ effluxerunt. Ouidius in octauo Metham.

Altius egit iter rapidi uicinia ſolis.
Mollit odoratas pennarum uincula cæras.
Tepuerant cæræ, nudos quatit ille lacertos.
Oraꝗ cærulea patrium clamantia nomen,
Excipiuntur aqua, quæ nomen traxit ab illo.

Tum etiã Chios ſub excelſi Pelinei montis radicib. poſita. Deinde Æolidum inſularũ rupes, Lesbos ſcilicet & Tenedos Argiuorũ quondam doloſa ſtatio, è medijs erigunt̃ fluctibus. Ex quibus Melas et Colphis amnes in Helleſpontũ dilabunt̃. Inde uerò Boreã uerſus, Propontidis maris fluctus undiꝗ aperiunt̃ & dilatant̃ uſꝗ ad aditũ Euxini maris. Ad ſiniſtram uerò uerſus, alia quædã conſpicit̃ inſula, famatiſs. quidẽ olim ſede maxi-

morum heroum. Nam ferunt ibi Achillis animã, ac cæterorũ fortiſs. hominum, inter montiũ illius prærupta uerſari. Huiuſmodiq; gratiã tales uiros à dijs dono, ob eorum uirtutẽ, conſecutos, ut immortales efficerẽtur. Cum ipſa uirtus immortalis ſit, et immortalẽ gloriam cõſequi neceſſe eſt. Eam eñ, ob id q́ pecora omnia cãdido uellere pariat, Græci Leucã appellauerunt. Nec multo ab ea longè alia quædã erigitur, ampla quidẽ, & magno quodã dimenſa tractu, quæ in Cimmeriũ Bophorũ, recta nauigantibus uia, prę cęteris occurrit, è regione Meotidis paludis ad dextrã ſita. Ea enim eſt in qua conditæ ſunt, Phenagora & Hermonaſſa ciuitates quas et condiderunt & incolũt Ionij. Hæ ſunt omnes inſulæ, quæ intra hæc mediterranea maria, fama & celebritate aliqua, potuerunt ad cognitionẽ noſtram peruenire. Veruntamen quæ in ampliſſimo coartantur Oceano, cũ ſint quamplures neq; magnitudine, neq; fama noſtris inferiores, eas prætereundas eſſe ſilentio, nõn oportunum fore duxi.

De inſulis in extremo mari iacentibus. Cap. 15.

PRimum igitur de illa dicã quæ in medio Atlãtico ſita, à Græcis eſt Erythrea uocitata. Hæc tanta aëris benignitate prædita (authore Anthonio) ut homines pariat continentiſſimæ, ac penè immortalis uitæ, cum diutiſſimè uiuant. Eſt & armentorũ copia refertiſſima. Eam uicini Æthiopes quondam incoluere, quos ferunt illuc conceſſiſſe, interempto ab Hercule Gerione, cui boues abſtulerat. Ouidius:

Ecce boues illuc Erythreidas applicat heros,
Emenſus longi clauiger orbis iter.

Verum ad ſummũ Europę uerticem, quem ſacrũ incolæ uocant, famatiſſ. illę Heſperidũ inſulę conſpiciũtur, ubi (ut inquit Solinus) ſinuoſo meatu, æſtuarium è mari fertur, adeò flexuoſis laterib. tortuoſum, ut uiſentib. procul, lapſus angueos facta uertigine mentiat̃. Itaq; q́ hortos appellauere circumdat. Vnde pomorũ cuſtodem interpretantes, iter ad fabuloſum figmentũ ſtruxerunt. Nam plurimo auro ditiſſimæ ſunt, atq; omnia prope metallorum genera pariunt. Hæc inſula frutices aureos, & metalla fert frondentia. Ouidius:

Arboreæ frondes auro radiente nitentes.
Ex auro ramos, ex auro poma ferebant.

Nec longè ab his admodũ, ſed magis ad Boream uerſus, Britannorũ inſulę uiſunt̃, contra potiſſimũ Rheni oſtia. De quibus licet antea dixerimus, nũc tamen minime prætereundæ ſunt, quoniã non tantũ extolli queunt, quin plus laudis egeant. Ampliſſimæ enim ſunt, & cæteras omnes magnitudine ſuperãt. Neq; quauis alia diuitiarũ copia, aut armentorũ multitudine, & uarietate, aut hominnũ genere inferiores, Ibi enim ſtanni, et plumbi, & multiformis æris materia, ex terræ uiſceribus q̃; facillimè eruit̃. Auro etiã & argento plurimũ pollent. Inter cætera quæ pariũt armẽta, pecudes habẽt, tam molliſs. indutas uellere, ut ad telę aranearũ ſimiliudinẽ tenuitatemq;

nuitatemq́, facile cõtrahi poſſet. Equos producũt quàmplurimos, haud ineptos ad laborẽ. Sed quæ magis ad occidentẽ uertitur, cum primã eius frontẽ ad Hyberiã cõuertat, ab Hyberis & ipſis olim habitata, Hybernia uocitetur. Ea longè copioſiores equos parit, atq; eos huiuſmodi, ut non ui deãtur niſi quodam ſuauiſſimo inceſſu deambulare, à natura didiciſſe, ac cum quadam quaſi modulatione progredi, more regio. Gentes habet fero ciſsimas & aptiſsimas bello, quæ cũ pulchro ſunt corpore & elato, Mem bris quoq; robuſtiſſimis, ac colore candido. Ingenio quoq; et facilitate lin guæ, plurimum præſtant. Extant & aliæ non longè ab his inſulæ ſitæ, cul trices quãmaxime Bacchi, in quibus Amnitarũ mulieres olim clariſſimo- rum uirorum coronatæ hedera, pendentibusq́ comis intra ſe, quaſi com- motæ furore quodam concitabantur, atq; ingenti clamore Bacchum uoci ferantes, noctu ipſi deo ſacra ex ritu perficiũt. Nec multo etiam ab his lon ge erigitur, quæ ultima dicitur Thyle, ubi ęſtiuo ſolſtitio (ſcribit Solinus & Plinius) ſole de Cancri ſidere faciẽte tranſitum, nox penè nulla. Bruma li ſolſtitio, dies perinde nulla. Hęc inſula tempore Maronis ultima fuit, de qua haberetur cognitio. Virgilius:

Numina ſola colant, tibi ſeruiat ultima Thyle.

Inde incipiũt Ebrides, quinq; inſulæ numero, quarum incolę neſciunt fru ges. Piſcibus tantum & lacte uiuunt. Secundam à continenti ſtationẽ eun tibus Orcades præbent, numero tres. Vacant homine, nõ habent ſyluas, tantum iunceis herbis inhorreſcunt. Cætera earum nudæ harenę & rupes tenẽt. Inde ſiquis ad Scythiam ſoluturus ad ſolis ortum nauem inflexerit, Chriſia, quæ altera Oceani inſula, ſe offert, in qua ſol quoq; puriſſime emi cat. Cum uerò ad meridiẽ è regione curſus uerterit, ſtatim occurrit Tapro bana pergrandis quidem inſula, Multis uariarũ rerum diuitijs referta. Ho mines in Taprobana corpore granidores ultra omnium menſuram, rutu lis comis, cęruleis oculis, trucioris ſoni, nullo linguæ commertio genti al- teri ſociãtur: Ætas illis ultra humanam fragilitatem prolixa, ut maturè pe reat qui centenarius moritur. Dedicata eſt potiſſimum Veneri, atq; illi ſua perſoluunt uota. Et ſuper illius caput Cancer, ardentiſſimum ſidus, conti nue per gyrum circumuertitur eamq; propè regionem adurit. Eius pars, (authore Solino) beſtijs & elephantibus repleta eſt maioribus, multo q̃ quos fert India. Partem homines tenent, margaritis & gemmis omnibus ſcatentem. Ibi mare adeò altum, adeo depreſſum, ut nullæ unquam ancho ræ ad profunda illius ima potuerunt peruenire. Nulla in nauigatione, ſide rum obſeruatio, utpote ubi ſeptentriones nunquam inſpiciuntur. Lunam ab octaua in ſextamdecimam tantum ſupra terram uident. Verum uehũt alites, quarum meatus terram petentium regendi curſus magiſtros habẽt. Mirantur ibi aurũ, & ad gratiam poculorũ, omnium gemmarũ, adhibent apparatũ. Secant marmora teſtudinea uarietate. Margaritas legunt pluri

mas, maximasq́. Conchæ ſunt in quib. hoc genus lapidũ reperitur. Quæ certo anni tempore, luxuriante conceptu, ſitiunt rorem, uelut maritũ. Cuius deſiderio hiant, & cum maxime lunares liquantur aſpergines, hauriũt humorem cupitum, ſic concipiũt, grauidæq́ fiunt. Et ſi purũ fuerit, quod conceperint, candicant orbiculi lapillorum. Si turbidum, pallore langueſcunt. Conchis ipſis ineſt ſenſus, partus ſuos maculari timent. Cumq́ flagrãtioribus radijs excanduerit dies, ne fuſcẽtur lapides ſolis ardore, ſubſidunt, ac ſe profundis ingurgitant, ut ab æſtu uindicentur. Cetas habent paſſim per litora uagantes, quę in mari primum rubro depaſtę, illuc ſe ingerunt, animalia ſanè mõſtroſa, & tantæ magnitudinis, ut colles quidam litoribus aduecti uideãtur, quorum dorſum longo ſpinarum tractu exaſperatur, Infeſtiſſimę admodum pueris ſi quis deambulando per litus occurrerit, neq́ quiſpiam alius, ſi uiſus fuerit, potuerit facile ex eorum faucibus effugere, cum adeò deformes eſſe hiatus ferant, ut cũ hominibus ipſis nauem ſæpenumero deglutierint. Extat pręterea alia inſula, Ogyris ab incolis appellata. Vetus quoddam Erithræi regis monumentum, è regione Carmanides promontorij ſita. A qua ſiquis ad Boream diuerterit, et ad Perſicum mare, Icarium ſtatim offendet, ubi Tauropolitæ Dianę templũ conſpicitur, mirabile quidem ob uetuſtatem, ſed mirabilius ſingulari quadam rei nouitate. Nam inde ſemper quidam exhalat fumus, ſine ullo prorſus adhibito igne, putridus quidem ac infeſtus admodum, accedentibus. Hæ quidem ſunt inſulæ, quæ fama aliqua intra Oceanum occluduntur, quamuis non inficior, paſſim etiam quamplures ſitas eſſe Quarum quædam intra Libycum ſinum po.. tæ, quædam intra Aſiaticum, & circa Europæ decliuum, ac intra oceanũ ipſum, quarum licet nõnullæ habitabiles ſunt, & gratiſſimũ plerunq́ nauigantibus portũ præſtãt, tamẽ quia ignobiles perſtiterunt, nec ſatis à nobis perſpectæ, non ſolũ mihi difficile fuit, ſed etiam ſuperfluum uiſum eſt earum nomina & ſitus aperire.

De Aſia tertia mundi parte. Cap. 16.

Aſiæ formam cum aliã alij eſſe dixerint, illud tamẽ certiſſime conſtat (ut Anthonius refert) eam ſibi cuiuſdã coni imaginẽ duxiſſe, Nam cum ab amplitudine, tanquam à latiſſima quadam baſi eius aditum incipiat, deducitur tamen paulatim, et ad extrema uſq́ protendiť, ubi Dionyſij columnæ conſpiciuntur ſitę, ubi & Indi, qui extrema illa occupant, intra montes ſunt poſiti. Vbi & Ganges, candidis undis per latiſſimum alucum, in Niſeum uſq́ litus deuoluitur. Ea enim cum à monte Tauro diuidatur, quæ citerior eſt, neq́ illi ſuperiori par eſſe magnitudine dicitur, neq́ etiam forma conſimilis. Ipſa enim eſt quæ influentem pontũ habet, atq́ in ea ipſe principatum tenet. Altera uerò quæ amplior eſt, multum interfunditur Oceano. Verum mons ipſe Taurus, qui uniuerſam (ut diximus) per medium diſiũgit, à Pamphylia incipiẽs, ad Indos uſq́ protenditur.

tenditur. Qui quidem, cum nonnunquam altius erigatur, ac eius capita recuruet, quaſi quædam reflexa boum cornua, qui ad ſaltum eriguntur, ab ea ſimilitudine Taurus eſt appellatus. Ex eo infiniti penè fontes & flumina exoriũtur, quorum quædam uerſus Boream dilabuntur, quædam meridiem petunt, quędã etiam ad Eurum & ad Zephyrũ conuerſa, cum ob regiones quas interluunt, uaria etiã ſint nomina cõſecuta, haud facile omnium nomina apparere. Id enim curæ ſit eorũ maxime, qui illa circũhabitant loca. Solum illud dicendũ à nobis erit, quæ flumina, quæúe gẽtes ſint illæ, quæ fama aliqua poterũt ad cognitionis lucem peruenire. Mæote igit̃ & Sauromatę cum ſuperiorem Aſiæ partem occupant, quę ad Boreã cõſpicit, primi etiã occurrũt, ut eos cæteris in hoc ordine præferamus. Mæote (ut ſcribit Strabo in undecimo) Minorem Rombiten incolũt, homines operarij & agricultores, non minus q̃ Nomades, bellicoſi, quorũ qui Tanaim accolũt, agreſtiores ſunt. Sauromatę uerò (ut inq̃t Anthonius) ſunt, qui Meotidẽ paludẽ circumhabitant, ex Amazonũ quondam ſemine (ut dicitur) procreati. Nam ferũt, cum illæ à patria profugiſſent, atq; è cõſpectu Thermodoõtis fluminis, caſtra metitę fuiſſent, cum Sauromatis ipſis ſe cõmiſcuiſſe, ut q ex eis progeniti fuiſſent, forent uiri, & bellicoſi euaderent. Nec mirum, proles enim ſæpiſſimè parentum uigorem præſefert & mores, Scribit enim Strabo in undecimo de Amazonib. Hæ Amazones dicuntur habitare ſub radicibus montium Caucaſeorũ, qui Ceraunia uocantur. Et earum alias operari, quæ ad arationẽ inſitionemq; pertinẽt, ſed præcipuã paſcendorũ equorum curã habere. Robuſtiores uerò in equis, uenationes & bella exercere, omnes ab infamia dextrã mamillã exuſtã habent, ut habilius liberiusq; ad omnẽ uſum bracchio uti poſsint. Sed in primis ad iaculationẽ, uti arcu, ſecuri, et pelta, è ferarum pellibus conficere galeas, ſubligacula, & alia operimenta. Virgilius in undecimo:

Quales Threiciæ cum flumina Thermodoontis
Pulſant, & pictis bellantur Amazones armis.
Seu circum Hippoliten, ſeu cum ſe maria curru.
Pentheſilea refert, magnoq; ullulante tumultu.
Fœminea exultant lunatis agmina peltis.

Eaſdem (refert Strabo) menſes duos ueris eximios habere, quibus montem proximum conſcendunt, qui eas diſiungit à Gargarenſibus, quo & illi more quodam peruetuſto conſcendentes ſacrificant, & prolis gratia cum mulieribus coëunt, idq; obſcurè in tenebras in quacunque inciderint, quas poſtquam pregnantes fecerint, remittunt illas, Si fœminam pepererint, ſecum retinent, ſi mares illos tollendos reddunt. Sed redeundum nunc ad Sauromatas, unde diuertimus parumper. Hi uaſtam quandam et pergrandem ſyluam inhabitant, denſiſsimis paſſim arboribus inſertam, cuius per medium tractus Tanais intra propinquã paludẽ dilabit̃.

Ipſe eſt fluuius ille, qui ab Aſia Europã diſiungit, cum ad occidentem Europã relinquat, & ad ortũ Aſiam. Ex ea fontes quamplures & riui ſcatent qui per Caucaſum dilabentes, intra ſaxa & coualles immurmurãt. Verũ qui amplior eſt, per Scythiã diffuſus, multoq; inflatus Borea, immenſam illuc conuehit glaciem, infelices illos facit, qui uicina incolunt loca. Nam quoties ſpirante Borea (inquit Veronenſis) frigus inoleuerit, toties interire præ oculis, aut equi conſpiciuntur, aut muli, aut ipſa armenta gelu contrahi, & errantes paſſim per ſyluas pecudes, ſupremũ uale decantare. Nec homines quoq; tuto intra tecta & obſtruſa domicilia conſiſtere poſſe, & ipſi unà cum armentis eorum prorſus interirent, niſi obſeruata tempeſtate cum occluſis curribus ad mitiores regiones effugerent. Nam in currib. degunt (authore Strabone in undecimo). Scytharum etiam interius habitantium (authore Solino) aſperior ritus eſt, ſpecus incolũt, pocula non ut Eſſedones de proximorum oſſibus auro incinctis, ſed de inimicorum capitibus moliuntur. Amant prælia, interemptorum cruorem ex uulnerib. ipſis bibunt, numero cædium honor creſcit, quarum expertem eſſe apud eos probrum eſt. Verum qui Sauromatis propriora tenent loca Sindi uocãtur. Tum etiã & Cymerij qui Euxino adhærent ponto, Cercerij quoq; & Oretę, & quos ferunt quondã à Xanto, & Idęo Simeonte poſt debellatam Troiã, illuc una cum eorum duce, aduerſis uẽtis ueniſſe, depulſis Acheis. Quorum ora (ut ſcribit Strabo) magna ex parte mõtoſa & impetuoſa, cum Caucaſi pars ſit. Ex maritimis latrocinijs uiuunt, lembos habent exiles arctos & leues uigintiquinq; hominum capaces, ex quibus claſſem comparantes, & interdum ad naues onerarias, interdum ad regionem uel urbem aliquam nauigantes mari dominantur. Hi cum domum repetunt, & ultra nauigare non poſſunt lembos humeris impoſitos in ſyluam referunt, In quibus habitantes tenue ſolum arant, rurſus cum nauigandi tempus adeſt, in mare referunt, eorundẽ morum ſunt Zygi & Heniochi proximi illis. Deinde uerò ad extremũ ponti Tindaridæ, quem pontũ (inquit Strabo in ſeptimo) priori tempeſtate nulli patuiſſe nauigationi, & proinde, Axenon, id eſt, inhoſpitalẽ pontũ appellari ſolitũ, propter tempeſtuoſa & per hyemes intercluſa loca, & accolarũ immanitatem, maxime Scytharum hoſpites immolare ſolitorum, & ueſcentiũ humanis carnibus, & pro pateris caluarias uſurpantiũ, nouiſſime autem, cum Iones in litore urbes condidiſſent, Euxinũ, id eſt benignum hoſpitalemq;, uocari cœptum eſt, Per uniuerſum pontum fiber plurimus eſt quẽ alio uocabulo caſtorẽ dicunt. Et prouentu malorũ graminũ, adeò celebris, ut inter alias noxias herbas, Aconita quoq; generet. Poſt Tindaridas Colchi, q Caucaſo adhærẽt, olim ex Ægypto profecti, ubi ipſe quoq; Caucaſus (ut inqt Strabo) utriq; pelago imminet, & Põtico et Caſpio, muniẽs Iſthmũ, q ea dirimit. Is auſtrũ uerſ9 Albaniã, Hyberiãq; diſterminat. Septent. uerſus Sarmaticos

campos,

campos arboribus et omnigena ſylua plenos, altiſſimis extollit collibus. Ex quibus quidē Phaſis fluuius dilabēs, in Euxinum deflectitur. exoritur tamē ab initio ex monte Armeno, qui inter Orientem et Boream tractus, iſthmū quendā facit, qui Caſpio & Euxino mari occluditur, quem iam pridem Iberes illi occuparunt qui quondam à Pyreneis montibus profecti in eam Orientis partem irruperūt. Homines profecto bellicoſiſsimi, et uicinis Hyrcanis infeſtiſſimi. Hi enim ob maris diluuiū, quod quondā eorum oram inundabat Italiam petiere, à Romanis agros poſtulātes, qui cum recuſarent ſe daturos, per Mediterraneū mare Iberis atrociſſimis bellis perſequutis in Aſiam uſq; per Scythiā, & aliam minoris Aſiæ regionē peruenerunt. Diues tamen Colchorum regio nobis non prætereunda eſt, quæ (authore Strabone in undecimo) magna ex parte ad mare protendit. Hanc Phaſis illabit ingēs flumē, quod ortum ex Armenia ducens, Glaucum in ſe recipit, atq; Hyppum è uicinis cadentes mōtibus. Hęc litora, & fluminis oſtia amœniſſima ſunt, regio fructibus, & omnib. quę ad fabricandas naues pertinent, oportuna. Mel tamē frequentius amarum eſt, ſed cærā aut picem præcipuè gignit. Secus hæc flumina in Colchica regione eſt Leucoteæ phanum, quod Phryxus condidit, atq; illius oraculū, ubi aries non mactat, id diues olim erat. Atq; hi Caucaſi extrema tenent. Torrentes aurum dicūtur deferre, quod Barbari perforatis tabulis, ac lanoſis pellibus excipiūt, unde aurati uelleris fabula conficta, q̄d Iaſon petiuerat, Medeæ magicis inſtructus artib. Tum & Camaritæ poſiti, qui olim Bacchū ab Indica uictoria redeuntem, non ſolū exceperant hoſpitio, ſed etiam ſolennia illi ſacra conſtituerāt, agitantes choreas circa torcularia, quoad ſpumaret muſto. Accingebant enim cingulis ex corio, indutiq; Dammarum pelles, Ohe Bacche quaſi Nyſam p̄clamabant. His uerò de prope Caſpiū allidit mare, quod ſpero facile deſcripturū (inquit Anthonius) ſi modo id deus conceſſerit, non ut qui procul illius ſemitas cōſpicio, nec q̄ unquā illuc me traiecerim, aut uiſertim illius ſitū aut formā, aut ut pleriq; conſueuere, qui nullam aliam felicitatem exiſtimant, quàm plurimas circumeundo diuitias accumulare, quo ſibi aurum aggregēt pelluceantq; undique margaritis, ac precioſis eorum atria lapidibus exornent, cum non ea à parentibus mihi relicta ſit diſciplina. Sed ut ille, quē uſque ab ineunte adoleſcentia, literarū ſtudia erudierunt, quibus euenit, ut quę etiā remotiſſima ſunt, tanquam præſentia intuear, atque optima mente & cogitatione, ſine ullo prorſus errore poſſim facile metiri. Caſpij igitur maris forma (inquit Anthonius) huiuſmodi eſt, ut maxime in gyrum, & circularem ambitum flectatur. Ab Oceano enim qui Scythicum litus ad Boream illidat, exoriri certiſſimum eſt. Vnde per occulta ab initio, & deſerta diffuſum loca, in Auſtrum per longas anguſtias extenditur, donec dilatatum paulatim, & in ampliſſima contractum ſpacia, Caucaſi montis radicibus adhæſerit.

hæſerit. Eſt enim illius uſus nauigabilis, ac perutilis admodum omnibus temporibus anni, prçterquam in menſibus tribus, quibus efflante Borea, tractus oceani, uehementiſſ. aduerſus impetu inſurgit. Parit enim multa precio & admiratione digna. Nam ex eo præ cçteris, quæ inde aſportant: Cryſtallus quoque, & Iaſpis lapis precioſus. Qui cum cærulei ſit coloris, inimicari quammaximè dicitur uanis imaginibus, erroribus nocturnis. Gentes circumhabitant innumerabilis penè multitudinis. Sed ut ab eo latere incipiam quod ad Boream tendit, primi eminent Scythæ, & illi potiſſimum qui ad Saturnium mare inueniuntur prope Caſpij maris oſtium. De quibus Solinus, Scytharum inquit, interius habitantiū aſperior ritus çſt, ſpecus incolunt, pocula non ut Eſſedones de propinquorum oſsibus auro incinctis, ſed de inimicorum capitibus moliuntur. Amāt prælia, interemptorum cruorem ex uulneribus ipſis bibunt, numero cædium honor creſcit, quarum expertem apud eos probro eſt. Eſſedonum (inquit idem) in Aſiatica parte mos eſt, parentū funera cantibus proſequi, & proximorum cadauera dentibus laniare. Pecudum quoque carnibus mixta dapes facere. Capitum etiam oſſa auro incincta, in poculorum tradere miniſterium. Nec poſthabeamus dictum Strabonis in ſeptimo: Scythæ hoſpites immolāt, & corporibus ueſcuntur, & capitū oſſibus paterarum uice utuntur. Addit etiam quoſdam fore equarum mulſores et lactiphagos. Tum uerò & demum Caſpij ipſi & Albani qui (ut inquit Strabo) paſtorales ſunt, & Nomadum generi proximi. Ipſi & eorum canes excellentes uenatores ſunt, ſtudio magis quā arte, Deos colunt, Solem, & Iouem, ac Lunam, & prçcipuè ſenectutem uenerantur, non parentum modo, ſed etiam cæterorum, Mortuorū curam habere, aut meminiſſe, nefas eſt. Nam cum mortuis pecunias defodiunt. Solinus: Albani, albo crine naſcuntur. Canitiem habent auſpicium capillorum, capitis itaq; color genti nomen dedit. Glauca oculis ineſt pupilla, ideo nocte prius quàm die cernunt. apud hos populos, nati canes feris omnibus anteponuntur, Frangunt tauros, Leones perimunt, Detinent quicquid obiectum eſt. Hoc genus canum ad formam creſcit ampliſsimam, terrificis latratibus ultra leonum rugitus inſonans. Caduſij uerò intra aſperos montes poſiti uicinos habent Mardos, & deinde Hyrcanos & Apyros. Refert Strabo, Hyrcaniam ualde opulentam, & multa & magna ex parte planitie, & præclaris urbibus adornatam. Ibi frumentum, ex fructu naſcitur, qui cadit ex culmo, in arboribus mellificatur, ex folijs mel fluit, quod etiam in Maciana, Medie & in Sagagena Armeniæ, & in Araxena fit. Ariſtobulus Hyrcaniam inquit, ſyluoſam quercum, & pinum, abietem gignere, & (authore Solino) gens eſt ſyluis aſpera, copioſa immanibus feris fœtáque Tigribus. Quod beſtiarum genus inſigne maculis eſt, pedum motus neſcio uelocitas, an peruicatia magis adiuuet, nihil tam longum eſt, quod non breui

penetrent

penetrent, nihil adeò antecedit, quod non illico aſſequanť. Ac maximè earum potentia probatur, cum maternis curis incitantur, cum catulorũ inſiſtunt raptorib. ſuccedunt ſibi equites licet, & aſtu quantalibet fuga, amoueri prædã uelint, niſi in præſidio maria fuerint, fruſtra eſt auſum omne. Notanť frequentiſſime, ſi quando latrones, ſuis aſportatis catulis renauigantes uident, in litore irrita rabie ſe dare præcipites uelut propriam tarditatem uoluntaria caſtigantes ruina, quanquam de fœtu uniuerſo uix unus queat ſubtrahi, qui ſemper numeroſus eſt (authore Plinio) & quanquam ab inſidiante uenatore rapitur, & in equo uelociſſimo ſubito deducitur, fera ſpoliata catulis, uacuum cubile reperiens, præceps fertur, odore ferentem catulos inueſtigãs, uenator percepto fremitu, unum inſequenti, abijcit catulum, quem illa tollẽs, ad ſuas ducit latebras, rurſus illa redeunte, raptor cum reſiduis nauem ſcandit. Qui uerò omnes catulos auferre conatur, ſpecula magna in itinere relinquit, quæ mater inſequens, dum intuetur ſuam imaginem, fœtum ibi fore credit. Vt ad priora redeamus. Hircanos & Apyros Nardus fluuius (ut inqt Dionyſius) inundans, ac placidis diſcurrens fluctib. Dercebios quoq; & Bactros irrigat, Qui pro maximis etiam delictis neminẽ interficiunt, ſed in exilium cum filijs mittũt, inquit Strabo. Derbices è contra nam pro minimis quibuſq; dilictis iugulant, tellurem uenerantur; fœmineum nullum ſacrificant, nec edunt. Iugulant eos qui ſeptuageſimum annum exceſſerint, qui genere proximi ſunt, eorũ carnes abſumunt. Anus aũt ſtrangulant, deinde ſepeliunt. Eos qui citra ſeptuageſimum annum obierint nõ edunt, ſed ſepulturæ mandant. De Bactris ſcribit Solinus hæc Bactri fortiſſimos camelos mittũt, licet Arabia plurimos gignat, habenť in duplex miniſteriũ. Sunt alij oneri ferendo accõmodati, Alij ad pernicitatem leues. Sed nec illi ultra iuſtum põdera recipiunt nec iſti amplius quã ſolita ſpatia uolunt egredi. Sitim etiã in quadriduum tollerant, uerum cum occaſio bibendi data eſt tantũ implentur quantum & ſatiat deſideria præterita. Turbulentas aquas captant, puras refugiũt. Deniq; niſi fœnoſior liquor fuerit, ipſa aſſidua proculatione limũ excitant, ut turbeť. Durant in annos centũ. Poſt Dercebios ad Orientem uerſus, trans Araxẽ Maſſagetæ poſiti, quorũ (ut inquit Anthonius) ſtudium eſt ut cõtinuò ſagittandi caſu cõterantur, infeſtiſſimi admodum hoſpitibus. Neq; cum uicinis populis ullam ſeruare diutius amicitiã neq; fidẽ poſſunt. Frumenti ac uini uſum prorſus ignorãt, bibunt lac cũ equorum ſanguine mixtũ. Ex his (inquit Strabo) alij mõtes inhabitãt, alij campos, alij paludes, quas flumina efficiũt, ãlij inſulas, Qui in paludibus ſunt, utũtur uxorib. aliorũ. Idq; haud occulte. Genus mortis apud eos optimũ iudicať, ut ſenio cõfecti, in fruſta cædanť, & cum ouillis carnibus promiſcuè edanť. Eos qui morbo moriunť, ut impios abijciũt, & dignos q̃d à feris deuorenť. Equites ac pedites optimi ſunt, utunť arcu, gladio, thorace ac

ſecuri ærea, aureas zonas habẽt, & diademata in gladijs. Aurea equorum frena, & aurea pectoralia. Argentum apud eos non eſt, ferri parum, ære atque auro abundant. Qui inſulas habitant, cum ſemine careant, herbarum radices edũt, & agreſtibus utuntur fructibus. Veſtis eſt eis arborum cortex, pecudes enim non habent, ex preſſo arborum fructu bibunt. Qui palúdes habitãt, piſcibus ueſcuntur. Montani agreſtib. fructib. utuntur. Oues habent, quas tamen minime occidunt, lactis ac lanæ gratia parcentes. Tantummodo ſolem deum putant, atq; illi equum mactant. Singuli ſingulas ducunt uxores. Tùm uerò magis ad Boream uerſus Chorabinij tenent. Quibus ſtatim Sugdia ſuccedit tellũs, cuius per medium Oxus dilabens Emodo monte relicto, in Caſpium decurrit. Saccæ deinde tenent potiſſimum, circa ripas Iaxartæ fluminis, potũti populi, & ipſi arte ſagittandi peritiſſimi, & adeò continuo uſu eruditi, ut non uideantur poſſe à quouis alio uinci, neque adæquari. Turpe enim admodum iudicarunt, ſi quis ex eis ſagittam in caſſum emitteret, neq; feriret ſignum. Hinc deinde Tochari admoti ſunt, Tum Phrurij, & Seres, gentes prorſus barbarę, nec ullius rei doctæ diſciplinæ (inquit Anthonius) nec ullius rei ſtudio, aut cultui deditæ, ſed tantum per deſerta uagantes, flores quoſdam legere dicunt, quibus ueſtes ſibi uarijs coloribus intingunt. Easq; ſibijpſis mira contexunt arte, atq; in ea referũt eas araneas ſuperare. De quibus Solinus: Qua ab Scytico oceano, & mari Caſpio, in Oceanum Eoum curſus inflectitur, ab exordio huiuſmodi plagæ profundæ niues, mox longa deſerta. Poſt Antropophagi gens aſperrima, ſic in tractu eius oræ, quæ ſpectat æſtiuum orientem, ultra inhumanos ſitus, primos hominum Seres cognoſcimus, qui aquarum aſpergine inundatis frondibus, uellera arborum adminiculo depectunt liquoris, & lanuginis teneram ſubtililitatem, humore domant ad obſequium. Hoc illud eſt ſericum, in publicũ uſum damno ſeueritatis admiſſum, & quo oſtẽtare potius corpora quã ueſtire, primo fœminis, nũc etiam uiris, perſuaſit luxuriæ libido. Sunt etiã & alij ex Scytharum genere quàmplures populi, quorũ nomina & mores prorſus incognita præſtitere, cum ad eos difficillimũ aditum fecerint, aſperitates locorum, & aëris illius inclementia, atq; aſperrimi rigores, quibus regiones in extrema coniectæ, continuis propè torporibus infeſtantur. Hæ ſunt igitur gentes illæ, quas dixi circa Caſpium ad Boream occupaſſe. Dicam modo de his quæ ad occidentẽ uerſæ, & Colchidi, & Phaſidi, uſq; ad maris Euxini litora inſedere. By ceres igitur primi erunt, atq; his proximi Bechirij, & Macrones. Sunt autẽ hi omnes (ut inquit Strabo in duodecimo) agreſtes homines. Horum nõnulli ſuper arboribus ac turribus habitant, Vnde antiqui Moſineos appellauere. Turres enim Moſini uocant. Hi ex ferina carne, & fructibus uiuunt, atq; ex lignis deſilientes, peregrinos adoriuntur iter agentes. Quidam ex his Babaris Biſares uocantur. Ac deinde

ſunt

ſunt Phillires, qui ciuitates & caſas ligneas, quas olim ſibi condiderāt, adhuc tenent. His adiacēt Tibareni præſtantiſſimi ouium cultores. Tum etiam his aſſident Chalybes, hominum genus duriſſimum, ꝙ quoniā eam regionem ſunt conſecuti, qui nulli prorſus, ob ariditatem apta cultui, in ea quam didicerunt arte mirifice profecerūt. Nunquam enim in laborando ferro, parandiſqꝫ ad bella armis à malleis & incudibus uacant. Totaqꝫ illa regio fumo contecta, ardere igne uidetur, & ferramentorum ſtructuris ictibuſqꝫ inhorrere. Hi olim Chaldęi dicti ſecundum Strabonem. In quorum terra ſunt metalla nunc ferri, prius etiam argenti, Imminēt continuo montes metallis pleni ac ſyluis. Reſtat ergo, ut metallorum operatores ex metallis uiuant. Tum uerò Aſſyria ſequitur, quam Termodon amnis, à monte dilapſus Armeno, perlabitur, atque inde uſque ad Amazones, celeri ſtatim proripitur curſu. Circa fluminis ripas Cryſtallum cęditur, cādidiſſimum quidem, & puriſſimum, quaſi glacies. Ibiqꝫ inuenitur & Iaſpis lapis. Nec longè admodum Iris quoqꝫ & Halis dilabantes in uniuerſam illam regionem, irriguam & amœnam reddunt. Verum uterque à monte Armeno, unde oriuntur, ad Boream uerſi Carambidos prope collem labunt. His proximi ſunt Paphlagones, adiecti maxime litoribus. Tum etiam ſacra illa Mariandinorum regio, ubi dicūt, rabidum illum quondam, tricipitemqꝫ canem, ab inferno Dite raptum quem magnanimi Herculis manus deuicit, ſpumoſum quoddam uirus euomuiſſe, quod uniuerſam illam regionē infecit. Verum his proxima eſt Bithynia, læta quidem regio, atqꝫ omni referta ubertate. Quam Rhebas amnis amœniſſimus, profundit gratiſſimis aquis, donec in pontum ceciderit, nec ullus cęteris in terris amnis iocundior, neque qui magis ad uoluptatem delectationemqꝫ conſpicitur. De qua Bithynia Solinus, opulenta inquit ac diues, ante Bebrycia dicta. In ea Hylas lacus, in quem cecidiſſe credūt delicias Herculis Hylam puerum, nymphis rapinam. In cuius memoria uſque adhuc ſolemni in tripudiatione lacum populus circuit, & Hylam uoce clamitat. Virgilius.

His adiungit Hylan nautæ quo fonte relictum,
Clamaſſent ut litus Hyla Hyla omne ſonaret.

Hæ ſunt gentes & populi, qui ut dixi occidentalem partem inhabitant: illæ uerò aliæ, de quibus ante dixerim Scythicæ ſunt ad Boream coniectę. Nunc uerò dicendum eſt de tertia Aſiæ parte, quæ & Maritima eſt, & Auſtrum conſpicit, atqꝫ in Helleſpontum proficiſcētibus, iter oſtendit. Meridionalem in primis ad Ægeum mare aperit curſum uſque in Syriam ac Arabiam protenditur. Chalcedones igitur primi ſe ad oſtium offerunt, è regione ad Byzantium intuentes, quibus propinqui Bebrices, & montes Miſiæ. Ex quibus amnis Cius iucundiſſimas aquas effundit. Inde uerò magnus quidam minoris Phrygiæ tractus, in Helleſpontum uſque diſtenditur.

ditur. Altera autē interius ſita eſt longè amplior, prope Sangariū flumen. Hæc enim quæ amplior ad Orientem uerſa, ferax admodū pabulo eſt, & equorum gregibus copioſa. Altera uerò quæ ad occidentem ſpectat, ſub glorioſiſſimę Idæ pedibus conſpicitur quæ Corybantū olim matris deorum Cybelis, reſonabat tinnitibus. Virgilius:

Hinc mater cultrix Cybele Corybantiaq́ æra,
Idæumq́ nemus, hinc fida ſilentia ſacris.

Habet inſuper illud latus illam uentoſam, & ſæpius decantatam Ilion ciuitatem, olim ampliſſimam, & maximorū heroum procreatricem, quam ferunt à Neptuno & Apolline originem prætendere. Dehinc Argolicis flammis erutam, adeò ut noſtra tempeſtate parua eius monumenta, ſemiruti uidelicet muri in æquoreis fluctibus adhuc ſubleuantur. Quam Troiam ferūt ſitam prope Xanti & Idei Simeontis undas, qui ex Ida fluit, ſub Ilio currens, & prope mare Xantho mixtus, facta palude, apud Sicheum promontorium, in mare cadit. Vnus ex fluminibus qui (teſte Herodoto) defecerunt, potante Xerſis exercitu. Apud quem ex Anchiſe Venus Æneam concepit, Anchiſe lanigeras pecudes cuſtodiente. Huic uerò adiacet Æolia ſupra Helleſpontum, ad Ægei maris latera, in qua & Iones poſiti, et Męander amnis illuſtris, per medium, mollibus dilabens undis, cuius regio tota (inquiente Strabone in 13.) à terræ motib. quatiſ, & aqua & ignis ductibus peragratur. Terra hęc putris eſt, & ſalſugine plena, et facile igni corrumpitur. Propterea fortaſſe Mæander flexuoſus eſt, quoniam alueus multas recipit mutationes, & multum limum deducēs, modo huic, modo illi ripæ adijcit. Seneca:

Vbi Męander ſuper æquales
Labitur agros piger, & ſterilis
Amne maligno radit harenas.

Vnde Miletum & Prienem ciuitatem quæ prius ad mare erat, facta limi aggeſtione, mediterraneam fecit. Quodq́ magis ad Boream uergit, totum Epheſus maritima tenet, ciuitas quondam Dianæ dedicata. Vbi ferunt Amazones olim, ſuper ulmi cuiuſdam trunco, templum mirabilis artificij condidiſſe, peperiſſeq́ ob id admirationē et ſtuporem, cunctis gentib. & ſæculis. Et Xerſes cum Aſiatica templa igni deleret, huic uni pepercit. Verum his proxima eſt Meonia, ad Orientem ſita, ſub altiſſimi Timoli rupe, ex qua Pactolus amnis fluēs, harenis aureis, ſplendidiorem patriam reddit. Ouidius:

Deſeruere ſuas nymphæ Pactolides undas.

In cuius ripis cum uer aduenerit, tanta continue cum modulatione cygni decantantes audiuntur, qui paſſim per undas errantes, in ripis paſcuntur, ut nihil iucundius poſſit audiri cum circa ripas illius quotidie magis pabulamenta concreſcunt. Ibi etiam emanat Cayſter iucundiſſimis undis.

Mulere

Mulieres quoq; perpulchras parit, quæ nonnunquam de more ſuccinctę, deauratam ad lumbos coronā, inter ſe circum exultāt, mirabiles in gyrum choreas ducentes, cum potiſſimum choros, & ſtationes Dionyſio facere ſingulis annis conſueuere. Vbi admixtæ florentis ætatis puellæ, tanquam laſciuientes capreoli, inter ſe ſaltitant, & colludunt. Pariuntq; inter ſaltandum, non mediocrē ſpectantib. uoluptatē, cum & cōmota à uētis paludamenta, & ſaltandi ordo, uideantur ſonitū quendam, haud iniucundum efficere, qui audientiū mentes maxime afficiebat. Sed hæc laſciuis hominib. omittamus, quorū ſtudium eſt, ut cum uoluptuoſam ſortiti ſunt regionē, uoluptatib. etiam ipſis uacent, neq; à patria aut natura degenerēt. Audiamus & Strabonē in 13. de Mæonia. Hæc regio eſt, qui exuſta dicitur, quingentorū ſtadiorum longitudine, latitudine quadringentorū, Siue ea Mœſia ſiue Mæonia nomināda ſit, nam utroq; modo dicitur. Ea tota arborib. caret, præter uitē, quæ exuſtū uinum fert, ita elegās ut nulli cedat, ſumma camporum facies cinerulenta eſt, mōtana, petroſa, & nigra tanquam exuſtione quadā. Quidā putāt hoc ex crebro fulminū iactu, aut fulgurū contingere. Nec dubitant, quæ de Typhone dicunt, hoc in loco ſepulto. De Tmolo inquit Strabo. Tmolus mons felix, ac croco florentiſſimus, unde fluit Pactolus, qui olim multa auri ramenta deferębat. Tibullus:

Nec me regna iuuant, nec Lydius aurifer amnis.

Ac Lycij deinde & ipſi litora tenent. Vbi potiſſimum Xātus perlabitur, ac Taurus mōs iam uſq; in Pamphyliam, declinare paulatim incipit. At eius nomē immutauere ut nō amplius Taurus, ſed Cragus appelletur. De qua dicit Solinus. Quæ in Campania Veſuuius, in Sicilia Æthna hæc in Lycia mons eſt Chymera, qui nocturnis æſtibus fumidum exhalat. Vnde fabula triformis monſtri in uulgum data eſt, quòd ibi Chymeram animal putauerunt, & quoniam ibi natura ſubeſt ignea. Vulcano urbem proximam Lycij dicarunt, Epheſiā nominantes. Tum uerò Pamphyliæ ciuitates ſequūtur, Corycus & Perge, & quæ uentis maximè eſt ſubiecta, Phaſelis. Hi Pamphylij (ut inquit Strabo) multum Ciliciæ nationis participes, nō omnino abſtinēt à latrocinijs, nec finitimos ſinūt in quiete uiuere, quanquā auſtrales partes radicis Tauri habitāt. Pamphyliæ urbes tenent loca edita, oleis plena, ad orientē uerſus Lycaones poſiti, uiri & ipſi prompti ad bellum, & ſagittandi uſu paratiſſimi. Eorum regio (inquit Strabo) frugibus abundat, præſertim frumento, ac omnis generis pecore. Quæ cū ponto auſtralior ſit, frigidior tamen eſt, Lycaonum colles pro paſcendis onagris apti. His admoti ſunt Piſidæ, quorū hæ ſunt præcipuè ciuitates Termeſſus, Lyrba & Selga urbs, quę (ut inquit Strabo) à Lacedæmonijs ab initio condita. Mira profecto eſt hæc locorum natura, cum in ſummis Tauri partibus locus ſit adeò ferax, ut multa hominum millia poſſit enutrire. Pleraq; loca ibi oleis & uitibus cōſita ſunt. Et omnium pecorum

paſcuis abundant. Circum imminent ſyluæ, uaria materia plenæ, plurimus apud eos ſtorax naſcitur. Tum uerò ad ortum Cilices uerſi, quorum regio multis fluminib. irrigatur, haud in ea quidem exortis patria, ſed quę à longè profecta influxerunt, quorum tres cæteris præſtant, Pyramus, Pinarius, & Cydnus, qui unus mediam per Tharſon dilabens ciuitatē, multis clariſſimis ædificijs inſignem, amœniſſimis undis interſecat, ubi quondam Pegaſum illum equum decantatiſſimum, ferunt ungulam reliquiſſe. Inquit Solinus Cydnum amnem, ex alueo Coaſpidis deriuari, qui Coaſpis ita dulcis eſt, ut Perſici reges, quamdiu inter ripas Perſidis fluat, ſibi ex eo pocula uendicauerunt. Multæ deinde aliæ Ciliciæ ciuitates ſparſim conſpiciuntur, ex quibus & Lyrneſſus & Malus, ad mare coniectæ. Circa Corycum Ciliciæ crocum plurimum optimumq́ꝫ, det licet Sicilia, det & Lycia, hoc primū eſt, ſpirat fragantius, colorecꝫ plus aureo eſt. Ibi Coricus oppidum, & ſpecus qui montem impoſitum mari, à ſummo cauat uertice, patulus hiatu ampliſſimo. Nam deiectis lateribus in terræ profundum nemoroſo orbe amplectitur, mediam inanitatem, uirens introrſum, lucis pendentibus. Deſcenſus in eum per duo millia, & quingentos paſſus. Comagena deinde his admota eſt regio, et Syriæ ciuitates. Spacioſa & ampla ad maris uſque litora deflexa. Sed eius tractus, qui eſt ad orientem uerſus, ad uſque montis Caſij pedes protenditur. Si quis enim huius ſitum & formam rectè perceperit, reliquas etiam Aſiæ partes facilè poterit ſtudio & diligentia percipere. Nam eius forma cum ex quatuor conſtat angulis, qui ad Orientem eſt tractus, cæteros nimirum excedit multitudine. Diximus enim uniuerſam Aſiam bifariam diuiſam, atquè uſque ad Indum montem porrigi. Qui quidem mōs unicus eſt ipſius terminus, ex eo potiſsimum latere quod magis ad Boream uergitur. Et Nilus alter ex eo, quod uertitur ad occidentem. Reliquus uerò Oceanus ipſe qui Indicus appellatur, ab ea quæ ad Orientem ſpectat parte, terminariq́ꝫ ad Auſtrū mari rabro. At Syria de qua dicebamus, cum intra illius prope uiſcera ſit iniecta, atque ad Auſtrum uerſus, & ad Orientem mare ipſum attingat, Multas ſparſim eo uerſus ciuitates habet. Eam quidem partem Cœle ſiue Canam cognomine uocant, quoniam humilis eſt, atque oppreſſa, duobusquè uallata montibus altiſſimis. Ab occidente quidem Caſio, & ab Oriente Libano, ubi Eſſenij populi, de quibus Ioſephus Hieroſolymitanus, quos Plinius æternam gentem uocat. Caſius (inquit Strabo) mons eſt, accumulatus in promōtorij modum, aquarum inops. In eo magni Pompeij corpus iacet, & Iouis Caſij templum. Inde (authore Solino) Idumæa incipit, palmis opima, quæ & Nabathea dicitur. Hæc quidem Syria quoniam aptior uiſa omnibus fuit, (inquit Anthonius) & feracior ad producendas fruges: Tum etiam longe cæteris ad nauigandum commodior, multi ex ea regione qui potentia & diuitijs pollebant, cum locum

ſibi ad

ſibi ad habitandum elegerũt, ciuitatesq́ et oppida ſibi condiderũt. Nam qui magis intra continentem loca ſortiti ſunt, uno uocabulo Syrij ſunt appellati, qui uerò ad mare diuerterũt Phœnices. Qui quondam ab Erithreis profecti, primi fuiſſe dicuntur, qui mare nauibus pertentarunt, primi etiam qui repererunt hunc mercandi uſum, quo homines ad cupiditatem & auaritiam excitarent. Quiúe primi cœli, ſtellarum curſum omnium ſuperiorum motuum ſtudio, & ingenij magnitudine, comprehenderẽt. Hi enim ſunt, qui Ioppen, Gazam, & Elaida incolunt. Qui Tyrum illam perpulchram, & ueterem ciuitatem habitauere, ab initio quaſi conditam, Authore Strabone in decimoſexto. Optima purpura ac piſcatio muricis, & cætera omnia, quę ad inficiendas ueſtes pertinent. Poſt hos ſunt maritima Biblon & uentoſa Sidon, ad Boſtreni placidiſſimi fluminis ripas, qui Tripolim Ortoſidem & Maranthon, & quæ ad mare coniecta eſt, Laodicen tenent ciuitatem, olim (ut dicitur) à Neptuno conditam. Sydonij inſuper (inquit Strabo) multarum atq́ optimarum magiſtri artium perhibentur. Ad hæc optimi circa aſtronomiã, & arithmeticam philoſophi, qui à computatione, & nocturna nauigatione initium habuere, utrunque enim mercatorum & nauale eſt, quemadmodum Ægyptiorum inuentum, Geometria perhibetur, ob agrorũ dimẽſionem, cum Nilus auctus terminos confundit. Hinc demum Apamæam ipſam inhabitant infra continentem. Vnde Orontes amnis ad Orientem uerſus dilabitur Antiochiam quoque per medium ſecat. At uniuerſa Syria omni prorſus ubertate referta eſt, & ad alẽda pecora paſcuis, & frugibus plena & copioſa, Huic Palęſtina adiacet Iudæa. Iudæorum hiſtoriam Strabo in decimoſexto ſcribit dicens. Moſſes unus ex Ægyptis ſacerdotibus, cum partem quãdã regionis haberet, ac moleſte ferret eorum inſtituta, hinc eo commigrauit. Diſcedebãt cum eo multi quibus diuina curæ erant. Docebat enim ille, quomodo Ægyptij non recte ſentirent, qui ferarũ ac pecorum imagines deo tribuerẽt, Iuxta illud Iuuenalis Satyra decima quinta:

Quis neſcit Voluſi Bithynicę qualia demens
Ægyptus portenta colat, Crocodillos adorat
Pars hæc, illa pauet ſaturam ſerpentibus, ibi
Effigies ſacri nitet aurea Cercopitheci,
Illic cæruleos, hic piſcem fluminis, illic
Oppida tota canem uenerantur, nemo Dianam,
Porrum & cæpe nefas uiolare, ac frangere morſu,
O ſanctas gentes, quibus hæc naſcuntur in oris
Numina.

Nec inquit Moſſes Græcos rectè ſentire, qui deos hominum figuris inſignirent, & quòd id ſolus deus eſſet, quod nos contineret, & terram ac ma

re, quod cœlum, & mundũ, & rerum omnium naturam appellamus. Cuius profecto imaginẽ nemo ſanę mentis, noſtræ ſimilem audeat effingere. Ille hæc dicens, hominibus bonis, non ſanè paucis, id perſuaſit, & in eum locum deduxit, ubi nunc condita eſt Hieroſolyma, quem locum facile obtinuit, cum minime eſſet inuidioſus, nec pro quo quiſquam ſtudioſus contenderet. Eſt enim petroſus, aquis tamen abundans. Circumſtantem uerò regionem ſiccam habet & ſterilem. Moſſes pro armis ſacra, & deum proponebat, cuius ſedem quærere uellet, & eiuſmodi cultum & ſacrificium ſeſe traditurũ pollicebatur, quę nec impenſa, nec afflatu, nec re ulla abſurda eos perturbaret. Et facile gentes omnes finitimæ, ob propoſitam ſpem, & huiuſmodi conſuetudinem adhæſere. Succeſſores uerò aliquandiu in eiſdem inſtitutis permanſere, cum reuera iuſti eſſent & religioſi. Poſtea cum ſacerdotio præeſſent, primum quidem ſuperſtitioſi homines, deinde etiã tyranni. Ex ſuperſtitione inſtituta eſt carnium abſtinentia, quibus adhuc abſtinent, circũciſiones & exciſiones, & ſi qua huiuſmodi ſunt alia. In Iudæa (inquit Solinus) Iordanis amnis eximiæ ſuauitatis, qui (authore Strabone) aromaticum iuncum & calamum fert, Gignit etiam balſamum. Eſt & Ibi lacus Geneſara, extenſus paſſuum ſedecim millibus, circumſeptus urbibus plurimis. Sed lacus Tiberiadis his omnibus anteponitur. Salubris ingenuo æſtu & ad ſanitatẽ uſu efficaci. Iudęæ caput fuit Hieroſolyma, ſed exciſa eſt. In hac terra tantum balſamum naſcitur, & luci balſama ſudant. Longo ab Hieroſolymis receſſu, triſtis ſinus panditur, quem de cœlo tactum, teſtatur humus nigra, & cinere ſoluta. Duo ibi oppida, Sodomum nominatum, alterum Gomorum. Ad huius regionis Auſtrum, extremum Arabici maris ſitus, eſt aditus, quod quidem interluit Arabiæ ſcilicet, & Syriæ ipſius fines. Paulatim continue ſe ad Orientẽ uertens pertingit Elanos, ubi precioſiſſimi omnium regionum Arabes uiuunt. Ipſa enim altior eſt, & gemino præcingitur mari, Perſico ſcilicet & Arabico, & gemino afflatur uento, Arabicum enim Zephyrum depoſcit, Perſicum uerò Eurum, Sed quæ ipſius Arabiæ pars, ad Orientem & Auſtrum ſpectat, rubro quoque alluitur mari. Dicam igitur de hac regione quippiam (inquit Anthonius) cum gentes habeat, quarum potentiam & diuitias cæterę omnes admirantur, obſtupeſcuntq́ꝫ copiam & ubertatem. Nec id prætermittã, quod cum plrimum ſacris oblectet, nulla eſt ſui pars, quæ non tota fragret thimiamate, aut myrrha, aut redolentibus calamis, quæ paſſim ignibus iniecta aduruntur. Quis non credit, id ueriſſimum eſſe quod dicitur, Iouem ſcilicet patrem illum, & Dionyſium eius filium, ab occluſo eius matris fœmore diſſoluiſſe, & ad naſcentis feſtiuitatem, uniuerſam illam impleſſe regionem, huiuſmodi tam ſuauiſsimis odoribus, atque tales oues, quibus nunc exuberat Arabia, huiuſmodi noſtram

tunc

tunc primum conſecutam eſſe, ut tam denſis, tam mollibus uelleribus interpaſcendum continuo ueſtirentur. Ac lacus ipſos tantis aquis, ac tanta piſcium multitudine & uarietate repleſſe, totq; uolucres, deſerta reliquiſſe, atque illuc ingruiſſe, ſecum afferentes precioſi illius cinnamomi ramos quib. nunc uniuerſa pene, niminia copia & ubertate diffunditur. Adde q; & ipſe Dionyſius poſtquã natus, creuit ætate, capreoli pellib. indutus, ac obauctus, comas hedera implicitus & Pampinis, et ppotus abunde mero; totam circumibat regionem multasq; undiq; perfundens opes, non elargiri diuitias uidebatur, ſed ſeminare quo fructus pareret, nulla unquam ætate perituros. Ideoq; ipſa regio tantis hucuſque floruiſſe muneribus dicitur, ut eius montes aurum pariant, & flumina conuehant argentum, eorumq; ripæ thimiamate, & fragrantibus redolent herbis. Atque qui ibi uictitant, magnas poſſident opes. Neque induuntur niſi paludimentis aureis aut ſericis q; nobiliſsimis Authore Solino, præter odores quos mittit plurimos, ſola thus mittit, Arabia appellata eſt, id eſt ſacra, hoc enim ſignificari interpretantur. Ouidius:

Nam modo thurilegos Arabes, modo deſpicit Indos.

Virgulta hæc non ſunt publica. Nam quicunque dominatum iſtius tenent nemoris Arabice ſacri uocantur, qui cum lucos Arabiæ uel metunt, uel incidunt, non funeribus interſunt, non congreſſibus mulierum polluuntur. Hanc arborẽ ferunt, in torto eſſe uimine ramis ad Aceris qualitatẽ, Amigdali modo ſuccum fundere. Incidi in ortu Canis, flagrantibus ſolibus. In iiſdem ſaltibus myrrha prouenit, quæ patrem ſuum olim fugiens, ſtricto ſequentem enſe, quod in eius amplexus, illecebroſa libidine ſtimulante uenerat, à Venere in arborem ſui nominis mutata perhibetur. Hæc nudata pinguiori fluit lachryma, Sponte manans precioſior ex ea ſudor eſt, elicitus corticis uulnere uilior iudicatur. Ouidius in decimo Methamorphoſios:

Flet tamen & tepidæ manant ex arbore guttæ.
Eſt honor & lachrymis, ſtillataq; cortice myrrha.
Nomen Herile tenet, nulloq; tacebitur æuo.

Idem Arabes legunt Cinnamomum quod frutetum ſitu breui naſcitur ramo, humili & repreſſo, nunquã ultra duas ulnas altitudinis. Apud eoſdem naſcitur auis Phenix, aquilæ magnitudine, capite honorato, in conũ plumis extantibus, criſtatis faucibus, circa collum fulgore aureo, poſtera parte purpureus, abſq; cauda, in qua roſeis pennis cæruleus inſcribitur nitor. Probatum eſt quadraginta & quingentis durare annis. Rogos ſuos ſtruit Cinnamis. Lactantius:

Conſtruit inde ſibi ſeu nidum, ſiue ſepulchrum,
Nam perit ut uiuat, ſe tamen ipſa creat.
Colligit hinc ſuccos, & odores diuite ſylua,

Quos legit Aſſyrius, quos opulentus Arabs.
Cinnama dehinc, auraq; procul ſpirantis Amoni
Congerit, & mixto balſama cum folio.
Non Caſiæ mitis, non olentis uimen Achati,
Nec thuris lachrymæ, guttaq; pinguis abeſt.
Protinus in ſtrato corpus mutabile nido,
Vitaliq; thoro membra quiete locat.

Verum qui primam Lybani montis frontem tenent. Ipſi ſunt qui Nabathęi ſunt appellati. Ouidius:

Furus ad auroram Nabathęaq; regna receſſit.

Qui autem illis adhęrent Chaulaſij & Agrenſes, ac deinde Chatramis tellus conſpicitur è cõſpectu Perſidis. Sed ad latus rubri maris Minei tenent & Sabe. Apud hos (inquit Strabo in decimoſexto) thus & myrrha, & cinnamomum naſcitur Virgil.

India mittit ebur, mittunt ſua thura Sabæi.

In ora etiam balſamum, & alia quædam herba, ualde odorata, quanquam eius odor cito deperit. Habent pręterea palmas odoratas & calamum. Serpentes palmares, colore puniceo, uſque ad ilia aſſilientes, quorum morſus incurabilis eſt. Homines propter magnam fructuum copiam ocioſi ſegnesq; uiuũt. In radibus arborum cubant. Multitudinis pars agriculturam exercet, pars aromata mercatur, & indigena & Æthiopica, nauigantes ad ea per anguſtias, nauigijs ex corio confectis, Et profecto tanta ſunt apud eos aromata, ut pro fruticibus & cętera combuſtili Materia cinnamomo, caſia, cæterisq; utantur. Hi atq; Garrei ditiſſimi ſunt ex mercatura, ſupellectilem ex auro & argento multam habent. Vaſa, lectos, tripodas, crātheras, cũ operculis, domosq; ſumptuoſas, Nam & portę & parietes, et tecta ex ebore, auro, argento, lapidib. incruſtatis ſunt diſtincta. Aromatiferam inſuper regionem (inquit Strabo) in quatuor diducunt partes. Ex aromatibus, thus & myrrham ex arboribus eſſe dicunt, caſiam uerò ex lacubus. Sed alia quadam diuiſione totam felicem regionem, in quinque regna partiuntur, quorum aliud bellatores & omnium pugnatores habet. Aliud agricultores, à quibus frumentum ad alios portatur. Aliud eos qui opificia & artes tractãt. Aliud myrrham fert, aliud thus, eadem tamen & caſiam et cinnamomum & nardum ferunt. Fratres ibi, honore filios antecedunt, quòd natu grandiores ſunt. Qui ex eadem gente ſunt regnant, quæ poſſederunt omnibus conſanguineis ſunt communia, ſed natu grandior dominus. Vna omnibus uxor eſt. In morem habent, ut quiſq; baculũ gerat, qui prior ingredit̃, poſito ante ianuã baculo, cũ ea congredit̃, ea tamẽ cũ grandiore pernoctat, quapropter omnes omniũ ſunt fratres. Coeũt etiã cũ matrib. Hæ ſunt gẽtes q̃ Arabiã colũt, quas cõmemoratione aliqua digna iudicaui. Sed tñ et alię q̃plures, ſed ſyluestres q̃dẽ et ignobiles, neq; inter Arabes ali-

bes ali-

bes aliquo ſtudio, aut moribus connumerandæ. Nam ad Zephyrum uerſus, prope Arabiæ ipſius extrema, Erembi tenent. Robuſtiſſimum hominum quidem genus agreſte, qui montana illa colentes, intra tantum ſpecus, & prærupta ſaxa inhabitant, nudi prorſus, neque quippiam felicitatis humanæ poſſidentes, ſed deſiccati nimia uiuendi aſperitate, nigrum colorem & aduſtam cutem contraxere. Et ſi mali aut aduerſi quippiam ſuperuenerit, non arma capiunt, non ſagittas, non tela ut alij, ſed tanquam feræ per colles diſcurrentes, uagiq́ue ac deuij, quaſi inſani circumfugiunt. Haud in aliquo reliquis Arabibus ſimiles, quos tot & tantis muneribus natura dotauit. Verum ab alio Libani latere quod ad Orientem ſpectat, altera pars Syriæ aperitur, quæ uſque ad Synopem maritimam extenditur. In cuius medio Cappadoces ſiti ſunt, homines ſanè qui ob equorum copiam & aſsiduam in eis exercitationem, & continuum equitandi uſum, præſtantiſſimi in ea re iudicantur. Eorum regio (Strabone authore in duodecimo) ſicca eſt & debilis, & principum negligentia imminuta. Loca uerò circumſtantia omnino ſunt ſterilia & inculta, quanquam campeſtria ſint harenoſa enim ſunt & petroſa. Campi ſunt igne exuſti, & ſolū incēſum per multa ſtadia, quapropter neceſſaria è longinquo afferūtur. Tota ferè Cappadocia lignis caret, quibuſdam in locis paluſtre eſt, et per noctem ex eo flammę conſurgunt. Aſſyrij uerò ad mare poſiti Termodontis oſtia obſeruant, ex quorum montibus, & qui potiſſimum ad Orientem conſpiciunt, Euphrates amnis clariſsimus erumpit à monte primum Armenio demiſſus. Sed cum ex illis Aſſyriæ collibus, longo decurſu in Auſtrum conuertitur, ac deinde aduerſus ſolem inflexus, mediam inundat Babylonem: Quæ (authore Strabone) in campo iacens, muri ambitum habet ad trecenta & octoginta ſtadia, craſsitudinem habet triiginta duo pedum, uiam ſuper mœnibus tam latam, ut quadrigæ occurrentes, facile pertranſire poſsint. Conſtituta eſt quædam habitatio in Babylonia, philoſophis indigenis plurimum circa philoſophiam uerſantibus qui Chaldæi appellantur. Omnibus Babyloniorum mulieribus mos eſt ex cauſa quadam, in aliqua re Venerea cum hoſpite permiſceri. Babylonius ac Ægyptius (ut idem Strabo in undecimo aſſerit) campus fluminibus atque alijs aquis irrigatur totus, quamobrem ſemper herbidam faciem obſeruat, Iccirco uberrimus eſt. Adeſt illi præcipua aëris temperies, uineæ manent infoſſæ quinquennijs. Euphrates poſtremo ciuitatem Teredonem lambens, in Perſicum mare celeri curſu dilabitur, nec multo ad Orientis oram effluit. Tigris qui neque minor eſt Euphrate, neque à quouis alio celeritate uincitur. Nam tanta proripitur uelocitate, ut una die tantum itineris peragat, quantum uir acer & uelox, poſſet per ſeptem diſcurere, nec multo poſt cum illius diſcurſum per planitiem quandam perlatam, offendat, quaſi feſſus itinere, ac tanquam qui cuperet à curſu pau-

ſu pau-

ſu paululum conquieſcere in quandam globeam & circularem lacunam contrahitur, quam Thomtim uicini uocant. Nec ibi diu conquieſcit, ſed à ſomno excitatus excitaretur, tęderetq́ eius ignauiæ, repentè exurgens longe adhuc ardentiore curſu proripit̃. Quæ aũt inter Euphraten & Tigrim terra media eſt, ea Meſopotamia à Græcis eſt appellata. Strabo in undecimo, Tigris & Euphrates Meſopotamiam circumdant, & apud Babylonios inuicẽ cohærent. Deinde in mare Perſicum emittunt̃ quorũ Euphrates maior eſt, et plus regionis, flexuoſo alueo, percurrit. Fõtes habet in parte Tauri Boreali, fluit ad occidentem per Armeniam minorem. Deinde in Auſtrum flexus, confinijs iungitur Cappadocum, quæ ad dexteram relinquit. Ad ſiniſtram Comagenorum confinia. Tigris ab eodem monte ad Euphratem accedit, ibiq́ efficit Meſopotamiam. Eorum fontes inter ſe diſtant, ad ſtadiorum duo millia & quingenta. Meſopotamia huiuſmodi regio eſt, ut nullus unquam paſtor (Scribit Anthonius) neque qui cornipedem Pana, fiſtula decantet poſsit eam aliqua in parte criminari, quod ad paſcenda pecora lætiſsima paſcua nõ ferat, nec etiam ullus tam ſolers plantator, illius naſcentis in ſyluis fructus, incuſabit, quòd & uarietate, & multitudine, & ſuauitate non præſtent, cum tanta ſit in ea rerum omnium naſcentium copia, atque in augendis herbis, ac producendis frugibus ubertas, ut eam regionem beatam & felicem, & dijs ipſis gratiſsimam ęſtimarent. Quæ uerò proxima eſt, & ad Boream uerſus, & ipſa uberrima eſt, eam Armeni tenent, è conſpectu Euphratis poſiti, uiri ipſi bellicoſi & pugnaces, militariq́ diſciplina eruditi. Tum etiã opibus & diuitiarũ copia, apprime pollentes. Verũ ad Auſtrũ eſt ſita Babylon, de qua dixi, quã dicunt Semiramim Mædorũ reginã, cum bello aptea regionẽ deuiciſſet, delectatã ſitu, & locorũ amœnitate inexpugnabili muro cinxiſſe, atq́ intra ciuitatis ipſius arces mirabiles & ædes ingentes ſuo Belo confeciſſe, quas undiq́ auro et candidiſs. ebore & argento puriſſimo elaborabat. Regio etiam ipſa admodũ inſignis eſt & ferax. Palmas parit ſuauiſs. præ cæteris ſuaues ferẽtes fructus. Parit & Berillũ, q glauci eſt coloris, ac longe precioſior auro. Verum ſupra Babyloniam ad Boream uerſus Ciſſi tenent. Tum etiam & Maſſabathę et Chalonitę. Sed ad montes Armenos, qui Orientẽ ſpectãt, adiacẽt Mędorum Tempe. Quorum qui ad Boreã ſunt uerſi, Chalonitas appellãt. Ad auſtrũ uerò, quicunq́ ex ipſis Mædis præ cæteris floruerũt, tenent, q̃ ibi imperiũ ſibi, & ciuitates condiderũt. Eosq́ ferũt quondã ex illuſtri progenitos genere fuiſſe, Herione mulieris illius, quæ ex Æeta integerrimo rege nata, Pandionida filiũ apud Iliſſi fluminis ripas uenenis interfecerat, qua quidẽ ex re, cũ ipſa pudore ſuffunderet̃ inde aufugiẽs ad eam demũ reginã peruenit, quæ eodẽ eſt nomine appellata, haud tamẽ procul à Colchis, neq́ unquã auſa eſt, ob id ſcelus propriã repetere, neq́ parentũ cõſpicere lachrymãtes oculos, cum admodũ formidaret eorũ iram.

Ideoq; homines illi maxime adhuc magicis artibus, & diris ueneficijs utũtur. Ampliſſ. enim regionem incolunt, & quidẽ multi montes tenent. Ex quib. maxime oritur Narciſsites. Alij potius planitiẽ colẽtes, irrigua paſcua & læta prædia ſibi delegerunt, onuſta paſſim multifariam pecorum gregibus, donec peruenitur ad portas Caſpias, quæ ad Orientem ſpectant, atque ſub altiſſimis iniectæ montibus, aditum pariunt proficiſcentibus in Boream, & in Auſtrum. Nam una quidem uia Hyrcania petitur. Altera uerò montes Perſię. Medorum eſt (ut inquit Strabo in undecimo) reges multas uxores habere, pauciores autem quàm ſeptem non licet. Eodem modo proditum eſt, mulieres pulchrum ſibi exiſtimare, ut uiros habeant quamplures. Pauciores quinque calamitatem ducere. Verum ſub ipſis prope montibus, Parthi tenent, genus hominum bellicoſiſſimum, & ſagittandi uſu florentiſſimum, de quibus pauca dicere haud importunum iudicaui. Sũt enim eiuſmodi, ut nunquã effodere aut arare tellurem, aut quouis alio modo colere didicerint, neq; nauigando ad alienas urbes, aut mercando, ſibi quas habent opes conquiſierunt. Neque ſunt qui inter eos armenta ſequantur, aut greges alant. Sed cum primũ per ætatem poſſunt, aut arcum manu contorquẽt, aut ſagittandi ſtudio conteruntur, aut pedum curſu, aut equitationib. continuis exercitati, mirabilem ad id ſibi artem & diſciplinam efficiunt. Ouidius:

Gens fuit & campis & equis & tuta ſagittis.
Et circumfuſis inuia fluminibus.

Semper enim ea regio eiaculationibus, & confractis lanceis, & ſagittandi ictibus ſtridet, ſemper concurſus equitum, inter ſe concertantium paſſim auditur, neque ulli fas eſt cœnam adire, niſi prius exercitio bellico totum illius corpus, in ſudorem defluxerit. Aluntur maxime uenationibus quas aut iaculando inſequuntur, aut ſagittando, qui licet ob eam diſciplinam, & acerrimos mores, inſuperabiles eſſe uidentur. A Romano tamen imperatore deuicti, faſcibus obtemperare ſunt coacti. Ouidius:

Quid tibi nunc ſolitæ mitti poſt terga ſagittæ,
Quid loca, quid rapidi profuit uſus equi?
Parte refers aquilam, uictos quoq; porrigis arcus.
Pignora iam noſtri nulla pudoris habes.

Dicam nunc in quot hominum genera, regio illa diſtincta ſit, quibuſue fluminibus irrigetur, ac demum quibus intercidat montibus. Soli enim ſunt qui regiam dignitatem dicuntur obtinere. Soli etiam qui cæteris dignitate & potentia præſtãt. Poſtquã enim Meoniã & Sardiniam fuerunt depopulati, deinceps ſunt aureis armis in bello uſi, & phaleris, argenteiſq; calcaribus ſeſe exornarunt. Cum tantam huiuſcemodi rerum copiam, ex ea uictoria conuexerint, ut effluere undique diuitijs uiderentur. Verum Perſia ipſa, tota altiſſimis uallatur montibus, initium capiens (ut dixi) à

portis

portis Caſpijs, qua iter ad auſtrum; atque uſq; ad mare protenditur, quod ab ea Perſicum eſt appellatnm. Tribus autem potiſſimum partibus eſt habitata. Nam quidam ſunt ſeptentrionem uerſi, ad extremaq; coniecti, adhærentesq; umbroſis montibus, Medorum quidam in medio poſiti, qui mediterraneam regionem occupant. Alij è regione ad Auſtrum, qui uſq; ad mare quod Perſicum dixi extenduntur. Primi enim ſunt Sabæ, quibus Paſſargadę, & Taſci, & plerięq; alij adiacēt, quorū regionem multi abluūt amnes ſinuoſis undiq; meatibus diſcurrentes. Ex una enim parte Chorus dilabitur, atq; ex alia Choaſpes, qui cum ab Indo exit flumine Suſam ciuitatem irrigans Achatem lapidem inter eius harenas, cuiuſdam cylindri ſimilitudine proſtratum, ac lacteum, oſtendit, quem ex propinquis montibus torrens ad planitiem cōtraxerat. Fructus ibi ob temperatum aërem ſemper uirent. Nec nobis Perſarum mores prætereundi ſunt. De quibus Strabo in decimoquinto. Reges habent ex eadem ſtirpe, qui illis non paruerit corpore amputato & brachio proijcitur. Ducunt uxores quamplures, & multas pellices alunt, propagandæ ſobolis gratia. Reges quotannis præmia proponunt his qui plures filios ediderint. Pueri ante quartum annum in patris conſpectum non ueniunt. Nuptiæ in initio uerni æquinoctij celebrantur, Sponſus in thalamum procedit, comeſto prius malo, uel cameli medulla. Diſciplinarum magiſtris doctiſsimis utuntur, qui fabulas ad ueritatem reductas, inſerunt cum cantu, & ſine cantu, deorum atque clarorum uirorum facta referentes, congregant eos in unum locum æris ſonitu ante lucem excitatos, tanquam ad arma, aut uenationem. Perſæ inſuper laute cenant, integra & multa & uaria apponentes. Lecti & poculorum ornatus ſplendidiſſimus, auro & argento refulget. De rebus maximis inter uinum conſultant, qnas ipſi firmiores putant, quàm quæ in ſobrietate fuerint deliberatæ. Si notis & æqualibus in uia occurrant, eos oſculantur. Si humiliores ſunt, adorant. At nunc de reliquo Aſiæ tractu dicendum erit, qui ad Oriētem uerſus, uniuerſum deinceps limitem illius ac finem perficiet. Circa igitur maris Perſici litora eam partem uerſus, qua oritur ſol Carmani inſidentes, haud longè à Perſide regionem biſariam ſortiti ſunt. Nam ex eis quidam ad maris litora contulere, quidam maritima contemnentes, intra continentem prę cæteris loca delegerunt. Scribit Strabo in quintodecimo. Oneſicritus tradit, flumen eſſe in Carmania, q̃d auri ſtrigem ferat. Item argēti foſſilis & æris uenā. Hi propter equorum inopiam, aſinis in bello plurimum utuntur, & aſinum Marti ſacrificant, quem ſolum ex omnibus dijs colūt, & bellicoſi ſunt. Nemo (ut idem ſcribit) uxorem ducit, niſi hoſtis caput amputatum ad regem protulerit. Et rex caluaria in regia collocata, linguam minutatim ſecās, pane permiſcet. Poſtea deguſtandam ei qui attulit, & familiaribus edendam prebet atque ille præclarus eſt, cui multa capita ſunt allata. Ex his Gedroſij ad Orientē uerſi,

uerſi, uicini ſunt oceano, qui etiam Scythis illis adhærent, quos dixi ad auſtrum uerſus, iuxta Indũ flumẽ habitare. Quod duplici oſtio è regione in rubrũ dilabitur mare. Gedroſia (ut inquit Strabo in 15.) fructuũ & aquarum inopia laborat, nec multo melior eſt ꝙ regio Ictiophagorũ, quorum regio ſecus mare eſt. Magna ex parte arborib. caret, raritas in ea palmarũ. Ictiophagi, quos Alexãder piſcibus ueſci prohibuit (dicit Martianus) ueſcũtur piſcibus. Tum ipſi, tum eorum pecora & aquas pluuiales potant. Pecorũ carnes piſcibus prębẽt. Domicilia ex oſſibus cetorũ & hoſtreorũ conchis magna ex parte faciũt. Nam trabium & fulcrorũ uſum coſtæ prębent, portas maxillæ. Piſces ad ſolem aſſantur, poſtea ex his panem conficiunt, paululum frumenti admiſcentes (nam & molas habent) partim piſces crudos edunt, Capiunt eos retibus ex cortice palmarum factis. Sed ut ad Indum reuertamur, Qui antequã in mare decidat multa percurrẽs oppida & regiones, & longum quendã & inflexum limitẽ pererrat. Oritur enim ex monte Caucaſo ad ſeptentrionẽ uerſus, ſed in auſtrũ ſe inflectens, Patalenem inſulam, gemino complectitur brachio. Ac deinde cum ad occidentem contorqueat curſum, Oritas, & Arabaſtas ſecat, & qui linea paludamẽta induuntur, Arachotas, tum etiam Atraidas ipſos perlabitur, ac eos omnes qui prope incolũt Parnaſsi fauces, quos omnes uno uocabulo Arianos uocant. Hi enim ſyluestrẽ admodũ & incultã regionem tenent, cum harenoſa ſit, nec ulli prorſus apta cultui. Veruntamẽ quę ſatis habeat ex ſui natura, & excellentiſſimo quodam munere, et ſingulari. Nam ubiꝙ Corallij lapides exoriunť & ex montium uenis, qui eam muniunt regionẽ Saphyreę cædunť cruſtę, flaui quidẽ & fuſci coloris. Ad Orientem ſita eſt India regio, ſanè, licet omniũ extrema, iucundiſſima tamẽ, & in ipſis oceani labris ſita, hãc ſol, cum primũ incipit emergere, atꝙ ab oceano caput extollere, primã eſſe ferunt, quæ illius radijs illuminať, & propterea nigros homines & craſſos à natura procreari, comas ferunt denſiſs. haud diſſimiles iacyntho. Sed quoniã ex pleriſꝙ aurũ eruiť locis, multi ex eis inde quæſtũ aucupãt. Alij telas lineas contexũt. Alij ſectos elephantũ dentes abradunt. Alij per fluminũ decurſus incidentes perquirunt, ſi qua inter harenas luceſceret gemma, Berillus, aut Adamas, aut forte quiſpiam Iaſpis, aut ſi qua glauceus Topazius occurreret, aut incideret forte, in purpureã quandam, ſanguini ſimilem Ametiſtum. Hæc ſunt potiſsima (ſcribit Anthonius) eorum ſtudia, cum uniuerſa illa regio perfuſa ſit, perpetuis fluminibus, qui huiuſmodi opibus, diuitẽ et pollentem patriam reddunt, fert etiam (authore Strbone) Criſtallum, carbũculos uarios, & margaritas. Sunt & horti ibi, & arua perpulchra & lęta, quæ uniuerſum per annum uirent. De quo ſcribit Strabo in decimoquinto. Megaſthenes Indiæ fœcunditatem ex eo maxime declarat, quod eam bis fructũ ferre dicit, et bifariam nominat, quemadmodũ Eratoſthenes, qui inquit, alterã hyberniam ſemen-

LL tem, al-

tem, alteram æſtiuã, quomodo & imbrem. Nullum enim annum inueniri dicit, utroq; tempore ſine pluuia, quapropter contingit annum feracem eſſe, cum ſemper terra ſit fœcunda. Fructus arboreos multos gigni ait, arborũ radices, præſertim magnarũ arundinũ, & natura & decoctione dulces eſſe, aqua à ſolibus tepefacta, tam cœleſti, quàm fluuiali. India quidem multas arbores admirabiles fert, è quibus una ramos ad terram pronos habet, frondes uerò clypeo non minores. Oneſicritus qui curioſius ea proſequitur, quæ ſunt in terra Indiæ auſtraliſſima, refert arbores quaſdam ingentes eſſe, quarum rami, cum duodenos cubitos creuerint, reliquum incrementum pronum faciunt, deflexi quouſque terram contingant. Deinde terram ingreſſi radices agunt, ueluti propagines, demum rurſus in truncum exeunt, à quo poſtquam aucti fuerint, inde flectuntur, & aliam propaginem efficiunt, deinde aliam, & ſic deinceps, ut ab una arbore umbraculum fiat, tabernaculo multicolumnio ſimile. Narrat præterea miram arborum quarundã magnitudinẽ, quarum ſtirpitẽ uix quinq; homines complecti queant. Ariſtobulus autẽ de arboribus dicit, quæ ramos habent deflexos, & de earum magnitudine, ut ſub una arbore quinquaginta equites meridiari poſſint: Ille uerò quadrigentos ait. India multa medicamẽta habet, multas arborum radices, tum ſalutares tum noxias, quemadmodum & multos colores. India auſtralis Cinnamomum, Nardum & alia aromata gignit, quemadmodum Arabia & Æthiopia, cum quibus ſole perſimilis eſt. Ibi aër udus & fœcundus, & ualde nutritiuus. Eo modo & terra & aqua, quapropter animalia, tum terreſtria, tum aquatilia, apud Indos magna ſunt. Priuſquam uerò de ſitu & forma ipſius ſcripturus ſum, de ſeptẽ Indorum generibus parumper tangere libet (authore Strabone in decimo quinto) inquit totam Indiam in ſeptem genera diſpertitam. Quorum primi philoſophi honore antecedunt, numero uerò pauciſſimi ſunt, utuntur eorum unoquoque, priuatim, qui mactant & ſacrificant, publice uerò reges, in eo conuentu qui maximus apud eos fit, cũ nouo anno incipiẽte philoſophi omnes cũ rege ad uenationem exeunt, & quicquid quiſquis compoſuerit uel obſeruauerit, eo anno, de fructibus, de animalibus, de Republica, in medium proferunt, ubi qui ter mendax deprehenſus fuerit, ei per totam uitam ex lege ſilentium indicitur, qui uera dixerit, immunis & omni tributo exemptus cenſetur. Secundum genus agricolarum, qui plurimi ſunt, & pauciſſimi, in maxima operandi licentia, & immunitate militiæ. Hi nec ciuitatem, nec publicum negocium, nec ullum aliud munus attingũnt. quamobrem eodem tempore, alij pugnant, & cum hoſte periclitantur, alij arant, uel fodiunt ſine ullo periculo, cum illos propugnatores habeant, & cum regio tota ſit regis, ipſi eam cõducti operantur, in quarta fructuum parte. Tertiũ genus eſt paſtorum uel uenatorũ, quibus ſolis & uenari & paſcere pecora, & uendere iumenta, & locare licet. Pro eo aũt quod

terram beſtijs liberant, & ab auibus quæ ſemina legũt, ſalario à rege compenſantur, & uagi errabundiq; uitam in tugurijs agunt. Priuato homini equum & elephantem alere non licet. Vtrumq; enim regis poſſeſſio cenſetur. Elephantum enim uenatio hoc modo fit. Locum aliquem purgatũ quatuor aut quinq; ſtadiorũ profunda foſſa circumdant, tum ingreſſum ponte anguſtiſſimo iungunt. Hinc tres quatuorúe elephantum fœminas ex manſuetis immittunt, ipſis in tugurijs inſidiant, per diẽ ſyluestres non accedũt, nocte autem ſingillatim introeũnt, quibus ingreſſis, uenatores clam aditum occludunt. Poſtea nonnullos ex domeſticis certatorib. fortiſſimos inducentes, cum illis pugnant. ſimul etiam fame eos macerant. Cum uerò iam defeſsi fuerint, aurigarum audaciſſimi clam deſcendentes quiſque ſui elephantis uterum ſubit, atque hinc ſubito ſyluestris uterum ſubeuntes, compedes illis conijciunt. Quo facto, domeſticos exhortant, ut uictos uerberent, quouſque in terram decidant. Poſtquam ceciderint, bouillis loris eorum colla cum domeſticis alligant, & ne aſcenſores excutere poſſint, colla circumcidentes in cæſuris uincula imponũt, ut præ dolore uinculis cedant, et quiete agant. Ex captis relinquũtur quicunque uel ſenio uel iuuẽta inutiles ſunt, reliquos in ſtabula ducũt, & pedibus inuicẽ uinctis, & collo ad columnam bene compactam, fame domant. deinde herba uel arundine uiridi reficiunt, dehinc obtemperare docent. Alij oratione, alij cantu, uel tympani ſonitu. Rari ſunt qui non facile manſueſcãt. Sunt enim à natura mites & manſueti, ut ad rationale animal proxime accedant. Quidam aurigas ſuos qui in certamine ceciderunt, ex prælio eximunt. Quidã anterioribus pedib. utero ſubiectos ſeruarunt, adeò animal homini amicũ. Quòd ſi quis ex magiſtris curatoribus per iram interfecerint, adeò illũ deſiderant, ut præ mœrore à cibo abſtineant, interdũ etiam ad mortem obdurẽt. Elephantes uiuunt quantũ longæui homines, quidam ad ducenteſimum annum perueniunt, morbidi ſunt & incurabiles. Ægrotantibus oculis, remedium eſt bouillum lac infuſum, complures morbos uinum atrum epotum curat. Vulneribus butyrum auxiliatur, ferrum enim extrahit. Vlcera ſuillis carnibus inuruntur. Nearchus ait, hic ſe uidiſſe formicarum auriferarũ pelles, pardalis pelli ſimiles. Megaſthenes de formicis ait, Apud Derdas, quæ maxima natio eſt Indorum montanorum, ad orientem expoſitorum, Collem quendam eſſe trium millium ſtadiorum ambitu, & ſub eo aurifodinas, quas formicæ effodiunt, uulpibus magnitudine nõ minores, mira celeritate, uictum ex uenatione comparantes. Fodere autem terram per hyemem, & ad oſtium accumulare quemadmodum talpæ, talis auri ſtrigilis parua decoctione eget, Eam uicini iumentis clam rapiunt aperte autem non poſſunt prohibentibus formicis, quæ & pugnant, & fugientes inſectantur, quos cum deprehenderint, cum iumentis interimunt. Nearchus hic & multitudi-

nem, & maliciam ſerpentum admiratur, qui ex cãpis ad eorum cauernas fugiunt. Viſam etiam dicit eſſe uiperam fœminam ſedecim cubitorum. Nos in Ægypto (inquit Strabo) uidimus eiuſdem ferè magnitudinis uiperam inde allatam. Vt tamen incœpta proſequantur: Poſt uenatores ac paſtores quartum genus ponit, eorum qui artes exercent ut ſunt cauponarij, & quicunque corpore operantur, quorum alij tributa pendunt, ſtatuta munera exhibendo, alij qui arma & naues fabricant alimenta & ſtipendium ab rege habent, cui & ſoli operantur. Nam tribunus militibus arma præbet, & claſſis præfectus, naues nauigantibus & mercatoribus precio locat. Quintum genus eſt bellatorum, qui reliquum tempus ocioſi agunt, in locis ab rege conſtitutis, ut cum opus ſit, cito exeant, nihil de ſuo afferentes, præter corpora. Sexti autem præſides, quorum munus eſt ut quæ aguntur inſpiciant, & regi clam omnia renuncient. Hi in urbe urbanas meretriculas, adiutrices adhibent, in caſtris uerò caſtrenſes. Hi ſunt uiri optimi ac fideliſſimi. Septimi ſunt conſiliarij & regi aſſidentes, à quibus & magiſtratus & Iudicia & rerum omnium adminiſtratio fit. Omnes ferè Indi in uictu frugalles ſunt, ornatu plurimo utuntur, à furtis magnopere abſtinent, literas non norũt, ſed memoriter omnia adminiſtrãt, & propter ſimplicitatem ac uitæ parſimoniam, omnia eis proſperè ſuccedunt. Vinum non niſi in ſacrificijs bibunt, potum ex oriza efficiunt ſicut ex ordeo. in tumulis & ſepulturis faciendis perparci. Cultum uerò corporis nimij. Nam & aurum geſtant, & lapillis ornãtur, & ſindonem candidiſsimum induunt, & umbrellas ſecum portant Nam pulchritudinem excolentes, omnia faciunt, quæ ad decorandam faciem pertinent. Multas nuptas habent, quas à parentibus accipiunt pari boum emptas, alias obedientiæ gratia, alias prolis ac uoluptatis. Et niſi has caſtas eſſe cogant, fornicari licet. Si qua mulier regem occiderit, munus habet, ut cum illius ſucceſſore iungatur. Cum rex in locis ſeptis uenatur, è ſolio ſagittat, aſſiſtunt duæ tresúe mulieres armatæ. Cum in locis non clauſis uenatur, ſagittat ab elephante. Ex mulieribus aliæ in curribus ſedent, aliæ in equis aut elephantibus, quemadmodum & militant, omnibus armis exercitatæ, quæ profecto multum à noſtris diſcrepant. India primum ex tribus conſtat lateribus, Indus fluuius, occidentalẽ ipſius interluit partẽ. Ganges uerò ad orientẽ, Caucaſus aũt ad ſeptentrionem. Multi hanc regionẽ clari & præpotentes uiri coluere, haudquaquam in uno loco coacti nec uno appellati nomine, cum quidam ex eis ad unam conceſſerunt partem, & ad aliam alij, prout eis natura ab initio, & uoluntas & conſuetudo ſuppeditarit. Nam quidam ad Indum flumen ſe cõuertere, & ipſi quidem Dardanes ſunt appellati, qui iam potiſsimam partem tenent, ubi Hydaſpis amnis Aceſinem ex ſcopulis fluentem, in proprios recipit ſinus. Hydaſpis enim fluuius eſt ampliſsimus, & ad nauigandi uſum aptiſsimus,

eam occidentalem plagam perlambens. Cui etiam propinquum eſt, Coa phes flumen, & eam partem candidiſsimis undis perfundit, ubi Sabe poſiti ſunt, ac etiam Toxili & Scothri, & deinde Peucalenſium gentes, & qui Dionyſium colunt Gargaridæ, ubi Hypanis & Megarſus aurum uehũt, ditiſſima omnium flumina. Eá enim ex monte Emodo primum exorta atq; deinde in Gangeticam plagam uerſa, tandem cum ad auſtrum ſe flectant prope Colidos inſulam, quæ Oceano abluitur, in mare dilabuntur. Hæc ſiquidem inſula adeò erecta eſt, ut neq; illuc aues aduolant. Ferunt etiã illam Veneri dicatam extitiſſe. Nec longe Ganges, ad quem Alexander uſq; proceſſit, & in quo cetæ ſunt. Id flumen (ut inquit Strabo) & magnitudine, & latitudine et profunditate tãta eſt ut remotius ſit quã iunctius ueritati. Nam quod maximum ſit omnium fluminum, quæ in trib. continentibus memorantur, eſt quod poſt id Indum ponant, & tertium Hiſtrum, & quartum Nilum. Quidam minimam eius latitudinem triginta ſtadiorum dicunt. Miminam uerò profunditatem uiginti paſſuum. Aiunt (ut inquit Strabo) adductos fuiſſe quoſdam carentes ore, mites homines, qui circa Gangis ortam habitant, & uaporibus aſſatarũ carnium & fructuum ac florum odoribus enutriuntur, & pro ore ſpiramẽta quędam habent. De alijs etiam permultis, philoſophos narrare. De Ocipodibus; qui curſu equos præuertãt. De Enotacœtis qui aures ad talos uſq; dependentes habẽt, ut ſuper eis dormiant, adeò fortes, ut arbores euellãt, & neruum frangãt. Alios eſſe unoculos, caninis aurib. crinib. erectis, pectore hiſpido, habentes oculũ in media frõte, qui naſo carẽt, omnia et cruda edere; & paruo tẽpore uiuentes, ante ſenectutẽ extingui, & ſuperiorem oris partem eminẽtiſſimam habere. Nec eiuſdem regionis philoſophi nobis ſunt prætereundi, de quibus aſſerit idem Strabo, allegans Megaſtenem, quòd qui ſunt montani, Bacchum celebrant, ſigna quædam oſtendentes, quod ſolum apud eos agreſtis uitis naſcatur, & hedera, & laurus, & myrtus, & buxus, & alia ſemper uirentia, quorum nullum ſit trans Euphratem, præter pauca quædam in ortis irriguis; & multo cultu cõſeruata, Bacchicum etiam eſt ſindonẽ & mitras geſtare, & ungẽtis uti, & floribus cingi. Tympana & tintinabula exeuntem regem prçcedere. Campeſtres uerò Herculem colunt. De philoſophis quoq;, idem Megaſtenes (ut inquit Strabo) aliam facit diuiſionem, quorum duo dicit genera. Nam alios Brágmanas nominat, alios Germanas. Sed præcipuè Bragmanas probat, quod cum grçcis in opinionib. concordent. Hi quamprimum cõcepti ſunt uiros doctos curatores habent, qui & matri & cõcepto accedentes, quædã canunt in prolis felicitatẽ. Sed reuera quædã continentiæ præcepta dant, matres libenter eos audiẽtes, felices in prole exiſtimant. Poſtquã uerò nati ſunt, alios atq; alios curatores ſortiunt. Nam quo magis ætas adoleſcit, elegãtiores magiſtros habẽt. Refert & philoſophos ante urbẽ in luco exerceri, in-

tra compoſitum quendam circuitum frugaliter uiuentes, ſuper thoris ac pellibus, ac ab animalibus ac Venere abſtinere, ſerijs ſermonib. intentos, et cum uolentibus audire communicãtes, Auditori autem non licere, nec loqui, nec ſternutare, nec excreare, uel die illa cœtu explodi, & cũ triginta & ſeptemannos ſic uixerit, in ſua ſecedere, & laxius licentiúsq́ uiuere. Sindonem induere, aurum in manibus & auribus moderate geſtare, & carnibus uefci animalium, ab acribus & condimentis abſtinere & uxores multas capere propagandæ prolis gratia. Nam à pluribus bona eueniunt plura. Dicit enim Bragmanos cum uxoribus non philoſophari, ne ſi improbę ſint, aliquid, q̃d efferri nefas ſit, in prophanos efferãt: Si probę ne uiros relinquant. Nam qui uoluptatẽ aut dolorẽ, uitã ac mortẽ, æque contẽnit, ſubditus eſſe nõ patiť. Item multa eos de morte dicere & hanc uitã eſſe putandã, quaſi quendã uiuidũ hominũ cõceptum, Mortẽ uerò natiuitatẽ ad uerã illam & felicẽ uitã, his qui rectè philoſophati ſunt. Iccirco eos multa exercitatione uti, ad mortis præparationẽ. Partim cũ græcis ſentire, ut ꝙ mundus ſit creatus, & corruptibilis, et ſphęricus. Et ꝙ cõditor & adminiſtrator omniũ rerũ deus, per uniuerſum uadit, uniuerſarũ rerũ primordia diuerſa eſſe. Faciendi aũt mundi initiũ, aquã, & præter quatuor elementa quinta quandam naturã eſſe ex qua cœlũ aſtraq́ cõſtent. De Bragmanis hactenus. Ex Germanis eos honoratiſs. qui ſyluicolæ appellãtur, ex eo ꝙ in ſyluis degũt, ex frondibus, & ſyluestrib. fructibus uiuẽtes. Veſtes ex arborũ corticibus habentes, uini & Veneris expertes. Cũ regibus, de cauſis rerũ interrogãtibus, per nũcios colloqui, & per illos diuina à regib. coli, et placari. Poſt ſyluicolas, in honore medicos eſſe, ut qui circa hominẽ philoſophanť, frugales quidẽ, nõ tamen ruſticantes, oriza, & ordeaceis uiuẽtes, quæ nemo rogatus, illis nõ miniſtrat, nemo hoſpitio nõ libenter ſuſcipit. Poſſe eos & fœcundos facere, & mariũ & fœminarũ procreationem per medicamẽta præſtare. Medicinã plurimũ per cibos perfici, nõ aũt per medicamẽta. Hæc de philoſophis. Verũ ad Gangẽ uerſus (inq̃t Anthonius) alius quidẽ locus eminet, qui ab incolis ſacer iudicať, ob admirabilẽ quandem rem, ibi olim inuentã. Nam dicunt Bacchum olim cũ fureret, illic cõſediſſe, ibi teneras nebrides, quib. obtecti erant, qui ſequebanť, ſtatim in aſpides conuertiſſe ſe, & infertũ tyrſos, cincturas uerò, & capreolos, in ſufflantes dracones mutatos, propterea, quia homines illi eius ſacra contempſiſſent, atq́ horrerẽt eius mores. Tum uerò timore omnes percitos, uiam illã proximã ab eo Niſeã appellaſſe, cõſtituiſſeq́ ut unà cũ eorũ liberis coronati hedera ſacra conficerẽt. Quo facto, tum gentes illas ſubiecit. Ouid.

Oriens tibi uictus aduſq́
Decolor extremo qua cingitur India Gange.

Montes aũt ipſum ſtatim Hemodos cõſcendiſſe, ad quorũ radices illidiť, qui ad Orientem ſpectat oceanus, ibiq́ ſupra eorum uerticẽ, tanquam ad

alios

alios terræ fines, geminas infixiſſe columnas, imitatus Herculem. Sed hęc ſunt gentes omnes ac nationes, quæ terram ipſam tenent, & potiſſimum quæ potuerunt aliqua ſui excellentia, & dignitate (inquit Anthonius) ad noſtram cognitionē peruenire, Etſi alias permultas eſſe fateor, quæ quoniā uarijs in locis conſtitutæ ſunt, ac partim circumerrāt, nec ullum prorſus fixum habent locum, partim etiam ignobiles & obſcuræ, ut etiam ſine nomine permanſerint. Non multi tamen faciendos eſſe iudicaui, quas neque qui omnium conſcius eſt, præter immortalem deum, dicere poſſe exiſtimaui. Ipſe enim ſolus eſt qui nouit omnia, ſolus qui poteſt. Ipſe eſt qui primus prima ipſius orbis fundamenta in orbem coniecit, & immenſi maris aditum & ſemitam mortalibus patefecit. Quiq; uitæ huius commoditates, diuitias, dignitates, honores præſtitit, quiúe ſidera diſcernens, unicuique quam uoluit ſortem tradidit. Quibuſdam enim ut terram colerēt, atque inde ſibi diuitias, atque opes compararent. Alijs autem ut pelago acti, aut piſcarentur ſibi uictum, aut mercimonia commutarent. Alijs ut ſcientiæ & philoſophiæ ſtudijs ſe dederent, atque inde honores & laudes aucuparentur, multis etiam ut cęteris præeſſent, Iuberent, & parerent. Ideóque non mirandum, ſi homines uariam inter ſe ſunt, nō ſolum fortunam ſed & naturam conſecuti, Cum uideamus regiones & loca, eam quoq; uarietatem adeptam, poſtquam una quidem lacteos homines parit, alia ſubalbidos, alia fuſcos, alia prorſus aduſtos, aut multis ſimiles floribus, quales Aſſyria generat. Sic enim omnium ille rerum opifex ſtatuit, ut homines uarij quoq; ingenij, ac multiformis animi, & induſtriæ, quemadmodum & cætera naſcerentur, atq; unuſquiſq; ſua contentaretur ſorte.

Vos igitur ô terræ omnes, & uos inſulæ quæ mare colitis, ualete nunc precor. Valete quoq; uos undæ oceani, & uos ponti, ſacri fluctus, fluuij, ac fontes, nemora, & uos parui montes ualete & uos quæſo. Iam enim uos omnes ſatis percurri, qui fueratis aliquam inter mortales famam, aut nomen conſecuti.

Perge liber ſine me tenues uenture ſub auras,
Hinc ubi Sarmatico ſtringitur ora gelu.
Qua quoq; præerupto ſe tollit in aëra muro
Structa ſub umbroſis regia Croca iugis.
Nec te liuor edax authore exterreat orbum,
Si quis in ignotis obuius iret agris.
Sentibus arreptum quamuis iter impleat aſpris
Perge, gradus tardet nec mora perge tuos.
Tabida ſæpe lues ſub dumis ſerpit opacis
Inq; uiatores dira tonitra uouit.

Peſtis ſi quando lingua ferit illa triſulca,
Hæc tibi ſunt placidis tela ferenda modis.
Non tu ſolus abis, traiectus membra ſagittis.
Innumeri his iaculis ſaucia corda ferunt.
Virgilium Bauius, Flaccum odit Mæuius aſper.
Fert licet æthereos utraq; muſa fauos.
Sollicitos adijt Naſonis liuor amores,
Atq; elegos tetigit culte Tibulle tuos.
Barbaries cultos non ſolum habet ipſa peroſos.
Quæ ſibi non tantum nouit ineſſe boni.
Verum uirtuti iam dudum eſt æmula uirtus.
Et comitem inuidiam fulgida Pallas habet.
Nil manet in terris, iſta quod peſte careret,
Vſq; adeò uirus fudit amara nocens.
Inuiſa eſt Catulo ſylueſtris dama ſagaci.
Odit lanigeras & lupus aſper oues.
Nictemenen odit pictarum turba uolucrum.
Odit & accipitres rauca columba uagos.
Quid genus humanum memorem pecudum altituumq;?
Liuorem ad ſuperos nouimus iſſe deos.
Longæuum (ut memorat) ueri haud ignara uetuſtas,
Egit ab æthereo filius axe patrem.
Iſta lues triplices tulit ad certamina diuas.
Inijcit, ut poſitis aurea mala cibis.
Frondiferæ hoc Idæ teſtatur aquatica uallis.
Viri ut iratas per nemus ire deas.
Cauſa hæc agricolis, cur obruta pergama flammis
Nunc ſunt æquoreo ſemiſepulta ſinu.
Longa mora inuidiæ eſt omnes numerare ſagittas,
Ipſa cupidineæ eſt æquiparanda faci.
In genus omne uagos ericine natus amores
Torquet, liuorem hæc in genus omne iacit.
Nil tibi ſint igitur liuoris ſpicula curæ.
Sperneq; mordacis murmura ſcabra deæ.
Increpet ipſa licet latratus temne caninos.
Nil tibi quod proſit. nihilq; quod obſit habet.
Plus nocet ipſa ſibi, dolor arduus intima ſiccat
Viſcera, & in maciem uiuidus humor abit.
Sic ſua fata petit, maneſq; aditura profundos,
Sub Phlegethonteas lurida perget aquas.

Laurentij Coruini Nouoforenſis Geographicarum Libri Finis.

CLARISSIMO VIRO Iacobo Truchſes à Rinfeld, armatae atqve togatae militiae decori, Domino ſuo in primis obſeruando, Hieronymus Gemuſæus, Doctor Medicus ac Philoſophus.

QVI ex ueterib. geographiã nobís tradiderũt, uidentur ſane omnes unum aliquem agnoſcere debere, qui ſui ordinis uelut author quiſpiam ac ſummus habeatur, quemadmodum in cęteris philoſophię partibus iam olim factum fuiſſe cõſtat, ut ſcilicet cuiuſq; diſciplinæ unus haberetur tanquam imperator, quem ſequerẽtur omnes qui eius eſſent ſtudioſi. Ac phyſiologiæ quidem totius Ariſtoteles: mathematicæ uerò quæ numerat, quæq; terram menſurat, philoſophus ille Megarenſis, quæ uerò ſublimia corpora inſpectat, Ptolemæus Alexandrinus. Et medicina ſuum habet authorem Hippocratem atq; eius interpretem Galenum, ad quem uelut regulam Lydiam, reliquorum omnium præcepta cõmentaq; examinentur. Horum authoritati in quoq; genere ita acquieſcendũ auditori eſt, ut ubi demonſtrationes probationesq; problematum per ἀνάλυσιν ad aliquam ἀρχὴν, quæ ex authoritate huius principis habeat fidem, deducta ſit, ita illi acquieſcamus tanquã principio ex ſeſe fidem habenti nec ullã admittenti dubitationẽ. Ita fit ne diſciplinæ in uarias contrariasq; ἀποφάνσεις diſtrahantur, dum quiſq; propria principia confingens, ijs pro arbitrio ſuperſtruit τὰ δοκοῦντα αὑτῷ ἀληθῆ τε καὶ ψευδῆ. Et iuxta hũc morẽ, tum dicimus artificem cuiuſq; diſciplinæ perfectum eſſe, cum principis illius ſentẽtiam probe teneat. Velut philoſophus cenſebitur, qui Ariſtotelis eiusq; inſigniũ interpretũ de quocunq; problemate ſententiã fuerit aſſequutus. Hæc itaq; ob certitudinem atq; conſtantiã rerum maiorem ita ſunt peragenda. Eſt & altera cauſa, ob quã magnopere authorum delectus ſit habẽdus, ut ſcilicet ἀκρίβειαν atq; utilitatem ſpectemus maiorẽ. Nam quo quiſq; pleniorẽ rerum cuiuſq; diſciplinæ ubertatẽ & tradendi dexteritatẽ maiorem habet, tanto habendus eſt præſtantior. Porrò cũ inter cęteras philoſophię partes uel maxime cõmendanda ſit traditio, quã hoc tempore de ſitu orbis proponimus, ſiue oportunitatẽ occaſionemq; ſpectes, quã ad cæteras illa diſciplinas quæ extra ſe ſunt adferat, ſiue quã peculiariter illa ſuis polliceat, profecto nulla fuerit cæterarũ, in qua iuuentus imò ætas adeò omnis diligẽtius ſit exercenda. Id ſi ita habeat, profecto q́d à primo conſilio proximũ eſt, quo modo quáue ratione hanc q; feliciſſime aggrediaris, & quẽ authorem ſequaris potiſsimũ, uel ob utranq; illarũ uel ob alterã omnino cauſam, diligentiſſime deliberandum eſt. Et uidetũr ſanè ex omnib. qui hãc attingere auſi fuerũt nulli poſterior eſſe Strabo hic Amaſæus. Nam ut Ptolemæũ anteferas, ob picturarũ certas deſignationes ac ueluti δείξεις τινὰς, quib. ille uir rem totã ponit ob oculos, ſanè niſi acceſſerit uberior aliqua traditio atque in primis ἥτε τῶν χρόνων μεταβολὴ καὶ ἐκδοχὴ, magna certe pars utilitatis huius tum alia, tum ea quę uim mentis atque iudicij ἀκρίβειαν exercet, perierit prorſus. Nam ſolius loci inſpectio ſenſum inſtruit, hiſtoria locorum breuiter atque ordine ſuo adiuncta prudentiam in nobis omnẽ, & ciuilem & bellicam adaugere ſolet. Adeoq; locorũ deſignatio uelut exanime quoddã eſt ſimulachrũ, hiſtorię uerò cuiuſq; loci expoſitio, uelut ſpiritus quiſpiã atq; anima eſſe uidet. Ita quẽadmodũ animal totum ex anima & corpore conſtituitur, ſic diſciplinã hanc duob. hiſce, locorum deſignatione & temporũ expoſitione coniunctam eſſe, cẽſeri oportet. At hæc ſanè, quãuis ex hiſtoriarum lectione uaria cõparari poſſit, tamẽ ſi cuiq;

loco adijciat ſuarũ rerũ catalogus, præter q̃ quòd miram quandã ἐνεργείαν, ac iucunditatem toti diſciplinæ adfert, incredibilẽ etiam addit memoriæ fidem. Et omnino quibus nominib. artifices illi cõmendãt diſpoſitionem, καὶ τὸ γένος διαθετικὸν πᾶν, ea uniuerſa pręſtat ſola hęc tradendi ratio, ut cuiuſq; loci deſignatione pcepta, eius hiſtoriam non ex diuerſis authoribus per infinitos penè labores, magno temporis impendio in unum congeras, ſed ex hiſce cõmentarijs uelut è catalogo quodam atq; indice locupletiſſ. pulchre ſelecta ac per ſuum ordinem digeſta inſpicias. Eaq; propter magnum certe operæpretiũ faciet, qui huius authoris cõmentaria præ cæteris omnibus, tabulis ad id paratis adiunxerit, & eadẽ opera in utroq; ſeſe genere exercuerit. Hoc conſiliũ ut nos quoq; aliquo pacto iuuaremus, aggreſſi ſumus rem quampiam, ſtudioſis hominibus, ut ſpero, minime infrugiferã, & proinde nec ingratam, atq; hanc epitomen è lingua Græca in Latinum ſermonem conuertimus. Fuit hęc conſcripta ab homine ſanè, ut apparet, minime uulgari, poſtquã Gręcia calamitatem ſuam atq; nominũ mutationem accepiſſet, uelut ex locis aliquot ipſius operis licet deprehendere. Porrò aũt quod magnum adſerat momentũ diſciplinis omnib. compendiaria ſcribendi ratio, diſcere licet tum ex eo quòd ex ueterib. permagni aliquot uiri hanc ſcribendi formulam ſunt ſequuti. Nam & L. Flor. hiſtoriæ Romanæ compendium edidit. Et Paulus Aegineta prolixa Galeni & Oribaſij de re medica cõmentaria, in epitomen redegit. Et ipſe Galenus totius artis uelut epitomen ſcriripſit, τὴν μικρὰν τέχνην. Id quod nõ ita fit, ut cætera cõmentaria non inſpiciãtur, ſed ut eiuſmodi compendijs adiuti firmiorem habeamus memoriã eorum quæ ex prolixis cõmentationum formulis didicimus. εὐμνημόνευτα γὰρ μᾶλλον δεῖ τὰ οὕτω πρασιδόμενα. Cæterũ ut gratior eſſet apud ſtudioſos omnes & plauſibilior hic libellus, addendus uidebatur è noſtris hominibus aliquis, cui is nũcuparetur, quiq; amborum uice hic fungeretur, & patroni, inquam, quod in cæteris nuncupationibus ſpectatur ſolum, & authoris, quando hic libellus ἀνώνυμος nobis in lucem prodijt, cum dignus tamen ſit qui magni alicuius nomen ſortiretur. At quiſnã prius occurriſſet quàm tu ipſe clariſs. uir? quãdo ex noſtris hominibus neminem ego uideam, cuius & uita tota & eruditio ita reſpondeat uniuerſæ doctrinæ, quæ ex hiſce Geographicis ſperatur. Nam ut & Strabo affirmat, cõducit geographia magnopere nõ ſolum ad literarũ & philoſophiæ ſtudia, ſed et ad actiones ciuiles atq; imperatorias omnes. In hiſce omnibus tu magna cũ dexteritate in hunc uſq; diem uerſaris. Nam præter literarũ cognitionem, ac muliplicem omnis generis linguarum peritiam, ciuilem etiam prudentiam partim è iuris conſultorum libris, partim uerò è rerum uſu ac multiplici prudentia ita habes locupletiſſime, ut omnes facile poſſint aduertere, nullum eſſe genus exercitationis quod tu aggreſſus non ſis, quod quidem ad multijugam illam cognitionem cõducere poſſet. Ac proinde hanc ipſam Geographiã maiore ſtudio amplectentur adoleſcentes, ubi animadnerterint quantum tu hac olim inſtructus inter cæteros nobilitatis noſtræ uiros longe clarueris. Id adeò ignorat minime Fuccherorum familia, quæ te ad gubernacula ſuæ reipub. feliciſsimo nimirum ac prudentiſsimo conſilio accerſiuit nuper, loco ac conditione, cui tu certe tantum ornamenti ac dignitatis adferes, quantũ homini & generis nobilitas & ſingularis eruditio cum multiplici prudentia morumq; integritate admiranda quadã coniuncta, adferre poſſunt, ut certe pleriſq; haud cõſtet, quibus potiſsimum gratulari hic oporteat, tibi ne, cuius uirtutem egregiam permagnus ille heros benigne ſit amplexus: an illi ipſi cui tantum nobilitattis ornamentum cõtigerit: an uerò hominibus illis, qui ſub tua adminiſtratione æquiſsima, uiuẽt agentq; tranquilliter. Ego ſanè puto magnã partem felicitatis eorum eſſe, quibus Dominus tam clemens atq; æquum ingenium pręeſſe uoluerit. Vale uir clariſsime, atq; hoc opus exiguum unà mecum eadem felicitate frui patiare. Baſileę Calend. Septembr. Anno M. D. XXXIX.

STRABO-

STRABONIS GEOgraphicorum Epitome, Hieronymo Gemuſæo interprete,

LIBRI PRIMI.

QVòd Homerus primus ſit auſus geographiam tractare. Quòd enim terrarũ orbis uniuerſus oceano alluatur tanquam inſula, ipſe ait, nunc quidem,

εἶμι γὰρ ὀψομένη πολυφόρβου πείρατα γαίης
ὠκεανόν τε.

Ibo ut telluris almæ confinia ſpectem,
Oceanumq́. Nunc autem de orientali parte terræ,

ἠέλιος μὲν ἔπειτα νέον προσέβαλλεν ἀρούρας
ἐξ ἀκαλαῤῥείταο βαθυῤῥόου ὠκεανοῖο,

Inde recens radijs iam ſol percuſſerat arua,
Oceani lentas alti præfugerat undas. De occidua uerò,

ἐν δ' ἔπεσ' ὠκεανῷ λαμπρὸν φάος ἠελίοιο.

Incidit oceano lux fulgentiſſima ſolis. Et de auſtrali,

Ζεὺς γὰρ ἐπ' ὠκεανὸν μετ' ἀμύμονας αἰθιοπῆας,
χθιζὸς ἔβη.

Iuppiter oceanum, & duram cognomine gentem
Æthiopum heſternus petijt. De ſeptentrionali uero,

οἴη δ' ἄμμορός ἐστι λοετρῶν ὠκεανοῖο.

Oceani ſola eſt undarum atque æquoris expers. Quo loco oceanum appellat, horizontem ipſum. Quòd ἀψόῤῥοον uocat oceanum Homerus, id eſt refluum, ob undarum ſcilicet acceſſus atque receſſus. Cuius generis eſt & illud,

τρὶς μὲν γάρ τ' ἀνίησιν ἐπ' ἤματι, τρὶς δ' ἀναροιβδεῖ.

Terq́ die reuomit, ter ſorbet deinde refluxus.

Id enim ſi non ter, ſed bis tantum accidat, fortaſſe aut ſcripturæ error eſt, aut poëticus exceſſus ſermonis. Eiuſmodi eſt & illud, ἐξ ἀκαλαῤῥείταο, id eſt è tranquille fluente. nam receſſus undarum lentus eſt, nec uniuerſim fit.

Quòd cum Homerus ſcopulos interdum tectos interdum dicat nudatos, oceani receſſus atque acceſſus innuit.

Quòd affectiones oceani circa undarum acceſſus atque receſſus, conſentiunt mare continuum & unum eſſe, quando ubique idem fit aquæ incrementum & decrementum, aut non admodum uariat, tanquam ab eadem cauſa proficiſcatur. Quòd Homerus totius adiacentis nobis oræ maritimæ ſitum deſcribit, appellans Libyam, Thebas, Ægyptum, Phœnicen, Cyprum, Sidonem, Solymos, Caras, atque circumiacentes inſulas.

Præterea

Prgterea autem, Phrygiam & Helleſpontum et Troas, & Paphlagonas et Æeten & Iaſonem & Cymmerios, & Thracibus uicinos, Myſas, accolentes Iſtrum. Deinde Ciconas & Lariſſam, & quæ deinceps ſita eſt Hellada uſq; ad Helleſpontum. Poſtmodum Italiæ extrema, Temeſen, Siculos, & campum Elyſium. Quòd ſi nonnulla quæ inter hæc iacent, omittit, id mirum eſſe nō debet. Ita enim ſolet geographia. Quòd Anaximāder Thaletis diſcipulus & ciuis, primus geographicam tabulam edidit, Hecatęus uerò codicem ſcriptum. Quòd ſit impoſsibile, abſq; cœleſtiū rerum inſpectione, geographiam tractare, quando ad longitudines urbium, ſolis & lunæ defectuum obſeruatione opus eſt: ad latitudines uerò, inſpiciendæ ſunt climatum differentiæ. Quòd geographia coniuncta ſit, ex geometria & ex rerum ſublimium inſpectione. Quòd cæleſtia, quamuis loco à terrenis tantum diſtent, quantum à terra cœlum abeſt, contemplatione tamē inter ſe iuncta ſint. Quòd per eos qui apud Homerum ſunt Erembi, Troglodytas Arabas intelligere oporteat, ſic dictos, quòd ἔραν, id eſt, terram ſubeunt. Quòd geographia non ſolum ad philoſophiam, uerumetiam ad prudentiam, atque actiones ciuiles & Imperatorias conducat magnopere. Quòd tum hoc, Mores hominum multorum noſſe, atq; urbes, tum illud quod de Hercule fertur, μεγάλων ἐπιΐστορα ἔργων, eam quæ ex geographica hiſtoria naſcitur, prudentiam ſignificat. Quòd geographia, tanquam habitabilis totius hiſtoria in quanto potius uerſatur, ut quæ ſit magis finitima mathematicæ. At chorographia, cum ſit loci cuiuſpiam, uelut dum Homerus ait,

οἵθ' ὑρίην ἐνέμοντο καὶ αὐλίδα πετρήεσσαν.

Qui colunt Hyriam lapidoſamq; Aulida.

Et dum aſperam uocat Eteonon, aut Thisben columbis diuitē, aut Arnem uitiferā, in qualitate regionis explicanda ſeſe occupat, uelut an ſit campeſtris regio, an montana, aut profunda, aut lignorum, aut metallorum ferax ſit. Quòd alius attineat Indiæ chorographus, qui fortè Gręciam ignoret, alius Ægypto, ignorans Perſidis naturam & Bactrianæ. Quòd geometria & aſtronomia ei ſit opus, qui geographiam ſit tractaturus. Quodq; ex his ipſis hypotheſes ſint ſumendæ, uelut qd ſphæricus ſit mundus. Item terræ ſuperficies quòd ſit ſphærica. Præterea de corporū ad medium inclinatione, & quæcunq; huiuſce generis ſunt. Quòd oporteat minimè, Imperatorem adeò imperitum eſſe ſitus terræ, ut in aliquibus locis conſtitutus ita dicat,

ὦ φίλοι, οὐ γάρ τοι ἴδμεν ὅπη ζόφος, οὐ δ' ὅπη ἠώς.

O ſocij, neq; enim ſcimus tenebræ aut ubi Eous.

Et talia. Neq; tamen de poli eleuationibus, aut ortu occaſuq; ſyderum, medijsq; cœli meatibus adeò oportet ſolicitum eſſe, & ſi quę hiſce ſunt ſimilia. Quòd etiam ſphæricam contemplationem attigiſſe oporteat

eum

eum qui geographiam ſit tractaturus, uelut circulos in ſphæra parellelos, & rectos, & eiuſmodi. Quòd, ut in coloſſo totius operis fabricam inſpicientes, quæ ſunt exigua negligimus, ita in geographia ſitum regionis, & habitudinem ad cœleſtia totius, exponimus. An uero, aſpera ſit, aut mari inacceſſa ſit, & quicquid eiuſmodi fuerit, id omittimus. Quòd neq; ignarus fuerit diſciplinarum Eratoſthenes, neq; tamen uere ſit philoſophatus, ac proinde βῆτα fuiſſe appellatum, ut qui ſecundas partes in diſciplinis omnibus auferre poſſet. Is minime cenſebat, poëticen primam eſſe philoſophiam appellandam, ſed delectationem ſolum quandam eſſe perperam affirmabat. Quòd poëtica fons & initium ſermonis ornati exiſtat, & Rhetorices, adhibens orationi faſtum coniunctũ uenuſtate. Scilicet pedeſtrem orationẽ dicimus eam quæ abſq; metro è ſublimi in humilem deducta ſit locum. Quòd & leges & urbes antiquę fabulas ſuſceperint, tanquam laruas quaſdam aduerſus redolentes infantiam, ut Cocytos, Acherontas, Phlegetontas, Stygas, & ſimpliciter theologiam ueterem uniſam. Quid ſit illud,

ἴσκεν ψεύδεα πολλὰ λέγων ἐτύμοισιν ὁμοῖα.

Pleraq; confert per figmenta ſimillima ueris.

Non omnia uidelicet, ſed multa & fabuloſa, alioqui ueris ſimilia nõ eſſent. Eiuſmodi autem fabulæ ſunt dum ueris inuoluuntur, argento ceu ſi quis circunfuderit aurum. ita enim fabulæ habent. Quòd Homerus Circen appellat Ææam ab urbe Æa. Et Symplegadas in mari Byzantio, Planctas. Et Pontum Euxinum per excellentiã præ alijs ſic dictum, quod tum maximus æſtimaretur, ad oceanum fabuloſe tranſtulit. Et Cimmerios, à climate nebuloſo, tanquã tenebris obuolutos totos, ad finitimas inferno regiones traduxit. Et fretum Siculum latronibus infeſtum, in Scyllam, & huius generis permulta. Quòd per mare Siculum, piſcium quoddam genus eſt, quos appellant galeotas, & gladios, & canes, è quibus tranſtulit Homerus id quod ait.

δελφῖνάς τε κύνας τε καὶ εἴποθεν ἄλλο λάβῃσι κῆτος

Delphinasq́;, canesq́;, & ſi quandoq; adipiſci
Balenam poſsit. Quòd illud,

τρὶς μὲν γάρ τ' ἀνίησιν ἐπ' ἤματι, τρὶς δ' ἀναροιβδεῖ.

Terq́; die reuomit, ter ſorbet deinde refluxus.

Intelligendum ſit bis tantum fieri non ter.

Quapropter aut mutationem cauſari oportet, aut ignorantiam, aut licentiam poëticam. Quòd poëtica, compoſita ſit ex hiſtoria, diſpoſitione, & fabula. Hiſtoriæ itaq; finis eſt ueritas, uelut in catalogo nauium, quoties, πολυτρήρωνα, regionẽ appellat, aut πετρήεσσαν. Diſpoſitionis uerò expreſſio efficaciaq́;, ueluti cum introducit pugnantes. Fabulæ autem uoluptas & ſtupor eſt finis. Quod fingit is qui Gorgonas introducit, affingit qui errores Vlyſſis tragice decantat. Quòd iſtud,

βορέης καὶ ζέφυρος, τώτε θρήκηθεν ἄητον

Boreas & Zephyrus qui è Thracia ſpirant.

Recte dictum ſit. Nam ſinus Niger Thraciæ, ad auſtrum uerſus, ijs qui Lemnum & Samothracen incolūt, Zephyrum è Thracia flantē exhibet.

Quòd qui ab ortu æſtiuo flat uentus, Cæcias ſit. Qui autem è diametro, Africus. Qui ab ortu hyberno, Eurus. Et qui è diametro, Argeſtus. Qui uerò ab æquinoctiali Apeliotes & Zephyrus. Hæc Ariſtoteles. Cęterum Homerus, uiolenter ſpirantem Zephyrum appellat, quem nos Caurum dicimus. Africū flantem, qui à nobis Fauonius ſiue Zephyrus. Caurum uerò auſtrum, Leuconothum appellat. hic enim paucas nubes cogit, cum alter Notus, totus quodammodo ſit Eurus.

ὡς δ᾽ ὁπότε ζέφυρος νέφεα στυφελίξῃ.
ἀργεστᾶο νότοιο βαθείῃ λαίλαπι τύπτων.

Diſsipat ut Zephyrus nubes grauibusq́ procellis
Cauri auſtri pulſant. Nunc autem uiolenter ſpirantem Zephyrum dicit, qui à Leuconotho congregata ſolet diſsipare, cum ſint debilia. Vbi adiectiui loco Notus dicitur Caurus. Quòd Pharum inſulam Homerus appellant πελαγίαν, id eſt in alto ſitam, quæ talis nunc non eſt. Quod dictū admiratione profecto dignum eſt. Innuit enim Ægyptum Nili donum eſſe, ut etiam Herodotus dicebat. Et cum ante decem millia annorum in medio mari ſita fuerit hæc inſula, nunc propter exaggerationem terræ Ægypto eſt uicina. Quòd hunc locum,

αἰθίοπας τοὶ διχθὰ δεδαίαται ἔσχατοι ἀνδρῶν
οἱ μὲν δυσομένου ὑπερίονος οἱ δ᾽ ἀνιόντος.

Extremos hominum Æthiopas, bipertitosq́
Quorū alij ad occaſum ſolis, alij ſed ad ortum. Crates quidam ita enarrat, inquiēs, magnum Indię oceanum intra Æthiopas ſeſe medium imminentem, ex ortu in occaſum bipertitos efficere. Ariſtarchus autem, Æthiopiam ait ab ortu in occaſum eſſe continuam, quapropter alios ipſorum cognoſci, extremos ſcilicet, alios qui in medio ſint, ignorari, ſiue oceano ambiatur uniuerſa Libya, ſiue iſthmus quiſpiam inter oceanum Atlanticum & mare rubrum interſit. Cęterum, quando Æthiopes qui in medio ſunt, à nobis ignorantur, ob id binas Æthiopias dici, quæ tamen una ſit.

Quod Homerus auſtrales mundi partes, orientales appellat & uerſus ſolem locatas, ſeptentrionales uerò, occiduas & uerſus noctem iacentes, ut hoc loco,

αὐτὴ δὲ χθαμαλὴ πανυπερτάτη εἰν ἁλὶ κεῖται.
πρὸς ζόφον. αἱ δέ τ᾽ ἄνευθε, πρὸς ἠῶ τ᾽ ἠέλιόν τε.

Hæc humilis iacet ad tenebras, multum æquora ſupra.
Hæ ſecus auroram ſpectant, ſolisq́ nitorem.

Nam Ithaca magis uerſus boream eſt ſita q̃ reliquæ inſulæ. Et rurſus,

εἴτ᾽ ἐπὶ δεξί᾽ ἴωσι πρὸς ἠῶ τ᾽ ἠέλιόν τε.
εἴτ᾽ ἐπ᾽ ἀριστερὰ τοί γε ποτὶ ζόφον ἠερόεντα.

Dextera

Dextera ſiue adeant, auroram & lumina ſolis
Siue petant læuam, tenebrasꝙ ſub aëris illi.

Et rurſus,

ὦ φίλοι, οὐ γάρ τοι ἴδμεν ὅπῃ ζόφος, οὐδ' ὅπῃ ἠώς,
οὐδ' ὅπῃ ἠέλιος φαεσίμβροτος εἶσ' ὑπὸ γαῖαν,
οὐδ' ὅπῃ ἀνεῖται.

Me latet ô ſocij tenebræ locus, aut ubi Eous,
Aut ubi ſol terras ſubeat mortalia luſtrans,
Aut ubi conſcendat.

Quòd Aſia ab Africa rectius diuidatur ſinu Arabico, qui inſtar meridiani, ab oceano ſeſe uſque ad iſthmum porrigit, iuxta Peluſium, longitudine fermè ſupra ſtadiorum millia quindecim, latitudine, ubi ea maxima eſt, non multo maiore quàm mille. Atꝙ idem terminus utriuſꝙ Æthiopiæ fuerit. At Nilus ipſe, minime idoneus eſt terminus, quando non parua Aſiæ portio, quæ hoc auſtralior eſt, ſic facta diuiſione, non comprehenderetur, ut neſcias, utrum ea Libyæ an Aſiæ ſit adſcribenda. Quòd prouerbia ſint exceſſuum exceſſus ſignificantia, Suberis umbra leuior, Phryge lepore timidior, Ager terram habet Laconica epiſtola breuiorem. Quòd Pontus olim lacus fuerit. Verum cum multæ maximæꝙ fluminum aquæ in ipſum ſeſe immitterent, fortaſſe ingentibus etiam motibus terrę excitis rupta fuit iuxta Byzantium terra, atꝙ ad hunc modum aqua in Ægæum pelagus ac Myrtoum effuſa, duo maria fecit continentia. Spes autem eſt, eundem Pontum, aliquando continentem terram fore. Nam & quæ circa Salmideſſum ſunt loca, & quę Pectora uocantur, Item iuxta Iſtrum deſerta Scythica, cœno increſcunt. Sed & Hammonis in Libya templum, olim fuit maritimũ. Huius rei ſignum eſt, quòd cum ſtadiorum circiter tria millia diſtet à mari, tota quæ ad eam ducit uia, harenoſa eſt, & conchis atꝙ oſtreorum oſſibus plena, & cheramidibus & cancris. Sed & Ægyptus olim mare fuit, & Sicilia quondam contigua erat Italiæ. Mutatio autem apud Hammonem accidit, cum fretum quod prope columnas eſt erupiſſet. Quòd enim ſolum extra columnas eſſet humilius, effuſa eſt quę Libyam occupabat aqua, et paluſtris eſſe cœpit immẽſo ſpatio iuxta Peluſium iſthmus, atꝙ Atlanticum interno mari continuum eſſe. Quòd maris fluctuum perẽnis motus, naturalis illi, ac ueluti ipſius ſpiratio ſit, quo motu freta refluunt, & naufragia cæteraꝙ excrementa eijciuntur,

ἀποπτύει δ' ἁλὸς ἄχνην.

Sordentemꝙ uomit ſpumam. Sed etſi uenti è terra contra ferantur, nihilominus fluctus è pelago, tanquam motu per electionem citato, agitatus, algam permultam in litus euomit. Quòd nihilo magis ab Italia auulſa fuerit Sicilia, quàm ob Ætnæ incendiũ è fundo reiecta. Itidem quæ iuxta Liparam ſunt iuſulæ, atque ipſæ Pithecuſæ. Quo fit, ut rationi adeò conſentaneũ ſit, continentes terras totas interdum ex imo emergere, quę

 admodum

admodum alias in imum demerſas euaneſcere. Id quod Atlantis apud Platonem inſula, paſſa fuiſſe dicitur, Item Bura in Græcia. Quòd ut freta fluxu & refluxu agitentur, nõ una ſit cauſa. Nam Siculum, bis, Chalcidenſe, ſepties, Byzantium, ne ſemel quidem refluit, ſed è Ponto continenter in occaſum fluit. Quòd Iſtria, in ſinu intimo Ionij ſita, ab Iſtro flumine nomen traxiſſe fertur, qui à magno Iſtro, ut aliqui affirmant, ortum habet. Per hunc fluuium, fabulæ Iaſonem è Ponto in Græcum mare educunt. Quòd inter Theram & Theraſiam flammæ per dies quatuor è pelago prorupuerũt, ita ut mare totũ æſtuaret arderetq́, ſenſim exhalans tanquam machinis eductam, inſulam, è fluitantibus terris compoſitam, ambitu ſtadiorum duodecim. Quòd terræmotu maximo quandoq́ exorto, Sidonis partes duæ fuerint euerſæ, & alia quædam, huic uicina, urbs tota. Et in Eubœa Euripi, fons Arethuſa occæcatus fuit, neq́ iſtud deſijt, priuſquam ingens hiatus in campo Lelanto apertus ignitum flumen euomuit. Atq́ Arethuſæ fontes tum rurſus erupuerunt. Quòd rurſus regnante Tantalo, terræmotu in Lydia & Ionia facto, Sipylus mons fuerit ſubmerſus, & nonnullæ Ionum ciuitates. In Troia aquæ calidæ deſierunt, de quibus ſcribit Homerus,

ἡ μὲν γὰρ θ' ὕδατι λιαρῷ ῥέει.

Alter aquas calidas fert. Et è paludibus, lacus facti. Non igitur mirũ eſt, ſi aliquãdo ſit futurũ, ut iſthmus Arabiæ qui Caſio adiacet diſruptus, aut humiliorem ſitum accipiens, mare Ægyptium cum rubro committat. Præterea autem, Pyræus, uelut etiam nomẽ indicat, ex aduerſo Atticæ quandoq́ in medio pelago iacebat, tanquam inſula. Et Leucas, abſciſſo iſthmo à Lacedæmonija, inſula eſt effecta. De hoc dicit Homerus,

ἄκτην ἠπείροιο κεφαλλήνεσσιν ἀνάσσων.

Apud Methonem, in ſinu Hermonico, facta euaporatione flammea, mõs altitudine ſeptem ſtadiorum eiectus eſt, interdiu quidem propter calorem & odorem ſulphuris non acceſſibilis, noctu uerò odorus, à longe lucẽs ac calefaciens, adeò ut ad quinq́ ſtadiorum interuallum maris aqua ęſtuaret, turbulenta eſſet, ad ſtadia ferè uſq́ uiginti, effractisq́ petris ad turriũ magnitudinẽ, aggerata. A lacu Copaide, Arna & Media, quę ab Homero in Catalogo recenſentur urbes abſorptæ fuerunt. Et Echinades inſulę, Acheloi aggeſtione in cõtinentem abierunt. Et Aſteris inſula iuxta Ithacam, cũ prius binos portus haberet, nũc ne ad anchoræ quidem iactum locum habet idoneum. Sed & ab Olympo, Oſſa fuit auulſa.

Quòd Pytheas Maſſiliẽſis, cum uiſus ſit philoſophus eſſe, in deſcriptione Thules ac Britanniæ, mendaciſſimus deprehenditur. Quòd cũ nonnulli Alexandro conſilium dediſſent, ut diuiſis hominibus in Græcos ac Barbaros, illis ut amicis, his tanquam hoſtibus uteretur: Ipſe reſponderit, ſatius fore, iuxta uirtutem ac uitium diuiſionẽ facere. Nam Indos bellicoſos eſſe,

ſos eſſe: quemadmodum Romani & Carthaginenſes, quorum reſpublicæ optimatibus uiris adminiſtratæ, pulcherrime gubernarentur. non ita Athenienſes.

LIBRI SECVNDI

QVòd Bactriana regio beatiſſima & fertiliſſima ſit, atq; in Hircania uitis uini metretam ferat, ficus aũt modios ſexaginta triticum delapſo è culmis fructu renaſcatur denuò, in arboribus apes operent, & mella de frondibus fluant. Quodq; idem in Martiana Mediæ, & in Sacaſina & Araxina Armeniæ fiat, Verum quãdo hæ auſtraliores ſunt quàm ſit Hyrcania & temperatiores, minime id mirum eſt. At in Margiana, ſtipes uitis ſæpenumero tantus euadit, ut duorum uix hominum ulnis amplecti poſſit. Botrus autem duorum cubitorum longitudinem implet. Et Aria huic eſt ſimilis, uini bonitate tamen excellit, in qua affirmant uina ad tertiam uſq; generationẽ perdurare poſſe, in uaſis non picatis. Eſt autem omnium rerum ferax Bactriana præterquam olei.

Quòd Bagadiana Cappadociæ regio, campus ingens inter Argæũ & Taurum montes, ob immenſam altitudinem ligna non ferat. Quæ uerò Sinopi adiacent arua & Amiſo & Pharnaſię quamuis ſtadiorum trib. millibus, magis ad ſeptentrionem uergãt, oliueta gignunt, & mitiores habẽt hyemes, nimirum qui humiliora ſunt & à mari miteſcunt. Quòd circa Boriſthenis oſtia & Galliam oceano adiacentem uitis aut nõ naſcitur, aut non ad maturitatem ducitur aut paucos fructus fert, per hyemem uerò terra obtegit. Quòd tantus ſit circa Mæotin frigoris exceſſus, uti q̃ in loco Mithridatis copię Barbaros uicerint, ſuper glacie pręlio equeſtri cõmiſſo, eo ipſo deinde nauali pugna congreſſi uicerunt. Quòd tantum frigus in ijs locis ſæuiat, ut æreę hydriæ ſæuitie hyemis rumpãtur, uelut indicat epigramma in Æſculapij templo Panticapenſium, ſuper hydria rupta.

εἴτις ἄῤ ἀνθρώπων μὴ πείθεται οἷα παῤ ἡμῖν
 γίνεται, εἰς τήνδε γνώτω ἰδὼν ὑδρίαν
ἣν οὐχ ὡς ἀνάθημα θεοῦ καλὸν, ἀλλ᾽ ἐπίδειγμα
 χειμῶνος μεγάλου, θῆχ᾽ ἱερεὺς Στράτιος.

Si quis non credat, quæ in hac regione gerantur,
 Is hanc, cognoſcens, inſpiciat hydriam,
Quam non ut ſacram Dijs, quin hyemis monumentum
 Prædurae, flamen poſuit huc Stratius.

Quòd Hipparchus ait, circa Boriſthenem & per clima ſeptimum, totis æſtiuis noctibus, lucere ſolis radios, dum ipſe ab ortu in occaſum circumfertur. Cæterum per brumam ſolis eleuationem maximam eſſe cubitorũ prope nouem. In Britannia uerò, quatuor, ubi maximus dies horarum eſt æquinoctialium decem & nouem. Quòd apud Homerũ, quinq; orę in Achillis ſcuto, zonas quinq; totius terræ ſignificãt. Aurea quidem, amphiſciam, id eſt in utranq; partem umbras habentẽ, quę inter tropicos eſt ſita.

At duæ ſtanneæ, periſcias duas, id eſt in circulum habentes umbram, quæ ſub polis ſunt. Æreæ autem, binas heteroſcias, id eſt in alteram partem tantum uergentes umbras habentem, quarum altera noſtra hæc eſt, quæ ad boream habitatur, altera eorum qui nobis ἀντιοικοὶ ſunt, id eſt ex aduerſo habitant auſtrum uerſus. Quòd Pytheas & Euemerus & Antiphanes, mendaces fuerint geographi. Quòd qui longitudinem terræ diſtinguunt circuli, meridiani ſunt, non autem ortus & occaſus. Latitudinem uerò, paralleli. Quòd Calpe, mons ſit Hiſpaniæ, qua parte altera iacet columnarum Herculis, multo quàm ſit Gadium inſula orientalior. Quòd Italiæ pars, maximè auſtralis, duos habeat uertices, quorum alter qui eſt occidentalior, iuxta Leucopetram promontorium, contra Taurominium Siciliæ iacet, qua magna Græcia eſt. At orientalior uertex, promontorium eſt Iapygium, ad occaſum contra montes Acroceraunios & Chaones iacens. Cęterum Crotonis ſinus & Tarentinus, inter hos uertices eſt ſitus. Quòd geographus dimenſiones terræ à mathematicis factas, principia ſtatuit, quemadmodũ ille, demonſtrationes aſtronomicas. Atq; hæc rurſus naturalem ſcientiã, quę per ſe ſcientia & uirtus eſt, atq; ſubiectiones non habet. Nam uirtutes carent ſubiectionibus, & à ſeipſis pendent, habentq; in ſeſe principia & fidem cæterarum omnium.

Quòd terram in quinq; zonas diſtinxiſſe, geometræ ſit. at non eius qui mente geometriã exercet, ſed qui figuras à mente ad terrã ac cœlum transfert, quo etiam geographus, tanquam architecto & principe, utitur.

Quòd geometer, & gnomonice, & demonſtratione aſtronomica adiutus, circulos æquinoctiali parallelos, & meridianos metitur, eamq; terræ partẽ, quæ habitabilis eſt, peregrinatione, reliquã uerò ex interuallorum proportione mẽſurat. Qua ratione fit, ut inuento interuallo quod eſt à polo uſq; ad æquinoctialem habeat etiam quadruplum maximi in terra circuli. Atq; ad hunc modum totius terræ ambitum uenatur, partim ſcilicet ex dimenſione quam ipſemet fecerit, partim ijs qui hãc ſunt metiti, fidem adhibens. Et proinde, datis duabus habitationibus, quæ ſit inter ipſas diſtantia geometrice inuenit. Quòd non ſit ulla differentia, ſiue quis totam habitabilem inſulam appellet oceano circundatam, ſiue dicat de partibus eius aliquibus id ignorari, num ambiantur. Quòd minima ſit terra quæ in medio ſita eſt. Quòd ſi terra tota ab æquinoctiali, & qui huic uerſus boream parallelus eſt, circulo arctico diuidatur, ſpondyli figuram efficiet. Is ſi diuidatur, per circulum diſterminantem maxime orientalem terræ partem atq; occiduam (eſt autem hic è meridianis circulus) euadet reliqua huius figuræ portio, ſpondyli dimidium. Huius ſuperficies chlamydis formam referens, noſtram efficit habitabilem, Atlantico pelago circumfuſam, & aut inſtar inſulæ undiquaq; aut magna ex parte aquis clauſam.

Quòd longitudo habitabilis ſtadiorum habet myriadas ſeptem, latitu-

do tres

do tres, ſeiūctis ĳs quę prę æſtu ac frigore inhabitabiles ſunt partes. Quæ igitur ob ęſtum habitari nequit pars terrę, latitudine habet ſtadiorū millia octo & octingenta, longitudine uerò maxima, centum uiginti ſex, quanta eſt æquinoctialis medieta s. Quòd iuxta Eratoſthenis ſententiam terræ ambitus ſtadiorum habeat ducenta quinquaginta duo millia, quorum pars ſexageſima ſit ſtadiorum quatuor millium ducentorum. Quòd iuxta Strabonis ſententiam, auſtralis terminus noſtræ habitabilis finitur circulo ad æquinoctialem parallelo, ducto per Blemmyas & Nubas. Is ab æquinoctiali uerſus boream diſtat partibus decem proxime. Ab hoc parallelo ad æquinoctialem ſtadiorum ſunt octo millia octingenta. Ad parallelum autem per Meroën, ſtadiorum millia quinque, totidemq; alia, ab eo qui per Syenen ducitur parallelus, uſque ad parallelum qui per inferiora Ægypti. Quòd totius habitabilis interuallum, longitudine quidem ſtadiorum habeat decem millia, latitudine millia duo ſeptingenta quadraginta. Quòd qui habitabilem in ſphæricam ſuperficiem ſit deſcripturus, ſphæram non maiorem fabrefacere deceat quàm diametrum habentem pedum decem. Si in planum, nō minorem quàm pedum ſeptem. Quòd Strabo ipſe uiderit quicquid eſt habitabilis, iuxta longitudinem quidem ab Armenia uſq; ad Sardiniam. Iuxta latitudinem uerò à mari Euxino uſque ad Æthiopiæ terminos. Quòd uiſus quamuis in cæteris auditu præſtet, ad ſcientiam tamen capeſſendam eo longè eſt inferior, ſcilicet permulta quæ in geographia traduntur, auditu ſcimus. Quòd iuxta Strabonis ſententiam, latitudo habitabilis terminatur magnitudine meridiani qui per Cinamomiferam, & per Meroën & Syenen & Alexandriam & Rhodum & Byzantium & Boriſtenem ducitur, ac parallelo per Hyberniam Britanniæ inſulam. Porrò latitudo, magnitudine paralleli qui per columnas deſcribitur & Siciliam & Peloponneſum & Rhodum & Cyprum & ſinum Iſſicum et Armeniā, & per mediam Mediā, & quod deinceps eſt ſitum, dorſum montanum uſq; ad mare Indicum. Eſt autem figura hæc chlamydis ſpecie, habetq; latus auſtrale latū, ſeptentrionale anguſtum, orientale uerò æquale occiduo. Quòd Artabra, lacus ſit Hiſpaniæ è regione Caſsiteridum. Quòd iuxta Strabonis ſententiam, latus Mauritaniæ occiduum adiacéns oceano, initium ſumit à Columnis, inde tendens ad ortum & auſtrum, finit in meridianum qui per Carthaginem deſcribitur, & Cinamomiferæ parallelus eſt. Hic ſecundum Ptolemæum ab occiduo termino, iuxta longitudinem partibus trigintaquatuor & quadrante diſtat. Quòd occidua pars Pyrenes, occiduæ parti Britanniæ uerſus auſtrum ſit oppoſita. Quòd Europa præ cæteris multiplicem formam habeat, Africa uerò ſimplicem, Aſia inter utrāq; mediam. Id autem fit propter litora. Quòd fretum prope Columnas, latitudinem habeat ſtadiorum ſeptuaginta, qua parte anguſtiſſimum eſt.

Longitudinem uerò ſtadiorũ centum uiginti. Quòd mare Ibericum terminos habet, ab auſtro quidem litus Africæ uſque ad Carthaginem, à ſeptentrione uerò ipſius Hiſpanię regionem maritimam & Galliæ, uſque ad Siciliam. Porrò Sicilię, quod Italię adiacet, fretum, ſtadiorũ eſt ſeptem. Quòd autem Syrti minori, mille quingentorum. Et à Gadibus uſq; ad Siciliam, per medium pelagus, quæ per Rhodum deſcribitur & ſinum Iſsi- cum lineâ ſtad. continet duodecim millia. Latitudo uerò huius pelagi maxima, à Maſſilia ſcilicet uſq; Siſarem fluuiũ Africæ, ſtad. eſt quinq; milliũ.

Quòd Iberico mari uerſus auſtrum adiacens pelagus partim uocatur Africum, partim Sardoum, partim Tyrrhenum. Quòd ſinus Ionij longitudo ſtad. ſit quinque millium, latitudo mille ducentorum.

Quòd à Pachino in Cretam uſque & à parte occidua uſque ad Tænarum Peloponneſi, interuallum ſit æquale, ſtad. autem quatuor millium & quingentorum. Quòd Myrtoum mare medium iacet inter Cretam & Atticam et Argiam, latitudinẽ habens maximam ab Attica ſtadiorum quatuor millium ducentorũ, longitudinem minus quàm duplam. In hoc inſulæ iacent, Cythera, Calauria, Argiua, item è Cycladibus nonnullæ. Huic cõtiguum eſt, partim Ægæum pelagus unà cum ſinu Nigro & Helleſponto partim Icarium & Carpathiũ uſq; ad Rhodum & Cretam & Cyprum. Cęterum Aſiaticum pelagus, Cycladas iuſulas habet & Sporadas, & quæ ante Cariam & Ioniam & Æolida uſque ad Troadem ſitæ ſunt. Item quæ ante Hellada & Macedoniam ab Eubœa uſque ad Imbrum & Samothracen. Quòd freta duo alterum Gadibus adiacens, alterum Abido, ſeptenûm ſtad. ſunt. Et quòd iuxta Byzantium eſt, ſtadiorum quatuor. Quòd duæ ſunt Corcyræ, altera Phæacum contra Buthrotum, altera Mellina, contra oſtia Drillonis fluuij uerſus occaſum & boream. Eſt autem hæc in ſinu Ionio. Quòd Europa tum ſapientiæ, tum artis ad uitam ciuilem idoneæ plurimum teneat: uelut Græci ſunt & Macedones & Romani. Habet etiam per montanas regiones, gentem pugnacem. Et in agro campeſtri ferax eſt, ac fructibus abundat. Inter cæteras itaque partes terræ, tum ob has uirtutes, tum ob metallorum copiam optima ſanè eſt. Quòd Ligures non ſint è gente Gallica, ſimiles tamen illi genere uitæ. Incolunt alpium regionem quæ Apennino coniuncta eſt. Partem etiam ipſius Apennini tenent. Quòd Italiam efficiant peninſulã, partim mare Tyrrhenum initium ſumens à Liguſtico, partim Auſonium & Adriaticum. Quòd iuxta Hipparchi ſententiam, cœli pars una, id eſt trecenteſima ſexageſima totius circuli maximi portio, ſtadia continet in terra ſeptuaginta.

LIBRI TERTII.

QVòd Hiſpaniæ longitudo ſtadiorum ſit ſex millium, latitudo autem maxima, quinque millium. Huius magna pars, cum primis uerò quæ ad ſeptentrionem iacet, aſpera eſt, & terram habet tenuem, acerbam, paucos fructus ferentem, & gelu rigidam. Cæterum auſtralis pars, & maxime quæ extra columnas eſt ſita, optima eſt, & beatam habitationem præbet. Quòd & Hiſpaniæ & Galliæ pars anguſtior iuxta Pyrenen ſit. Nam in ijs locis duos ſinus efficiunt, hinc oceanus, illinc quod intra terras eſt mare. Quòd extrema Hiſpaniæ uerſus occaſum ad Sacrum promontorium, ultra terminos Africæ procumbunt, ſtad. mille quingentis. Et naui ſimile eſt promontorium ipſum, circa ſe tres exiguas habens inſulas, è quibus una naualis roſtri, reliquæ auriũ eminentium effigiem præ ſe ferunt. Quòd Anas flumẽ & Tagus, ex orientali parte facta eruptione, egrediuntur, hic in occiduum oceanum, ille uerò ad auſtrum à Sacro promontorio. Cæterum quæ inter hæc duo flumina interiacet regio Sacrumq́ promontorium continet, mediocriter felix eſt: quæ uerò deinceps uerſus interius mare ſita eſt, ſi uel ad uniuerſam habitabilẽ conferatur, nulla eſt inferior, ſiue eorum, quæ terra producit, bonorum felicitate, ſiue quæ ipſum mare. Hanc Betis flumen perlabitur, ab ortu erumpens, appellaturq́ Betica. Incolunt eam Turdetani ſapientiſsimi Hiſpanorum. Hi grammaticen habebant & poëtas & hiſtoricos, ut affirmabant Strabonis tempore, è ſex annorum millibus. Sed & cæteri Hiſpani non una lingua utentes, grammaticis artibus utuntur pro ſuo idiomate ſinguli. Quòd Gades à Beticæ litore diſtent ſtad. ſeptingentis quinquaginta. Quòd Beticam incolentes Hiſpani, ἀναχύσεις ſiue æſtuaria uocare cõſueuerint conualles marinis aquis refertas, & inſtar fluuiorum in mediterranea nauigationem præbentes. Quòd à Sacro promontorio ad oſtia Anæ fluuij milliaria ſunt ſexaginta. Hinc ad Betis oſtium, centum. Inde ad Gades uſque, ſeptuaginta. Quòd per Beticam magnę ſint urbes, Corduba, Gaditana Hiſpalis, Italica, Ilipa, Aſtina, Carmõ, Obulco, & Apetna, & Vrſo, & Tucis, & Iulia, et Ægna, & Munda ubi liberi Pompeij fuerunt expugnati. Cæterum omnes illæ à Corduba non longè abſunt. Quòd à Pompeij filijs, Cn. deuictus in Carteiã fugerit ibiq́ obtrũcatus eſt, Sextus autem è Corduba ſeruatus, paulo pòſt in Siciliam appulit, quam ubi ad rebellandũ ſollicitaſſet, inde in Africam fugiens nauigauit Miletum, captusq́ ab Antonianis ductoribus illic & ipſe interijt. Quòd Betis magnis nauigijs, in mediterranea & uſque ad Hiſpalim per ſtadia quingenta aduerſo flumine nauigatur. Sunt autem circa ripas eius metalla, tum alia, tum argenti plurimum. Quòd per æſtuaria uniuerſa ferè Betica nauigabilis ſit. Quòd circa Hiſpaniam ad Sardiniam uſque Eteſiæ in interiore mari Euri efficiuntur.

Quòd

Quòd in uniuerſa Hiſpania perniciosarum beſtiarum raritas ſit, præterquam terras effodientium cuniculorum, quos aliqui hiberidas appellant. Plantis enim & ſementis calamitatem inferũt, radices eſitantes. Idem fit uſque ad Maſſiliam atq; nonnullas circumiacentes inſulas. Quòd tantæ fuerunt diuitię Hiſpanorum Turditaniam incolentium, ut Carthaginenſes qui ſub Barca militabant, dolijs ac phialis argẽteis utentes deprehenderint. Quòd Luſitania felix adeò ſit, atq; auri ramentis abundet.

Quòd ſeptentrionale maxime Hiſpaniæ promontorium, Nerium appelletur. Quòd Carthago noua Hiſpaniæ, ſuper interiore mari ſita, ædificium ſit Aſdrubalis eius qui Barcæ genitori ſucceſſit. Quòd Hiſpania fermè tota, omnis generis, maximè uerò auri & argenti metalla habeat. Quòd ſtadijs uigintiquatuor à Carthagine abeſt inſula, à ſcombris qui illic capiuntur Scombraria dicta, è quibus optimum garum præparatur. Quòd ex aduerſo oſtiorum Iberi fluuij uerſus auſtrum, Baleares ſint ſitæ, non contemnendæ inſulæ, à quibus mare dictum eſt Balearicum. Græci appellant Gymneſias. Cantabri uerò inſignis eſt gens Hiſpaniæ, à qua oceanus Cantabricus eſt dictus. Quòd in Hiſpania caſtores multi gignuntur, ſed non habet eandem uim caſtorium cum pontico. Quemadmodum etiam æs Cyprium ſolum Cadmiam lapidem fert & uitreolum & ſpodium. Item Celtiberorum equi cum ſint ſubalbidi, ubi in exteriorem Hiſpaniam traducti fuerint, colorem mutare dicuntur.

Quòd Cantabri & qui hiſce ſunt finitimi, urina lauantur, quæ ad ueuſtatem uſque in ciſternis ſeruata ſit. Eadem tum ipſi tum eorum uxores dentes abſtergunt. Quòd Vettiones cum primùm caſtra Romanorum ingreſsi, quoſdam Centuriones deambulationis gratia uiam deflectere cernerent, inſanire homines ſuſpicati, ac proinde ijs præcedentes uiam ad tabernacula commonſtrabant, perinde ac fixos in quiete manere, aut pugnare neceſſarium arbitrarentur. Tam feris illi atque immanſuetis moribus fuerunt. Præterea autem ipſorum mulieres ornatus gratia geſtabant ferrea monilia collo circundata, coruos ferreos habẽtia qui ante frontem longius procumbentes, ſupra uerticem erant reflexi. Ad hos coruos cum uellent, attrahebant uelum, ut prætentũ faciei ipſam tegeret. Et hunc putabant ornatum eſſe. Alias aiunt tympanulum circumiectum habere ad ceruicem, rotundum, adſtringens caput ipſum uſque ad auriculas, in altum uerò latumq; paulatim ſupinatum. Alias uerò priorem comã adeò expliare, ut plus quàm facies pateat. Alias rurſus ſtilo pedali impoſito, atque in ſublime erecto, cęſariem illi circũtexere, deinde nigricante pileo exornare. Vltra hæc, quæ ſanè uera eſſe conſtat, permulta alia uiſa ſunt, quædam etiã afficta, de omnibus cõmuniter Hiſpaniæ nationibus, potiſs. uerò de ijs qui uerſus boream iacent, non ſolum de ipſorũ fortitudine, ſed & de crudelitate & ferocie. Siquidẽ matres filios occiderunt prius quàm in

bello

bello caperentur. Et puer quiſpiã, cum parentes & germani & captiui uinculis aſtricti iacerẽt, nacto cultro eos omnes interfecit, id ſcilicet iubẽte patre. Idem fecit mulier de ijs qui ſecum capti fuerant. Alius intra ſocietatem ebrioru inuitatus, ſupra rogum ſeſe coniecit. Hæc autem & Celtæ & Scythæ & Thraces faciunt. Quòd à Calpe & Betis oſtio Gades diſtãt ſtad. ſeptingẽtis quinquaginta. Eſt autem inſula exigua latitudine ſtadij unius, longitudine centũ. Huius incolæ è mercatura ditiſſimi ſunt. Quòd Polybius fontem ait eſſe in Gadibus, aquis idoneis potioni, cui contra quàm mari aliquid euenit. Nam cum illud augetur, tum ipſe deficit, cũ uerò refluit, completur. Cauſam adferunt, quod ſpiritus qui è fundo in ſuperficiẽ & ſupernas terræ partes excurrit, dum mari ſcilicet accedente, terra ipſa undis operit, prohibetur à ſolito egreſſu, atque ad interna reuerſus fontis meatus obturat, & aquæ defectũ efficit. Ea deinde iterũ nudata, directos meatus agens ſpiritus, fontis uenas uſque adeò liberat, ut facile & ubertim ſcatcat. Hanc cauſam Strabo non approbans, aliam adfert. Quòd ſit credibile, ut uenæ aliquæ fontis, ab inundatione foris humectatæ laxentur, & aquis in obliquum magis effuſionem præſtẽt, quàm per priſtinum alueũ in fontem re tundãt. Deinde ut ait, Athenodorus, inſpirationi & expirationi perquam ſimile uideri quod circa aquarũ acceſſus & receſſus accedit, ut ſint fluentes aquæ per alios meatus naturalem fluxum in terræ ſuperficiem habentes: quorum meatuum orificia appellamus fontes. Rurſus per alios meatus ad maris fundum contrahuntur, ipſumque attollentes, ut inundet (quo momẽto expiratio fit) proprium alueum relinquunt. Mox ad eundem redeunt, cum & illud abit rurſus. Quòd Poſidonius ait, oceani motum ſyderis circuitum ſubire. Diurnum quidem, ſolis ortum & occaſum, menſtruum uerò, lunæ uarium lumen: annuum autem, ſolis conuerſiones. Atque in ſingulos quidem dies ad lunæ conſcenſum uariat, quóque tempore illa unius ſigni magnitudine horizontem excedit, mare intumeſcere incipit, & in terras accedere, quoad ipſa medium cæli teneat. Rurſus inclinante ſidere, retrocedit paulatim, donec ſigno uno horizontẽ occiduũ exceſſerit, quo momento prorſus decreſcit mare. Deinde in eadem conſtantia manet oceanus quouſque luna ſub occaſum demerſa, rurſus ſub terra unius ſigni interuallo ab horizonte diſtiterit. Quando eodem modo quo prius aſcendit, donec ſub tellure in imo cœli ſit. Inde redit, donec ea in ortũ progreſſa uno ſigno ab horizonte abfuerit. tum enim conſiſtit donec ſupra horizontem ſigni altitudine eleuetur luna. Atque ad hunc modum ſingulis id diebus ab æterno peragitur. Menſtruus uerò motus ita fit: Intenduntur aquarum incrementa decrementáque, quoties ſoli iuncta aut cum plena lumine fuerit. Remittuntur dum æqua portione fuerit ſecta, & creſcente ea & decreſcente. Annuus ita fit: Circa utramque ſolis circumuerſionem incrementa & decrementa intenduntur, circa æquinoctium utrunque remit-

tuntur

tuntur maxime. Iſtud fit perpetuo. Rurſus autem, dum luna in tropicis ſignis uerſatur, inæqualitas apparet acceſſus atq; receſſus, tũ celeritate tum multitudine inundationum. In æquinoctialibus & æqualitas eſt & ordo conſtantior. In cæteris medio inter hæc modo.

LIBRI QVARTI.

QVòd non omnium Gallorum una ſit lingua aut reipublicæ forma. Quòd alpes à Liguſtico mari initio ſumpto uſq; ad Rheni oſtia procurrunt. Quòd Cemmenus mons, Pyrene monti ad rectos angulos eſt ſitus, longitudinem habens circiter ſtadia duo millia & deſinit prope Lugdunum urbem, uerſus ortum. Qui à Pyrene & monte Cemmeno uerſus Boream habitãt uſq; ad Oceanum, Aquitani dicti, diſterminantur à Lugdunenſi Gallia Ligeri flumine.

Quòd uniuerſa ferè Gallia fluminibus permeatur. Sunt autem tam apposite ſita ea flumina, ut onera mercium ab oceano in mediterraneũ & ab hoc uiciſſim in oceanum trãsferri poſſint, paucis quibuſdam exceptis locis per quæ itinere terreſtri portantur. Eſt autem Gallia hominibus abundatiſſima, & rerum ferax. Circa Narbonem uerò atq; ipſius oram maritimam uſq; ad Cemmenos montes oleis conſita eſt. Quæ ad ſeptentrionem progreditur, ea paulatim ne uites quidem alere poteſt. Quòd Narbonenſis Gallia parallelogrammi formam habeat, cuius oppoſita duo latera efficiunt, & mare quod meridiem uerſus iacet, & mons Cemmenus ad alpes uſq;. Reliqua duo, Pyrene monte atq; alpibus conſtituũtur. Diuiditur autem Narbonenſis regio ab Italia flumine Varo, ab Hiſpania, templo Pyreneæ Veneris. Et eſt quæ inter Aphrodyſium & Vari fluminis oſtia interiacet regio maritima, ſtad. duorum millium ſeptingentorum. Quòd Maſsilia urbs Græca tanta fuerit temperantia & mediocritate, ut legem haberet ne dos maxima aureos centum, ueſtitus quinq; excederet. Et mulierum ornatus ut totidem eſſet aureorũ. In oratione uerò ac philoſophiæ ſtudio eouſq; exercuerunt ſeſe, ut qui Romani diſciplinarum amore tenebantur non Athenas ſed Maſſiliam proficiſcerent. Hæc urbs Phocenſiũ eſt colonia. Quòd inter Narbonem & Aphrodyſij promontorium è Pyrene Rhuſæna flumen exeat, iuxta quẽ lacus eſt, & ager ſubtus aquoſus, paululũ ſupra mare, ſalinis refertus. Is effoſsiles habet Ceſtrias piſces. Nam ubi quis duos aut tres foderit pedes, & in limoſam aquam dimiſerit fuſcinam, piſcẽ eximiæ magnitudinis fixum penetratq;. limo anguillarum inſtar alitur. Quòd inter Maſſiliam & Rhodani flu. oſtia iacet campus à mari diſtans ſtadijs centum. tantus etiam diameter ipſius eſt, cum formã circuli habeat. Is ab euentu appellatur petrorſus, lapidibus qui manus implere poſſint pleniſsimus, ſub quibus gramen exoritur quod pabuli ubertatem pecoribus ſuppeditat. In medio ſalſæ ſcatent aquæ ſaliſq; uis magna. Dicit igitur Ariſtoteles lapides eos à terræ motibus quos braſtos, id

eſt ebul-

eſt ebullientes appellant, in plana eiectos, ad cõcaua loca prolapſos fuiſſe. Poſidonius uerò, cum lacus eſſet, cõgelatum cum fluctuatione in plures lapides diſperſum fuiſſe, ſicut fluuiatilem glaream & litoreos lapillos. Neceſſe enim eſt, ita congregatos lapides non per ſeipſos conſiſtere uel ex humiditate compactos ingentibus è ſaxis per tot fragmenta diſruptis, fuiſſe diſcretos. Quòd Salies inter Rhodanum & Druentiam amnes habitant, per quingenta ſtadia. Quòd Galatæ qui Cappadociæ adiacent Gallorum ſint coloni. Quòd in Aquitania Galliæ quam habent Tarbelli, aurifodinæ ſint præſtantiſsimæ. nam in ſcrobibus paululum defoſſis, ad manus menſuram auri cruſtæ reperiuntur, paruæ interdum purgationis indigentes. In reliquis autem fruſta & glebulæ, quæ & ipſæ non magnum habent opificium. Interior autem & montana pars, tellurem longe præſtantiorem habet. Quòd uniuerſa natio eorum hominum qui Galli nunc & Galatæ appellantur, Martis ſtudio flagrante eſt animo, ſtrenuóque & celeri ad conferenda prælia, magis tamen equeſtri pugna nobile, adeóque optimum hi equitatum Romanis ſuppeditant. Alioqui mente candida eſt & ſimplici, & ab improbis moribus abhorrente. Itaque ut ad bellum coëant, facile laceſſuntur, utpote laborum oſores, & faciliter item domantur ſubiunganturq́. Sunt autem Hiſpanis ob magnitudinem corporum robuſtiores, magis tamen qui oceanum accolunt. Cæterum bella gerentes, non multo tempore reſiſtunt. Nam aduerſus Romanos poſt Hiſpaniam belligerari cœperunt, priores tamen fuere ſubiugati. Hiſpani uerò non uniuerſis uiribus ſicut Galli, neque uno in loco depugnabant, ſed in locis multis, inq́ue alijs alij, atque alio tempore. quapropter difficilius ſubdi potuerunt. Quòd è Gallis qui Belgæ uocantur fortiſſimi ſunt, & in quindecim nationes diuiſi. Habitant autem inter Rhenum & Ligerim ſcilicet ad oceanum domos habentes. Hi Germanis ſunt uicini, ac reliqua uiuendi norma ſimiles. Apud eos tanta eſt mulierum fœcunditas ut circiter triginta millia cenſeretur Belgarum multitudo qui arma ferre poſſent. Sagis ueſtiuntur, ac comas nutriunt, dormiunt humi, ueſcuntur carnibus & potu lactis. Eorum regio ſues & oues alit. Pro tunicis geſtant ſciſſos cum manicis amictus, uix pudenda natéſque uelantes. Lana quidem aſpera, cæterum oblongis uillis, è qua hirſuta texunt ſagula. Hanc uniuerſæ Italiæ per mercatus ſuppeditant, quemadmodum etiam ſuilla ſalſamenta. Armatura, gladius longus à dextro latere ſuſpenſus. Clypeus oblongus, haſtæ ad proportionem, & Meris peltæ quoddam genus. Eſt etiam illis ſparo ſimilis fuſtis, qui non è falarica ſed è manu mittitur, certiorem ictum infligens quàm telum, quo potiſsimum ad aucupia utuntur. Sues in agris uerſantur, proceritate, robore, celeritatéque præſtantes. Periculum eſt ab ijs inſueto cuipiam accedenti, non minus quàm à lupis.

Quòd apud omnes Celtas tria hominum genera paſſim ſint in honore, Bardi

re, Bardi ſcilicet qui laudationibus rebúsque poëticis ſtudent: & Vates, qui ſacrificiorum cauſarúmque naturalium curæ ſunt dediti: & Druidæ, qui præter cauſarum naturalium ſtudia etiam moralem philoſophiam exercent. Hi omnium iuſtiſſimi cenſentur. Immortales animas eſſe, & mundum, aſſerunt, ſuperaturos aliquando aquam & ignem. Simplicitati ipſorum atq; animoſitati multum imprudentiæ & ſuperbiæ coniunctum eſt, & ornamentorum ſtudium ingens. Etenim aurum geſtant, circa collum quidem torques, manibus autem & lacertis armillas. Principibus ueſtes ſunt auropictæ. Victores, intolerabiles ſunt, deuicti uerò, attoniti.

Quòd in oceano ex aduerſo oſtiorum Ligeris fluminis inſula eſt exigua non longe in pelago ſita, in qua habitant Samnitum mulieres, Bacchi numine afflatæ, Deum placantes. Virum inſulam ingredi fas non eſt. Mulieres traijcientes ex inſula uiris miſcentur, inde redeunt.

Quòd Galli omnes ſint contentioſi, neque turpe putatur apud eos, uigentibus annis, adoleſcentes non parcere. Exercentur, ne ſint craſsi, neque uentre promiſſo. Quiſquis iuuenis zonæ menſuram excedit, eum multari aiunt. Quòd magna pars Britanniæ maioris campeſtris ſit & arbuſtis plena. habet & montes nonnullos. Eſt autem frumenti ferax tellus & pecorum. Item metallorum auri, argenti, & ferri. Pelles itidem & mancipia, canésque uenationi aptiſsimos hæc ſuppeditat. His canibus Galli etiam ad bella utuntur. Sunt autem Britanni ſtatura procera, moribus autem ſimplicioribus ac barbaris magis quàm Galli. Vnde fit ut nonnulli ex ipſis abundantes lacte, ob imperitiam caſeum non conficiant. Colendorum inſuper hortorum & ruris operum imperiti ſunt. Vrbes ipſorum, nemora ſunt. Latiſsimos enim circos deiectis obſtruunt arboribus, ubi conſtructis tugurijs & ipſi pariter & armenta, non multo tempore ſtabulantur. Aër ipſis magis pluuius quàm niuoſus eſt. Per ſerenitates nebula ita multum temporis occupat, ut die tota tribus tantum aut quatuor horis circa meridiem ipſum aſpiciant ſolem. Quòd diuus Cæſar in Britanniam bis traiecerit, nulla re magnifice geſta. Naues enim male ſunt afflictæ, atque interiere permultæ, quòd undarum receſſus per plenam lunam magnum incrementum accepiſſet. Victorijs illic duabus eſt potitus, traiectis ſolum duobus militum ordinibus, ac prædam reportauit immenſam. Cæterum ſub Auguſto prorſus tributarij Romani ſunt facti.

Quòd qui Hyberniam inſulam colunt Britanni ſylueſtres ſunt, & Anthropophagi, herbarúmque manducones, defunctóſque parentes edunt. Atque palam hi mulieribus miſcētur, tum cæteris, tum matribus etiam.

Quòd Pytheas, quanquam nonnulla de Thule exponens, ſit mentitus, traditionem tamen eam quæ ad mathematicam rationem attinet bene accommodauit. Dicit autem, manſuetorum fructuum & animalium aut nō feracem eſſe, aut raram. Incolas milio, alijsq; holeribus & fructibus ra-

dicibusq;

dicibusq́ʒ ali. Frumentum illic exiguum naſcitur. Quòd ex ijſdem Liguriæ locis Alpes & Apenninus initium habent. Aiunt quoque, Liguriæ montes materiæ ligneæ adeò feraces eſſe, ut inueniantur arbores octo pedum craſſitudine habentes diametrum, Montes hi præalti ſunt & abrupti. Quòd Ligures uino utantur apud ſe nato, picato, auſteroq́ʒ. Frequens etiam apud eos lingurium eſt, quòd alij electrum appellant.

Quòd inter Ligures & Maſſiliam Salyes habitant, gens maritima, alpesq́ʒ mari uicinas tenens. Aiunt maximam altitudinem illiorum montiū, ſtadiorum eſſe centum, ac totidem deſcenſum. Quòd ex alpibus fluant Rhenus, Danubius, Padus, & Rhodanus. Quòd Padus, omnium totius Europę fluminum, uno Danubio excepto, maximus in mare erumpit. Quòd circa Alpes & occiduam Italiæ partem, præter modum difficilis & præceps uia ſit, ut quis uel puſillum labatur, periculum ſit ne in profundiſſimas deferatur ualles. Quæ loca Cæſar ingenti ſumptu inſtruxit & quantum licuit, fecit latiora. Sed & aliud paradoxum habet hæc regio. Tabulæ cryſtalli maximè è ſummis uerticibus abruptæ, prætereuntes interimere ſolebant. Quòd Strabo geographus ſub Nerone floruit Romano imperatore. Quòd Alpes peculiaris cuiuſdam formæ gignunt beluam, habitu quidem ad cerui ſtaturam, collo duntaxat & uillis exceptis, quibus capro perquam eſt ſimilis, ac ſub mento carnis globum gerit palmi magnitudine, capilloſum, craſsitudinem caudæ pulli equini habentem. Quòd Polybius ait iuxta Aquileiam aurifodinas fuiſſe inuentas natura adeò excellenti, ut cum à ſuperficie terræ ad duos pedes ſolum detraxeris, foſſile confeſtim aurum inuenias, foſſam autem nō pluſquam pedum eſſe quindecim. Aurum ipſum partim per ſe purum eſſe, fabæ aut lupini mole, octaua tantum parte decocta, partim pluſcula indigere concoctione, alioqui ualde utile.

LIBRI QVINTI.

QVòd Italia olim dicta ſit ea regio, quæ continet̄ magna nunc Grȩcia dicta & Iapygia & ſinu Poſidoniate. Poſtmodum ob felicitatem nominis obtinuit, ut ad Varum uſq́ʒ flumen & ſinum Adriaticum atque ad Alpes Italia appelletur. Quòd inferior Alpium pars curua ſit & ſinuoſa, concauitates in Italiā uerſas habens. Ipſius ſinus partes mediæ ad Salaſſos exiſtunt. Extrema conuerſionem habent, hinc quidem uſq́ʒ ad ſinus Adriatici ultimas oras, hinc uero ad maritimam Ligurum regionem Genuam uſq́ʒ emporium Liguſticum, quâ rupes Apennini Alpibus coniunguntur. Quòd è noſtro mari ſolius Adriatici ſinus maritima ora, ſimilem oceano affectionem ſuſtinet, inundationibus quotidie creſcens & decreſcēs. Vnde campi illius maior pars marinis aquis plena ſtagnat, foſsisq́ʒ & aggeribus, ſicut nferior Ægyptus, inędifi-

cata eſt partimq́ exiccatur, & ruſticorũ cultu fructuoſa eſt, partim naui- gationibus eſt commoda. Vrbium aliæ inſularum modo cinguntur, aliæ quadam ex parte alluuntur. Quòd qui circa Rhauennam eſt aër puriſ- ſimus ſit ac ſaluberrimus. Huius cauſa eſt tum maris inundationes, tum i- pſius Padi alluuiones, quibus uniuerſa cœnoſitas expurgatur. Item in A- lexandria fit, ubi Nili aſcenſus paludis tetrum odorem qui è cœno naſci- tur propulſat. Quòd Rhauennæ paludes uites efficiant fertiliſſimas, cito matureſcentes. Cæterum annis quinque uetuſtate intereunt.

Quòd Adria urbs fuerit in intimo ſinu Adriatico, à qua mare ita ſit ap- pellatum. fuit autem celeberrima quondam. Quòd poſt Timaum, qui in intimo ſinu eſt Adriæ, Iſtrorum litus eſt Polam uſque, cuius etiam meminit Callimachus, ἄταρ κείνων γλώσσαις ἐνόμηνε πόλας, Eſt autẽ Colchorum ædificium. Et abſyrtides inſulæ Polæ adiacent. Quòd Liguria in ipſis Apennini montibus ſit ſita, inter Galliã & Hetruriam. Eſt autem petroſa & aſpera. Quòd Hetruriæ natio, pars Italiæ, initium ſumit à Liguriæ finibus uſq; ad flumen Tyberim. Hi ſuper mari habitantes campos tenent ab Apenninis mõtibus initium trahentes. Ab hac mare quod adiacet He- truſcum uocatur. Quòd ex Apenninis montibus Tyberis effluit & pluribus amnibus augetur, & partim per Hetruriam excurrens ipſam de- inceps diſterminat, primum ab ea Vmbriam diuidens, poſtea Sabinos & Latinos qui Romæ uicini ſunt, uſq; ad oram maritimam. Adiacent quo- dammodo flumini et Hetruſcis iuxta latitudinem, at ſibi mutuo iuxta lati tudinem locati ſunt. Tendunt ad eos Apennini montes qui iuxta Adriam ſunt. Quòd Latinorum regio inter oram maritimam, quæ eſt ab Ho ſtia uſque ad Sinueſſam urbem & Sabinos, eſt ſita. Cæterum Hoſtia urbis Romæ nauale eſt, qua Tyberis in mare exit. Extenditur aũt in longum uſ- que ad Campaniam, & Samnites. Quòd Tyrrheni (Romani uocant Hetruſcos) appellati ſunt à Tyrrheno Atyos filio, eius qui è Lydia colo- nos in hanc regionẽ miſit. Cum enim Mæonia fame premeret, Atys qui tũ imperabat, ab Hercule ex Omphale oriundus, alterũ è filijs Lydum no- mine apud ſe retinere coactus eſt, à quo poſtmodum natio Lydia eſt ap- pellata: alterum Tyrrhenum, cum magna parte populi dimittere. Is pro- fectus hanc oram eſt ingreſſus, quæ de ſuo nomine Tyrrhenia fuit appel lata. Quòd Hetruſci celebres extiterint, ac permulta geſſerint inſigni- ter, tum alia, tum quòd Gallos qui Romam ſub Camillo ceperant, circa Sabinos occurrentes, debellarint, & quam illi à Romanis uolentibus pe- cuniam acceperant, eam pro redemptione captiuorum ab inuitis extor- ſerunt. Quòd apud Homerum Theſſalia, Argos Pelaſgicum ſit appellata, inter eruptiones Penei & Thermopylas uſque ad Pindi montá- num tractum, quod ijs locis imperarint Pelaſgi. Et Iouem Dodonæum Homerus appellat,

Ζεῦ ἄνα Δωδωναῖε πελασγικέ.

Rex ô Iuppiter Dodonææ Pelasgice.

Pleriꝗ etiam Epiroticas gẽtes, Pelaſgicas appellauere, tanquam illuc uſque Pelaſgorum imperium tenderet. Et habitantibus Troadem Cilicibus finitimos Homerus Pelaſgos appellat inquiens,

ἱππόθοος δ' ἄγε φῦλα πελασγῶν ἀγχεσιμώρων.

Hippothous duxit ſæuos per tela Pelaſgos.

Quòd Pelaſgi ab Athenienſibus πελαργοὶ, id eſt ciconiæ fuerint appellati, quòd errones eſſent atꝗ more auium quò ſors uocaret huc atꝗ illuc cõmearent. Quòd longitudo Hetruriæ maxima, ab oppido Lunæ uſque ad Hoſtiam ſtadiorum eſt duorum millium quingentorum, latitudo per montana dimidio minor. Eſt autem Luna exiguum oppidum, portumqúe habet maximum & pulcherrimum. Item fodinas habet lapidis uarÿ, albi, ſubglauci, è quo Romæ pauimenta atque templa ornantur pulcherrime. Græci hunc portum Lunæ appellant. Quòd à Luna Piſas uſque plura ſunt quàm quadringẽta ſtadia. Cæterum Piſæ à Piſanis Peloponneſi conditæ fuerunt. Hi ſub Neſtore militantes in reditu aberrarunt, atque has Piſas coudiderunt. Quòd Strabo uiderit ferrum quod ex Æthalia portatur, inſula Cyrno uicina. Id cum in eius inſulæ fornacibus coquitur, in maſſam compingi nequit, quare à fodiẽtibus illico in terram portatur. Illud admiratione dignũ habet inſula. Inſuper hoc habet, ut exhauſta foſſionibus loca poſt tempus iterũ plena cernantur: ſicut de Rhodi palatamonibus & de Pari inſulæ marmore eſt proditum. Item de ſalibus apud Indos. Quòd Cyrnos inſula à Romanis dicta ſit Corſica, habitatur maligne, aſpera ſcilicet, & pluribus in locis non acceſſibilis prorſus. Vnde qui eius montes tenent, ex latrociniÿs uitã degentes ipſas immanitate beluas ſuperãt. Qui ex ipſis capti in ſeruitutem trahuntur, aut uitam nõ tolerant, aut emptoribus ſunt inutiles. Longitudo inſulæ milliaria continet centum ſexaginta, latitudo ſeptuaginta. Sardiniæ longitudo, ſtadiorum eſt ducentorum uiginti, latitudo nonaginta ſex. Cæterum Sardinia partem terræ non exiguam habet aſperam, partem tamen profundam, fructuúmque & præcipuè tritici feracem. Porrò quæ loca apud eos ſunt fertilia, ea æſtate morbida ſunt & peſtilentiæ obnoxia.

Quòd in Sardinia naſcuntur arietes qui pro lana pilum caprinum habent, Muſmonas uocant incolæ. Horum ſe pellibus thoracis modo muniunt. In pugnis pelta utuntur & pugione. Quòd è Sardinia uſꝗ ad id quod aduerſus Africam eſt mare milliaria ſunt trecenta. Quòd in oppido Coſſarum Thynnorum ſpecula eſt. Thynnus enim non modo glandes uerum etiam purpuras ab exteriore mari initium ſumens uſꝗ ad Sardiniam, prope terram perſequitur. Quòd non longe à Roma lacus ſint, piſcib. alendis optimi, è quibus typhe, papyrus & panicula Romam

uſque portatur. Quòd Æneas Anchiſæ è Troia Laurentum applicās, propè Tyberis oſtia paulum ſupra mare, circiter quatuor & uiginti ſtadia ſcilicet, ædificauit oppidum Albam. Aduētante autem Latino rege Aboriginum, qui tunc loca ubi nunc Roma eſt incolebant, inter ipſum atque Æneam ſocietas inita aduerſus uicinos Rutulos, qui per id tempus Ardæam tenebant. Diſtat autem ab Ardæa Roma ſtadijs centum quadraginta. Victor autem Æneam in affinitatem accepit. Inde rurſus pugnam conſerentibus Rutulis, Latinus cecidit. Ipſi ab Ænea ſubiugati ſunt. Atque inde Æneas eius loci imperium adeptus, ſuos etiam Latinos appellauit. Poſt hæc annis quadringētis, Amulij ac fratris Numitoris facta memoriæ ſunt prodita. Hi ab Ænea hoc modo deſcendere: Vterque ab Aſcanij prognatis per ſucceſſionem, Albæ regnum acceperunt. Cæterum iunior Amulius, natu mariore, ſupplantato, regnum inuaſerat ſolus. Et cū Numitori filius eſſet ac filia, filium quidē interuenandū inſidijs obtruncat, filiam uerò ut ſpem illi prolis interciperet, Veſtæ ſacerdotem conſtituit, ſeruandæ uirginitatis gratia. Hanc Rheam Syluiam uocant. Corruptam poſtea deprehendens, gemellis partu editis, Syluiam quidem coniecit in carcerē fratri gratiam tribuens, puellos uerò ritu patrio in Tyberim expoſuit. Fabulantur itaque à Marte genitos, expoſitos autem à lupa lactante uiſos eſſe, ac Fauſtulum quendam loci illius ſubulcum ſublatos educaſſe, appellaſſéque alterum Romulum, Remum alterum. Hos ergo cum adoleuiſſent in Amulium eiúſque liberos impetum feciſſe. Quibus extinctis, ac regno Numitori reſtituto, domum reuerſos Romam condidiſſe, in locis, non quidem arbitrio delectis & idoneis, ſed neceſsitate oblatis. Neque enim ſolum munitum, neque agrum circumiacentem condendæ ciuitati ſatis fertilem habebant, neque mortales ad habitandum abunde conuenientes. Qui enim ea loca tenebant, ſeorſim habitabant, urbis ædificandæ mœnibus propinqui, neque Albanorum imperio ſubditi. Erant autem Collatia, Antennæ, Fidenæ, Lauinium, aliæqúe huius generis urbes, tunc quidem oppidula, nunc autem uici & priuata quorundam ædificia, ſtadijs triginta aut paulo pluribus à Roma diſtantia. Orta autem ſeditione, inter ædificanda mœnia, Remum occiſum fuiſſe tradunt. Vrbe condita, Romulus mortales conuenas aggregat, ſacrum quendam locum Aſylum aperiens inter collem & Capitolium, quò perfugientes finitimos ciuitate donatos deſignat. Quibus cum connubia adipiſci nequiret, Neptuno ſacrum equeſtre uulgat certamen, quod etiamnum conficitur. Conuenientibus permultis, maxima ex parte Sabinis, edicit ut cœlibes cuncti uirgines eò profectas rapiant. Inde T. Tatius Curium rex iniuriam hanc armis uindicaturus, in regni ſocietatem & ciuitatis cum Romulo conuenit. Cæſo autem per dolum Tatio in urbe Lauinij, ſolus Romulus Quiritibus ita uolentibus imperium tenuit. Poſt hunc regnauit Numa Pompilius

lius, ſubditis ita iubentibus. Quòd ab Hoſtia Sinueſſam uſq; ora maritima Latium dicitur, & in mediterranea tendit uſque in Campaniam & Samnites. Eſt autem tota beata atque omnium rerum ferax, exceptis paucis quibuſdam locis quæ paluſtria ſunt & morbida. Quòd Hoſtia urbs ſit maritima, ac propter limum quem Tyberis multis amnibus refertus aggregat, importuoſa. Cæterum onuſtas naues è propinquo excipiũt miniſtrantes ſcaphæ, in quas onera transferuntur. Ad hunc modum ſurſum nauigatur Romam uſque ab Hoſtia diſtantem ſtadijs centum quinquaginta. Quòd ex Hetruſcis latrocinia in Græcos exercentibus, captos nõnullos Romanis dono remiſerint Græci, incuſatione ſimul adiuncta, q; inique facerent, qui cum Græcorũ eſſent coloni, & in foro Caſtoris ac Polucis ædem locaſſent, quos ſeruatores ſuos eſſe crederent omnes, aduerſus tamen ipſorum patriam prædones mitterent, atque id ita facerent, qui cæterorum mortalium eſſent legum obſeruantiſſimi. Romani, hoc audito nuntio, prædones coërcuerunt. Quòd in Latio mons eſt inſtar inſulæ mari & paludibus clauſus. Circeium uocant. Habet etiam Circes templum, & oſtenditur Vlyſſis quædam patera, quapropter quæ de Circe fabulis produntur, illic perhibentur geſta fuiſſe. Quòd uia Appia à Roma Brunduſium uſque ſit ſtrata. Quòd priſci Romani ſatius putarint eſſe, ut uiri mœnibus eſſent propugnacula, quàm contrà. Quapropter Romam non pro arbitrio electionis, ſed pro neceſſitate in loco condidere, qui poſſet opppugnari facile. Quòd Auguſtus Romanis ſanxerit, ne altius ſeptuaginta pedibus ædificarent, præuidẽs nimirum id quod erat euentúrum. Quòd cum Græci in ædificijs fabricandis acuti maxime & ſolertes fuiſſe uideantur, cum pulchritudinem & munimentum ingenioſe proſpicerẽt, portúsque & agri feracitatem, Romani eos ſuperarunt, tum ſtratis uiarum & aqueductibus, tum cloacis ſubterraneis ducendis. Quòd priſci alijs rebus maioribus ac neceſſarijs magis occupati, urbis pulchritudinem neglexere, ſed poſteri magnam huc curam adhibuerunt. Quòd Ancon Italiæ urbs Syracuſanorum eſt ædificium, qui Dionyſij tyrannidem non ſuſtinentes, fugere. Hæc portum habet.

Quòd Romani Iunonem Cypram uocant, Cronon autem Saturnum.

Quòd Marſi & Peligni & Marrhucini & Feretani, circa Apenninum habitãtes pugnaciſsimi ſint, ac perſæpe uirtutem ſuam oſtenderint, ac primum quidem, dum ſub Romanis degere recuſarunt, deinde quando cum ipſis militiæ ſocietatem inierunt, poſtremo, cum & libertatem & ciuitatis communionem aſſequi uolentes repulſam paſsi deſciuerunt. Vnde Marſicum bellum exarſit, quod ab ijs qui primi id cœperunt habuit nomen. Quo tempore Corfinium Pelignorum metropolim maritmam, communem uniuerſis Italis ciuitatem deſignantes, eamq; translato nomine Italiã appellantes, contra pop. Roman. totius belli propugnaculum receptacu-

lumq́ conſtituerunt: eoq́ in loco COSS. atque imperátores creauere. Biennio itaque bellum protractum, donec à Romanis poſtulata impetraſſent. Quòd regio Campaniæ felicitate omnes facile ſuperet, eáque propter Opicis & Auſonijs frequenter bellorum cauſa extiterit. Metropolim habet Capuam, quam tanquam caput ita appellarunt. nam capen uocant caput. Tradunt regionem hanc ter in anno ſeri: bis quidem zæa, deinde panico. Quædam etiam loca eius regionis quater oleribus ſeminari. Hic phalernum uinum naſcitur quod optimum habetur.

Quòd Cumæ Italiæ in hac Campania ſitæ Græca ciuitas ſit, Chalcidenſium & Cumanorum antiquiſſimum ædificium. Hi inter ſe pepigere. ut horum quidē haberet nomen, illorū autem diceretur colonia. Quapropter etiamnum Cumæ appellantur, Chalcidenſium tamen putatur colonia. Exercitus huius ductores fuere Hippocles Cumæus, & Megaſthenes Chalcidenſis. Quòd poſt urbem Cumarum uerſus auſtrum, Miſenum eſt promontorium, deinde Baiæ & aquę calidę, tum ad delicias, tum ad morbos ſanandos commodiſsimæ. Vnde Romani baiam nutricem uocant, & baiulum: ob Baias, ſcilicet, qui locus eſt uoluptati ac delicijs aptiſsimus. Quòd Dicæarchiam urbem, Romanorum aliqui Annibalis bello frequentes habitare incipientes, mutato nomine appellarint Puteolos. Portum habet manufactum: ſuper urbem ſtatim Vulcani forum imminet, campus ardentibus incluſus ſupercilijs, quæ uelut à fornace exhalationes magno cum fremitu paſſim habent. Campus autem tracto ſulphure eſt plenus. Quòd circa Cumas, ſigna quædam necromantiæ oſtenduntur, de qua in fabulis Odyſſeæ mentio fit, ueluti Styx, Acheruſia lacus, Acheron, & lauacra calida loco Phlegetontis. Eſt etiam occulta foſſa illic, committentes inter ſe meatus habens & oraculum: ad quod aduenæ noctu ingrediuntur & redeunt, ut non abſimile ſit quod de Cimmerijs apud Homerum ſcribitur. Eadem in Neapoli uiſuntur, quæ his locis eſt uicina. Quòd in Neapoli calida lauacra ſint & ſanitati & delicijs idonea, non inferiora ijs quæ apud Baias ſunt, quamuis minora, multiq́ è Romanis quietem & otium ſectantes, Neapolim ſecedunt.

Quòd ſupra Neapolim mons eſt (Veſuuium appellant) amœniſſimis agris circumhabitatus, ſolo excepto cacumine. Id magna ex parte habet planitiem, fructum omnino nullum ferentem. Et cineres in proſpectu habet, cauernoſaqúe monſtrat antra, combuſtis ex petris ut color indicat, utpote quas ignis arroſerit. Quare coniectura eſt, plagam iſtam prioribus annis ardere ſolitam, ignis crateras habuiſſe, inde ceſſante materia fuiſſe extinctam. Forte hanc fertilitatis, quæ circa locum eſt, cauſam dixeris. Sic de Catana proditum eſt, eiectum ab Ætneis ignibus cinerem ea parte lætam uinetis tellurem effeciſſe. Habet enim pingue aliquid, & quæ igne excoquitur gleba, & quæ uberes affert fructus.

Ac dum

Ac dum pingui abũdat, ignis idonea ſit materia, quemadmodum ſulphureum omne. Deinde exhauſto abundante ſucco, extincta atque in cinerem redacta, ad frugum procreationem apta redditur. Quòd ante Picentinum agrum, & Campaniam, ac ſinum quem Craterem appellant, qui duobus promontorijs finitur Miſeno & Athenæo, inſulæ ſunt exiguæ, Pithecuſæ, Capreæ, Sirenuſſæ & Prochita. Quòd iuxta Pindari ſententiam, totus locus à Cumis in Siciliam uſque ignitus ſit, & profundas quaſdam in unum coeũtes cauernas habeat. Quapropter & Ætna & Liparenſes inſulæ & quæ Dicæarchiæ & Neapoli & Baijs adiacẽt loca, & Pithecuſæ, talem habent naturam. Quòd Timæus tradit, collem quempiam inſularum quæ circa Neapolim ſunt, per terræmotum ignem eiectaſſe, & quantum inter ipſum atque mare fuerit in pelagus extruſiſſe, quodq́ telluris in cinerem eſſet redactũ euolaſſe in ſublime, mox ubi ſtad. tribus per mare excurriſſet, redijſſe, eoq́ recurſu inſulam inundaſſe, ut ignis in ea extingueretur, ex hoc fragore qui continentẽ habitabant, è litore in Campaniam fugiſſe. Quòd Campanis ob loci felicitatem uſuuenerit, ut totidem malis fruerentur ac bonis. Nam eouſque deliciarum prouecti ſunt, ut ad gladiatorum paria depugnantium conuiuas ad cœnam inuitarent, eorum numerum pro cœnarum dignitate definientes. Cæterum ubi Hannibal in deditionẽ eos ſuſcepiſſet, exercitum eius in Hyberna acceptum adeò uoluptatum illecebris effœminarunt, ut Hannibal dixerit, Victorem ſe periclitari ne hoſtilis præda fieret, qui milites uiros dediſſet, mulieres reciperet. Eos poſtremum Romani in poteſtatem redactos, permultis calamitatibus afflixerunt. Quòd poſt Campaniam Picentinorum ſit maritima natio. Hi coloni ſunt Picenorum qui Adriam colunt, à Romanis in hunc ſinum Poſidoniatem deducti. Nunc ſinus ipſe Pæſtanus nuncupatur: urbs quæ Poſidonia prius, Pæſtus uocatur, in medio ſinu locata. Eſt autem morboſum oppidum ob circuniacentem fluuium atque paludes. Quòd iuxta Picentinos & Lucanos aqua ſit, potui apta, in quam planta iniecta illico duratur in lapidem, ſeruato tamẽ priſtino colore & figura.

LIBRI SEXTI.

QVòd ante ſinum Poſidoniatem Leucoſia ſit inſula, nomen ab una è Sirenibus ſortita, quo tempore ob Vlyſſem in profundum ſe ſe abiecerunt. Quòd poſt ſinum Poſidoniatem uerſus auſtrum alius ſinus ſit, ubi urbs Hela eſt, Phocenſium ędificium. Noſtra ætas Eleam dicit. Ex hac Parmenides & Zeno ducunt originem, homines Pythagorici. Erat olim bonis legib. inſtituta. Cęterum ob ſterilis ſoli tenuitatẽ magnam rebus maritimis operam dare, & piſciũ condimenta, atque id genus alia præparare ſunt coacti. Quòd totius Lucaniæ

nauigationis tractus ſtad. eſt 650. Ad Lucaniæ finem Draconis ſacellum eſt, qui è comitibus Vlyſſis extitit. de quo illud oraculum eſt uulgatum,

λάϊνον ἀμφὶ δράκοντα πολύν ποτὶ λαὸν ὀλεῖσθαι.

Aduerſus hanc Græci qui in Italia erant populi ducto exercitu, re male geſta à Lucanis deleti ſunt, hoc oraculo decepti. Quòd Petelia Lucanorum metropolis Philoctetæ ſit ædificium, quo tempore per ſeditionem è Melibœa profugit. Et alia itidem eodē in loco, Crimiſſa dicta. Quòd à Leucopetra quæ iuxta fretum eſt uerſus boreâm ora maritima interuallo milliarium ducentorū à Brutijs incolitur. Hęc primum uocabatur Oenotria, poſtmodum Italia proprie cœpit appellari. Limites eius ſunt à mari Hetruſco, Laus fluuius, à Siculo Metapontium. Quòd ſinus Hipponiates in mari Tyrrheno, & Scyllaticus ſinus in Siculo, intra ſe iſthmū amplectuntur ſtad. centum ſexaginta. Ambitus autem nauigationis Cherroneſi ſtadiorum eſt duorum millium. Quòd Lucanorum regio inter duo maria ſita eſt, quorum alterum Hetruſcum, à Lao fluuio uſque ad Silarum fluuium progreditur: Siculum uerò à Thurijs Metapontum uſque. Per continentem uerò, è Samnitibus uſq; ad iſthmum qui inter Laum eſt fluuium & Thurios. Huius iſthmi latitudo ſtadiorum eſt trecentorū. Supra hos uerſus auſtrum habitant Brutij uſque ad iſthmum, occupantes Cherroneſum quæ inter Hipponiatem & Scyllaticum ſinum continetur. Brutios autem uocarunt Lucani, & ſignificat hoc nomen fugitiuum. Nam prius Lucanorum ſerui fuere, & ab ijs adiutante Dionyſio Siciliæ Tyranno transfugerunt. Quòd propè Laum uerſus auſtrum Temeſe urbs ſit, quæ poſtmodum fuit Tempſa appellata, cuius & Homerus meminit. Apud eam fodinæ ſunt æris quæ hoc tempore defecerunt. Item ſacellum, Polytæ Vlyſſis ſocio dicatum, quem Barbarorum eius loci fraude trucidatum graues iras exercuiſſe ferunt, ut annuum tributum ab ipſis exigeret. Vnde prouerbium fuerit ortum, Cauendum eſſe, ne Temeſſæus ingruat genius. Dicitur etiam Tamaſepera. Quidam aiunt non huius Temeſe Homerum meminiſſe.

Quòd poſt Temeſen Coſentia ſit Brutiorum metropolis. Et poſt ipſam Pandoſia ualidum propugnaculum, tres habens uertices. Circunfluit Acheron fluuius. Hoc loco Moloſſorum rex Alexā̄der trucidatus fuit, Dodonæo oraculo deceptus, Acherontem atque Pandoſiam cauere iubente, cum ſimilis appellationis loca in Theſprotio agro monſtrētur. Aliud prę terea oraculum decepit uirum,

πανδοσία τρικόλωνε πολύν ποτὲ λαὸν ὀλέσσεις.

Pandoſia perdes populum quandoq; triuertex. Vbi incertum erat utrum hoſtium an ſuorū clades oſtentaretur. Quòd uirgines à Meſſenijs Peloponneſi ad ſacra Dianæ facienda miſſas nonnulli è Lacedæmonijs ipſiſq; adeò Meſſenijs in itinere uiolarint. Eas Meſſenij qui miſerant uindicaturi,

uiolatoribus ipſis bellum intulerunt, deuictiq; in fugam pulſi ſunt. Miſſo itaq; legato ad Delphos, Apollinem atq; Dianam incuſarunt, q eiuſmodi mercedem reciperent, pro allato Dijs ſubſidio, rogitantes quónam pacto ex ea calamitate ſeruarentur. Quibus reſpondit Apollo ut unà cum Chalcidēſibus Rhegiū cōmigrarent, & ſorori gratias haberēt. Non enim perijſſe eos ſed ſeruatos eſſe, neq; unà cum patria delendos eſſe, quę non multo poſt à Lacedæmonijs in captiuitatem eſſet trahenda. Illi autem paruerunt atq; unà cum Chalcidenſibus Rhegium in Sicilia condiderunt.

Quòd Rhegium inde nomen habuerit, quòd Sicilia magnis terræ motibus à continente fuerit auulſa. Hanc coniecturam quis facile ex ijs ſumet, quæ circa Ætnam aliáſque Siciliæ partes, & Liparam ac circumiacentes inſulas euenerunt. Item circa Pithecuſas & quæ in aduerſo continente ſunt loca omnia, in quibus idem eueniſſe uériſimile eſt. Nunc ſanè poſteaquam fuere aperta orificia per quæ ignis reſpirat, & igniti lapides atq; aquæ emittuntur, raro fit ut freto adiacens terra, motibus concutiatur. At quo tempore omnes qui nunc in ſuperficiem tendunt meatus occluderentur, in ſubterraneis concauitatibus ardentes ignes & ſpiritus, uehementes terræmotus efficiebant. Agitati itaque uentorum uiolentia loci ceſſere, ab ſciſsique intra ſeſe acceperunt quod utrinque alluebat, quodq; inter alias inſulas iacebat mare. Nam Prochita & Pithecuſæ de terra auulſæ partes ſunt. Item Capriæ & Leucoſia & Syrenuſſæ, & Oenotriæ. Porrò nonnullæ ex ipſo pelago emerſerunt, ſicut pluribus in locis etiā hoc tempore conſtat eueniſſe. Nam quæ in medio iacent mari, è fundo in altum fuiſſe elatas credibilius eſt. Quæ uerò ante promontoria iacent & anguſto freto ſunt diſiunctæ, inde auulſas fuiſſe, rationabilius uidetur. Cæterum Leucopetra Rhegio eſt auſtralior. Et adhuc magis Herculeum promontorium. Ab hoc uerſus ortum, ſeptentrionalius eſt Zephyrium promontorium. Item Locri Epizephyrij, Locrorum iuxta Criſſæum ſinum habitantium coloni. Sunt autem è Rhegio uſque ad Locros ſtadia ſexcenta. Primi uerò hi Locri legibus ſcriptis ſunt uſi, & plurimum temporis rempublicam optimis inſtitutis rexere. At Dionyſius è Syracuſis eiectus flagitioſiſsime omnium eſt abuſus. Nam ſponſalibus ornatas puellas, cubicula & thalamos irrumpens, prius quàm nupſiſſent, uitiabat. Formoſas uerò & maturas uirgines in unum congregans, dimiſſas integris alis columbas in conuiuio, nudas in circuitu quæritare & captare iubebat, nonnulláſque ſandalia ſoluta calciantes partim ſuperne, partim inferne ſectari dicebant, dedecoris cauſa. Poſtremo pœnas dedit. Cum enim recuperaturus imperium in Siciliam redijſſet, Locri cæſo præſidio in libertatem ſeſe uendicarunt, uxorémque eius & filias duas, ac iuniorem natu filium in poteſtatem ſuam redegerūt. Cum autem Dionyſius ipſe, & pro eo Tarentini multis eos precibus fatigarent ut corpora redderet, redemptione, quantam

uellent,

uellent, accepta, non reddiderunt, iramq; omnem in filias euomuerę. Nam conſtupratas ſtrangularunt, corpora deinde concremarunt, & oſſa molendo detrita in mare diſsipauerunt. Quòd Alex flumen Rheginum à Locrenſi agro diſterminat, in cuius ripis peculiare quiddam de cicadis accidit. Quæ enim in Locrorū ripa uerſantur ſonantius ſtrident alijs uox nulla contigit. Eius rei hanc eſſe cauſam ſuſpicantur, quòd his umbroſa regio ſit, ut roſcidæ, cum ſint alarum pelliculas pandant minimè, illis ſole feruida, ut aridas ac ueluti corneas habeant, unde apte ſtridor emittit̃. Mediterraneā inter Rheginos & Locros Brutij habitant, in quib. optima pix & copioſe naſcitur. Quòd poſt Locros Sagra flu. labit̃. quo loco decē Locrorum millia unà cum Rheginis, aduerſus Crotoniatas numero centum triginta millium, marte collato, uicerūt. E qua hiſtoria natum eſt aduerſus incredulos prouerbiū, Veriora ijs quæ apud Sagrā acciderūt. Addunt inſuper, eo ipſo die quo certamē initum eſt, huius belli euentū in Olympijs nunciatum eſſe. Qnòd poſt Sagram Caulonia ſit, deinde Scylatiū, Mneſthei Athenienſis ædificiū, nunc Scylatium dicitur. Ab hoc ſinus Scyleticus eſt dictus. Sequitur inde Crotoniatarū regio, & Iapygum tria promōtoria. Deinde Lacinium, templum Iunonis ditiſsimum. Eſt autem ſinus Crotoniatarum initium, iſtud promontorium & fluuius Æſarus, & urbs Croton. Cum Achiui à Deo oraculum accepiſſent ut Crotonem ædificarent, miſſus fuit Myſcellus ut locum inſpiceret. Hunc aiunt, cum cerneret tum ædificatam fuiſſe Sybarim, à flumine uicino cognomen habentem, præſtantiorem iudicaſſe, eaq; propter ad oraculum reuerſum, denuo rogaſſe nunquid hanc pro illa cōdere liceret: ac Deum reſpondiſſe (Erat autem gibboſus Miſcellus)

μύσκελλε βραχύνωτε πάρεξ σέθεν ἄλλο ματεύων
κλάσματα θηρεύεις ὄρθον δ᾽ ὅτι δῶτις ἐπαίνει.

Terga breuis Myſcelle, tuo de pectore omitte
Cætera perquirens fruſtra, en uenaris iniqua.
At rectum quodcunq; datur tu laude probato.

Reuerſum itaq; Crotonem condidiſſe, auxiliante etiam Archita qui Syracuſas conſtruxit, cum forte adnauigaſſet quo tempore Syracuſas nauigare conſtituerunt. Crotonem prius Iapygas habitabant. Videturq; hæc ciuitas rem bellicam & athletarum inſuper artem pulcherrime exercuiſſe. In uno itaq; certamine Olympiaco, ſeptem uiri qui cæteros ſtadio ſuperarunt Crotoniatæ omnes fuerunt. Iure itaq; dici uiſum eſt, Qui Crotoniatarum poſtremus eſt, is reliquorum Græcorum primus eſt. Sed & Milo Crotoniata, Pythagorę diſcipulus, in Olympijs admiranda peregit certamina. Fama eſt columna quandoq; in philoſophorum, cum quibus degebat, contubernio laborante ipſum ſubeuntem ſeruaſſe uniuerſos, deinde ſeſe ſubtraxiſſe. Eodem robore fretum, aiunt, cum profundam denſamq;

per ſyluam iter faceret, longè à tramite deuiaſſe. Vbi truncum ingentem adactis cuneis hiantem inueniens, inſertis manibus pariter ac pedibus in ſiſſuram eius penitus diſcindere conatum eſſe. Tantum autem ſolummodo ualuiſſe ut exilirent cunei, ligni uerò partes ſtatim inter ſe coījſſe, ac derelictum ipſum in eo laqueo à feris fuiſſe deuoratum. Quòd deinceps à Crotone ſtadijs ducentis Sybaris urbs ſit, inter Crathidem & Sybaridem fluuios ſita. Hæc ciuitas eò excellentiæ ac felicitatis excreuit, ut gentibus uicinis quatuor, urbibus autem uigintiquinque imperaret, & contra Crotonem trecentorum millium hominum exercitum duxerit. Quinquaginta ſtadiorum circulum implebant ſuper Crathide domicilia habentes. Cæterum ob delicias & intemperantem luxuriam, uniuerſa hac felicitate intra dies ſeptuaginta exuti fuere. Nam urbe potiti, inducto flumine cuncta demerſerunt, qui relicti fuerant pauci, in alium locum urbem tranſtulerunt, ac mutato nomine, à fonte quodam uicino, Thurios appellarunt.

Quòd Sybaris flumen equos qui ex eo biberint ſternutamentis agitat, Crathis uerò homines in eo lotos candida & flaua cæſarie efficit, multiſq; morbis medetur. Quòd Thurij à Lucanis in ſeruitutem tracti fuere. Romani uerò miſſis in eam urbem colonis mutato nomine Copias appellarunt. Quòd poſt Thurios Heraclea urbs ſit, ac poſt ipſam, ſtadijs circiter quadraginta, Metapontus urbs à Pylijs qui unà cum Neſtore exilio nauigarunt, condita. Hi ex agricultura tantum felicitatis ſunt conſecuti, ut Delphis donum obtulerint auream æſtatem. Quòd è tribus lateribus Siciliæ maximum, inter Pelorum & Lilybæum iacēs gibboſum eſt, ſtadiorum exiſtēs mille ſeptingentorū uiginti. Reliqua duo caua ſunt, è quibus id quod inter Pachinum & Pelorum iacet, minimum eſt, ſtadiorum exiſtēs mille centum & triginta. Nauigatio in circuitu ſtadiorum eſt quater millium quadringentorum. A Lilybæo autem in Africam minimum interuallum ſtadiorum eſt millequinquaginta. Quidam proſpectus acuti, cum in ſpeculam aſcendiſſet, naues è portu Carthaginenſium egredientes numero renuntiabat. Vrbes in hac ſunt, ab orientali quidem latere Meſſana, ſeptētrionalis maxime, deinde Taurominium, mox Catana, Naxus, Megara, Syracuſæ. Porrò Meſſana prius Zancle dicebatur, propter locorum ſcilicet curuedinem. Et Charybdis ante Meſſanam oſtenditur non longè in freto iacens, profundum immenſum, in quod inundationes freti mirum eſt quàm facile nauigia detrahant, magnas per circunductiones & uortices præcipitata. Quibus abſorptis, & diſſolutis naufragiorum fragmenta ad Taurominitanum litus attrahuntur, quod ab huiuſmodi cauſa Coprian id eſt fimum appellant. Diſtat Meſſena à Rheginorum urbe interuallo ſtadiorum ſexaginta, à Columella uerò, multo minus. In ea natione Mamertini tantum inualuerūt, ut uinum quod illic eſt optimum, non Meſſenium ſed Mamertinum appellaretur.

OO Quòd

Quòd Amphinomus & Anapias uiri pij, ſublatis in humeros parentibus, ex Ætnæ incendio cũ ad Catiniam deuolueretur, ipſos ſeruarint. Cæterum autem Catanenſiũ agri cineribus oppleti, aliquandiu illos affligunt magnopere, ac ſuccedente tempore uitibus alijsq; fuctibus fertiliſsimam terram efficiunt, ut reliquarum nulla uini nobilitate eis conferri poſſit. Adeoq; loca ipſa cinere permixta, radices producũt, inde pecudes tanta pinguedine exuberant, ut ſuffocentur niſi quarto quoq; die ſanguis ab auribus mittatur. Idem in Erythęa fit. Cæterum fluxus ille ad ſoliditatem permutatus, terram ad magnam profunditatem uſque ſaxificat, ut priſtinam ſuperficiem detegere uolentibus lapides excindere ſit neceſſe. Liqueſcente enim in ipſis crateribus petra, deinde ſparſa, humor è monte defluens ſuperq; uerticem diffuſus in limum nigreſcit, mox duritiem aſſumens lapis molaris efficitur, eodem ſeruato colore quem defluens habebat, fitq; cinis è crematis lapidibus, quemadmodũ combuſtis ex lignis fieri ſolet. Sicut igitur ex lignorum cinere ruta fouetur, ſic Ætnæum cinerem quandam affinitatem cum uitibus habere, eſt uerisſimile. Quòd Miſcellum & Archiam, Delphos petentes, ut de Colonia ducenda oraculum conſulerent, Deus rogarit, utrum opes an ſanitatem eligerẽt, Miſcellum itaq; ſanitatẽ, Archiã opes elegiſſe, cõceſſumq; alteri ut Syracuſas, alteri ut Crotonẽ condèrent. Atq; res ita euenit. Nam Crotonis ſalubritatem indicant tot uictoriæ Milonis in Olympijs, Syracuſanorum uerò diuitias immenſas, prouerbium quo dici ſolet, Ne decimam quidem partem Syracuſanorum opum aſſequantur. Quòd Syracuſanis quia uiri eſſent uirtute præſtantiſſimi, obuenerit, ut ſub tyrannis conſtituti reliquos tamen ſuæ ditioni ſubiugarent, ac libertatem adepti alios Barbarorum ſeruitute oppreſſos in libertatem uendicarent. Quòd Syracuſanis initio bellum intulerint Sicani Siculiq; & Morgetes, & quotquot mediterraneam ac Morgantium habebant. Quòd Rhodanus flu. per lacum nõ magnum exiens undis eius non miſcetur, ſed de Alphæo flumine & Arethuſa figmentũ, Item de Inacho fluuio quod è Pindo & Amphilochis & Acarnanis erumpẽs, atq; Acheloi aquis ſeſe miſcẽs in mare Argiuũ ingrediatῑ, & de Inopo qui in Delo eſt, quod ex Nili fluentis feratur, & quę eius generis ſunt ea fide indigna ſunt, & impoſſibilia. Quòd Inachus fluuius in Amphilochis idem nomẽ habeat cum Argiuo. Fuit aũt ab Amphilocho ita dictus, qui & Argos urbem, Amphilochicum uocauit. Quòd Sicilia bellis Africis afflicta, paucos habeat cultores. Itaq; Romani hanc coluerunt, equorum gregem & armentorũ & ſeruos illic alentes. Hi ſerui per inſulã latrocinia exercuerunt, pauci primum, deinde ſub Euno qui ſeruile bellũ excitauit multis millib. Fuit etiam Romam nuper adductus è latronibus quiſpiam Siculus, qui ſe filium Ætnæ prædicabat, Serulus nomine. Is ubi ſæpe ſingulari certamine cõgreſſus fuiſſet, poſtremo cum gladiatorum ſpectaculũ exhiberetur, in

ſublimi

ſublimi ad id compacto poſitus ędificio perinde ac in Ætna, cum derepente diſſolutum unà concidiſſet, ipſe in ſolutiles beluarum caueas ad hoc ipſum præparatas eſt præcipitatus. Quòd Siciliam olim Romæ horreũ, Romani appellarint. Quòd tanquam duæ arces Siciliæ ſitæ ſint Syracuſæ & Erix. Inter quas media eſt Enna urbs. Quòd Ætnę loca ſuperiora nuda ſint & cineroſa, per hyemẽ uerò niuibus referta, inferiora, ſyluis & uarijs arborũ conſitionibus partita. Montis huius cacumine uarias ſuſcipiunt mutationes, ueſcentibus incendijs, nunc quidem in unum craterẽ igne collabente, nũc uerò diuiſim effluente. Nunc ignei emittunt̃ riui, nũc flãmæ fumoſæúe fuligines. nũc ardẽtes exhalat lapides. Neceſſe aũt meatus ſubterraneos cum his pariter accidentib. uariari, atq; ora quandoq; eſſe plura ſecundum circumſtantem ſuperficiem. Quòd nonnulli in Ætnam cõſcendere auſi, campũ uiderint calidiſſimum, cineribus oppletum. In medio collẽ qui & ipſe cinerib. fuerit obſitus, é quo fumus rectus aſcendit ad pedes uſq; ducentos, cũ à uentis tranquillitas eſt. coniectaſſeq; fumũ illum eſſe & ſpiritum è cratere ſublatum. Et hiſtoriæ quæ de Empedocle fertur meminerũt aliqui, quod ærea eius crepida, cum ſe in craterem dimitteret ui ignis eiecta, inuẽta ſit. Deficere autem ignem quandoq; & ſpiritus, quoties materia deficiat, ratione nõ caret, non uſqueadeò tamen ut præ tanta uiolentia homini appropinquare liceat. Per noctem itaq; lucet, atq; è cacumine ſplendet, interdiu fumo & caligine obſidetur. Quòd Sicilia tota cauernoſa ſit, fluminibus atq; igne plena, ſicut & mare Tyrrhenum Cumas uſq;, & calidarum aquarum ſcaturigines habet. Ad Agrigentum uerò lacus ſunt guſtum maris habẽtes, naturam uerò diuerſam. Iis enim quæ natalitia eſſe nõ ſolent, nullo pacto demergi contingit, quin lignorũ in morem ſuperne fluitant. Italici ſanè, crateres habent quoſdam qui turbulentã exhalantem eiectant aquam, rurſusq; in eundem ſinum recipiũt. Spelunca penes Metaurum ampliſſimã intus habet fiſtulam per quam occultus elabitur amnis, magno ſanè interuallo, deinde in ſuperficiẽ emergit, quemadmodũ in Syria Orontes hiatum inter Apamiam & Antiochiã irrumpens (Charybdim hunc appellant) intra quadraginta rurſum excurrit ſtadia. Eodem modo Tigris in Meſopotamia, & Nilus in Africa, paulũ ante fontes. Quæ uerò apud Stimphalum eſt aqua, ducentis ſub terra ſtadijs delata in Argiuo deinde agro Eraſinum effundit amnem. Peneſq; Albiã Archadiæ, aqua ſubtus terram impulſa, tarde poſtmodũ Eurotam & Alphęum emittit, ita ut quod uulgo fertur fabuloſum quiddã fidem aſſequatur. Nam ſi quis coronas in communẽ aquam proiectas, utrique dictas cõmendauerit, prout dixerit uterq; proprio in flumine ſuam oſtendit. Quòd Lipara potens fuerit, & quandoq; imperarit, Cnidiorum exiſtẽs colonia, appellabatur antea Meligunis, atq; Delphici Apollinis oraculum ſuis primicijs multoties adornauit. Terrã fertilẽ habet, & magni prouẽtus alumi-

nis effoſſionem. Item aquas calidas, quemadmodū Sicilia, & ignes exhalantes. Inter hanc & Siciliam ea iacet quam Vulcano ſacram uocant, ſaxoſa tota & deſerta & ignita, trifariamq; tanquam è tribus crateribus efflat, è quorū maximo laminas flāmæ eructant quæ magna ex parte meatum referunt. E longa uerò creditū eſt obſeruatione, flāmas ipſas flatibus concitari tum hic tum in Ætna. Neq; id ratione caret. Vēti enim è marinis exhalationibus originē ducentes, generantur atq; nutriuntur. Atq; adeò de cognata materia accidenteq; accenſus ignis, ſpectatores ipſos mirari non ſinit alio quodāmodo talia fieri. Ex tribus craterib. illis unū partim effluxiſſe, aiūt, alios durare. Maximo labrum rotundum eſſe ad ſtadia quinq;, paulatimq; contrahi ad pedum 50. diametrū, à quo profunditas uſq; ad mare ſtadij unius ſpacio ſit, ſicut in uentorū quiete intueri liceat. Igitur ſi ſpiraturus ſit auſter, nebuloſam circa inſulam caliginem effundi, adeò ut à longe Sicilia uideri non poſsit. Borea flante, flammas puras ex eo quem dixi cratere attolli altius ac maiores emitti ſtrepitus. Zephyrum aūt medium quendam ordinem tenere. Reliquos crateres eiuſdem generis eſſe, exhalationum uerò minores impetus habere. Cæterū ex fragorum differentia & loci è quo exhalationes & flammæ ac fumus inchoant, uſque in tertium etiam diem annotari poſſe qui uentus ſit ſpiraturus. Quare ubi uentorum fuerit tranquillitas, è Liparitanis aliquos futurum uentum prædicere, neq; falli. Qua ex re quod à poëta fabuloſiſsimum dici uiſum eſt, haud inaniter dictū apparet, ſed occultam ueritatis inſinuationem eſſe, cum dicat Æolum uentorum eſſe cuſtodem. Quòd Æoli inſulæ ſeptem ſint, Lipara, Thermeſſa, Strongile, Didyme, Ericuſa, Phœnicuſa, Euonymos, è quib. Strongile à rotunditate figuræ appellata fuit, flammarū ui minor, lumine cæteras ſuperans. In hac Æoli domiciliū fuiſſe aiunt. Ericuſa, & Phœnicuſa ab arbuſtis appellatę fuere, atq; ad paſcua ſola ſeruabanť. Euonymos in pelago diſſita eſt ac deſerta. Multoties ſanè per maris hiſce inſulis propinqui ſuperficiem, flammæ excurrere conſpectæ ſunt, cum è profundis concauitatibus recluſo quopiam meatu ignis ad exteriora uiolenter erupiſſet. Poſidonius ait, æſtiuo ſolſtitio aurora luceſcente inter Hieram & Euonymam pelagus mirum in modum in altum cōſcendere uiſum eſſe, & aliquo tempore manſiſſe aſsiduis flatibus erectum, deinde deſijſſe. Quoſdam uerò illuc adnauigare auſos, exanimatos piſces fluctibus agitari uidiſſe, alios uerò uapore & odore tetro perculſos, fugam arripuiſſe. Pluribus dieb. poſt uiſum fuiſſe cœnum mari ſupernatans, multisq; ex locis flammas & fumum atq; caliginem erumpentes. Poſtremo congelatum fuiſſe, & molaribus lapidibus ſimilem glaciem extitiſſe. Quòd Iapygiam Græci Meſapiam uocant, Cherroneſum exiſtentem. Eſt autem in duas partes diuiſa, quarum alteram Salentini habent, alteram Calabri. Supra hos ad boream Peucatij ſunt & Apuli. Cæterum Meſapia peninſulæ formam habens, à

Brundu-

Brunduſio atq; ab ortu Tarentũ uſq; uerſus occaſum iſthmum habet ſta-
diorum trecentorum decem. Quòd bello Meſſonio contracto, qui è Lacedæmonijs non militauerãt, pro ſeruis habiti atq; Elotæ dicti fuerint. Eadem militia durante, quotquot nati fuerant pueri Parthenias uocabãt, cuius appellationis hæc fuit cauſa. Cum enim longo tempore bellum traheretur Lacedæmonijs Meſſenam obſidentibus, ab exercitu dimiſſi ſunt qui iuuenta fuere florentiſſimi, iuſſiq; ut cuncti uirginibus cunctis miſcerentur. Ex hac occaſione Partheniæ nomen acceperunt. Hanc itaq; ignominiam non ferentes (erant autem permulti) popularibus inſidias ſtruxerunt, Phalantum ducem habentes, qui unus ex ipſorũ erat numero. Conuenerat autem, ut in Hyacinthiorum celebritate cum certamen conficeretur, quãdo Phalantus pileum capiti imponeret, fieret inſultus. Ea res cum in ipſo certamine patefacta eſſet, præco in mediũ procedens iuſſit ne Phalantus pileum imponeret. Quo facto coniurati intelligentes ſe deprehenſos eſſe, partim fugiũt partim ſuppliciter aduentãt. Itaq; bene ſperare iuſsi in uincucula conijciuntur. Phalantus uerò ad Apollinem de Colonia ducenda conſulturus mittitur, cui Deus ita reſpondit,

σατύριον τοι ἔδωκα ταράντά τε πίονα δῆμον
οἰκῆσαι, καὶ πῆμ' ἰαπύγεσυ γενέσθ.

Satyreum & pinguem populum tibi trado Tarenti
Incolere & late cædem per Iapygas ædes.

Vnà igitur cum Phalanto Partheniæ profecti Tarentum condiderunt, eamq; ab Heroë quodam ita nominarunt. Quòd Tarentini rem ſuam ciuilem populari poteſtate gerentes, ampliſſimi aliquando fuere. Pythagoricam quoque philoſophiam amplexati, Architam philoſophũ principem urbis deſignarũt. Is multo tempore imperauit. Inde illecebroſæ inualuere delicię ac peſſimus reipublicę ſtatus, adeò ut plura feſta publica apud eos agerentur q̃ eſſent reliqui dies totius anni, & hoſpites ac peregrinos principes uocarent in urbem, quib. ne ipſis rectè parebant: ueluti Alexandrum Epirotam contra Menapios, & Pyrrhum: & è Lacedæmonijs nonnullos. Sub Hannibale quoque Carthaginenſibus ſe iunxerunt, quapropter à Romanis poſtea debellati depreſſi fuerunt. Quòd Iapygum regio, miris modis urbi idonea eſt. Cum enim in ſuperficie aſpera uideatur, ubi aratris ſcinditur, altioris fertilitatis glebas reperies. Et quanquam aquarum indiga ſit, paſcua tamen læta ſuppeditat, & arboribus referta ſpectatur. Hæc tota regio copioſa aliquando hominum multitudine floruit, ac tredecim habuit urbes. Nunc præter Tarentum & Brunduſium, cætera exigua ſunt oppida, adeò ipſorum uires ſunt abſumptæ.
Hoc in loco extat Scopulus quem ultimam Iapygiam uocant, multus in pelagus ac ortum hybernum procumbens, ac paulatim conuertens ſe ad Lacinium promontorium Magnæ olim Græcię dictæ, à Pythagoræ ſcili-

cet quæ illic erat frequentia. Aduerſus hoc ab occaſu ſe attollit, atq; ad ipſum, ſinus Tarẽtini os claudit. Ad quem modum Ceraunia ad hoc ipſum Claudunt ſinum Ionium. Interuallum ab hoc ſinu ad montes Ceraunios atque Lacinium ſtad. eſt ſeptingentorum E Tarento Brunduſium uſque nauigationis circuitio ad Baretum oppidulum, ſtadiorum eſt ſexcentorum, nunc Barin appellant. Hinc ad Leuca, ſtad. ſunt octingenta, & hoc exiguum oppidum eſt, in quo fons oſtenditur fœtidam aquam habens. E Leucis ad Hidruntem exiguam urbem ſtadia ſunt centum quinquaginta. Hinc Brunduſium ſtadia quadraginta. Totidem ad Saſonem inſulam quæ interualli quod inter Ceraunia Epiri & Brunduſium iacet, media ſita eſt. Quòd è Bruduſio uia Tarentum, id eſt, iſthmus ſtadiorum eſt ducentorum, diſterminans terram quam Meſſapiam et Iapygiam & Calabriam & Salentinum communi appellatione uocant: ea peninſula eſt.

Quòd Brunduſium portus commoditate excellat. Multi namque portus uno ore includũtur, qui nulla fluctuum agitatione turbantur, ſinibus intro incluſis, ut forma ipſa cerui cornibus ſimillima ſit. Vnde & nomen eſt inditum. Locus enim unà cum urbe, ceruino capiti maxime comparari poteſt. Ac lingua Meſſapiorum Brunduſium cerui caput nominatur. Sunt autem è Roma Brunduſium milliaria trecenta ſexaginta.

Quòd è Brũduſio in ripam tranſmarinam duplex eſt nauigatio, alteram ad Ceraunia & Epirum: Altera Dyrrachium quę maior eſt quàm prior. eſt enim ſtadiorum quatuor millium octuaginta. Vtraq; harum ſupra modum frequens eſt, quòd urbs ipſa cõmodè ſita ſit tum ad Illyricas gentes tum ad Macedones. Quòd olim Argirohippium dicta fuerit, quæ deinde Argyrippa ac poſtremo Harpi ſit uocata, Diomedis ædificium.

Quòd in Samnio circa collem quendam oſtenduntur baſilicæ duę, altera quidem Calchantis in ſummo uertice collis, ſacrificãt illi nigrum arietem oracula petituri, & pelli indormiunt. Altera Podalyrij, in ima radice montis poſita, abeſt à mari ſtadijs circiter 100. Locũ hunc Drion appellant. Ante ſinum, ad trecenta ſtadia procumbens, in pelagus protenditur promontorium (Garganum appellant) cui adiacent Diomedeæ inſulæ. De Diomede uariat hiſtoria. Alij aiunt à ſuis accerſitum Argis obijſſe. Alij uerò illic in Harpis eum deceſſiſſe tradunt. Nonnulli quod in una ex inſulis de ſuo nomine appellatis, euanuerit. Veneti apud ſe in Deorum numerum ſublatum fuiſſe affirmant. Quòd Italia tutam habitationem præbeat, inſtar inſulæ mari circundata, atque uno in loco alpium ingentibus præcipitijs, tanquam ualidiſsimis muris circumuallata.

Quòd Strabo ſub Tyberio Cæſare, eiusq; liberis Druſo & Germanico floruerit.

LIBRI

LIBRI SEPTIMI.

QVòd à ſinu Adriatico uſq; ad Iſtrum ſtadia ſunt mille. Quòd Germani à Gallica gente puſillum differant, feritatis abundantia & corporum proceritate atque flauitie. In cæteris ſint ſimiles & forma & moribus, quamobrem à Romanis Germani fuerunt appellati, quod fratrem ſignificat legitimum. Quòd Marſi & Sicambri gentes ſunt Germanicæ ad occaſum ſitæ. Quòd in Germaniæ tractu Hercinia ſylua ſit circa Sueuos nationem maximam. Quòd populi qui Germanis ſeptentrionales magis ſunt in curribus uitam degũt & paſtoralem, atq; ex uno loco in alium facile migrant, quia theſauros nõ reponunt. Quòd Druſus Tyberij filius bellum gerẽs atq; re bene geſta prope Rhenum oppetijt. Quòd Rhenus ab Albi fluuio diſtat ſtadiorum tribus millibus, rectà proficiſcenti. Quòd ſylua Hercinia proceris arboribus frequẽs ſit, & munitiſſimis in locis ingentem ambitum admittit. In medio ſita regio eſt, quę pulcherrime habitari poteſt. Nec longe ab hac diſtant Iſtri ac Rheni fontes, & lacus inter utrunq; interiacens, & de Rheno effuſæ paludes. Habetq; lacus ipſe ambitũ ſtadiorum trecentorũ. Eſt aũt auſtralior hic lacus q̃ ſint uel Iſtri fontes uel ipſa ſylua Hercinia, ut neceſſe è Gallia ad ſyluam Herciniam proficiſcẽti, prius lacũ hunc traijcere, mox Iſtrum. Poſtea per faciliora loca montanasq; planities ad Herciniam ſunt acceſſus. Quòd alia etiam in iiſdem Sueuis ſylua, Gabreta nomine, ingens iaceat, ultra quã Hercinia eſt, quæ & ipſa ab iſtis tenetur. Quòd Cimbri appellantur Germani iuxta oceanũ habitantes, hi uſq; ad Mæotin aliquando militiã egerũt. Ab his qui Boſphorũ incolunt Cimmerij uidentur nomen traxiſſe, quorũ etiã Homerus meminit, Nam Græci nõ ſine ſolœciſmo hoc nomẽ ita efferunt. Quòd Cimbrorũ uxoribus in militandi ſocietate coniunctis, conſequentes nonnullę diuinationis peritæ ſacerdotes adhærebant. Quibus canus capillus erat, alba ueſtis, lintea è carbaſo ſubter tunicam fibulis annexa, æreis incinctę zonis, pedes nudæ, captiuis per caſtra ſtrictis occurrebãt enſibus, quos humi ſternentes ad æreum craterem protrahebant, uiginti amphorarũ capacẽ. Habebant & pulpitum quo agiliter cõſcenſo tollentes in ſublime captiuũ, ſuper lebete iugulabãt. Tum profuſo in craterẽ ſanguine, inde, dum ſtillaret uaticinium edebant. Aliæ ſciſſo uentre inteſtina ſpeculabanť, ſuis uictoriam acclamitantes. In ipſis uerò certaminibus, extentas ad carrorũ uelamina pelles tantis ictibus pulſabãt ut ingenti cum horrore fragor efficeretur. Quòd ueteres Græci Myſos & Getas qui Iſtrum accolunt Thraces opinati ſunt. Item colonos Myſorum Thraciæ, eos qui in Aſia inter Phrygas & Lydos & Troianos habitant. Et ipſi inſuper Phryges Thracum genus ſunt, Briges dicti, quemadmodum & Mygdones & Bebryces & Medobithyni & Bithy-

ni & Thyni & Mariandyni. Sed hi omnes Europam deſeruere prorſus, præter Myſos, quorum etiam Homerus meminit. ſunt enim nonnulli è Thracibus illis & Myſis qui à carnium eſu & nuptijs ob religionem abſtinēt, quos appellat ipſe inclytos equorū mulſores, Lactophagos, ἀβίους, id eſt cęlibem & abſque mulieribus uitam ducentes. fit autem ut cum pauperes hi ſint, iuſtiſſimam uitam agāt. Eſt itaque ueriſimile Zamolxin poſterioribus ſeculis perſuaſiſſe Getis, ut Pythagoricam uitam ducerent, quòd eos ad philoſophiam promptos deprehendiſſet. Quòd Pontus qui nunc Euxinus dicitur, prius axinos, id eſt, inhoſpitalis fuerit dictus, quod populi qui tum illum accolebant feri eſſent, & qui Tauricam colebant, hoſpites mactare ſoliti eſſent. Quòd Scythæ omnia communia habere conſueuerint, etiam mulieres ipſas, præter gladium ſolum et poculum. Cum autem ſint ἄβιοι inſtiſſimi etiam ſunt. Nam iniuſtitia ob pecuniæ poſſeſſionem & contractus fieri ſolet. Veteres autem Scythæ erant pauperes. Teſtatur idem Homerus. Item Herodotus de Scytharum rege ſcribens, aduerſus quem Darius Perſarum rex duxit exercitum, & de frugalitate ipſorum ac ſimplicitate. Et Dromachetes rex Getarum, cum Lyſimachum Macedonum ducem, qui cum Alexandro quandoq; militauerat aduerſus ſe bellum gerentem uiuum cepiſſet, ubi ſuam gentiſq; ſuæ monſtraſſet, inopiam, impune dimiſit, illud addens: Non inferendum fuiſſe bellum hominibus qui talem paupertatem exercerent, ſed ijs utendū ut amicis. Quòd bifariam diuiſa ea terra quæ inter Pontum Euxinū & Germanos iacet, quæ ad ortum & pontum Euxinum ſita eſt, eam Getæ habitāt. Ad occaſum uerò Daci & Dani. Vnde etiamnum apud Athenienſes ſeruorum nomen frequentatur. Quòd partem Iſtri fluuij ſuperiorem uerſus fontem & uſq; ad Cataractas, antiqui Danubium appellabant, quæ plurima per Dacos fertur: inferiorem uerò partem uſque ad Pontum ac præter Getas uocabaut Iſtrum. Habent autem Daci eandem linguam cum Getis. Quòd inter mare ponticum ab Iſtro ad Tyram fluuium Getarum ſolitudo pertenditur, plana tota atq; aquarum indiga. Quo in campo Darius Hiſtaſpi filius deſtitutus, quādo traiecto Iſtro aduerſus Scythas expeditionem ſuſcepit, maximo in periculo fuit ne cum toto exercitu ſiti deleretur. Quòd à Peuce quæ inſula eſt, oſtijs Iſtri cōprehenſa, uſq; ad Tyræ eruptionem ſtadia ſunt ſeptingenta. At ab oſtio Iſtri quod Sacrum appellatur, & maxime auſtrale eſt, uſq; ad id quod maxime ſeptentrionale eſt oſtium, ſtad. ſunt trecenta. Eſt aūt hæc baſis ipſius Peuces inſulæ triangularem figuram habentis. Quòd Leuca inſula à Peuce uerſus ortum ſtad. quingentis diſtat, in pelagus educta, ſacra Achilli.

Quòd deinde Boryſthenes ſit fluuius mox ad ſeptentrionem & ortum Hypanis flu. à Tyra flumine, ante hos Boryſthenes inſula. Cæte-

rum

rum ſurſum nauiganti Boryſthenem ad ſtadia ducenta, eiuſdem nominis urbs offertur alioqui Olbia dicta, amplum ſanè emporium condidere Mileſij. Inter Iſtrum fluuium & Boryſthenem prima occurrit Getarum ſolitudo, deinde Tyragetæ, mox Iazyges Sarmatæ, & Baſilæi appellati Scythæ. Quòd uniuerſus aquilonaris tractus à Germania uſque ad mare Caſpium, campeſtris eſt regio, quæ ad noſtram utique cognitionem peruenit. Quòd Roxoani circa Mæotim habitantes bellum geſſerint aduerſus Mithridatis Eupatoris duces, imperatorem habentes Taſium.

Quòd Boryſthenes fluuius oſtia in intimo receſſu Tamyraci ſinus iaceant. Itemq; Boryſthenes inſula. At Carcinites fluuius in receſſu erumpit ſinus eodem nomine dicti. Inter hos duos ſinus Tauroſcythia continetur, peninſulæ forma, huius pars auſtralis rectum litus eſt, curſum Achillis appellant. Quòd circa Mæotin loca præ magno frigore aſinos non gignant. Eſt enim animal iſtud rigoris impatiens. Boues autem alij abſque cornibus naſcuntur, alijs amputantur. Hæc enim pars à gelu oblæditur maxime. Equi puſilli apud eos naſcuntur, pecudes magnæ. Traiectus autem Boſphori è Panticapæo ad Phanagoriam plauſtris deambulatur, adeò ut tota uia cœnum efficiatur. Et foſsiles illic ſunt piſces, qui in glacie deſtituti ligonibus effodiuntur, præcipuè Antacæi delphinis magnitudine æquales. Vitis per hyemem defoditur. Æſtus per æſtatem ingens eſt, forte quia corpora illic inſueta ſunt, aut quia nullæ ſpirant auræ, aut quia craſſitudo aëris plus caloris concipit, quemadmodum in nubibus ſolis agunt radij.

Quòd poſt Boryſthenis inſulam ad ortum in continente nudus locus eſt, quem Achillis Sacrũ lucum appellant, deinde Achillis curſus, & in mare porrecta Corroneſus. Eſt enim ad ortum faſcia quædam in ſtadia mille producta, latitudine maxima ſtadiorum duûm: minima, iugerum quaternûm, diſtans à continente quæ utrinq; ceruici huic adiacet, ſtadijs per mare ſexaginta, harenoſa, aquam tantum foſſilem habens. In media hac, iſthmi collum eſt circiter ſtadia quadraginta. Terminatur uerò ad promontorium quod Tamyracen appellant, & ſtationem habet. Poſt illud ſinus eſt Carcinites, magnitudine non modica, tendens in aquilonem ad ſtadia circiter duo millia, uſq; ad ipſum ſinus receſſum. Hunc ſinũ eodem quo promontorium nomine Tamyracen appellãt. Hic iſthmus ille eſt, qui lacum putrem uocatum, à mari ſeparat, ſtadiorum quadraginta, facitq́ue Tauricam & Scythicam appellatam Cherroneſum. Alij trecentorum ſexaginta ſtadiorum iſthmi latitudinem eſſe dicũt. Porrò Sapra lacus ſtadiorum quatuor eſſe dicitur. Eſt autem pars Mæotidis uerſus occaſum, magnoq; illius ore clauditur, paludoſa uehementer & uix nauiculis ſubtilibus nauigari poteſt. Nam uenti cœnum facile detegunt, inde rurſus opplent, adeò ut paludes ipſæ maioribus cimbis non ſint peruiæ, ſed illic detineantur.

Quòd Cherroneſus urbs in Taurica, quæ antea proprijs legib. uiuebat, à Barbaris

à Barbaris poſtmodum direpta eò neceſſitatis adducta ſit, ut Eupatorem Mithridatem præſulem ſibi deligeret, aduerſus Barbaros qui ſupra iſthmum uſque ad Boryſthenem atque Adriam loca tenent, bella geſturum, quę aduerſus Romanos præludia parabantur. Ille igitur cum per has ſpes lubens exercitum in Cherroneſum miſiſſet, Scythis bellum intulit, eóſque ſubiugauit, ac Boſphoro potitus eſt, ultrò accepta eius loci ditione à Piriſa de qui eum tunc obtinebat. Ex eo tempore Cherroneſitarum ciuitas in hunc uſque diem Boſphoranis regulis eſt ſubiecta. Quòd poſt pactorum portum in Taurica, qui uerſus occaſum ac boream iacet, Tauricum litus ſequitur à Ponto Euxino uerſus auſtrum, longitudinem habens ſtadiorum mille, aſperum, montanum, & aquilonibus procelloſum. Sita eſt urbs Theodoſia in Boſphoro. Cæterum in medio huius litoris promontorium eſt quod arietis frontem appellant, ex aduerſo Paphlagonię & Carambidos promontorij. Inter Carambin & Arietis frontem interuallum ſtadiorum habet duo millia quingenta. A Theodoſia Panticapæum uſque Boſphoritanorum metropolim regio tota agrum habet feracem, præcipuè tritici, ſtadia continens quingenta triginta. Vrbs Panticapæa in ore lacus Mæotidis eſt ſita. Panticapæum autem collis eſt in circulum habitatus ad ſtadia uiginti, Mileſiorum ædificium.

Quòd duo oſtia Tanais inter ſe diſtant ſtadijs ſexaginta, quo loco urbs eſt eodem nomine cum fluuio, Emporium Barbarorum maximum, poſt Panticapæum tamen. A Panticapæo uerſus boream ad ſtadia uiginti ſurſum pergenti, Myrmecium eſt oppidum exiguum. Deinde Parthenium uicus ſtadijs à Myrmecio quadraginta, à Panticapæo uerò ſexaginta. Iuxta Panticapæum, fretum, id eſt Boſphori traiectus, ſtadiorum eſt ſeptuaginta, à Parthenio uerò, quo loco anguſtiſsimum eſt, ſtadiorum uiginti. Habet autem illic oppoſitum in Aſia uicum, Achilleum nomine. Ex hoc loco longitudo lacus ad Tanaim urbem & inſulam ſtadiorum eſt duorũ millium ducentorum. Hunc numerum paulò excedit præter Aſiam ad dextram partem nauigatio. Ad ſiniſtram uerò & iuxta Europam, ſeptem millia proxime excedit, ut totius lacus ambitus ſtadiorum ferè ſit octo millium. Huius pars quæ in Europam uergit, deſerta eſt, quæ ad ortum, habitatur. Cæterum Taurica Cherroneſus & magnitudine & figura Peloponneſo eſt ſimilis. Magnam eius partem uſque ad iſthmum ſcilicet ac ſinum Carciniten, Tauri colebãt, gens Scythica, appellabaturq́ olim regio hæc uniuerſa, & ferè quæ extra iſthmum eſt uſque ad Boriſthenem, parua Scythia. Huius Tauricæ Cherroneſi, præter mõtanam oram maritimam uſq; ad Theodoſiam, reliqua pars tota campeſtris eſt & fertilis, in primis autem frumenti. Vbicunque itaque foſſore forte proſciſſa eſt, triginta reddit. Hi tributum pendebant Mithridati Eupatori. Ex his locis ad Græcos commeatus frumentarios extitiſſe aiunt. Et Leuconem traditum eſt

Athenien-

Athenienſibus miſiſſe modiorum frumenti myriadas quindecim. Quando autem qui ſupra eos habitant paſtores ſunt omnes, hi peculiariter agricolæ nominabantur. Quòd Scythicæ & Sarmaticæ gentis peculiaris mos ſit, equos caſtrare, ut manſuetiores ad parendum fiant. Sunt enim parui, ac celeres admodum & rebelles. Quòd in Scythia aquilæ non naſcantur. Inter quadrupedia belua eſt quam colon appellant, magnitudine inter ceruum & arietem, copore albicāte, eximiæ ſupra hos leuitatis ad curſum, naribus potans ad caput trahit complures ad dies ſeruans, ut per carentes aquis agros facile pabulū carpat. Huius generis uniuerſa extra Danubium regio eſt, in medio Rheni, & Tanaidis ſpacio iacens, quæ ab Iſtro fluuio incipit, & mari Pontico terminatur.

Quòd quodammodo ad Iſtrum fluuium paralleli ſint Illyrici & Pæonici ac Thracę montes, iuxta unam lineam ferè iacentes, ab Adria ad Pontum uſque porrectam. Huic lineæ ad ſeptentrionē iacent, quę inter Iſtrum fluuium & montes ſunt ſita loca. Ad auſtrum uerò, Græcia & continentes Barbaræ nationes uſque ad ipſos montes. Iuxta Pontum itaque, Æmus mons eſt, cęteros eius loci magnitudine altitudinéque ſuperans facile, mediam diuidens Thraciam. Ad Adriaticum uerò, tota ferè Ardea. Media iacet Pæonia quæ & ipſa tota edita eſt. Ex huius lateribus, uerſus Thraciam quidem Rhodope, propinquus, & ſublimis admodum mons poſt Æmū. Altera ex parte ad ſeptentrionem, ora Illyrica & Angariatarum regio & Dardanica. Alpes autem uſque ad Iapodas excurrunt, gentem Gallicam & Illyricam. Ocra uerò humillima eſt alpium pars, quæ ex Rhetica uſque ad Iapodas porriguntur. Inde montes rurſus attolluntur, iuxta Iapodas uocanturq́ Albia. Inter Ocram & Albia iuxta lineam rectam in Iſtria montes ſunt Caruanga uocati, Porrò Bebia, adhuc magis uerſus ortum ſunt quàm Albia, ita ut in quinto climate hi montes ſint iuxta rectam ferè lineam locati, Ocra, Caruanga, Albia, Bebia. Inde montes ſuperioris Myſiæ. Mox Æmus Thracius uſque ad Pontum Euxinum. Recta itaque linea iuxta hos montes eiecta Iſtro ferè ex æquo adiacet. Quòd litoris Illyrici initium Iſtria eſt, Carnis & Italiæ continua. Sunt autem ab intimo ſinu Adriæ uſque ad Polam urbem ſtadia octingenta, ac totidem Anconem uſq́ Italiæ urbem. Cæterum Iſtriæ circuitio tota uſq́ ad Albios montes, ſtadiorum eſt mille trecentorū. Deinceps eſt Iapodum curſus, ſtadiorum mille. Quòd Iapodes ad Albium montem ſint ſiti, qui ultimus eſt alpium & altiſsimus. tendunt hinc ad Pannonas uſque & Iſtrum, hinc ad Adriam. Sunt autem Stigmatici quemadmodū Thraces & Illyrici cæteri. Quòd poſt Iapodum nauigationem Liburnica eſt circuitio, ſtadia habēs mille quingenta. Huic inſulæ adiacēt quadraginta numero. Et ante Iapodas inſula iacet, Cyrectica. Ante Iſtros Abſyrtides inſulę ſunt, q̄ loco Medeam Abſyrtum fratrē necaſſe aiunt. Præterea Tragurium & Pharos

ante

ante Liburniam iacent, inſignes inſulæ. Item Iaſſa inſula. Quòd Dalmatis peculiaris mos ſit, per octenniū ab inquilinis tributa exigere, Et q̃d numiſmate nullo utantur, id ipſis inter eius litoris accolas rurſus peculiare eſt, cum cæteris autem Barbaris permultis, commune. Quòd mons Adrius mediam Dalmatiā diuidit, hinc uerſus mare, illinc uerſus terram. Poſt hunc Naro fluuius eſt, & ante hunc Nigra inſula, quæ Corcyra dicitur, Cnidiorum Colonia. Quòd multæ nationes defecerint, & indies deficiant, è Gallis quidem Boij & Scordiſtæ, Ex Illyrijs Autariatæ & Ardæi, & Dardanij, è Thracibus Triballi. Hoc autem tempore, ne nomen quidē Thracum aut Macedonum eſt. Quòd poſt Ardæorum & Pleræorum oram maritimam Rhizæorum ſinus eſt, & Rhizon oppidum, deinde ad auſtrum Drilo fluuius, nauigationem habens aduerſam, ortum uerſus uſq; ad Dardaniam. Propinquat Macedoniç gentibus & Pæonicis ad meridiem, deinde Dyrrachiū urbs eſt, eodem nomine quo Cherroneſus, Corcyræorum ædificium. Inde Apſus fluuius, ab hoc urbs Apollonia à Corinthijs ædificata. Mox Laus fluuius, deinde Baliaca urbs, & montes Ceraunij & Chaones, initium ſinus Ionij, & inſula Saſo. Eſt autē propria appellatio Ionij, qua parte ſinus incipit. Adriatici uerò, qua interior eius ſinus pars eſt. Hoc tempore, uniuerſum eo nomine uocatur. Sunt autē è Liburnia ad Ceraunia uſq; per oram maritimam, ſtadiorum duo millia. Via à ſinu Adriatico uſq; ad montes Ceraunios pedibus eunti, dierum eſt plus quàm quadraginta. Nauigatio per mare, dierū ſex. Vniuerſa hæc ora maritima frugum atq; rerum omnium ferax eſt, uinetis atque arboribus optime conſita. Quòd quæ ſupra oram illam maritimam ſita eſt, Illyria omnis montana eſt & frigida ac niuibus oppleta. Et quæ ad ſeptentrionem ſpectat adhuc magis, ita ut raro uitem ferat. Hæc loca Pannonij tenent, ad auſtrum quidem uſq; ad Dalmatas & Ardæos, ad ſeptentrionem uerò, uſque ad Iſtrum fluuium. Ad ortum, Scordiſcis proxima eſt, qua Macedonum & Thracum montes exiſtunt. Quòd in Autariatis inſigni gente Illyrica aqua eſt, è uaſe quodam uerno tempore ſtillans. Hanc aquā haurientibus & dies quinque reponentibus coagulabatur & ſal efficiebatur. Quòd poſt Scordiſcorum regionem, Triballorum & Myſorum ſit regio iuxta Iſtrum ſita. Item paludes Scythiæ intra Iſtrum, quam minorem appellant. Quòd ab Iſtri oſtio maxime auſtrali, quod appellant Sacrum, uerſus auſtrum per oram Ponti maritimam eunti ad ſtadia quingenta, Iſter ſit oppidum exiguum, Mileſiorum ædificium: deinde oppidulum aliud, Tomis, ad ſtadia ducēta quinquaginta. Inde urbs Callatis ad ſtadia ducenta octoginta, à Mileſijs ædificata. In medio Apolloniæ & Callatidis ſpacio, Odeſſus eſt. Poſtea mons Æmus uſq; ad mare progrediens, deinde Meſembria Megarenſium colonia, poſtmodum Anchiale urbs, mox Apollonia. Ab Apollonia uſq; ad Cyaneas ſtadia ſunt mille quingenta. In eo inter-

eo interuallo Thynias et Salmideſſus eſt, litus deſertum & lapidoſum, importuoſum, ad aquilonem latè patens et apertum, longitudine ſtadiorum ferè ſeptingentorũ uſq; ad Cyaneas. Sunt autem Cyaneæ perexiguæ duæ inſulæ iuxta os Ponti, altera Europæ, altera Aſię contigua, freto diſiunctę: quod latitudinem habet ſtadiorum, aut circiter, uiginti. Tantundẽ à Byzantiorum & Chalcedoniorum templo diſtant, quod eſt Boſphori Thracij & Ponti ipſius os anguſtiſſimũ. Quòd Thracum lingua urbs Bria appellatur. Vnde Meſembria, tanquã Meſios oppidum. Et Selymbria oppidum Selyos. Item Ænos olim Poltyobria uocabatur tanquam Poltyos oppidum. Quòd Megarenſibus aliquando oraculum de colonia conſulentibus Deus reſponderit, ut urbem ex aduerſo cæcorum locarent, Byzantium ſignificans, Nam Chalcedonios appellabat cæcos, qui cum ad eum locum decem & ſeptem annis prius appuliſſent, non aduerterint tanquam cæci, ut meliorem locum Byzantium eligerent, ſed Chalcedonem ducerent quæ tenuior eſſet. Quòd Pelamis in paludibus lacus Mæotidis naſcitur, inde ubi parum adoleuerit in Pontum deſcendit, atq; ad Aſiaticum litus Trapezuntem uſq; excurrens, ob exiguitatem non capitur. Inde ad Sinopen uſque uenatio ipſius primum incipit, ubi paulatim augeſcens iuxta Byzantium inſignẽ magnitudinem habet, et capitur maximè. Nam in cornu q̊d iuxta Byzantium eſt & ſinuoſum maris gurgitẽ ad occidentem conuerſum ingrediens capiendum ſe præbet commodiſſime.

Quòd cornu iuxta Byzantium nomen acceperit, quia mare illud cornu ceruino ſimile eſt. Habet enim ſinus quoſdam ramis non abſimiles.

Quòd quam nunc Græci regionem hebent, à Barbaris prius habitabatur, ſcilicet Pelops è Phrygia populum in eam partem duxit quę ab ipſo Peloponneſus nunc eſt dicta. Danaus uerò ex Ægypto. Dryopes, Caucones, Pelaſgi, Leleges & nonnulli alij, regiones Gręciæ inter ſe partiti ſunt. Nam Atticam Thraces cum Eumolpho tenebant. Ex Phocide, Aulidem Tereius. Cadmeam autem, Phœnices qui cum Cadmo uenerunt, tenuere. Bœotiam, Aones, & Tembices, & Hyantes, atq; ex aliquot uocabulis Barbaricum adhuc manifeſtatur, ut ſunt Cecrops, Codrus, Eclus, Cothus, Drymas, Crinanus. Et nunc ſanè totam continentem & Græciam ferè & Peloponneſum & Macedoniam, Scythæ Sclaui tenent. Ioniam Cares & Leleges tenebant, Quòd ſub ſexto climate Alpis mons iacet, & ad ortum iuxta rectam ferè lineam dorſum eius montanum porrigitur, uſque ad montem Æmum qui in pontum Euxinum deſinit. Nomina autem habet iuxta unamquanque gentem hæc: Alpes, Ocra, Caruanga, Albis, Bebia, & hi Illyrici montes ſunt. Macedonici uerò, Bertiſcus, Scardus, Orbelus, Rhodope, Æmus, è quibus duo extremi Thracij ſunt. Inter hoc dorſum & Danubium hæ gentes interſunt, Rheti, Vindelici, Norici, Pannones ſuperiores & inferiores, Scordiſci, Dalmatæ, Myſi ſuperiores

periores & inferiores, qui uſq; ad Peucen inſulam progrediuntur. Cæterũ Illyrij & Macedones & Thraces ab hoc dorſo ad auſtrum tendunt.

Quòd ex Apollonia in Adria, quæ Taulantiorũ Macedoniæ urbs eſt prope Dyrrhachium ſita, uía Egnatia incipit uerſus ortum per millia paſſuum dimenſa, atq; lapideis colũnis notata, uſq; ad Cypſelum et Hebrum amnes. Eſt autem milliariorum quingentorum trigintaquinq;. Quòd ſi in ſingula milliaria octo ſtadia computentur, uenient in hanc uiam ſtadiorum quatuor millia ducẽta octuaginta. Sin milliare, ut uolebat Polybius, octo ſtadia duobus iugeribus, quæ ſtadij tertia pars eſt, ſuperet, adijcienda erit ſtadiorum quatuor millibus ducentis & octuaginta tertia pars, è quingentis trigintaquinque milliaribus, id eſt, ſtadia centum ſeptuaginta octo, ut in uniuerſum fiant quatuor millia quadringenta quinquaginta octo. Quòd Ptolemæus latus Macedoniæ ſeptentrional ait eſſe lineam per montem Bertiſcum & Scardum & Orbelum eiectam, ad ortum quidem uſque ad mediam Propontidem, ad occaſum uerò, uſque ad oſtia Drilonis fluuij, ita ut partes horum montium & lineę huius ſeptentrionales partim ſit Illyrica natio, partim Thracica. Porrò Strabo non ita definit, ſed uiam Egnatiam terminũ Illyriæ & Epiri ſtatuit, ab Apollonia uſque ad Lichnidium urbem exiguam, & locum quem Pylonis appellant. Cętera huius uię per Heracleã & Lynceſtas & Eordos, in Edeſſam & Pellam uſque ad Theſſalonicam. Sunt autem hæc milliaria ducenta ſexaginta ſeptem. Reliqua pars uſq; ad Hebrum fluuium totidem milliarium eſt.

Quòd ab urbe Apollonia uia Egnatia Epirum terminat, uerſus auſtrũ contentam à mari Adriatico uſque ad ſinum Ambracium. A ſinu Ambracio uerſus ortum uſq; ad Ægæum, Hellas eſt, habẽs Peloponneſum à meridie. Quòd Strimon flu. Macedoniam & Thraciam diſterminat. Thracia uerò mari alluitur Ægæo & ſinu Nigro & Helleſponto & Propontide & Boſphoro ac Ponto Euxino, atq; in Æmum montem finit. Septentrionale latus Thraciæ conſtituunt Æmus & Rhodope & Orbelus, montes, occiduum uerò, Strimon fluuius. Quòd Myrtoum pelagus cõtinetur à Sunio uſq; ad Corinthum & Saronicum ſinũ. Deinde latere orientali Peloponneſi uſq; ad Maleam & Cythera ac Cretæ partem borealem In hoc mari etiam Cyclades inſulæ ſitæ ſunt. Quòd Dodona in Moloſſorũ regione iaceat, qui Epirum tenent. Quòd à Ceraunijs montibus & Chaonibus pręter terram nauigatio ſtadiorum eſt mille trecentorum, uſq; ad os Ambracij ſinus, quo loco finitur Epirus. Quòd à Caſſiope portu Corcyræ uſq; ad Brunduſiũ ſtadia ſint mille ſeptingenta.

Quòd os ipſum Ambracij ſinus ſtadiorũ ſit quatuor, ambitus aũt, trecentorũ. Circumhabitant ipſum, à ſeptentrione Amphilochi, ab ortu Acarnanes, ab occaſu Caſsiopæi, & Nicopolis ab Auguſto cõdita. In intimo ſinu hoc Ambracia urbs eſt, à qua ſinus nomen habet, nec procul à mari abeſt.

ri abeſt. Hanc Pyrrhus Epirotarū rex, reddidit celebrē, regia ſede illic conſtituta. Fuit autem à Gorge Cypſeli filio ædificata Ambracia. Quòd Actíj ludi ſint quinquēnales in Nicopoli. Quo loco Auguſtus, Antonio nauali pugna deuicto, tum ipſam urbem appellauit Nicopolim, quæ prius Actium dicebatur, iuxtaq́ illam ludos Actíos inſtituit celebrandos.

Quòd poſt Epigonôrū aduerſus Thebas expeditionē, Alcmæô à Diomede accerſitus, cum eo in Ætoliam & Acarnaniam eſt profectus. Cęterū cum illos ad bellum Troianum Agamemnon accerſeret, Diomede proficiſcente, Alcmæon in Acarnania remanens Argos condidit, appellauitq́ Amphilochicum cognomēto fratris. Inachum quoq́ flu. qui per illam regionem in ſinum influit, ab eo qui in Argiua terra eſt appellauit.

Quòd iuxta Macedoniam & Theſſaliam, circa Pœum montem et Pindum Æthices ſunt & Penei fontes. Dodonęū autē oraculnm in Theſprotia eſt, & Dodonam Theſprotida cognominarūt. Iacet autem in radicib. Tomari montis, à quo mōte Iouis uates, quos poëta uocat ἀνιπτόποδας, Tomuri uocabantur. per ſyncopen ſcilicet τομουροὶ, tanquam Tomari cuſtodes dicas. Hinc illud Odyſſeæ quod Amphimachus ait,

ἀ μὲν κ' αἰνήσωσι Διὸς μεγάλοιο θέμιστες. alíj ſcribunt,
ἀ μὲν κ' αἰνήσωσι Διὸς μεγάλοιο τομουροὶ

Nuſquam enim Homerus oracula Themiſtas appellat, ſed de ciuilib, et legitimis conſuetudinib. id nomen uſurpare ſolet. Is locus initio à tribus uiris tenebatur, qui uaticiniorum miniſtri erant, poſtea tres anus ſunt adhibitę. Prius apud Scotuſſam urbem Pelaſgicam iſtud oraculū erat, arbore deinde à quibuſdā incēſa, translatū fuit Apollinis oraculum Dodonam. Dabat aūt reſponſa nō uerbis ſed per ſigna quædam, quemadmodū Ammoniacū, fortaſſis peculiari quopiā modo trib. columbis uolitātibus, ſacerdotes inſpicientes oraculum edebant. Aiunt inſuper Moloſſorum & Theſprotiorū lingua, anus appellari πελιὰς, ſenes πελιούς. Et fortaſſe uolucres nō fuere tres uulgatæ columbę, ſed mulieres uetulæ tres, quę templo operam dabāt. Quòd æs Dodonęū hinc appellationē ſumpſit. Lebes fuit æneus in templo, ſupra ſe ſtatuam habens tenentē flagellū æreum, donum Corcyrenſium. Flagellū erat triplum, catenulis intextum, dependentes habens talos. Hi lebetē continenter pulſantes, quoties ſcilicet à uento agitabant̄, longū ſonum edebāt, ut metiētes tempus ab initio ſoni uſq́ ad finē, etiam ad 400. uſq́ peruenirēt. Vnde prouerbiū cœpit, Corcyrēſium flagellum. Quòd Corcya olim felix extiterit, et copíjs naualibus plurimum potuerit, ſed à bellis ac Tyrannis aliquot ſit deiecta. Poſtea à Romanis in libertatē reſtituta nullam laudē aſſecuta eſt, ſed cōtumelioſo prouerbio occcaſionē fecit, Libera eſt Corcyra, caca ubi uoles. Quòd Macedonia ab occaſu terminatur ora maritima Adriatici, ab ortu linea meridiana huic litori parallela, per Hebrū fluuium & urbem Cypſelorū ducta, à ſe-

ptentrione uerò, linea recta quæ per montem Bertiſcum & Scardũ & Orbelum & Rhodopẽ atq; Æmum duci intelligitur. Hi mõtes à mari Adriatico initium ſumẽtes, iuxta lineam rectam ſeſe ad Pontum uſq; Euxinum porrigunt, faciuntq; ad Notum magnam Cherroneſum, Thraciam ſcilicet ac Macedoniam & Eporum & Achaiam. Ab auſtro autem finitur uia Egnatia, tendẽte ab urbe Dyrrhachio ortum uerſus Theſſalonicam uſq;. Eſt autem Macedoniæ figura parallelogrãmo ſimilis. Quòd Peneus fluuius initio ſumpto è Pindo mõte, per Tempe perq; mediã Theſſaliam fertur, item per Lapithas et Perrhœbos. Atq; aſſumpto Europo flumine, quem Homerus Titareſium uocat Macedoniã terminat ad boreã, Theſſaliam uerò ad Notum. Cæterum Europi fontes è Citario monte qui Olympo continuus eſt, erumpunt. Eſt autem Olympus Macedoniæ mons. Oſſa uerò & Pelios Theſſaliæ. Quòd ſub radicibus Olympi iuxta Peneum flu. Gyrton habetur urbs Perrhœbica, & Magnetis, in qua regnarũt Perithousq; & Ixion. Diſtat Gyrton à Tyrrheneurbe Crannoniorũ. aiuntq; cum poëta dixiſſet τὼ μὲν ἄρ ἐκ θρῄκης, Ephyros dictos fuiſſe Crãnonios Phlegias autem Gyrtonios. Quòd urbs Dion non ſit in litore Thermæi ſinus, in radicibus Olympi, ſed circiter ſeptem ſtadia diſtat. Habet autem Dion oppidum, pagum uicinum, Pimplam, in quo Orpheus agebat. Quòd uates olim etiam muſicen exercuerint. Quòd poſt Dion oppidum Haliacmõ fluuius eſt, in ſinum Thermæum ingrediens. Ab hoc uerſus boream ipſius ſinus ripa, Pieria uocatur uſq; ad Axium fluuium, in quo urbs eſt ſita Pydna, quam nunc Citrum uocant. Deinde Methone & Alorus oppidum. Inde Erigon & Ludias fluuij. A Ludia ad urbem Pellam nauigatio eſt aduerſa, ſtadiorum centũ uiginti. Diſtat autem Methone à Pydna, ſtadijs quadraginta, ab Aloro, ſeptuaginta. Pydna itaq; Piericum eſt oppidum: Alorus, Botaicum. In campo qui ante Pydnã eſt, Romani deuicto Perſa regnũ Macedonum euerterunt. In campo ante Methonam, accidit Philippo Amyntæ ut oculo caperetur, per obſidionẽ eius urbis catapultica ſagitta ictus. Quòd Pellam urbem prius exiguam Philippus in immenſum auxerit, in ea educatus. Habet ante ſe lacum è quo Ludias fluuius exit. Lacum hũc efficit ab Axio fluuio diuulſa pars. Deinceps Axius eſt, qui diuiſa terra Bottaria atque Amphatitide, aſſumptoq; fluuio Erigone inter Chaleſtram & Thermen in mare erumpit. Super hoc fluuio locus ſitus eſt, quem Homerus Amydonem appellat, aitq; Pæonum auxilia ad Troiam inde ueniſſe,

τήλοθεν δὲ ἀμύδωνος ἀπ' ἀξίου εὐρυῤῥέοντος.

Cæterum quia Axius turbidus fluit, fons aũt ex Amydone limpidiſsima aqua huic miſcet, ſequentem uerſum ἀξίου οὗ κάλλιστον ὕδωρ ἐπικίδναται αἶαν ita mutandum eſſe cenſent, ἀξίου ᾧ κάλλιστον ὕδωρ ἐπικίδναται αἴης. Non enim Axij aqua pulcherrima omnium per terrã fertur, ſed eius terræ aqua limpidiſsima Axio

ma Axio

ma Axio miſcetur. Quòd poſt Axium fluuium Theſſalonica urbs eſt prius Therme dicta, à Caſſandro ædificata. Is de nomine uxoris, quæ Philippi Amyntæ erat filia, urbem hanc ita appellauit, atq; circumiacentia oppidula in eam deduxit, ut Chaleſtram, Æneam, Ciſſum, & quædã alia. Ex hac Ciſſo quiſpiam exiſtimarit Amphidamantẽ Homeri fuiſſe, quem auus Ciſſeus, ut inquit, educauit in Thracia, quę nũc Macedonia uocatur.

Quòd Berrea urbs in radicibus Bermij montis eſt ſita. Quòd Pellene Cherroneſus, in cuius iſthmo iacet quę prius Potidęa nunc aũt Caſſandræa dicitur olim Phlagra fuerit uocata. Eam incolebant fabulis celebrati gigantes, gens impia, & iniqua, quos Hercules ſuſtulit. Habet urbes quatuor, Aphytim, Menden, Scionem, Sanen. Quòd Olynthi nauale ſit Meciperna, in ſinu Toronæo. Quòd iuxta Olynthũ locus cauus ſit, ab euentu Cantharolethros appellatus. Nam ſcarabeus qui circa hunc locum naſcitur, ubi eum attigerit illico extinguitur. Quòd ex aduerſo Canaſtri promõtorij Pallenæ Derris eſt promontorium, iuxta portum Surdum, & hiſce ſinus Toronæus definitur. Rurſus ad ortum iacet Athonis promontoriũ qui ſinum Singiticũ terminat, ut deinceps ſint ſiti in Ægeo mari hi ſinus, hoc modo ſeſequentes, Maliacus, Pagaſiticus, Thermæus, Toronæus, Singiticus, Strimonicus. Pomontoria uerò ita iacent. Poſidiũ quidem inter ſinum Maliacum & Pagaſiticum. Deinde ad boreã Sepias. Inde in Pellena Canaſtrũ. Mox Derris. Ab hoc Nymphæum in Athone iuxta ſinum Singiticũ. Ad ſinum uerò Strimonicũ Acroatho eſt promontorium, inter quæ eſt Atho, cui ad ortum iacet Lemnos. Ad boream uerò ſinum Strimonicũ Neapolis finit. Quòd Acanthus urbs eſt maritima in Singitico ſinu iacẽs, prope foſſam Xerxis. Habet aũt Atho urbes quinque, Dium, Cleonas, Thyſſam, Olophyxin, Acroathon, hęc ad uerticem montis eſt. Cæterum Atho mons eſt acutiſſimus excellentiſſimusq;, mamillę formã habens. Qui in eius cacumine habitãt, ſolem trib. horis antequã in litore appareat, orientẽ uident. Eſt aũt Cherroneſi in circuitu nauigatio, ab Acãtho urbe uſq; ad Stagirã Ariſtotelis patriã ſtad. quadringẽtorum. In hac Cherroneſo lacus eſt, Caprus, & inſula exigua eodem nomine. Deinde ſunt Strimonis oſtia. Mox Phagras, Galepſus, Apollonia urbes. Inde ſequitur os Neſsi, qui Macedoniã et Thraciam ſeparat, ut Philippus & Alexander huius filius ſuis temporib. definiebant. Sunt aũt circa ſinum Strimonicũ aliæ etiã urbes, Myrcinus, Argilus, Drabiſcus, Datum, quod regionẽ habet optimã & feracẽ, Item nauiũ officinas, auriq; fodinas. Vnde prouerbiũ eſt natũ, Datus bonorũ, tanquam dicas ἀγαθῶν ἀγαθίδες. Quòd multa metalla auri ſint in Crenidibus, quo loco nunc ſunt Philippi, prope montẽ Pangæũ. Et ipſe mons Pangæus aurea & argentea metalla habet, & quæ ultra ac citra Strimonẽ eſt regio, uſq; ad Pæoniam. Aiunt prĕterea eos qui Pęoniæ agrũ colũt, inuenire auri fruſta quę-

dam exigua: Quòd Strimon flu. ab Agrianis circa Rhodopen habitantibus initium ſumit. Quòd qui apud Homerum celebratur Aſteropæus Pelegonis filius, ex Pæonia Macedoniæ fuiſſe traditur. Vnde Pelegonis filius dictus ſit. nam Pæones Pelegones dicebantur. Quòd urbs Philippi, Crenides olim uocaretur. Quòd Sintingens Thracica, Lemnum inſulam habitarit. Vnde Homerus Sintias eos uocat, dicens,

ἔνθα μὲν σίντιες ἄνδρες.

Quòd poſt Neſſum fluuiũ ad ortũ Abdera ſit ciuitas, cognomen Abderi habens quẽ equi Diomedis eſitarũt. Deinde urbs Dicæa, cui ſuperiacet lacus ingens, Biſtoris. Inde urbs Maronea. Quòd Thraciæ fluuius nunc Riginia dictus, olim Erigon appellatus ſit. Quòd Samothracen Iaſion & Dardanus fratres coluerint. Cæterum cum Iaſion fulmine ictus fuiſſet, quod aduerſus Cererem peccaſſet, Dardanus à Samothrace ad radices Idæ montis demigrauit, urbem Dardaniam appellans. Et Troianos qui illic ſunt, ſacramẽta docuit quæ in Samothrace habebantur. Vocabatur autem Samothrace prius Samos. Quòd Cherroneſus Thraciæ, tria maria efficiat: Propontidem à Septentrione, Helleſpontum ab ortu, & ſinum Nigrum à meridie, in quem fluuius eodem nomine ingreditur. Quòd in iſthmo Cherroneſi tres urbes ſint ſitæ, ad ſinum Nigrum, Cardia, ad Propontidẽ, Patia, ad mediterranea, Lyſimachia. Longitudo iſthmi ſtadiorum eſt quadraginta. Quòd urbs Eleus in maſculino effertur genere: forte etiam Trapezus.

LIBRI OCTAVI.

QVòd Græcia uniuerſa, Cherroneſis finitur. E quib. prima eſt Peloponẽſus quæ iſthmo quadraginta ſtad. clauditur. Secunda eſt quæ hanc ipſam cõtinet, cuius iſthmus eſt è Pagis Megaricis uſq; ad Niſæam Megarenſium nauale: traiectus huius eſt à mari Corinthio atq́ mare Saronicum ſtad. centum uiginti. Quartus etiam hunc continet ab intimo ſinu Criſſæo uſque ad Thermopylas, quà linea recta intelligitur ſtadiorum ferè quingentorum octo, Bœotiam intra ſe totam comprehendens, Phocidem uerò Locrosq; Epicnemidios oblique ſecãs. Quarta à ſinu Ambracio per Oetam & Trachiniam in Maliacum ſinum tendit, iſthmum habens iuxta Thermopylas ſtad. ferè octingentorum. Eſt & alius iſthmus, ſtad. plus quàm millium quatuor, ab eodẽ ſinu Ambracio, per Theſſalos ac Macedonas uſq; in Thermæũ ſinum porrectus.

Quòd Pylus & urbs ſit, iuxta illud,

οἱ δὲ πύλον νηλῆος ἐϋκτίμενον πτολίεθρον

Qui coluere Pylon formoſis mœnibus urbem. Et regio etiam, uelut hic,

ὅς τ' εὐρὺ ῥέει πυλίων διὰ γαίης

Pylios latè perlabitur agros. Iuxta Pylum urbem Amathus fluuius labitur. Vnde illud eſt,

πύλοιο ἄναξ ἦν ἠμαθόεντος.

Pyli rex Amathoentis.

Porrò Elis, regio eſt. Nam Homeri tempore, quam nunc Elin appellant, urbs nondum fuit ædificata. Quòd Triphylia regio iuxta Elin ita fuerit appellata, propter tria φῦλα, id eſt tres nationes. Principio Epeis regionem tenentibus. Deinde Minyis qui accolæ acceſſerunt. Poſtremo Eleis, qui uictores loci compotes extiterunt. Quòd Cyllene nauale eſt Eleorum, ab Elide urbe diſtans ſtadijs centum uiginti. Meminit huius Cyllenes etiam Homerus cum ait,

ὦτον κυλλήνιον ἀρχὸν ἐπειῶν.

Non enim ab Ar adico mõte Epeorũ ductorẽ oſtenſurus erat. Quòd poſt Cyllenẽ ad auſtrũ Sillcis flu. eſt, è Pholoë per urbẽ Ephyram elabẽs, q̃ à Teſprotica Theſſalica, & Corinthia diuerſa eſt. De hac Homerus ait,

τὴν ἄγετ' ἐξ ἐφύρης ποταμοῦ ἀπὸ σελλήεντος,

Et Vlyſſes eò profectus eſt medicamentum mortiferum quæritans. Et de hac ipſa proci dicunt,

ἢ καὶ ἐς ἐφύρην πίειραν ἄρουραν.
ὄφρ' ἔνθεν θυμόφθορα φάρμακ' ἐνείκῃ.

Ex hac fuit Augæi filia ἣ τόσα φάρμακα ἤδη ὅσα τρέφει εὐρεῖα χθών. Cognita cui fuerant quot nutrit terra uenena. Cæterum ante hunc Menius eſt fluuius, deinde Chelonetis promontorium ad auſtrum, & Pylus, alia à Meſſeniaca, quæ Neſtorem tulit. Sunt enim Pyli tres quemadmodũ etiam Carmen indicat,

ἔστι πύλος πρὸ πύλοιο πύλος γε μὲν ἔστι καὶ ἄλλος.

Eſt Pylus ante Pylum, Pylus eſt dehinc tertia.

Nam & Meſſeniaca & Elidis, & quæ Triphyliaca dicitur. Quòd Homerus nonnunquam partes totis adnumerare ſolet, ut hoc loco,

ἀν' ἑλλάδα καὶ μέσον ἄργος.

Per Græcos mediumq; Argos. Et

οἳ δ' ἐκ δουλιχίοιο ἐχινάων θ' ἱεράων,

Ex Dulichio ſacris Echinadibusq;. Et

κουρῆτές τ' ἐμάχοντο καὶ αἰτωλοί. Eiuſdem generis eſt & illud;

οἱ δ' ἄρα βουπράσιόν τε καὶ ἤλιδα δῖαν ἔναιον,

Et qui Bupraſium coluere atq; Elida diuam. Nam Brupraſium pars eſt Elidis. Quòd fluuius quiſpiam eſt Achelous circa Dymam Elidis urbem, eodem ſcilicet nomine quo fluuius Acarnaniæ Achelous.

Quòd ab urbe Phæa in Elide uſque ad Olympiam aſcenſus ſit à mari ſtadiorum circiter uiginti, qua breuiſſimus eſt. Quòd ex eodem loco oriuntur Eurotas & Alphæus ex Aſia uico Megalopolitidis, atq; ſub terram per ſtadia aliquam multa demerſi, rurſus oriũtur. Et alter quidem in Laconicam, alter in Piſæam oram perducitur. Quòd Alphæus fluuius, aſſumpto Celadonte atque Erymantho alijsq; fluminibus, præter Olympiam delatus, in Siculum pelagus excurrit.

Quòd à Pylo Emathoente ortũ uerſus mõs eſt Mintha. Aiunt aũt Min

tham Plutonis pellicem fuiſſe, deceptamq; à Proſerpina in plantam fuiſſe conuerſam quam dicũt mentam. Quòd litus ante Pylum ſabuloſum ſit & anguſtum. Inde Pylus ἠμαθόεσσα, id eſt, ſabuloſa fuit dicta. Quòd Lepreum urbs ſit Meſſeniæ, à qua Pylus ſabuloſa dicta ſit Lepreata.

Quòd, quo in loco Telemachus Neſtorem deprehendit ſacrificantem, templum ſit Samij Neptuni. Samus autem Meſſeniæ eſt uicus. Quòd Thryoeſſam urbem Æpęam Colonam, & Thryum Alphæi uadum, eandem urbẽ appellat Homerus. Etenim illic Peraſimus ſit Alphęus fluuius, ita dictus, quod facultatem habeat uitiliginem perſanandi. Quòd Oechalia urbs Euriti Oechalienſis, quę nunc Andana dicitur, in Arcadia ſit locata, habens cognomines ſibi urbes duas Theſſalicã & Euboicam.

Quòd aliæ Pyli maritimæ ſint, ſed Neſtoris Pylus, quæ Triphyliaca Arcadica & Lepreatica dicitur, pluſquam triginta ſtadijs à mari diſtet, ut innuit Piſiſtratus & Telemachus, qui currum ab urbe deflectentes non ſunt ingreſſi. Quòd Telemahus procorum inſidias ueritus, primum boream uerſus nauigauit ad Elidem, inde per inſulas Echinadas uſque ad ſinum Ambracium, ad ortum ſcilicet deflectens, inde rurſus ad auſtrũ diuertit, atq; inſidias declinauit. Quòd Iupiter Olympius, magnus ille inquam & eburneus, Phydiæ Charmini Athenienſis filij ſit opus, admiratione ſanè digniſsimum, hunc Phydias, ut aiebat, ad exemplar effinxit quod apud Homerum habetur,

ἦ καὶ κυανέῃσιν ἐπ' ὀφρύσι νεῦσε κρονίων
ἀμβρόσιαι δ' ἄρα χαῖται ἐπεῤῥώσαντο ἄνακτος
κρατὸς ἀπ' ἀθανάτοιο, μέγαν δ' ἐλέλιξεν ὄλυμπον.

Atq; ſupercilijs Saturnus annuit atris
Ambroſiæ fluxere comæ de uertice regis,
Æterni, ac nutu magnuni tremefecit Olympum.

Oſtendit enim per hæc poteſtatis excellentiam, etiam coma aliquid ſimul patiente. De Iunone uerò, ob poteſtatis imminutionẽ ait Homerus,

εἵσατο δ' ἐν θρόνῳ μάκρον δ' ἐλέλιξεν ὄλυμπον.

Sederat in throno & longum reuoluit Olympum.

Nam multo eſt maius ſolo nutu Olympum concuſſiſſe, quàm totam in ſolio commoueri, atq; idem efficere. Quòd qui cum Olyxo & Heraclidis in Peloponneſum deſcenderunt Ætoli, cum Epęis cohabitarunt. Idemq; Olympium Agonem primi inſtituerunt, atque Olympiadas unà cum Elæis quadriennio definierunt. Cæterum uſque ad Olympiada uigeſimã ſextam ludis præfuerunt Elæi. Deinde Piſani, recuperata ſuorum poſſeſſione, agonem receperunt, per multos annos certamina proponentes. Inde Lacedęmonij hanc gloriam à Piſatis ablatam, Epęis reſtituerũt, Pyloq; Neſtoris diruta, homines Lepream deduxerũt. Id Lacedæmonij fecerunt, quòd Piſatæ & Pylij Meſſenios aduerſus ſeſe bello adiutarent.

Quòd

Quòd Salmoneus, Oenomaus, Pelops, & Pelopidæ Piſis habitarint, quæ nunc Biſa uocatur. Nunc ne nomẽ quidẽm Piſanorum ſupereſt, Scythis hæc omnia tenentibus. Quòd Peloponneſi fluuius Enipęus è Salmone fonte elabens Alphæum ingreditur. Eſt pręter hunc alius Enipęus Theſſaliæ fluuius, qui ex Othri oriẽs Apidanũ accipit ab urbe Pharſalo delabentem. Quòd Ætolus à Salmoneo è Peloponneſo eiectus habitauit à ſe dictam Ætoliam. Ab hoc per generis ſucceſſionem procreatus Oxylus, familiaritate iunctus Heraclidis qui à Temeno deſcẽdebant, ijs Pelopõneſum repetentib. dux extitit, & hoſtilem agrum illis partitus eſt. Pro quo officio hãc gratiã recepit, ut in Elæum regnum, quod illi auitum erat reduceretur. Cæterum cum Epæi Ætolis qui cum Olyxo erant armati occurriſſent, delecti ſunt ex Ætolis quidem Pyrachmes, ex Epæis uerò Degmenus, qui ſingulari certamine totum bellum finirent. Porrò cum Pyrachmes Degmenum funda occidiſſet, reddiderunt Epæi Ætolis ſolum patrium, ac templi Olympiaci ac certaminis curã, quod Iphitus inſtituerat. Quòd Methonæ contiguum ſit Acritas promontoriũ, quod initium eſt ſinus Meſſeniaci. Appellatur autem Aſinæus ab Aſina oppido in ipſo ſinu locato, quo nomine aliud etiã eſt Hermenicũ. Ad ortũ eſt promontorium eiuſdem ſinus, quod Feneſtras uocant, Tænaro Laconico finitimum. Deinde eſt Cardamile, inde Phera, mox Thurea quæ apud Homerum eſt Æpea. Ab hac Gerenium eſt à quo Neſtor Gerenius fuit dictus, quod bello ſub Hercule geſto illic ſeruatus educatusꝗ ſit. Quòd Ithome urbs Corintho ſimilis ſit. De hac Demetrius Phalereus ad Philippum Demetrij filiũ dicebat, Has ambas urbes te capeſſere oportet, ſi Peloponneſo imperare cupis. Nam ubi cornu utrunꝗ obtinueris, bouem tenebis. Quòd Feneſtræ in Meſſeniaco ſinu ſint intra Tænarum. Inter Tænarum uerò & ſinum Meſſeniacum Laconicus ſinus eſt. Quòd à Tænaro uſꝗ ad Phyunta Cyrenes promontoriũ uerſus auſtrum, interuallum eſt ſtadiorũ trium millium. Ad Pachinũ Siciliæ quatuor milliũ ſexcentorũ. Ad Maleã uerſus ortum ſexcentorũ quinquaginta, ſinu ipſo unà computato. Ad mandibulam aſini, humilem Cherroneſum intra Maleã, quingentorum uiginti. Quòd Homerus quemadmdũ appellat κρῖ τὸ κριθάν, id eſt hordeum, & δῶμα per apocopen δῶ uocat, ſic ἄλκιμον uocat ἀλκι μέδοντα, & Meſſenẽ Meſſen. Heſiodus itẽ βριαρὸν uocat βρῖ, & βριθὺ eodẽ modo. Sophocles uerò & Ion ῥάδιον dicũt ῥᾶ. Epicharmus pro λίαν λί dicit, & Syracuſas Syraco. Empedocles uerò una ſyllaba effert ὄψ, pro ὄψις. Et apud Antimachũ habeẽ δῶμα Ζηνὸς τοι ἐλωσινίως ἱερὴ ὄψ, τοῦτ' ἐστιν ὄψις, & ἄλφιτον ἄλφι. Euphoriõ aũt ἄλιον dicit ἄλι, & λωδ' ἄστην. λωδὼ alius quiſpiã appellauit. Quòd Malea promontoriũ, inter duos ſinus Laconicũ & Argolicũ eſt ſitus.

Quòd apud Ho. Argos multa ſignificat, ut Argos urbs ipſa, ἄργος τι πάρ τοῖς. Et Argo Pelopõneſus, ut ἡμετέρῳ ἐνὶ οἴκῳ ἐν ἄργει. Itẽ Argos Theſſal. ut νῦν

αὐτὰς ἐστὶ τὸ πελάσγικον ἄργος ἔναιον. Et tota Græcia apud eum hoc pacto Argos uocatur. Argiuos enim uocat Græcos omnes, quemadmodum Danaos & Achæos. Quemadmodum Crocilia Acarnaniæ Homerus inſulis adnumerat, ſic Maſeta Æginæ tribuit quæ tamen urbs eſt Argolica.

Quòd Criſſæus ſinus maris, Corinthius ſit, à Phocide Bœotia & Megaride & iſthmo, partibusq́ Peloponneſi ſeptentrionalib. atq́ occiduis undiq́ clauſus. Cæterum Cytheron & Helicon montes à ſeptentrione ad ipſum porriguntur: Cythernn quidē in Megaride ad ipſius iſthmi initiū, Helicon uerò ad occaſum. Quòd cum Tegeates quiſpiam oraculum in Delphis conſuluiſſet, num ſatius eſſet Corinthum migrare, reſponderit Deus, felix quidem Corinthus, cæterum Tegeates eſſe malim.

Quòd Corinthius ager non ſit fertilis, ſed curuus & aſper, unde pleriq́ Corinthū ὀφρυόεντα, id eſt, ſupercilioſam dixere. Et prouerbio dicitur, Corinthus alibi tumet, alibi caua eſt. Quòd Cromyonia ſus mater fuerit apri Erymanthij. Quòd Ægis quæ in Peloponneſo ſunt, nata ſit capra quæ Ioui lac præbuerit. Hanc Aratus tradit fuiſſe Oleniam dictam. Eſt autem Olenus Ægis uicina. Quòd in Delphis fons ſit Caſtalius qui aquam propheticam habet. Quòd inſignes Peloponneſi montes ſint, Cyllene, Pholoe, Lycæus, Menalus, Parthenius, qui à Tegeatide ad Argiam tendit. Quòd Eraſinus fluuius è Stymphalide lacu in Argiam exit: prius autem non apparebat, quod è lacu in ipſum tendentes meatus eſſent occulti. Et Stymphaliorū urbs ſuper lacu prius erat, poſtea quàm uerò meatus ille terræmotibus fuit apertus, diſtare cœpit urbs à lacu ſtadijs quinquaginta. Quòd poſt Heraclidarum in Peloponneſum reditum, eius habitatores fuerint, Corinthi quidem Aletes, Sicyonis, Phalces, Achaiæ Tiſamenus, Elidis Oxylus, Meſſenæ Creophontes, Lacedæmonis Euriſthenes & Procles, Argorum uerò, Temenus & Ciſſus, litorei tractus ſuper Ægio, Deiphontes.

LIBRI NONI.

QVòd iuxta Scironidas petras geſta fuiſſe aiunt quæ hiſtorijs traduntur, ut de Pityocampe & Scirone Tyrannis quos interemit Theſeus. Quòd decem & octo ſtadijs à Megaris diſtat iuxta Niſæam portus, quod nauale Megarenſium eſt. Quòd Homerus cum ait,

ἔνθά δε Βοιωτοὶ καὶ ἰάονες ἑλκεχίτωνες.

Athenienſes appellat Iaonas, quorū pars eſt etiam Megaris, quemadmodē iſthmi limes in Cromyone à Theſeo locatus indicat, talem inſcriptionem habens: ad auſtrum quidem, Hæc Peloponneſus eſt non Ionia: ad boream, Hæc non Peloponneſus eſt ſed Ionia. Et cum Pandionis regis quatuor filij eſſēt, Ægeus, Lycus, Pallas, Niſus atq́ ob id Attica in partes quatuor eſſet diuiſa, Niſo Megaris ſorte obuenit, Is Niſæam condidit.

Quòd

Quòd ante Sunium Atticæ inſula ſit aſpera & deſerta, Helena dicta, de qua aiunt Homerum dixiſſe,

νήσῳ δ' ἐν κραναῇ ἐμίγην φιλότητι καὶ εὐνῇ.

Quòd in Attica montes ſint celebres quinq;, Hymettus, Parnes, Corydallus, Brileſſus, Licabettus. Quòd Bœotia tria maria habeat. alluitur enim à meridie Criſſæo & Myrtoo, & Geraſto uſq; ad Euripum, & Maliaco ab Euripo uſq; ad Sperchiũ fluuium. Quòd prouerbium ſit, Thracum cõmentum. Thraces enim factis erga Bœotios ad certos quoſdã dies inducijs, noctu incurſationes egerũt. Cæterũ cum à Bœotijs fuiſſent propulſati, conquerentibus quod inducias fregiſſent, reſponderũt, ſe non, ut noctu inducias ſeruarent, iuraſſe. Quòd cum bellũ inter Bœotios & Pelaſgos eſſet, ab utriſq; legati Dodonã miſsi ſint. Reſpondente aũt ſacerdote, Pelaſgorũ oraculum inueniri nõ poſſe, Bœotiorum aũt uaticiniũ eſſe, q oporteret eos impio facinore aliquo proſperum rerum ſucceſſum quærere, ſuſpicati ſunt Bœotij uatem Pelaſgis ob generis propinquitatẽ fuiſſe gratificatã. Correptam itaq; mulierem in ignẽ coniecerũt, animo reputantes, ſiue illa falſum reddidiſſet oraculũ, eam hoc pacto ſupplicio adfectam pœnam luiturã eſſe: ſin uerũ reddidiſſet, eos imperata hoc pacto eſſe executuros. Ob hoc factũ oraculo ipſis poſtea fuit imperatũ, ut Tripodem apud ſuos furto ſublatũ, ad Dodonã quotannis mitterent. Quòd Pentilus ex Bœotia Æolicã Coloniam deduxit. Quòd terminus Atticæ et Bœotiæ ad mare Euboicũ ſit Oropus & lacus Sacer quem Delphiniũ appellant, contra Erithrçã Eubœæ, interuallo 60. ſtad. Deinde Deliũ Tanagræorũ oppidulũ, diſtãs ab Aulide ſtad. 30. poſtea portus Profundus appellatione, inde Aulis lapidoſus locus, mox Euripus, poſtea Salganeus, locus Salganei cuiuſdam uiri Bœotij qui illic eſt ſepultus cognomẽ habens. Interemptus fuit à Perſis qui ſub Megabate duce militabant, tanquã malitioſe claſſem à ſinu Maliaco per mare duxiſſet inuiũ & anguſtũ. At ubi intellexiſſent Perſæ, iniuria occiſum fuiſſe Salganea, magnifice illũ ſepultura condiderunt. Quòd Amphiarai templũ in Tanagra Bœotiæ ſit, atq; è Nopia Thebaica iuſſu oraculi in eum locũ ſit traducta. Quòd urbs Anthedon poſt Salganea extrema ſit totius Bœotiæ, atq; ab ipſa ad Ægas uſq; Eubœæ urbẽ ſtad. centum uiginti ſit interuallum. Item prope Ægas ſunt Orobiæ. Ex hac autem Anthedone Glaucus fuit, quem aiunt in Balenam mutatum fuiſſe. Quòd Bœotia, ob cauernas & meatus ſubterraneos frequentes terræ motus cieat, undè meatus alij occæcantur, alij aperiuntur, Itidem & lacus alij oriuntur, alij deſinunt. Quapropter Platea & Plateenſes, iuxta lacum olim fuere, & ob remorum latitudinem ita ſunt appellati. Item Helos à paludibus nomen habet. Nunc ab aquis hæc longius abſunt. Quòd Cephiſus fluuius è Phocicis montibus oriatur ex urbe Lilæa, & in Copaida lacum exit. Quo loco etiam Permeſſus & Ol-

maxus

mæus ex Helicone fluentes, in eundem lacum exeunt prope Aliartoṇ urbem. Ambitus ipſius lacus, ſtadiorum eſt trecentorum octuaginta.

Quòd Copais lacus multa flumina excipiens exitum nullum habet, præter hiatum qui prope Cephiſum, eum excipit. Quòd Scolus ſit pagus Proſopiæ ſub Citherone locus aſper, à quo prouerbium dicitur, Ad Scolon neque ipſe uades, neque alteri comes ibis. Hoc loco Penthea diſcerptum fuiſſe aiũt. Eſt & in Heraclea Trichinia uicus Scolus, quem Aſopus fluuius præterit. Et in Sycione alius eſt Aſopus fluuius.

Quòd Theſpiæ urbs ſit iuxta Heliconem, ad auſtrum uerſa, ſuper ſinu Criſſæo locata, & ipſa ſcilicet & Helicon. In propinquo Aſcra eſt Heſiodi patria. Quòd mons Parnaſus multas ſpeluncas ſacras habet, è quibus eſt etiam Corycium, Nymphis ſacrum, eodem nomine quo Cylicũ.

Quòd occiduum Parnaſi latus incolunt Ætoli & Ozolæ & Dorienſes. Ætoli, iuxta Coram Ætoliæ montem, ad ortum uerò Doriẽſes & Phocenſes. Quòd Criſſæus ſinus uſq; ad Actium finit. Quòd duæ ſint inſignes urbes Phocenſium, Delphi & Elatea, altera ob antiquiſsimum oraculum Apollinis, altera uerò, quòd iuxta Cyphum montem Perrhœbicum ſit locata.

γονὺς δ' ἐκ κύφȣ ἦγιν. Quòd Perrhœbi occiduam partem Olympi habitarint prope Macedones. Quòd alius ſit Mopſus à quo Attica Mopſopia ſit dicta, alius cui Manto fuit mater Thyreſiæ filia, à quo Mopſoëſtia urbs Ciciliæ fuit dicta. Quòd inter Sepiada & Caſtambiam promontoria Peliæ litus deſertum ſit, ubi claſſis ipſa Xerxis ab Euro fuit deleta. Quòd Campus circa Lariſſam, Pelaſgicus fuerit ante appellatus. Pyrrhæa uerò à Pyrrha Deucalionis uxore: Aemonia ab Æmone, Theſſalia à Theſſalo Æmonis filio.

LIBRI DECIMI.

QVòd Eubœa longitudinem habet ſtadiorum mille ducentorum à Cenæo promontorio iuxta Thermopylas, ad Geraſtum quod iuxta Sunium eſt. Latitudo autem ipſius maxima ſtadiorum eſt centum quinquaginta. Atticæ autẽ atq; Bœoticæ & agro Locrenſi medio Euripo reſpondet. Item Malienſibus. Cæterum ob anguſtã ipſius formam olim Macris fuit dicta, poſtea Abantis. Quæ inter Caphareum & Geraſtum continentur, caua Eubœæ appellantur. Quòd Orea Iſtiæa fuerit dicta, & Oritæ Iſtiæenſes. Quòd Dium & Axius & Cerinthus & Artemiſium & Budorus fluuius, uniuerſa hęc Eubœæ maritima loca ſint, ad Bœotiam, & inſulam Scyrum atq; Lemnum conuerſa.

Quòd Caryſtus & Styra & Eretria ad Notum ſint è regione Atticæ.

Quòd in Caryſto lapis naſcitur qui netur & texitur. Ex telis mantilia fiunt quæ ubi ſordeſcũt in flammas proiecta non ſecus mundantur quàm tela línea dum lauatur, Cæterum Geraſtus maſculino effertur genere.

Quòd

Quòd circa Lelantum campum Eubœæ æris & ferri metalla fuerunt, quæ nunc defecere, quemadmodum Athenis argenti fodinæ. Quòd Eretria urbs potentiſſima fuerit olim adeò ut cum pompam ducerent armatorum tria millia eſſent, equites autem ſexcēti, currus ſexaginta. Imperauit inſulis tum aliȷs, tum Andro & Teno. Quòd ex haſtis, aliæ ſtatariæ pugnæ idonea ſunt inſtrumēta, uelut gladiȷ & oblongæ haſtæ Homericorum Abantum, aliȷ è manu iaciuntur, uelut ſagitta aut iacula cuiuſmodi erat Achillis Melia, aliæ utrunqꝫ uſum præbent, uelut contus & ſariſſa & hyſſus. Quòd Euboici amnes duo ſint Neleus & Cereus, è quorum altero ſi qua pecus potauerit, alba efficitur. Ab altero uerò uellus atrū contrahit. Quòd à ſinu Ambracio uerſus ortum habitant Acarnanes, deinceps Achelous eſt fluuius. Poſtea Ætoli uerſus ortum. Poſt hos Locri Ozolæ & mons Parnaſſus. Inde Helicon mons, ab Hoc Cytheron iuxta iſthmū Corinthiū. Poſtea Hymettus, uerſus ortū, ordine locati montes. Iacet aūt in mediterranea parte ad ſeptentrionē ſupra Acarnanes, Amphilochi, deinde Pelopes & Pindus mōs è quo Achelous fluit ad Echinadas. Supra Ætolos Perrhœbi ad boream ſunt ſiti, & Athamanes & Ænianorum quædam portio qui Oetam tenent. Porrò Ætolorum & Acarnanum latus auſtrale, mare eſt quod iuxta ſinum Criſſæum iacet. Hic ſinus ab ore Acheloi fluuiȷ ſumit initium. Quòd Corax Ætoliç mons Oetæ monti iungitur. Quòd Actium promontorium eſt maxime occiduum ſinus Ambraciȷ. Quòd quæ nunc Leucas appellatur urbs, antea Cherroneſus fuerit, à Corinthiȷs autem à continente abſciſſa ſit. Homerus illam uocat ἀκτὴν ἠπείροιο, id eſt, litus continētis, Acarnaniç nimirū, cuius pars Neritos quoque eſt quam Laërtes ſe cepiſſe inquit, ſed & Crocilia & Ægilips urbs in Catalogo, prope Leucada ſunt, ita ut inſula totà urbes habeat tres, Leucada in freto quod arte factum eſt, quæ prius erat Neritos, deinde Crociliam & Ægilippa. Quòd quæ nunc Cephalenia dicitur, Homerus nonnunquam Samon appellat, uelut hoc loco; οἵτε ζάκυνθον ἔχον ἠδ᾽ οἳ σάμον ἀμφενέμοντο. Nonnunquam uerò Samen, ut δουλίχιόν τε σάμην τε. Sed & Acarnaniam partem Cephalleniæ dicit, & continentis, ut οἵ τ᾽ ἤπειρον ἔχον ἠδ᾽ ἀντίπεραι᾽ ἐνέμοντο. Et rurſus, δώδεκ᾽ ἐν ἠπείρῳ ἀγέλαι. Eodem uerò cum inſula nomine urbs quæ in eà eſt locata dicitur; Samos & Same. Quòd Mentæ urbs, quæ prius Taphus appellabatur nunc Taphius uocetur. Quòd Samæi Cephaleniȷ ſint à Same aut Samo. Iones uerò à Samo Ioniæ Samiȷ ſint dicti. Quòd Epæi Echinadas ſub Megete habitabāt, unà cū Phyleo ex Elide profecti. Quapropter Cyllenium Otum magnanimorū Epæorum principē, Phylidæ ſociū Homerus appellat. Quòd Samos Ionica, prius Melamphyllos fuerit appellata, deinde Anthemis, mox Parthenia à fluuio qui in ea eſt Parthenio, q mutato nomine Imbraſus poſtea eſt dictus. Poſtremo Samos à montium altitudine.

tudine. Nam priſci excelſos montes Samæos uocabant. Quòd à Zacyntho inſula ad Heſperidas Libyæ ſtad. ſint tria millia treceñta. Quòd inſulas Echinadũ quæ nũc dicuntur Oxeæ Homerus appellarit θοάς. Dulichia itaq; ad Alphæi oſtium & ad Oeniadas iacet. Quòd Taphij & Teleboæ inſulas eodem nomine habitabant propè Echinadas. Quòd qui iuxta Nicomediam, Bithyniæ ſinus eſt, Aſtacenus uocatur, ab Aſtaco oppido quodam in eo ſinu iacente. Quòd Tyndarus & Icarus ab Hippocoonte è Sparta pulſi ad Theſtium Pleuroniorũ dominum ſeſe receperunt, atq; unà cum ipſo multam regionem Taphiorum & Echinadum inſularum occuparunt. Itaq; Tyndarus accepta in uxorem Theſtij filia, Leda, domum redijt. At Icarus Polycaſtē Lygæi filiam duxit, atq; Acarnaniæ parti imperauit. Ex his nati fuere Penelope ac fratres ipſius.

Quòd Acarnanes cum Ætolis ad Troiam non militarunt. Qua ratione multis annis poſt Romanis perſuaſerũt, ut libertatem ſuam ac proprium uiuēdi morē retinerēt, quia ſoli cũ cæteris Græcis aduerſus Troianos nõ militaſſent, à quibus deſcendiſſent Romani. Nam Æneas è Troianis fuit.

Quòd Curetes Ætoli non fuerint, propter hos uerſus, κουρῆτές τ' ἐμάχοντο καὶ αἰτωλοί. At Prothæi tres filij, Ætoli erant, ac Pleurona Calidonaq; habitantes, Curetes erant. Nam Pleuronij Curetes ſunt. Id enim uerius eſt. Et Homero mos eſt partes adnumerare toti, uelut,

οἳ δ' εὔβοιαν ἔχον καὶ χαλκίδα. Et rurſus,

τρῶες καὶ λύκιοι καὶ μυρμιδόνες καὶ ἀχαιοί. Eiuſdem generis erat & illud,

κουρῆτες καὶ αἰτωλοί. Aiunt itaque, cum Curetes nunc Ætoliam dictam habitarent, Ætolas cum aliquibus Epeis ex Elide profectus regioni quæ eius nomine Ætolia fuit appellata, imperauit. Curetes autem in Acarnaniam migrarunt. Poſt decem itaque ſecula Oxylus cum Heraclidis in Elida tanquam paternam poſſeſſionem deſcendit, uelut etiam epigramma ad Ætoli ſtatuam indicat,

χώρης οἰκιστῆρα, παρ' ἀλφειοῦ ποτὲ δίναις
  τρεφθέντα, σταδίων γείτον' ὀλυμπιάδος,
ἐνδυμίωνος παῖδ' αἰτωλοί, τόνδ' ἀνέθηκαν
  αἰτωλὸν σφετέρας μνῆμ' ἀρετῆς ἐσορᾶν.

Alterum ad Oxyli ſtatuam ſic habet,

αἰτωλός ποτὲ τόνδε λιπὼν αὐτόχθονα δῆμον,
  κτήσατο κουρῆτιν γῆν, δορὶ πολλὰ καμών·
τῆς δ' αὐτῆς γενεᾶς δεκατόσπορος αἵμονος υἱός
  ὄξυλος ἀρχαίην κτήσατο τήνδε πόλιν.

Hanc olim Ætolus linquens ab origine gentem
Curetum terras haſtę ſudore parauit.
Idem annis decimus ſtirpis ſatus Eumone forti
Oxylus hanc ueterem conſtruxit mœnibus urbem.

Quòd Chalcidenſes Eubœæ cum ſæpe uincerentur dum bellũ contra Eretrienſes gererent in Balantæo campo, quod hoſtes anteriorē cæſariem

riem captantes eos diſtraherēt, cœperūt eam capitis partem tondere. Eaq́ propter ab Homero ὄπιθεν κομόωντες, id eſt à poſteriore parte comā geſtantes, appellati fuerunt. Hi poſtea in Ætoliam migrarunt & deuictis qui ipſam incolebant, ultra Acheloum fluuiū eos ſunt perſecuti. Quare illi quidem Eubœenſes Curetes à tondendo ſunt appellati. Eiecti autem, Acarnanes, tanquam nō detonſi. Quòd Theſtius ſocer fuerit Tyndari & Oenei, pater Ledæ & Altheæ. Cæterum cum bellum haberent Theſtiades et Curetes aduerſus Oenea & Ætolos ac Maleagrū, aut de agrorū finib. aut, ut fabulatur Homerus, de ſuis capite ac ſpolio, Meleager fratres Altheæ interemit, quamobrem Althea, πολλὰ κατηρᾶτο, συγγρὰς δ' ἐπικικλῆτ' ἐριννῦς.

Quòd quadrifariam Curetes Ætolici poſſint deriuari. aut enim à tonſura occipitis, ut dictum fuit, aut à Curio monte Ætoliç, aut quod molles eſſent tāquam puellæ, quemadmodum Iaones ἑλκεχίτωνες, id eſt longiſtolæ dicuntur. Aut à Curetibus dæmonibus armiferam ſaltationem ducentibus, ut dicat quiſpiā fortiſſimos & in armis ſaltare doctos. Nam & Homerus Æneam inducit dicentem,

μηριόνη τάχα κέν σε καὶ ὀρχηστήν περ ἐόντα.

Quòd Græcis & Barbaris commune ſit, cum feſtiua ſaltatione ſacrificia peragere, alia quidem cum numinis afflatione, (ἐνθουσιασμὸν appellant) alia ſine tali inſpiratione. Et alia cū muſica, alia abſq; ea Item alia in abdito, in publico alia. Muſica enim philoſophia eſt quædā, & ad morum emendationem magnopere conducit, ut inquit Plato. Quòd Græci Baccho & Apollini & Hecate & Murſis & Cereri attribuūt, cæremoniale negotium omne, quòd Orgia uocant & Bacchanalia & Choricum & Myſticum. Quòd Curetes dæmonum ſit genus quoddam apud Iouem uerſans, ita appellatum quòd infantē eum aluerit. Bacchi uerò ſectatores dæmones ſunt, Satyri & Sileni & Bacchæ & Lenæ & Thyræ, & Mamillones & Naiades & Nymphæ & Tityri. Quòd Berecynthes Phrygium quoddam genus & cæteri Phryges omnes Rhæam colunt illiq́ ſacrificāt, Deorum matrem, & Ageſtin & Deam Phrygiam magnā appellantes. A locis autem Idæam & Dindymenam & Pylenam & Peſſimuntiam & Cybelem. Græci autem eius miniſtros Curetes dicunt, eodem nomine quo Iouis miniſtros. Eoſdem & Corybantes nominant.

Quòd apud Thraces ſint ἐνθουσιασμοί, Cottytia & Bendidia, apud quos etiam Orphica originem habuerunt. Quòd Olympus mons eſt iuxta Idam Troiæ, alius in Myſiam, in Macedonia alius, & rurſus qui apud Homerum ὑπερουράνιος, id eſt ultra cælum tendens appellatur. Quòd Talthybius poſt tempora Troiana coloniam in Cretam duxit.

Quòd Trichaices appellati ſint Dorienſes in Creta, aut qui ſint bellicoſi, ut κορυθάϊκι, aut à tribus galeę conis aut qui ſaltatores. Eteocretes aūt dicuntur Aborigines. Quòd Cnoſſus urbs, prius Ceratus fuerit di

ѐta, à fluuio ſcilicet uicino. Quòd Dicta mons ſtadijs mille orientalior ſit quàm Ida Cretæ, cæterum Ida nunc Chryſomallos uocatur.

Quòd Creta Homeri ætate centum urbes habuerit. Eſt autem hæc poſterior quàm bellum Troianũ. Nam per illud tempus nonaginta urbes tantum Creta habebat. Nam in Catalogo non alium introducens, ſed in ſua perſona loquens, ἑκατόμπολιν appellat. Quòd quæ in armis fit ſaltatio à Curetibus adinuenta ſit, dæmonibus ſcilicet illis qui Ioui aſsiſtunt uocaturq́ Pyrricha. Quòd prouerbiũ cœperit in eos qui ſe neſcire ſimulant quæ nouerunt, Cretenſes mare ignorat. Nam Cretenſes magna claſſe olim inſtructi, maris imperium primi tenuerunt. Quòd Syphnus inſula tenuis ſit, à qua prouerbiũ ortum habet, Syphnius aſtragalus, ob tenuitatem ſcilicet. Quòd Cyclades inſulæ numero duodecim prius erant, poſtea his aliæ adiectæ ſunt. Incipiũt ab ea quæ ante Sunium eſt ſita, Helena dicta de qua Homerus inquit,

νήσῳ δ' ἐν κραναῇ ἐμίγην φιλότητι καὶ εὐνῇ.

Sunt aũt hæ, Ceos, Cythnos, Seriphus, Melus, Syphnus, Cimolus, Prępeſinthus, Vliarus, Parus, Naxus, Syrus, Myconus, Tenus, Andrus, Gyarus. Sporades autẽ inſulæ magis orientales ſunt quàm Creta. Quales ſunt Niſyrus, Cos, Calydnæ, Lerus, & Patmus.

LIBRI VNDECIMI.

QVòd Taurus mons, qui Aſiam iuxta longitudinem bifariam diuidit, latitudinem habet multis in locis uſque ad ſtadiorum tria millia. Longitudinem uerò quanta eſt Aſia tota, ſtadiorum ſcilicet quadraginta quinque millium, à continente quæ Rhodo opponitur atque ad Indiæ extrema. Quòd Parthorum regio & Media & Armenia & Cappadocum quidam & Cilices & Piſidiæ, in ipſo Tauro monte continentur. Quòd iſthmus à Ponto Euxino ad mare Hircanum ſtadiorum eſt trium millium. Ab hoc uerſus ſeptentrionem magna Cherroneſus eſt, quæ comprehenditur ab occaſu Euxino Ponto & Mæotide, & Tanai flumine, & deſerto quod deinceps eſt ſitum, terráque incognita uſque ad oceanum. Quòd ſi oceanus etiam à ſeptentrione amplectitur terram ab hoc ipſo mari uerſus auſtrum eunti uſq; ad Caſpium mare & Albaniæ confinia terminus erit. Quòd Pompeius Poſidonio fuerit amicus. Cum itaque Rhodum ueniſſet quando ad Mithridaticum bellum eſt profectus, ac cum eo congreſſus interrogaſſet quæ cupiebat audire, diſcedẽs rogauit num quid iuberet, Poſidonium autem reſpondiſſe aiunt, αἰὲν ἀριστεύειν καὶ ὑπείροχον ἔμμεναι ἄλλων. Ex hoc etiam didicit quæ ad Iberiam & Albaniam atque Armeniam pertinebant. Quòd Aſiam uniuerſam Strabo in quinque partes diuiſerit, quarum prima eſt Cherroneſus, ab Iberiæ iſthmo incipiens uerſus boream. Secunda, ab hac Cherroneſo, ad ortum tendens Tauroq́ diuiſa terra, quæ eſt Aſia ſeptentriona-

trionalis uſq; ad Indos. Tertia, quæ inter Taurum montem ac mare Caſpium interiacent: ſunt autem Media & Armenia, & uſq; ad Halym fluuium. Quarta, quę inter Halym flu. & Taurum continetur terra, uſq; ad mare Cilicum, Ioniam & Chalcedonem. Quinta, India eſt & Ariana, quæq; deinceps ad occaſum iacent uſq; ad Ciliciam & Nilum & ſinum Arabicum. Quòd Colchis inter Moſchicos & Caucaſi montes iaceat.

Quòd à Boſphoro Cimmerio uſq; ad Alopeciam inſulā ſtadia ſint bis mille ducenta. Quòd in latere orientali Mæotidis fluuius eſt, maior Rōbites, deinde Theophanius, Inde minor Rombites, mox Vardanes. Hi omnes ex Hippicis montibus & Caucaſijs deferuntur. Quòd Cimmerij olim qui in Mæotide, potentiam maximam habuere, unde & Cimmerius Boſphorus eſt appellatus. Inde ad ſtadia uiginti uicus eſt Achilleus, quo loco anguſtiſſimū eſt oſtij Męotidis fretum. Habet enim ſtad. 20. habens in ulteriore regione Myrmeciū uicum. Quod aūt ad auſtrū & Apeliotem iacet os Boſphori, Corocondamen habet, quod ad auſtrum & Africum, uicum quempiam Penticapenſis agri habet, Acram nomine. Longitudo Boſphori ſtadiorum eſt ſeptuaginta. Quòd Phanagoria & Hermonaſſa urbes ſunt Aſianorum inſignes. Quòd urbs eſt maritima Sindica, Sindorum regia. Quòd qui in Europa ſunt Boſphoranorum metropolis eſt Panticapæum, Aſianorum uerò Phanagoria.

Quòd Heniochi & Achæi & Zygij ſterilem terram colentes, per mare Ponticum latrocinia exercent. Lembos habent paruos leueſq;, humeris portari aptos, atque in ſyluis abſcondi. nam mare quòd illic eſt, importuoſum eſt, finiturq; extremis Caucaſi montibus. Hos lembos Græci camaras uocant. Quòd Caucaſus mons à ſeptentrione duo maria Caſpium ſcilicet & Ponticum, claudit, ac Sarmatas & Mæotas ab Iberis & Albanis ſeparat. Eſt autem aptiſſimis arboribus plenus mons. Huius extrema quæ ad auſtrum tendunt, iuxta ſeceſſum Euxini finiunt, quo loco urbs eſt Dioſcurias, à qua initium eſt iſthmi qui inter Euxinum & Hircaniam iacet. Eſt autem Emporium hoc, gentibus uerſus ortum ſitis omnibus commune. Aiunt enim in hanc conuenire nationes diuerſis inter ſe linguis utentes plures quàm ſeptuaginta. Quòd à Phaſi flumine uſq; ad Amiſum & Sinopem, nauigatio eſt dierum trium. Hęc regio bona eſt, præterquam quod mel hic naſcens, amarum eſt. Quòd Moſchorum regio tripertita eſt, atq; aliam eius partem tenēt Colchi, aliam Iberi, aliam Armenij. Quòd unà cum cæteris Phthirophagorum etiam natio Dioſcuriade Emporio utitur. Hi à ſordibus & fame id nomen habuerunt.

Quòd Saones fame nihilo meliores ſint Phthirophagis. Cæterum auri metalla habent, quæ torrentibus deferuntur, ea Saones perforatis tabulis & lanoſis pellibus excipiunt. Vnde fabula de Æete conficta eſt, quod aureum uellus haberet. Quòd Corus fluuius in Armenia initium ha

bẽs,atq; Aragone qui è Caucaſo delabitur,alijsq; fluuialibus aquis aſſum-
ptis,per anguſtam fluminis regionẽ in Albaniam ingreditur. Inter quam
& Armeniam multus illatus per urberes campos,complura in ſe flumina
recipit, è quibus eſt Alazonius & Sandobanes & Rhœtaces & Chanes,
nauigabiles omnes,atque in Caſpium mare ingreditur. Quòd Pha-
ſis fluuius ex Armenia delabens, flumina accipit Hippum & Glaucum,
ac prope urbem eodem nomine dictam in Pontum ingreditur. Quòd
Albani terram collunt,ut Cyclopes, optimã qualemq; ille appellat, ἀλλ᾽ ἄ-
γι ἄσπαρτος καὶ ἀνήροτος καρποφορεῖ. citra ſementem, inquiens,atque arationem
fructum prębet,uineæ manẽt ineffoſſæ,ac quinquẽnijs putatę fructum
ferunt. Ager ipſe non ferro ſcinditur, ſed aratri ligno,ac ſemel ſatus bien-
nium & triennium integrum fructus fert. Flumina terram faciũt irriguã,
ſicut Nilus & Euphrates. Et ſimpliciter fertilitate agri nullo loco cędit
Albania. Pecora quoq; fœtus edunt permultos. Homines ipſi magnitu-
dine & pulchritudine ſunt excellentes, moribus ſimplices,adeò ut ipſorũ
nonnulli numerare neſciant. Quiq; norunt, non ultra numerum centena-
rium id poſſunt. Quòd iuxta Albaniam, regio Amazonum ſit,pro-
pe Gargara & montes Caucaſi. Hæ è toto anno duos menſes ſolum Gar
garenſes adeunt,liberorũ procreandorum gratia. Reliquos decem domi
agunt ſolæ rem bellicam exercentes: fœtum qui naſcitur, ſi femella ſit, a-
pud ſe retinent,ſin maſculus, Gargarenſibus mittunt. Teſtatur id Arria-
nus inquiens, Quòd Alexandro regi Phareſmones quingẽtas Amazonas
dono dedit. Quòd altiſſimæ Caucaſi partes ſint quæ maxime ad au-
ſtrum tendunt, ſunt autem hæ ad Albaniam & Iberiam & Colchos et He-
niochos. Quòd Caucaſi ſumma, hyeme inacceſſibilia ſunt. Æſtate pro-
pter glaciem ac niues bubulis caligis, in tympani modum latis calciati, a-
ſcendunt. Deſcendunt autem cum oneribus ſuper pelle delapſi, quod eti-
am circa Atropateam Medię, & Maſium Armenię montem fit ubi ſoleas
quaſdam ligneas caligatas pedibus ſupponunt. Quòd maris Hyrca
ni nauigationis ambitus, præter Albanos quidem & Caduſios ſtadiorũ
eſt quinq; millium quadringentorũ. Prę́ter Arianos autem & Mardos et
Hyrcanos uſq; ad os Oxi fluuij, quater millium octingentorum. Inde rur
ſus ad Iaxartem fluuium duûm millium quadringentorum. Reliqua ha-
ctenus ignorantur. Quòd Priſci deſcriptionem locorum ignorabant,
donec Alexandri ad Indos uſq; expeditio, Item Romanorũ ac Parthorũ
imperium, permulta prius ignota palàm fecere. Quòd Hyrcania fer
tiliſſima ſit regio & magna ex parte campeſtris. Quòd Oxus fluuio
rum omnium quos uiderit Alexander, maximus eſt, præter Indicos ta-
men, qui magnitudine cæteros excellunt. Quòd in Hyrcania ripæ
quædã cauernoſæ ante mare ſtant, inter quas atq; mare humile litus iacet,
ex uerò ſuperioribus rupibus flumina decurrũt tanta ui delata, ut cum ad

ripam peruenerint, aquam in mare iaculentur, ſubiectum litus aſpergine intactum relinquentia, ut etiam exercitui unda tecto peruium ſit. Quòd Euphrates fluuius, utranque Armeniam magam, ſcilicet & paruam inter ſe diſterminat. Quòd Euphratis & Tigridis fontes ſtadiorum millibus duobus & quingentis inter ſe diſtant: Eſt autem Euphrates Tigride maior, atque plus terræ obit. Cæterum per magnam Armeniam uſque ad minorem occaſum uerſus fluens, à ſiniſtra habet Taurum montem, regionemque Baliſenen, Acliſenen & Sophenen. A dextra uerò, Armeniam minorem, Cappadociam, Taurum montem, & Melitenen regionem, quo loco Melas fluuius è Tauro mõte in Euphratem effunditur. Deinde ad meridiem conuerſus primum Commagenen, mox Cureſticen iuxta Amanum montem, inde Palmyrenen magis occiduam ac meridionalem relinquens, iuxta Suram urbem ad initium Syriæ iacentem ad ortum conuertitur, à dextra quidem, uerſus auſtrum ſcilicet Arabiam habens deſertam, ac Babyloniam regionem beatiſſimã, à ſiniſtra uero ad ſeptentrionem ſcilicet Antitaurum montem ac deinceps Taurũ ipſum iuxta Teſpitida & Choriæam regionem magnæ Armaniæ. Deinde poſt Taurum montẽ iuxta Meſopotamiam ſcilicet, Edeſſam urbem et Anthemuſiam regionem & Chalcitida, itemque Angobaritida quæ deſertæ Arabiæ opponitur, Tigrique fluuio prope Meſenen Suſianæ regionem committitur. Poſtremum uerò Characinen regionem obiẽs, iuxta Teredona urbem atque Elymaitida Suſianæ regionem, medium ſinum Perſicum ingreditur. Quòd Euphrates iuxta Seleuciam magnam urbem rurſus ad ortum conuertitur proxime urbem Cteſiphontem ſuper Tigride iacentem, ut interuallum quod utrunque fluuium atque urbes ambas interiacet ſtadiorum ſit duodecim.

Quòd ab Antitauro monte minoris Armeniæ, nonnulli montes abſcinduntur ſeptentrionem uerſus, alijs atque alijs nominibus dicti, è quibus eſt qui Polyarren uocatur & Scordiſcus, & montes Moſchici, qui per mediam Armeniam maiorem uſque ad Iberiam porriguntur.

Quòd in Meſopotamia Taurus eſt, contiguus Cappadocico Tauro qui diuidit Armeniam & Meſopotamiam. Inde ad ortũ Gordiæi montes ſunt & Niphates è quibus fluit Tigris, item Maſius mons ſupra Nibiſin urbem iacens. Deinceps ad ortum Choathra montes, inde Zagrus, ab hoc Orontes, mox Coranus qui Hyrcaniam à Parthia diuidit. Deinde Sa ripha Margianæ montes, è quibus Oxus fluuius egreditur. Ab his ſunt qui proprie Caucaſi montes dicuntur, Paropaniſadas ad occaſum, ad ortum Indos claudentes. Poſtmodum Imaus eſt, Sogdianos & Indos diſterminans. Hi montes unà ſumpti, Taurum conſtituũt qui Aſiam totam in duas partes diuidit, ab Mycale Ionica initio ſumpto uſque ad Indos extremos. Quòd portæ Caſpiæ Mediam ad occaſum definiunt, Parthiã ad Eurum, Ad Cæciam uerò uentum, Hyrcaniam. Quòd extra Taurum

montem nulla pars eſt neque Mediæ neq; Armeniæ. Quòd Media bifariam diuiditur. Et eſt altera pars ipſius orientalis, quæ magna uocatur, cuius Metropolis Ecbatana ſunt, regia olim ſedes Medorum, quo etiam loco æſtate degebant Perſarum reges, hyemabant in Seleucia. Occidua Mediæ pars Atropatena, ab Atropata Satrapa, qui obſtitit, ne regio ab Alexandro & Macedonibus ſubiugaretur, ſic dicta. Hæc Armeniæ & Matianæ ad ortum iacet, magnæ Mediæ ad occaſum, ad ſeptentrionem ambabus. Atropatenæ pars eſt Caduſia & quam Xenophon Carduchiam uocat, & Geli & Mardi uſque ad Araxum fluuium qui Armeniam & Atropatenem terminat. Cæterum portæ Caſpiæ magnæ Mediæ, Parthiæ atque Hircaniæ, limes eſt. Quòd Atropatenæ regioni Atropates imperauit uſque ad fluuium Araxum, poſt obitum ſcilicet Alexandri, atque ad multos annos durauit huius imperium. Cæterum in Matiana lacus eſt ſalem ferens. Quòd nationes latrocinia exercentes quatuor fuerint, Mardi Perſis uicini, Vxij & Elymæi Perſis & Suſijs, Coſſæi Medis. Hi omnes tributa exigebant ab Aſiæ regibus. Coſſæi præterea dona accipiebant, quoties rex, æſtate in Ecbatanis acta, redibat. Quòd alij ſint Elymæi in mari rubro, alij iuxta Mediam. Quòd Sitiacenen Aſſyriæ, nõnulli Apolloniaten uocant. Quòd quæ Caſpijs portis ſubeſt regio, humilis eſt ac beata, omnium ferax, excepto oleo. Quòd duæ ſint gentes Caſpiæ, altera magis occidua Caduſijs, iuxta mare eodem nomine & fluuium Cambyſen, altera Parthis uicina, in qua ſunt portæ Caſpiæ.

Quòd iuxta portas Caſpias quæ Parthis uicinæ ſunt, Neſæus campus eſt, equis paſcendis aptiſſimus, è quo Perſarum reges Neſæos equos, pulcherrimos optimóſue habebãt. Hic campus herbã fert plurimam, quam nos medicam dicimus. Fert etiam ſilphium ea regio, è quo fit ſuccus medicus, Cyrenaico longe inferior. Nonnunquam etiam illo præſtat ſiue propter locorum diuerſitatem, ſiue quòd ſtirps ſpeciem mutet, ſiue propter eos qui ſuccum exprimunt atque conficiunt.

Quòd Medi Perſis multarum rerum authores extiterunt, indicat id tiara & citaris & manicatæ tunicæ, & anaxyrides quæ ſeptentrionalibus gentibus ob frigiditatem peculiares ſunt. Quòd Medorum eſt non pauciores habere quàm quinq; uxores. Eodémque modo, mulieres calamitatem exiſtimant ſi nuptæ ſint uiro pauciores quàm quinque uxores habenti. Quòd cum reliqua Media tota prorſus felix ſit, quæ ad ſeptentrionem uergit natio montana prorſus eſt ſterilis, eáque propter ex arborum fructibus nutriuntur. E malis ſiccis ac tritis maſſas conficiunt, ex amygdalis toſtis panes, è radicibus quibuſdam uinum exprimunt, carnibus utuntur ferinis, mitiora pecora non alunt. Quòd regiones Armeniæ Chorzene & Cambyſene ſeptentrionales ſunt maxime atq; niuibus obſitæ, Caucaſo & Iberiæ continentes: quo loco iter agentes in

tes in ſummis montium cacuminibus niue obrui dicunt. Nam ibi pluri-ma cadit. Vnde baculos habent ad eiuſmodi pericula, quos in ſummam niuem reſpirandi gratia exerant, & ut eo ſigno auxilium ab aduenienti-bus conſequãtur. Quapropter ſæpe effoſſi ſeruantur. In niue glebas quaſ dam concauas congelaſcere prodiderunt, aquam optimam tanquam in tunica continentes. In niue animalia quoque concreari, quę ruptis tunicis ebibuntur. Horum animalium generationem talem putant qualẽ culi-cum ex flumine & bractea metallorum. Quod Tigris fluuius e Ni-phato monte erumpens, celerrimus eſt atque impermixtus, ut indigenæ Medorum lingua ſagittam appellent Tigrim ob uelocitatem. Quod in Acileſina Armeniæ Dea colitur Anaitis, cui ſeruos & ſeruas dedicant, item filias nobiliſſimæ gentis, quas apud Deam longo tempore proſtitu-tas nullus in matrimonium auerſatur. Huiuſmodi quædam Herodotus de Lydis commemorat.

LIBRI DVODECIMI.

QVod Cappadocia terminatur ad auſtrum Tauro Cilicio dicto, ad ortum Armenia & Colchide, & quę interſunt diuerſarum lin-guarum gentibus, ad ſeptentrionem Euxino uſque ad Halis o-ſtia, ad occaſum uero Paphlagonia & Galatica regione, Phry-giæ finitima, uſq; ad Lycaonas & Cilices Ciliciam Tracheam incolentes. Quod terram quæ ad occaſum intra Taurum montem eſt proprie ap-pellant Aſiam. Quod Cappadociam in duas partes diuidunt, ſatra-pias uocantes, e quibus alteram maiorem appellant Cappadociam quæ Taurum uerſus eſt, Alteram, quæ minor eſt, Pontocappadociam. Atq; u-traq; in quinq; præfecturas diuiditur. Maior quidẽ, in Melitenen, Catao-niã, Ciliciã, Tyanitin, Garſauritin: minor in quinq; alias, Lauinaſenẽ, Sar gyſenen, Sarauenen, Chamãnenen, Moramenen. Quod Commagena & Cyriſtica Sarauna auſtraliores ſint, magis autem occiduę q̃ Anthemu ſia & Chalcitis Meſopotamiæ regiones, magisq; oriẽtales q̃ Cilicia iuxta Iſſum ſita, ſeptentrionaliores tandem q̃ Chalcidica & Palmyrena iuxta Amanũ montẽ iacentes. Hic pars eſt Ciliciæ Tauri includens ſinũ Iſſicũ, atq; Antitauro mõti æque adiacet, itemq; Scordiſco monti qui iuxta Pon tum eſt. Quod Pyramus fluuius per Cataoniam regionem fluit, e me-dio campo fontes habens. Eſt etiam foſſa quædam memoratu digna per quam aqua puriſſima magno ſpacio occulte ſub terrã fertur, deinde tan-ta ui in ſummũ exoritur, ut ſi quis haſtã ſuperne demiſerit, aquæ impetus ita obſiſtat ut uix immergi queat. Cæterum profunditate latitudineq; im-modica delapſus, ubi Tauro ſe iunxerit mirũ in modũ contrahit. Mira eſt præterea montis cæſura, per quã alueus ducitur. Nam quemadmodũ in petris rimã trahentibus & per medium ſciſſis, cõtingit, partis uuius emi-

nentias

nentias alterius partis depreſſionibus ita conuenire, ut coniungi poſſint, ſic uidere eſt imminentes flumini petras, utrinqꝫ fere uſqꝫ ad ſumma montis pertendentes, duorum triúmue iugerum ſpacio, cõcauitates quaſdam eminẽtijs oppoſitas habere. Solũ uerò quod interiacet totũ ſaxeum ualde profundam & anguſtam rupturam in medio habet, ut eam canis ac lepus tranſiliat. Longitudo eſt ſtad. circiter mille aquęductus inſtar. Tantumqꝫ limum è campo in mare deducit, quemadmodum & Nilus, ut huiuſmodi de eo oraculum editum feratur,

ἔσσεται ἐσσομένοις, ὅτε πύραμος ἀργυροδίνης,
ἠϊόνα προχέων ἱερὴν ἐς κύπρον ἵκηται.

Tempus erit rapidis olim cum Pyramus undis
In ſacram ueniet congeſto litore, Cyprum.

Quod mons Cappadociæ Argæus omnium qui illĩc ſunt altiſſimus eſt, ut ſumma eius nunquam niue careant. Qui eò conſcendunt, utrunqꝫ pelagus uident Ponticum & Iſſicum. Quòd cum Cappadocia ferè tota lignis careat, Argæus tamen circumcirca ſyluam habet. Sed ſub terra frequentes ignes habet, qui noctu apparent. Ac rurſus non procul frigidas aquas habet ſub terra occultas. Qui itaque locorum periti ſunt caute lignantur. Ignaris periculũ eſt, præſertim pecori, dum in obſcuras ignis foſſas incidunt. Quòd Mazaca Cappadociæ diſtant à mari Pontico ſtad. octingentis, ab Euphrate mille quingentis, à portis Cilicijs itinere dierum ſex, à Cybiſtris ſtad. trecentis: nunc uocatur Cæſarea.

Quòd Cappadociæ latitudo à Ponto ad Taurum uſqꝫ ſtadia continet mille octingenta. Longitudo uerò, à Lycaonia et Phrygia uſqꝫ ad Euphratem fluuium uerſus ortum & Armeniã, ſtad. millia tria. Quòd in Cappadocia optima rubrica naſcitur, quæ ideo Sinopica dicĩt quòd eam mercatores in Sinopen portent. Imitatur hanc Iberica. Habet etiam iuxta Galatas metalla, & onychiti lapidis & cryſtalli cruſtas. Quòd Halys fluuius Paphlagonas & Cappadoces diſterminat. Quòd Mithridates Eupator Ponto imperauit uſqꝫ ad Heracleã. Occidua magis, ſub rege Bithyniæ degebant. Quòd Leucoſyri uocantur qui litus Ponti tenent Cappadoces, intra Taurum cõſtituti, ob colorem ita dicti: fit enim ut qui auſtraliores ſunt & orientaliores ꝙ ſit Taurus, nigri ſint: hi autem candidi ſunt. Quòd Paphlagoniam terminant à ſeptentrione quidem Pontus: ab ortu, Halys fluuius: ab auſtro, Phrygia et Galatia: ab occaſu, Bithynia. Leucoſyri uerò orientaliores ſunt quàm ſit Halys fluuius, iuxta mare habitantes. Quòd Amaſtris ab muliere Amaſtride ſit dicta. Hæc uxor fuit Dionyſij Heracleæ tyrãni & Oxyathris filia fratris Darij eius qui ab Alexandro fuit deuictus. Quòd quæ nunc Amaſtris dicitur Seſamus prius appellata ſit, deducta autem fuit è Cromna, Cytoro, Tio & ipſa Seſamo. Quòd Cytorus urbs à Cytoro Phryxi filio dicta ſit.

Quòd

Quòd quos Homerus appellat præcelſos Erythinos, duo ſcopuli ſint colore rubri, nunc Erythrini dicti. Quòd Harmena uicus ſit & portus iuxta Sinopen, munitus quidem, at deſertus, unde prouerbium natum eſt,

ὅς ἔργον οὐκ εἶχεν Ἁρμένην ἐτείχισεν.

Eſt autem uerſus iambicus.

Quòd urbs Sinope Mileſiorum eſt colonia. hæc olim potens fuit, ac multas ſub ſe regiones habuit. Poſtmodum ſub Armeniorum dominatu fuit uſq; ad Mithridatem Eupatorem. Is & natus eſt & ſepultus in Sinope. Quòd Sinope bis capta eſt, primũ à Pharnace ex improuiſo ingruente, poſtmodum à Lucullo et inſidente Tyranno, cum intus & foris obſeſſa teneretur. Nam Bachides à rege cuſtos impoſitus, ac ſemper aliquã proditionem à ciuibus ſuſpicatus, tandem multis flagris & cęde uſus eouſq; homines ad deſperationẽ perduxit, ut nec ſtrenue ſe tueri neq; hoſtẽ ex compoſito adoriri poſſent. Quòd oraculũ in Sinope fuerit, à quo Diogenes accepit reſponſum, ut monetam adulteraret. Viros claros tulit Sinope: philoſophos, Diogenem Cynicum, & Timotheum Patrionem: poëtas uerò, Diphilũ comicũ: ex rerum ſcriptoribus Batonẽ. Quòd Halys fluuius ab Halibus qua perlabitur, nomen habet. fontes eius è magna Cappadocia quæ iuxta Pontum eſt habent originem. Quòd poſt Halyn fluuium Gadilonetica eſt regio, felix tota & campeſtris atque omnium ferax. Oues habet mollis pellis & lanæ. Quòd Amiſus, Mileſiorum eſt ædificium, regionemq; habet beatam. Quòd Iris fluuius per mediam Comanorum urbem atque ad ipſa Amaſiæ mœnia labitur. Quòd Strabo hic geographus ex Amaſia fuerit urbe Pontica.

Quòd Themiſcyra regio fluminibus perluitur, eaq; propter ſemper herbida eſt. Eius montana ora conſita eſt arboribus & manſuetos & agreſtes fructus ferentibus, ita ut nullo anni tempore illic deſit fructus.

Quòd qui nunc Sami dicuntur, antiquitus Macrones uocabantur. Et qui nunc ſunt Chaldæi, prius uocabantur Chalybes. Quòd Strabo hos uerſus Homeri contendit enarrare,

αὐτὰρ Ἁλιζώνων Ὀδίος καὶ Ἐπίστροφος ἦρχον
τηλόθεν ἐξ Ἀλύβης.

Hinc & Halizonos Hodiusq; & Epiſtrophus unà
Longinqua ex Alyba ducunt. Quo loco Alizones ſunt, qui nunc circa Trapezuntem habitant Chaldæi, prius quidem Chalybes dicti, & adhuc prius Alybes, unde Homerus inquit, τηλόθεν ἐξ Ἀλύβης. Ac primum omnium Alizones. Siquidem tempore labẽte nomina multas mutationes ſuſcipiunt. Thraces enim Lemnum incolentes prius Sinties uocabantur, poſtea Sinti dicti ſunt, deinde Saij, iuxta illud Archilochi,

ἀσπίδι μὲν Σαΐων τις ἀγάλλεται

At ſcu-

At ſcutum Saius uir ſuſtulit.

Nunc Sapæ appellantur, circa Abdera urbem habitantes. Eodem modo Brygi, Breges, Bryges, Phryges, ijdem ſunt. Item Mæones & Mēnes, ad hunc itaque modum Chaldæi, Chalybes, Alybes, Longinqua ex Alyba. quo loco uox, Longinqua, adiecta huius coniecturæ nobis argumentū prębet. Sunt q́ per Rhyndaci fluuij regionē Alizonas habitare dicant. Alij circa Cumas Æolicas, aut circa Myrleaticum agrum, aut circa Pygella iuxta Epheſum aut Prienen. Quòd uocem hanc τήλοθεν ἐξ ἀλύβης improprie adiectam fuiſſe affirmant, quemadmodum illud τῆλ' ἐξ ἀσκανίας, Longe ab Aſcania. Et de Arnæo, τὸ γὰρ θέτο πότνια μήτηρ. Hoc etenim dederat genetrix. Et de Penelope,

εἵλετο δὲ κληῗδ' εὐκαμπέα χειρὶ παχείῃ

Ipſa manu clauim comprendit Penelopæa. Item hoc,

οἰωνοῖσί τε πᾶσι.

Omnigenisq́ auibus. Inſuper iſtud,

ἐείκοσι πᾶσαι ἐφύσων

Quòd Pactolus fluuius & Hyllus Hermo committuntur. Oriuntur è Tmolo monte prope urbem Sardes. Quòd Armenia minor Tibarenis quandoq́ imperauit & Chaldæis atque Pharnacijs. Mithridates uerò Eupator his ſubactis, & Colchidis & horum omnium imperium adeptus eſt. Quòd Pharnaciæ continua eſt Sidene & Themiſcyra. Supra has iacet Phanaręa oleis conſita & beata, inter Lycum amnē & Irim locata. Quòd ſupra Phanarœam Comana Pontica iacent, eodem nomine quo maioris Cappadociæ Comana. Quòd ob ingentem multitudinem in Corintho meretricum, & ſumptum qui in has fieri ſolitus erat, prouerbium natum ſit,

οὐ παντὸς ἀνδρὸς ἐς κόρινθον ἐσθ' ὁ πλοῦς.

Non cuiuis homini contingit adire Corinthum. ſed diuitibus ſcilicet ſolis. Quòd Oalgaſſus mons eſt altiſsimus, Hali fluuio occidentalior, iuxta quem Domanitis & Blaena eſt regio. Cæterum per Domanitidem Amnius fluuius labitur, quo loco Mithridates Eupator Nicomedis Bithyni copias funditus deleuit, haud quidem præſens ſed per ſuos imperatores tanquam obiter re geſta. Vnde ille fugiēs, cum paucis adeò in Italiam nauigauit. Hic uerò ſecutus, impetu facto Bithyniam cepit, et Aſiam uſq́ in Cariam & Lyciā occupauit. Quòd circa Pimoliſſam & Pompeiopolim Sandaracurgium mons eſt concauus propter metallorum effoſſionem, ubi ex morbido & peſtilente aëre effoſſorum locorum multis intereuntibus, negligi metalla cœperunt. Quòd lacus qui circa Nicęam eſt urbem Aſcanius ſit dictus, item regio ipſa Aſcania. Quòd Bithyniam terminat Sangarius fluuius, & litus Ponticum uſq́ ad ipſum os atq́ Chalcedonem, ab occaſu, Propontis, ad auſtrum Myſia & Epictetus appellata Phrygia. Eadem quoq́ Helleſpontiaca Phrygia dicitur,

Quòd

Quòd ſinus qui circa Nicomediam eſt Aſtacenus uocatur. Quòd mons circa Cium Argantonius uocatur porrigens ſe uſq; ad Nicomediã.

Quòd Cius ſocius erat Herculis, ex Argonautis unus. Is è Colchis reuerſus urbem à ſe Cium appellatam, ædificauit. Quòd à Pruſa oppido nomen gentile deriuatur Pruſienſis. Quòd Aſcania à duabus gentibus ſeorſim habitabatur, Phrygibus & Myſis, teſtatur id Homerus inquiens,

μυσῶν ἀγχεμάχων ἡγήτορα.
οἵ ῥα ἐξ ἀσκανίης ἐριβώλακος ἦλθον ἀμοιβοὶ.
Alyſorumq; ducem bellantum comminus armis,
Illi ex Aſcaniæ campo uenere feraci. Et rurſus,
φόρκυς αὖ φρύγας ἦγε καὶ ἀσκάνιος
τῆλ' ἐξ ἀσκανίης.
Phorcys & Aſcanius Phrygias duxere cateruas,
Longe ex Aſcania. Intelligit autem Nicæam. Quòd Homerus Æſapum terminum ſtatuit Troadis & Myſiæ. Videtur autem Pindarus Cyzicenus fuiſſe. Quòd Nicæa ab Antigono ædificata ſit, Philippi Macedonum duce, qui bello aduerſus Nicatora Seleucũ interijt. Poſtea Lyſimachus illã auxit, qui cum Alexãdro ſcilicet ad Indos militauit. Hic Nicæam appellauit, de nomine uxoris quę Antipatri erat filia, ſoror Caſſandri. Quòd quæ nunc Otrœa dicitur regio, ab Otreo Phryge uocata ſit; cuius meminit Homerus,

λαοὺς ὀτρῆος.
Otræi populos.

Quòd Hipparchus & Theodoſius, atque huius liberi mathematici, & Aſclepiades medicus, Bithyni fuerint. Quòd qui in Aſia ſunt Galatæ, Celtarum ſunt coloni, atq; ſub Leonorio duce in Aſiam traiecerunt.

Quòd poſt Galatiam ad auſtrum lacus eſt Tatta nomine, Cappadociæ maiori adiacens, & pars eſt Phrygiæ maioris. Item quæ huic continua eſt uſq; ad Taurũ. Cæterum Tatta lacus ſalis ſponte naſcentis fontes habet atq; adeo faciliter ſal rebus immerſis circumgelaſcit, ut ſæpe cum funalem torquem dimiſerint, ſalis coronas educant. Volucres ipſæ alis aquas contingentes facile capiuntur, cum propter ſalis concretionem cito decidant. Quòd Iſaura urbs ſit, à qua & regio Iſauria & uocabulum gentile Iſaurenſis dicitur. Quòd circa Sipylon loca Phrygia prius appellabantur. Item Tantalum & Pelopem Phrygias eſſe aiũt, & Niobem quoque. Nam Pergamena & Elaitis ad quam Caicus exit, et Teuthrania inter hęc media in qua Telephus habitabat olim, inter Helleſpontum ſunt & regionem Sipylo & quæ ſub hac eſt Magneſiæ, circumſtantem.

Quòd Myſos, alij Myſorum Scythię colonos eſſe affirmant. Alij uerò quod Lydorum lingua, fagociſſima arbor, Myſos uocatur, eiuſmodi arborem in Olympo Myſio copioſe naſci, eaq; propter gentem Myſos

RR fuiſſe

fuiſſe appellatam. Quòd Miletus Cariæ, colonia ſit Mileti quæ eſt in Creta. Quòd Lycus Pandionis filius, Solymis conditis regionem à ſe Lyciam appellauit. Quòd Bithyni ſeptentrionales iuxta Olympum iacent, Item Mydones & Doliones. Reliquum tenet Myſi & Epicteti. Doliones autem ſunt, qui circa Cyzicum à fluuio Æſapo uſq; ad Rhyndacum fluuium & Daſcylitidem lacum. Mygdones poſt hos ſunt uſq; in Myrleanorum Apameorum agrum. Quòd ſupra Daſcylitidem lacum alij duo lacus ſunt Apolloniaticus & Miletopolitanus. Quòd delubrum in Cyzico Dindymenes matris deûm, Argonautarum ædificium eſt. Quòd potentes olim atq; pulcherrimis legibus inſtructæ ciuitates fuerint Cyzicus, Rhodos, Maſſilia Carthago, Roma, Sparta.

Quòd Phrygiæ Epicteticæ ſint Axiani, Nacolia, Cotyaium, Mydaium, & Dorylaium urbes, & Cadi. Quòd Myſiæ pars mediterranea, ab Olympica regione in Pergamenam deſcendit, & in Caici campos.

Quòd ſupra Epictetum ad auſtrum maior Phrygia eſt, quæ à ſiniſtra Piſinuntem & Lycaonas, à dextra Lydiam & Cariam relinquit. In ea eſt Phrygia quæ prætermontana dicitur, & Piſidia & Amorio & Eumania & Synnada: deinde Apamia quę Cibotus dicitur & Laodicæa & Coloſſę. Quòd Marſyas fluuius ex Apamia urbe magna ortum habens, in Mæandrum egreditur. Quòd curſus Mæandri adeò eſt flexuoſus, ut obliquitates omnes ab eo Mæandri dicantur. Quòd quæ circa Mæandrum fluuiũ eſt regio ferè tota à terræmotibus quatitur & aquis atque ignibus peraratur, à campis incipiens uſque ad Magneſiam & Hierapolim. Quòd Prienen quæ prius ad mare erat, Mæander, facta limi aggeſtione, mediterraneam effecit, ad ſtadia ducenta quinquaginta.

Quòd Typhonis caſum & Arimorum, per hanc exuſtam Phrygiam & Lydiam eueniſſe aiunt. Alij autem affirmant, etiam quæ inter Mæandrum ac Lydos ſunt, omnia eiuſmodi eſſe.

LIBRI DECIMITERTII.

QVòd à Cyzico & locis Æſapo & Granico uicinis Abydum uſq; Propõtidis ora ſit maritima. Ex Abydo autem Lectum uſq;, Ilij & Tenedi & Troianæ Alexandriæ regio. His omnibus Ida imminet, A Lecto uerò uſque ad Caicum & Canas dictas, Aſſus eſt & Adramyttium & Atarneus & Pitana & ſinus Elaiticus. Quibus omnibus Lesbos inſula ex aduerſo conſurgit: deinde Cumanus ager uſque ad Hermum & Phocenſes, hæc Æolia eſt, quam ſequitur Ionia.

Quòd à Cyzico & Æſapo fluuio, uſq; ad Caicum fluuium, regio eſt quam Homerus Troianam dicit, in octo principatus diuiſa, ſed Æolorũ colonia aliter hanc diuiſionem fecit, per totam Troianam oram diſperſa, & uſque ad Hermum fluuium extenta. Quatuor autem ſeculis Æolica co

Ionia, quàm Ionica antiquior eſt. Nã Agamẽnonis filius Oreſtes Æolicę claſſi imperauit, quo in Arcadia mortuo Penthilus eius filius ſucceſſit, & uſque in Thraciam proceſſit annis poſt Troiã ſexaginta, quo tempore Heraclidæ in Peloponneſum rediere: deinde Archelaus illius filius cum Æolica claſſe in eam quæ circa Cyzicũ & Daſcylium eſt regionem traiecit. Graus uerò filius eius iunior uſque ad Granicum fluuium progreſſus eſt, et traijciens in Lesbũ eam occupauit. Cleuas item & Dorus & Malaus, qui & ipſi ab Agamemnone erãt profecti, primum quidem Locrida & montem Phricium, longo tempore obtinuerunt. Poſtea tranſgreſſi Cumas cõdiderunt, Phriconidas à Locrenſi monte appellatas. Quòd Priapus fluuius eſt iuxta Cyzicum, aduerſus Artacen Cyzicenam urbem conſurgens. Quòd Æſapus fluuius Cyzico urbe orientalior eſt. Quòd à Pario oppido uſque ad Practium oppidum occaſum uerſus ſtadia ſunt trecenta. Quòd Ida mons ſcolopendræ formam habet, atque in mediterraneam, promõtorio quod circa Zeleam eſt terminatur, in pelagus autem Lecto, quod in Ægeum deſcendit. Quòd Zelia urbs, Cyzicenorum eſt ditionis. Quòd Homerus Idam montẽ Lecto terminat, quod primum eſt à mari, & Zelia, inquiens,

ὑπαὶ πόδα νείατον ἴδης.

Idæ pede ſub extremo. Quòd Lectum Idæ promontorium, & Canæ promontorium, ſinum Idæum faciunt. Quòd duplices ſunt Cilices, alteri Thebæi Hypoplacij, unde Chryſeis erat, alteri Lyrneſſij, è quibus erat Briſeis,

τὴν ἐκ λυρνησσοῦ ἐξείλετο πολλὰ μογήσας.

Hanc è Lyrneſſo capiens multum laborabat. Hæc urbs erat diui Mynetis. E Thebis Chryſeidem fuiſſe, ſic inquit,

ᾠχόμεθ' ἐς θήβην ἱερὴν πόλιν.

Nos Thebam aduecti ſacram. Ex hac etiam Andromache fuit. Sunt itaque duo hi Troianorum principatus, unde quæ de Andromache dicuntur, in hyperbato ſunt legenda,

ἀμφότεροι σὺ μὲν ἐν τροίῃ
αὐτὰρ ἐγὼ θήβῃσιν.

Vterque è nobis, tu per Troiam
Aſt ego Thebis. Sic enim eſt legendum.

ἀμφότεροι ἐν τροίῃ, σὺ μὲν πριάμου ποτὶ δῶμα.
αὐτὰρ ἐγὼ θήβῃσι.

Vterque ex Troia, ſed patris ex laribus Priami tu, Aſt ego Thebis. Tertius eſt Lelegum principatus, qui & ipſe Troianus eſt,

ἄλτεω ὃς λελέγεσσι φιλοπτολέμοισιν ἀνάσσει.

Maximus Altes
Sub cuius Lelegum populi ditione tenentur. Et ſub Hectore Troiani erant,

τρωσὶ μὲν ἡγεμόνευε.

Hector item Troas duxit. Quiq́ ſub Ænea fuere Dardani Troiani erant, uelut quoties dicit,

Αἰνεία Τρώων βουληφόρε.

Ænæa Troum dux cõſultiſſime. Sexti ſunt ſub Pandaro Lycij, quos proprie Troianos appellat. Septimi, qui inter Æſapum & Abydum ſunt Troes dicuntur. Ponuntur autem ſub Aſio Abydeni Troes. Democoon quoque Priami filius,

Ἀβυδόθεν ἦλθε παρ' ἵππων ὠκειάων.

Is ab Abydo aderat tunc à pernicibus equis.

Et Hicetaonis filius apud Percoten boues paſcebat, nec ipſe alienus, & qui Adraſtiam uſque imperabant Meropis duo filij Troiani erant, octauus hic principatus eſt. Nouus Troiæ principatus eſt, qui ſub Eurypylo Telephi filio cenſetur. Quòd autem omnibus his Priamus imperaret, Achilles declarat, inquiens,

ὅσσον Λέσβος ἄνω μάκαρος ἕδος ἐντὸς ἐέργει

καὶ Φρυγίη καθ' ὕπερθε καὶ Ἑλλήσποντος ἀπείρων.

Quæ felix pariter Lesbos complectitur, & quæ

Comprendit Phrygiæ tellus ac Helleſpontus.

Quòd Lycij qui ſub Pandaro fueruut Aphnij dicti ſint ab Aphnitide lacu, qui Daſcilyticus lacus eſt. Zelia à Cyzico diſtat uerſus ortum ſtadijs centum nonaginta. A proximo mari ueto, in quòd Æſapus fluuius egreditur, ſtad. circiter octuaginta. Quòd Zelia mediterranea eſt, eiq́ ſubiacent Cyzico & Priapo adiacentia loca. Circa Zeliam Tarſus eſt fluuius, qui uiginti locis tranſitur, ſicut Heptaporus. Quòd inter Æſapum fluuium & Priapum Granicus fluit, magna ex parte per Adraſtiæ campos. Priapus autem urbs eſt ſuper mari ſita, & & portus. Quòd Adraſtia urbs inter Priapum eſt urbem & Parium, ſuper Æſopo fluuio. Priapus hæc portum habet minorem quàm Parius. Quòd Pityæa urbs ſit mediterranea inter Parium & Priapum urbes. Quòd inter Lampſacum & Parium Pæſus urbs ſit & fluuius. Homerus tribus ſyllabis eam appellat, inquiens,

καὶ δῆμον Ἀπαισοῦ,

gentemq́ quoque Apæſi. Item,

ὅς ῥ' ἐν Ἀπαισῷ.

habitabãt mœnia Apæſi. Quòd in Cumæa regione locus eſt, fœminino genere numeroq́ plurali dictus Gergithes. Eſt etiam urbs à qua in agro Lampſaceno Gergithius ager eſt dictus. Quòd Practium apud Homerum non eſt urbs, ſed fluuius inter Abydum fluẽs & Lampſacum.

Quòd Xerxis pons in Abydo, paulo magis ad ortum fuit locata quàm ſit Abydus, magisq́ ad occaſum quàm Seſtus. Id notatu dignum maxime eſt. Quòd Strabo conſentit fabulæ de Hero, quod in Seſto fuerit ipſius turris, quòdq́ caſus Leandri illic euenerit.

Quòd aurea metalla in Pactolo Lydiæ nunc defecerint. Quòd ab Abydo ad Æſapum fluuium, ſtadia ſint ſeptingenta, itinere ſcilicet pedeſtri, recta uerò nauigatione, pauciora. Quòd Ilus poſt diluuium primus auſus eſt urbem in planitiem locare, quæ ab eo dicta fuit Ilium, unde in campo eſt ſepultus,

οἱ δὲ παρ' ἴλου σῆμα
μέσον καππεδίον.

Hi uerò ad tumulos Ili
Per campum medium. Sunt qui dicant, quæ nunc oſtenditur urbs, nõ eſſe Ilium Homeri. Sed aliam eſſe, magis humilem. Antiquam enim magis editam fuiſſe, prope Idam ſtad. quadraginta. Quòd quæ nunc Alexandria Troas dicitur, urbs deſerta, prius Antigonia dicebatur, Nam ab Antigono habitata fuit qui ex Alexandri magni ducibus imperauit Phrygię. Poſtmodum à Lyſimacho Alexandria fuit appellata, quòd magis uideretur operæpretium eſſe, ut ab eo cognomen acciperet, qui totius uictoriæ de Perſis habitæ author extitiſſet, ab ipſo uidelicet Alexandro.

Quòd Fimbria Romanus bello aduerſum Mithridatẽ geſto, cum Ilium admoto ad urbẽ exercitu undecimo die cepiſſet, atq; inde gloriaretur, quam urbem Agamemnon decimo anno uix cepiſſet, cum mille nauium claſſem & uniuerſam Græciam ſecũ haberet, ſe undecimo die obtinuiſſe, Reſpondit quidam ex Ilienſibus. Non enim Hector aderat qui pro ciuitate pugnaret. Quòd inter Abydum & Dardanum urbem, Rhodius fluuius labitur, ex aduerſo ſepulchri Hecubæ quod Canis dicitur.

Quòd ſepulchrum Hectoris in Ophrynæo eſt loco excelſo Troadis. Deinde Rhœtium urbs deſerta, inde Ægialus, poſtea Aiacis ſepulchrũ, inde Segium urbs deſerta, poſtmodum Achillis ſepulchrum & Patrocli & Antilochi, deinde nauium ſtatio & caſtra Græcorum, mox Simoentis & Scamandri oſtia ſtagnantia & paludes, & lacus qui os dicitur. Quæ omnia Ilio ſubſunt. Quòd Priamus exiguo inuento Troianorum regno, ita ut Hercules, Cumq; uiris paucis & ſex cum nauibus ipſa Pergama diripuerit, illud in immenſum auxerit, ut rex regum appellaretur, quemadmodum ſignificat illud.

ὅσσον λέσβος ἄνω μακάρων ἕδος.

Quæ felix pariter Lesbos complectitur.

Quòd Campus Troianus à mari uſque ad Idam porrigit ſe, cuius partes auſtrales in Scepſim, ſeptentrionales in Zeliam finiunt. Quòd permultis & fide dignis argumentis Strabo oſtendit quæ nunc Ilium appellatur, non eſſe ab Homero decantatam urbem, ſed hac excelſior eſt & orientalior quæ uere Ilios dicitur, Hectoris ſcilicet patria. Quòd ſi ne ueſtigia quidem ſuperſunt, ſed quæ uiſuntur nunc, humilioris ſunt ueſtigia, mirum eſſe non debet. Tempus enim permulta eiuſmodi facit.

Quòd iuxtà uetuſtum quendā morem Agamemnō male imprecatus eſt ijs qui Ilium inſtaurare auderent, eamq́ ob cauſam poſteri religione du ćti, locum elegerunt uicinum, antiquo ſimillimum & hunc ædificatum Ilion appellarunt, hoc pacto Agamemnonis execrationes effugerunt.

Quòd Rheſus fluuius nūc Rhoites appellatur, Heptaporus autem Polyporus, ortum habēs à locis pulchræ pinui finitimis ad uicum Melænas euntibus. Cæterum pulchra pinus ambitum habuit pedum uigintiquatuor, altudinem à radice ſexaginta ſeptem pedū. Poſtea in tres partes ſciſſa æqualiter inter ſe diſtantes, rurſus in unum uerticem contrahitur. Totam uerò alitudinem duorum iugerum & cubitorum quindecim habet.

Quòd Careſus fluuius à Malunte labitur, qui locus inter Palæſcepſim iacet & Acheium ulterioris Tenediorum agri. Immittit autem in Æſapū. Rhodius uerò à Cleandria & Gordo in Æmum influit. Quòd Smintheus Apollo à Tenedijs colitur. Et templum ipſius in Tenedo eſt, unde illud dicitur,

τινέδοιό τε ἶφι ἀνάσσεις σμινθεῦ.

Sminthe u præclaræ Tenedi domator Apollo. Quòd aliud templum eſt Sminthei Apollinis in Troade, iuxta mare ſitum. Quòd inſulæ exiguæ iuxta Tenedum, Calydnæ uocantur. Quòd circa Troadem Achæus locus ſit: deinde Lariſſa & Colonæ & Chryſa nunc dićta in loco excelſo ſuper mari ſita. Quòd in Sminthei templo mus ſit æreus, pedi ſtatuæ ſubiacens. Sunt autem Sminthei Apollinis permulta templa.

Quòd circa Lećtum promontorium ſales ſunt qui uentis Eteſijs ſponte congelaſcunt. Quòd Homerus in ſinu Adramyttico locat Lelegas & Cilices utroſque, quo loco Pedaſus urbs eſt deſerta & Satnois fluuius, qui torrēs eſt, & Thebæ ac Lyrneſſus urbes. Quòd Amaxitæ maritimi ſunt, ac ſupra eos Neandrēſes. Deinde Cebrenij ſupra hos, mox Dardani uſque ad Palæſcepſim, quibus imperauit etiam Æneas. Inde Scepſis.

Quòd à Lećto promontorio, uſque ad Gargara uerſus ortum ſita, ſtadia ſunt ducenta ſexaginta. Quòd poſt Adramyttium Coryphantis & Heraclia uicus ſint: inde Attea, ab hac Atarneus & Pitane & Caici fluuij oſtia. Quòd nonnulli Romanis gratificantes hos uerſus Homeri de Ænea hoc pacto tranſſcribunt,

νῦν δὲ δὴ αἰνείαο γένος πάντεσιν ἀνάξει.

At genus Æneæ cunćtis dominabitur oris. Quòd è Scepſi urbe fuerit Coriſcus Socraticus, & huius filius Neleus, qui & Theophraſtum & Ariſtotelem audiuit, & ſucceſſor fuit Bibliothecæ Theophraſti in qua Ariſtotelica inerat. Nam Ariſtoteles & Bibliothecam & ſcholam Theophraſto reliquit, & primus omnium quos ſcimus libros congregauit, & Ægypti reges bibliothecæ ordinem docuit. Theophraſtus uerò eam tradidit Neleo, Neleus Scepſim detulit, ac poſteris dedit hominibus

bus ſanè imperitis, qui libros incluſos, ac negligenter poſitos tenebant. Cumq; Attalicorum regum ſub quibus erant, ſtudium ſentirent conquirendorum librorũ, ad inſtruendã eam Bibliothecã quæ Pergami erat, eos in foſſa quadam ſub terrã occuluerunt, quos & tineis & humiditate labe factos, tandẽ qui ex eo genere erãt Apelliconi Teio tradiderũt, magno emptos Argento, Ariſtotelicos ſcilicet ac Theophraſticos. Apellicon, ut qui magis librorũ eſſet ſtudioſus q̃ ſapientiæ, uolens corroſiones emendare, eos tranſcribendos dedit, ſcriptura non recte ſuppleta, quapropter libros edidit errorib. plenos. Sed antiqui Peripatetici poſt Theophraſtũ, cũ omnino libris ordinariis carerent, paucis duntaxat exceptis exteriorũ ſermonum, nihil habebant in quo firmiter philoſopharent, ſed poſitiones quaſdam lucubrabant. Poſteriores, poſtquã hi libri in lucem uenerũt, Ariſtotelem imitantes longè melius q̃ illi philoſophati ſunt. nam propter errorum multitudinẽ conſentanea dicere neceſſe habuere. Multũ ad hoc Romani contulerunt. Nam continuo poſt Apelliconis obitum Sylla qui Athenas cepit, allata illius bibliotheca huc eam trãſtulit. Tyrannion quoq; grammaticus incœpit, cum Ariſtotelis amantiſſimus eſſet, eo ſibi conciliato qui bibliothecæ præerat. Item librarij quidã ſcriptoribus utentes nõ bonis, nec ſcripta cõferentes, quod in his libris præſertim fieri ſolet qui uẽdendi tranſſcribunt, tum hic tũ etiã Alexandriæ. Quòd poſt Scepſim urbem Andera ſunt, & Pionia & Gargaris. Iuxta Andera lapis eſt qui uſtus in ferrum mutatur, deinde cum terra quadã in fornace excoctus, pſeudargyrum exudat, quæ terra ſi æs aſſumat, fit mixtio quam nonnulli uocant orichalcum. Fit etiam circa Tmolum pſeudargyros. Quòd Aſſus urbs felix ſit & munita, à mari & portu rectum & longũ aſcenſum habens. Vnde illud Stratonici commodè dictum eſt, ἄσσον ἴθ᾽ ὥς κεν θᾶσσον ὀλέθρου πείραθ᾽ ἵκηαι. Hic Cleanthes fuit ſtoicus philoſophus, qui Zenonis Citienſis ſcholę ſucceſſit, quã poſtea Chriſippo Solenſi reliquit. Hoc in loco Ariſtoteles aliquandiu permanſit, propter eam affinitatẽ quam cũ Hermia Tyranno contraxerat. Fuit autem Hermias Eunuchus, trapezitæ cuiuſdam famulus, qui Athenas profectus Platonẽ Ariſtotelemq; audiuit, poſtea ad dominum reuerſus, cum ipſo imperauit primum, Atarnenſes & Aſſenſes aggreſſo: deinde illi ſucceſſit & Ariſtotelem & Xenocratem ad ſe accerſitos diligenter curauit, Ariſtoteli etiam fratris ſororẽ dedit. Per id tempus Memnõ Rhodius cum Perſis miniſtraret, & exercitum duceret, ſimulata cum Eunucho amicitia hoſpitalitatis nomine & tractandarum rerum gratia illum ad ſe uocat, quẽ cum comprehendiſſet ad regem miſit ibiq; ſuſpenſus eſt. Quòd circa Aſſum & Gargarum loca & Scepſim Lelegum ſunt, qui inter Cilices & Dardanios habitabant, urbem habentes Pedaſum. fugientes autem Achillis incurſionem in Cariam uenerunt, & urbem Pedaſum condiderunt eodem nomine quo patria.

Quòd poſt Lelegas, ſequens litus Homeri tempore habebant Cilices, quo loco nunc eſt Adramyttium & Atarnitæ & Pitanæi uſq; ad Caici oſtia, horum duæ ſunt urbes Thebæ Hyppoplaciæ & Lyrneſſus.

Quòd Thebæ & Lyrneſſus in Thebano campo ſitæ ab Adramyttio urbe diſtant, illa quidem ſtadijs ſexaginta, hæc uerò octuaginta. Cęterum in Adramytteno agro Chryſa eſt & Cilla. Sunt autem circa Antandrum hæc. Quòd Cillus Pelopis fuerit auriga, à quo Cilla urbs & Cilices ſunt dicti. Quòd in Pitana Æolica lateres aiunt aquæ ſupernatare, quemadmodum in Tyrannia. Nam terra quàm aqua ſit, leuior eſt. In Iberia uerò Poſidonius ait ſe uidiſſe ex quadam creta lateres factos ſupernatare. Quòd Caicus fluuius poſt Pitanen ſe in Elaiticum ſinum influit, exaduerſo Elææ urbis. Quòd Elea urbs nauale eſt Pergami urbis, à Pergamo diſtans ſtadijs centum uiginti. Quòd Cana promontorium eſt aſſurgens contra Lectum promontorium & Adramyttenum ſinum efficiens. Cuius pars etiam Elaiticus eſt ſinus. Quòd Cana numero etiam plurali Canæ dicitur: circa hanc promontorium eſt Æga. Cæterum γὰ ipſum oportet ut longum ſit accipere. Quòd inter Elæam & Pitanen & Atarnea & Pergamũ Teuthrania ſit urbs, à nulla harũ ultra ſeptuaginta ſtadia diſtãs, intra Caicum. Quòd in locis circa Caicum, Eurypylus Telephides imperaſſe uidetur quẽ Pyrrhus Achillis filius interemit. Quòd in Elaitide fluuius ſit torrenti ſimilis, Cetius nominé. Vnde forte dictum eſt κήτειοι κτένοντο γυναίων ἄνικα δ'ώρων. Quòd Lesbi inſulæ ambitus ſtadiorum ſit mille & centum. Quòd Strabo ſub Tiberio Roman. imperatore fuerit. Quòd Phanias & Theophraſtus Ariſtotelici ex Ereſſo fuerint. Theophraſtus prius Tyrtamus dicebatur, cæterum ab Ariſtotele ſic appellari cœpit. Quòd Hellanicus hiſtoricus, Lesbius fuerit. In freto quod inter Aſiam & Lesbum, inſulæ ſunt quadraginta. hæ compoſito uocabulo Hecatonneſi uocantur, quemadmodum Peloponneſus, & Myonneſus & Proconneſus & Halonneſus, habent nn duplex è conſuetudine. Quòd Hecatonneſi uocantur tanquã Apollõneſi. Nam Apollo Hecatos eſt dictus. Quòd ante Lesbũ Pardoſelena ſit, urbem habẽs eodem cognomẽto, cæterum nominis infamiã fugientes Poroſelenam ipſam appellant. Mons circa Pergamũ Aſpordenus fuit. Et quod in eo templũ eſt, Matris Aſporenæ. Quid igiť dicemus de Pordali & de Soperda & Perdicca & σιώπορδάκοισιν, quod idem ſignificat quòd madidis? Quòd Homerus in Catalogo Lelegum & Cilicum & Cauconum iure non meminit. Nam ab Achille extincti erant, Eetion & Mynes & Epiſtrophus atq; ipſorum populi. Quòd Pelaſgorũ princeps Hippothous Lariſſam patriã habuit, eam ſcilicet quæ circa Cumam Æoliæ eſt ſita. Cæterum Pelaſgi ab Æolis interierunt. Quòd Cumę carpuntur ut inſulſę & hebetes, quod annis trecentis demum poſt

urbis

urbis ædificationem portus uectigalia exegerint, tanquam tum primum intelligerent ſe iuxta mare ſitos eſſe ac huius prouentū antea non animaduertiſſent. Dicitur & aliter, quòd publica pecunia mutuo accepta porticus conſtruxerunt, poſtea cum pecuniam cōſtituta die non reddidiſſent, à deambulatione arcebātur. Sed cum pluuiæ eſſent, in dedecus quoddam creditores edictum emittebant, ut Cumani porticus ſubirēt. Et cum præco ita inclamaret porticus ſubire, dictum eſſe prouerbium, Cumanos nō ſentire, quòd in pluuia porticus ſubeunda ſit, niſi aliquis per præconem admoneat. Cumanus fuit Heſiodus & Ephorus Iſocratis familiaris, qui Hiſtorias ſcripſit. Cuma dicta fuit ab Amazone quadam, ſicut Myrene & Mytilene. Quòd Pergamus urbs Gazophylacium fuerit Lyſimachi & Agathoclis, qui ex Alexandri ſucceſſoribus fuit unus. Pecuniarum cuſtodia, quæ erant talentorū nouem millia cōmiſſa erat Philetæro Tyanenſi, qui à puero ſpado erat, in quadā turba oppreſſus cum nutrice, eaq; propter eunuchus. Is initio charus erat Lyſimacho, ſed cum ab Arſinoë illius uxore diſſideret, propterea quod eū accuſauerat, defectionē parauit uidens nouas res permultas. Nam Lyſimachus à malis familiaribus coactus fuit proprium filium Agathoclem interimere. Seleucus uerò Nicator reuerſus, illum ſuſtulit, & ipſe interemprus eſt, à Ptolemæo Cerauno dolo occiſus. Cæterum Philetærus annos uiginti Dominus fuit arcis & pecuniarum, pollicitando ſemper ac ualidioribus proprioribuſq; obſequendo. Erant ei fratres duo. Eumenes & Attalus. Ex ſeniore itaque Eumene, filius Eumenes natus fuit. Is Pergami ſucceſſionem habuit, & iam loca circumcirca tenebat, unde apud Sardes Antiochum Seleuci filium ſuperauit, cum eo cōgreſſus. Obijt cum duob. & uiginti annis imperaſſet. Attalus ex Attalo & Antiochide natus in imperio ſuceſſit, & primo rex nuncupatus. Hic Galatas prælio maximo ſuperauit, & Rom. amicus fuit, & cū eis in claſſe Rhodiorū aduerſus Philippū pugnauit. Obijt iā ſenior cū annis quadraginta & trib. imperaſſet. Filius quatuor reliquit, Eumenē, Attalum, Philetærū, Athenæum. Ex his iuniores priuatum ſtatum duxerunt. Eumenes uerò imperans cum Romanis aduerſus Antiochum magnum & cōtra Perſen bellū geſſit. Et à Romanis totam eam regionem accepit, quæ ſub Antiocho circa Taurum erat. Nam initio regionem non multum tenebat. Hic imperium multū auxit & ædificijs & donis & bibliothecis, imperauit annos quadraginta nouem, ac imperium Attalo filio reliquit, dum puer adhuc eſſet, & huius tutorē Attalum proprium fratrem. Is cum annis 20. & uno imperaſſet, tanquam tutor, multis rebus feliciter geſtis ſenex admodū interijt. Nam aduerſus Demetriū Seleuci filium, cū Alexandro Antiochi filio bellum geſſit, & cum Romanis aduerſus Pſeudophilippum pugnauit. Deigylim quoque regem cepit ducto in Thraciam exercitu. Item Pruſiam interemit præfecto illi fi-

lio Ni-

lio Nicomede. Cæterum qui ſub tutela erat Attalus, cum annis quinq; imperaſſet Philometor appellatus, morbo defunctus eſt, Romanis hæredibus relictis, qui eam regionem prouinciam fecerunt, Aſiam appellantes eodem nomine quo & continentem. Quòd Caicus fluuius Pergamũ præterfluit, per Caicum campum felicem. Quòd ex Tmolo Pactolus fluit, habens auri ramenta, quæ hoc tempore defecere. Exit in Hermũ fluuium, in quẽ etiam Hyllus fluuius egreditur, qui nunc Phrygius dicitur.

Quòd lacus q apud Homerũ Gygæus, poſtea Colous fuit appellatus.

Quòd Arimos alij in Lydia fuiſſe aiũt, alij in Cilicia, nõnulli in Syria, alij in Pythecuſis, quo loco etiam Typhoëa fuiſſe dicunt. Quòd in Hierapole calidæ ſunt aquæ & Plutonium, ambo nõ paruam admirationem præſtantia. Nam aqua adeò faciliter in tophum duratur, ut qui aquæductus deducunt, integra ſepta ex eo aquis conficiant. Plutonium, os eſt in paruo quodam imminentis montis ſupercilio, ita commenſuratum ut hominem poſſit ſuſcipere, mira profunditate. Huic propoſitum eſt uallum quadratum, ambitu ferè ſemijugeri, quod nebuloſa & craſſa caligine plenum eſt, ut uix ſolum diſcerni poſſit. Ad ſeptum appropinquantibus, aër innoxius eſt, purus ab illa caligine, in tranquillitate uentorum. Nam caligo intra ambitũ manet. Si uerò animal intro progrediatur, ſtatim morit̃. Quapropter tauri introducti cadunt, & mortui educuntur. Nos paſſeres immiſimus qui ſubito mortui ceciderunt. Galli uerò exectí illæſi accedũt, ut etiam uſque ad os appropinquent, introſpiciãt, & immergantur, quoadusque poſſunt ſpiritum continentes. Videbamus enim ex aſpectu æſtuoſæ cuiuſdam paſſionis indicium, ſiue quòd omnes id experiantur, ſiue ſoli ſacerdotes, ſiue diuina prouidentia, quemadmodum uериſimile in ijs eſt qui numine ſunt afflati, ſiue quòd hoc uiribus quibuſdam reluctantibus contingat. Quòd Caballenſes credant Solymos eſſe, unde collis qui Termeſi promontorio imminet Solymus uocatur, & ipſi Termenſes Solymi dicuntur. Proximum eſt Bellerophontis uallum, & Piſandri eius filij ſepulchrum, qui in bello contra Solymos geſto cecidit. Quòd Cebyrenſis adminiſtratio, inter maximas totius Aſiæ cenſetur. Vtebantur Cebyratæ linguis quatuor, Piſidica, Solymorum, Græcorũ, & Lydorũ.

Quòd apud Cebyreos proprium ſit ferrum facile tornari.

LIBRI DECIMIQVARTI.

QVòd Ionum Coloniæ præfuerit Androclus Codri Athenarum regis filius, poſtmodum Æolicę. Is Epheſum ædificans, Regiam Ioniæ aſsignauit. Sunt aũt Iõnum ciuitates hę: Miletus, Mius, Lebedus, Colophon, Priena, Teos, Erythræ, Phocæa, Clazomenæ, Chius, Samus, in uniuerſum duodecim. Poſtmodum Smyrna fuit aſſumpta. Quòd Apollinis oraculum apud Branchidas in Mileto ſit.

Quòd quæ nũc Samos appellatur inſula Ionica, prius dicebatur Parthenia,

thenia, deinde Anthemus, inde Melamphylus, poſtea Samus. Quòd Samus adeò ſit ferax, ut qui eam laudant, prouerbio dicere cõſuerint, Fert & auium lac. Quòd ob Solyſontis Samiorum tyranni amarulentiam Samus adeò uiris fuit deſtituta, ut prouerbium inde natũ ſit quo dicitur, Solyſontis opera locus amplus eſt. Quòd Athenienſes per Periclem Samo potiti, municipes in eam miſernnt, è quorum numero Neocles fuit Epicuri philoſophi pater, ludimagiſter. Is in Samo nutritus, adoleſcentiam Athenis egit cum Menandro comico. Quòd Creophylus hoſpes Homeri Samius fuerit. Cæterum o magnum hic ſcribitur.

Quòd Agamemnon Pygela condidit: fuit autem à parte quadam gentium illius habitatum oppidum. Nam quidam Pygalij nominati, calamitatibus defatigati illic remanſerunt, ac locum Pygela uocarunt.

Quòd poſt Troiæ captiuitatem Calchas uates cum Amphiarao pedeſter in Colophonem peruenit. Cæterum cum in uatem meliorem ſe iuxta Clarum incidiſſet, Mopſum ſcilicet Mantus filium, quæ Tyreſiæ erat filia, præ triſtitia perijt. Cæterum Heſiodus etiam carmine hũc ſermonem ita effert.

θαῦμά μ' ἔχει κατὰ θυμὸν, ἐρινεὸς ὅσσους ὀλύνθους
οὗτος ἔχει μικρός περ ἐών, εἴποις ἂν ἀριθμόν.

Mirabor ſanè poteris ſi dicere ficus
Quot numero hæc caprificus habet, perparua licet ſit. Hunc uerò reſpondiſſe,

μύριοί εἰσιν ἀριθμὸν, ἀτὰρ μέτρον γε, μέδιμνος
εἷς δὲ περισσεύει, τὸν ἐπελθέμεν οὐκ ἐδύναιο.
ὣς φάτο καί σφιν ἀριθμὸς ἐτήτυμος εἴδετο μέτρου.
καὶ τότε δὴ Κάλχανθ' ὕπνος θανάτοιο κάλυψεν.

Mille quidem decies, modius menſura, ſuperq;
Vna ſit, hanc nullo poteris comprendere pacto
Dixit, & inuentus numerus menſuraq; certa eſt,
Continuo mortis Calchanti ſomnus obortus.

Pherecydes autem inquit, prægnante ſue oblata, Calchantem interrogaſſe, quot porcos haberet, hunc reſpondiſſe tres, atque ex ijs unam eſſe fœminam. Et cum Mopſus uera locutus eſſet, illum obijſſe.

Quòd Colophonij aliquando naualibus opibus, & equeſtrib. tantum excelluerũt, ut in quãcunq; partem ſiue ſuffragio ſiue auxilio equeſtri, aut pedeſtri, aut nauibus incubuiſſent, finis operi imponeretur, adeò ut prouerbium inde ſit natum, Colophonem impoſuit, pro eo quod eſt finem.

Quòd prouerbiũ ſit Corycæus auſcultauit, cum quiſpiam aliquid ſecreto aut facere aut dicere uidetur, neque tamen lateat ob eos qui ſpeculantur & ſcire ſtudent quæ minime cõuenit. Id quod Corycæi prædones in portubus facere ſolebant, interrogantes à mercatoribus in portũ applicantibus, quid in nauibus portarent. Quòd Anaxagoras phyſicus,

Anaximenis

Anaximenis Mileſij fuerit familiaris. Præceptor autē fuit Archelaus phyſicus & Euripides poëta. Quòd Melas fluuius iuxta Smyrnæ murum labitur. Quòd Dolobella Trebonio in Smirna obſeſſo, interemit quempiam ex ijs qui Cæſarem per inſidias interfecerant. Quòd quatuor ſint Lethæa flumina, aliud iuxta Magneſiam, quæ ad Mæandrum eſt ſita, aliud in Gortyne oppido Cretæ, aliud iuxta Triccā urbem Theſſaliæ, ſuper qua Æſculapius fuit natus, aliud apud Lybas Heſperios. Cæterum urbs Magneſia propè Lethæum eſt iuxta Mæandrum, ubi dicunt crucifixum fuiſſe Daphitam, propterea quod reges uerſibus inceſſeret,

Purpurei ſtimuli, fæx ultima diuitiarum,

Lyſimachi, Lydos ſubditis atq; Phrygas. Quòd Magnetes in Aſia Anaxenoræ Cytharœdo æneam imaginem erexerūt hac inſcriptione,

ἤτοι μὲν τόδε καλὸν ἀκουέμεν ἐστὶν ἀοιδοῦ
τοιοῦ γ' οἷος ὅδ' ἐστὶ θεοῖς ἐναλίγκιος αὐδῆ.

Eſt operæpretium, tales audire canentes
Qualis hic eſt, qui uoce deos exæquat & ode.

Vbi qui epigramma inſcripſit, cum non ſatis conſiderate animaduerteret, ultimam ſecundi uerſus literam prętermiſit, cum baſis latitudo non ſufficeret. Quæ res ciuitatem ignorantiæ condemnari exhibuit propter ambiguitatem quæ oritur ex ſcriptura, num ultima dictio in nominatiuo caſu ſit accipienda, an in datiuo. Nam multi datiuos ſine iota ſcribunt.

Quòd Stratonicus citharœdus uidens Caunios colore admodum uiridi, dixit hoc illud eſſe quod poëta inquit,

οἵη περ φύλλων γενεή, τοιήδε καὶ ἀνδρῶν.

Tale quidem genus eſt hominum quale eſt foliorum. Cum uerò illum incuſarent, quòd urbem ut morbidam carperet, Ego inquit eam morbibidam dicere auſim, ubi mortui ambulant? Quòd Rhodij, bonis legibus inſtructi, maximam curam hahuerunt circa res nauales. Vnde permulto tempore maris imperium obtinuerunt, & latrocinia ſuſtulerunt, atq; Romanis amici fuere & regibus quicunque Romanorum & Græcorum forent ſtudioſi. Vnde ſuis legibus uixerunt, atq; permultis donarijs urbs eorum honeſtata fuit. E quibus optimus Coloſſus Solis fuit quem poëta qui Iambum effingit ſic deſcribit,

κολοσσὸν ἁλίου ποθ' ἑπτάκις δέκα
χάρης ἐποίει πηχῶν ὁ λίνδιος

Coloſſum ſolis quandoq; ſeptemdecim
Chares fabrefecit cubitorum Lindius.

Quòd Protogenes in Rhodo perdicem pinxit tam feliciter, ut perdicum pulli accedentes canerent & congredi geſtirent, homines autem admirarentur. Quòd in Rhodo tanta fuerit de plebe cura, ut legem ſanxerint ut diuites ſingulis diebus pauperes alerent, cogentes munera quædam ciuitatis peragere. Quòd in Rhodo ſtationes quædam nauium

fuerint

fuerint abſconditæ & clanculariæ, quas qui inſpicere audebāt, morte mul tabantur. Quòd quemadmodum in Cyzico & Maſſilia ſic etiam in Rhodo inſtrumentorum & machinarum fuerint officinæ. Quòd Rhodij & Halicarnaſſæi & Cnidij & Coi, Dores ſunt. Quòd Rhodus prius Ophiuſa fuerit dicta & Stadia, deinde Telchinis, à Telchinis eam inſulam incolentibus, quos nōnulli faſcinatores & maleficos dicunt, quòd Stygiam aquā animalibus & ſtirpibus, perniciei gratia inſpergerent. Alij uerò, artifices mechanicos, qui primi æris & ferri ex metallis generationē repererint. Venerunt è Creta in Cyprum, inde in Rhodum.

Quòd poſt Telchinas Heliadę fabulis traduntur inſulā tenuiſſe, è quorum uno, Cercapho filij nati ſint tres, Lindus, Ialyſus, Camirus. hi urbes de ſuis nominibus dictas condidere. Quòd Rhodi ambitus ſtadiorum eſt ſeptingentorum uiginti. Quòd Atabyris mons ſit excelſiſsimus è Rhodijs, Ioui Atabyrio ſacer. Quòd Poſidonius Rhodi uixit, & ſophiſticen exercuit. Fuit autem Apamienſis, ex urbe Syriæ. Quòd Dionyſius Thrax & Apollonius qui Argonautica ſcripſit, Alexandrini fuerint, quamuis Rhodij uocarentur. Quòd Eudoxus mathematicus Cnidius fuerit, Platonis diſcipulus. Quòd urbs Halicarnaſſus, principū Cariæ regia ſedes fuerit, Zephyra prius appellata. Hoc loco eſt Mauſoli ſepulchrum, unum è ſeptem orbis ſpectaculis, quod Artemiſia marito conſtruxit. Hinc fuit Herodotus, quem deinde Thurium uocarunt, eo quòd coloniæ in Thurios miſſæ fuiſſet particeps. Quòd Hecatōno Carum regi tres filij fuerint, Mauſolus, Idrieus, & Pixodarus. Item filiæ duæ, è quibus ſeniorem Artemiſiam Mauſolus duxit: Adam uerò, ſecundus frater Idrieus. Poſt mortem Mauſoli Artemiſia imperauit. Ea deinde mortua, Idrieus, cui Ada & ſoror & cōiunx ſucceſſit. At Pixodarus cum Medicarū partiū eſſet, Satrapa è Perſis ad cōmunionem imperij accito, Adam eiecit. Aduentante uero Alexandro ad eum confugit Ada, ac filium adoptiuū fecit ac hæredem, atq; hoc pacto Carum imperium ſuſcepit. Quòd circa Cragum Lyciæ montem traduntur quę de Chimæra fabulæ habent. Quòd Solymi montes Piſidarum ſint, circa Termeſſum urbem. Quòd Crocos, genere fœminino effertur. Quòd è Solis Ciliciæ fuerint Chriſippus ſtoicus & Aratus. Quod Tarſus olim adeo in philoſophia ac cæteris diſciplinis ſeſe exercuerit, ut & Athenas & Alexandriam propemodum ſuperaret, & qui diſcebāt, Tarſenſes erant. Quod, Res iuuenum, conſulta uirûm, crepitus ſeniorum.

Quod Pelopidarum diuitiæ à metallis circa Phrygiam & Sipylū prouenerunt. Cadmi uero, circa Thraciam & montem Pangæum, & Priami ex auro quod circa Abydum effodiebatur, cuius nūc uix ulla ueſtigia apparent. Multa tamē eiectio & loca effoſſa, priſcæ metallorum inquiſitionis ſigna ſunt. Mydæ quoq; opes ex metallis fuere quæ circa Bermiū mōtem

tem erant: Gygis & Aſyattis & Crœſi ex ijs quę apud Lydium oppidum deſertum, inter Atarneum ac Pergamum, quod quidem loca effoſſa habet propter metallorum inquiſitionem.

LIBRI DECIMIQVINTI.

QVòd India rhombi figuram præ ſe fert, cuius latus ſeptentrionale Caucaſus mons eſt, ab Aria incipiēs uſque ad terminum eius maxime orientalem. Hic mons Sacas terminat & Scythas & Seras, ſeptentrionem uerſus, Indos autem, uerſus auſtrum. Latus occidentale, Indus fluuius eſt, è Caucaſo delatus, uerſus occidentem hybernum. Latus autem ipſius orientale & auſtrale mare rubrum eſt.

Quòd India tota fluminibus permeatur, è quibus duo maximi ſunt, Indus & Ganges, ac multo maior eſt Ganges. Quòd Ganges fluuius, è montibus Caucaſi ad auſtrum fluens, poſtquam campum attigerit, ad ortum redit uſque ad urbem maximam Polibathra, atque hoc modo tandem ad auſtrum in mare rubrum exit: Indus uerò, duobus oſtijs inſulam Patalenen amplectens, in mare rubrum egreditur. Quòd multi imbres Indiam madefaciunt, per quos linum ſeritur & miliū, & ſeſamus, & oryza & boſmorus. Hyberno tempore ſeritur triticum, ordeum, legumina, & fruges aliæ nobis ignotæ. Quòd in mari Indico naſcuntur cete ancipitis uitæ, alia bobus, alia equis, alia alijs animalibus terreſtribus ſimilia. Quòd boſmorus, frumentum eſt minus quàm ſit triticum, naſcitur inter amnes, torretur cum in area excutitur, ſed iurant ne prius eum ex area moueant quàm igni cōcoxerint, idcirco ne ſemen exportetur. India multis terræ motibus concutitur, & flumina translata nonnunquam adiacentes urbes alias quidem ſubmergunt, alias ſterilitate & ſiti perdūt.

Quòd Indiæ fruges bis in anno proueniunt, qui ſeminantur inquam & qui ex arboribus naſcuntur, id fit tum ob imbrium copiam, tum ob ſolis uehementiam. Quòd in quibuſdam ramis arborum Indiæ, lana naſcitur propter ligni humiditatem, ex hac ſindones texuntur. Eſt & cortex quidam arboris illic, è quo ueſtes uariæ conficiuntur. Item arbores apud eos ſunt, abſque animalibus mel conficientes, è quibus inebriantur eſitantes. Sunt etiam arbores illic, quorum folia non ſunt minora ſcuto: aliæ arbores ſunt, quarum rami cum ad paucos cubitos excreuerint, reliquum incrementum pronum faciunt deflexi quouſque terram contingant: deinde terram ingreſſi radices agunt ueluti propagines, mox rurſus in truncum exeunt, à quo poſtquam aucti fuerint, inde flectuntur, & aliam propaginem efficiunt, deinde aliam, & ſic deinceps, ut ab una arbore umbraculum fiat, tabernaculo multicolumnio ſimile. Sunt arbores alię, quarum trunci à uiris quinque uix comprehendi poſſint. Quòd Ariſtoteles tradit, mulierem Ægyptiam ſeptenos pueros peperiſſe. Nam Ægyptiorum uxores fœcundæ ſunt. Quòd Alexander cum Taxila apuliſſet,

Indorum

Indorum urbem, & ab incolis perhumaniter ſuſceptus fuiſſet, atque ob id plurimũ eis benefeciſſet, Macedones inuidia moti dicebãt, Alexandrũ non habuiſſe quibus bene faceret prius quàm Indum traijceret. Quòd ſimiæ & elephantes animalia ſunt quæ ad hominis captum proxime accedunt. Cuius ſignum eſt, inſultus in bello ordine ab utriſq; factus.

Quòd ſimiæ ab Indis hoc modo capiuntur: Catinum aqua plenum in conſpectu ponentes, faciem ſibi ea abluũt, atq; in propinquo aliud catinũ uiſco plenum. Cęterum ubi lauerint, abeunt. At ſimiæ ſuper arbore ſedentes ſublimes, deſcendunt inde, atque imitantur homines. Eóque modo uiſco ablutę, capiuntur. Eſt & modus alius: Culeolos ſubligaculi modo induunt, inde diſcedunt relictis alijs interius uilloſis. Cæterum illæ imitantes id, capiuntur. Quòd aliqui Indorum, unà cum maritis defunctis uxores comburunt, ne per occaſionem adulterij alios uiros amantes, proprios ueneno tollant. Quòd apud Indos canes ſunt ualentiſſimi. Sopithes itaque cum Atexandro dediſſet canes centum quinquaginta, ut periculũ de ijs fieret, leone obiecto duos canes immiſit, quib. illum tenentib. alios duos ſoluit. Qui cum in certamine conſiſterent, Sopithes iuſſit ut unus ex canibus abſtraheretur à morſu, & niſi pareret, crus amputaretur. Canis itaque prius ſibi crus incidi paſſus eſt, quàm morſum dimitteret, ac leonem retinuit donec obiret. Quòd in India aër ſit ſaluberrimus, uitæ autem longiſſimæ homines ipſi, ita ut ſupra centũ & triginta annos durent. Syſſitia apud eos ſunt ſicut apud Laconas. Auro non utuntur neque argẽto, pro ſeruis utuntur iuuenib. In nulla diſciplina exacte exercentur pręter medicinã ſolam, tanquam aliæ ſi ultra mediocritatẽ diſcant maleficos efficiant. Ius apud eos non dicitur, præterquã de cæde & iniuria. Nam hæc in nobis non ſunt ne patiamur. Quæ uerò in contractib. fiunt, in nobis ſunt. Itaque cauendum eſſe, neque implendam eſſe urbem controuerſijs. Quòd in India Tigrides naſcuntur, magnitudine leonibus duplo maiores, & robore longe præſtantiſſimi. Quòd in India lapides effodi aiunt, colore thureo, ficubus dulciores. Item ſerpẽtes membranaceis alis, & ſcorpios. Quòd in India canes ſint robuſtiſſimi, qui non antè morſum dimittant quàm aqua naribus infundatur: nonnullis præ ſtudio in morſu oculos diſtorqueri: alijs pręterea excidere, leonem & taurum à cane detineri: taurum mori rictu comprehẽſum prius quàm dimittatur. Quòd in regione montana Indię, Silas fluuius eſt, in quo nihil innatat. Quòd aëres quidam ſint adeò tenues ut nulla in eis uolatilia inuehantur. Fortaſſe autem exhalati uapores ad ſe trahunt & quodã modo abſorbent ſubuolantia quemadmodum electrum paleam, & ſideritis ferrum. fortaſſe & aliquæ eiuſmodi uires in aqua ſunt. Quòd Indorum multitudo in ſeptem genera diuiſa ſit: è quibus primi ſunt philoſophi, honoratiſſimi paucıſſimiq;. Vtuntur unoquoque eorum publice

& priuatim qui mactant & ſacrificant, quiq; uaticinia ſcrutantur, ubi qui ter mẽdax deprehenſus fuerit, ei per totam uitam ex lege ſilentium indicitur, qui uera dixerit, immunis & omni tributo exemptus habetur. Secundum genus eſt agricolarum, qui plurimi ſunt & manſueti ob immunitatem militiæ. Regio tota ipſius eſt regis, ipſi eam conducti operant̃, in quarta fructuum parte. Tertiũ genus eſt paſtorum ac uenatorum, quibus ſolis uenari & pecora paſcere licet: hi uagi errabundiq; in tugurijs uitã degunt. Elephantes menſes decem et ſeptem uterum geſtant: apud matrem annos ſex aluntur. Viuunt annis plus q̃ ducentis. Libycis Indici maiores ſunt, & robuſtiores: hi rictu propugnacula deijciunt, & arbores radicitus euellunt in poſteriores pedes erecti. Manſueſcunt adeò, ut lapidem iacere et armis uti & optime natare diſcant. Cæterum formicæ auriferę, terram effodiũt quemadmodum talpæ, auraceam exiſtentem, hanc Indi quibuſdam inuentis clàm rapiũt: nam timent ne à formicis deprehenſi interimantur: magnitudinem enim habent uulpibus maiorẽ, celeritate lepores ſuperãt. Serpentes, parui quidẽ & ſpithames magnitudine, ob uiolentiã periculoſi ſunt. Magni uerò quindecim cubitos excedentes roboris pot̃tia magis ſunt timendi. Medentur illis, incantationibus & radicibus herbarum. In Indo flumine crocodili ſunt, minores q̃ qui in Nilo naſcuntur. Quartũ genus eorum eſt qui artes exercent & cauponariã. Quintum genus eſt bellatorum, qui reliquum tempus otioſi agunt, & gratis aluntur, belli tempore egrediuntur. Sexti ſunt Ephori, quorum munus eſt, ut quæ perperã aut bene aguntur inſpiciant, ac regi renuntient. Septimi ſunt conſiliarij. & regi aſſidentes, à quibus & magiſtratus & iudicia & rerum omnium adminiſtratio fit. Nec licet cum alio genere connubia contrahi, nec ſtudiũ aut artem imitari, nec eundem plura exercere niſi philoſophiam ſolam.

Quòd Indi uinum non bibunt, prę terquã in ſacrificijs, potum è ſucco oryzæ conficiunt, non aũt hordei. Quòd Indi tantum habent ſimplicitatis, ut ne domos quidem cuſtodiant, nam diffidentiam, malorũ aiunt magiſtram eſſe. Quòd Indi ueritatem & uirtutem exercent maxime, & qui ſuper falſo teſtimonio conuictus ſit, extremis decurtatur. Quòd Indorum reges emptitiæ mulieres curant. Quòd ſi mulier quæpiam regem ebrium interemerit, honoribus afficitur. Quòd ſapientũ apud Indos duo ſint genera, quorum alij Brachmanes uocãtur, alij Germanes. Brachmanes ab animalibus & uenere abſtinẽt, ſerijs ſermonibus intenti. Auditori non licet neq; loqui nec ſternutare nec excreare, ſed compoſitis moribus utens ſilet prorſus. Et cum triginta et ſeptem annos ſic uixerit in ſua ſecedit, & laxius licentiusq; uiuit, aurum geſtans & carnibus animaliũ ueſcens. Quòd Indi putant hanc uitam quaſi quendam hominum conceptum eſſe, mortem uerò natiuitatẽ ad ueram illam & beatam uitam, ijs qui rectè ſunt philoſophati: Mundum hunc ortum & quandoq; interiturum eſſe,

rum eſſe, item ſphęricum: quodq́ conditor & adminiſtrator omniũ deus uniuerſum peruadit: & q́ animę immortales ſint, & de iudicijs quę apud inferos fiunt. Quod Germanes ciuilem partem philoſophiæ tractent. Medicina utuntur non ea quæ medicamentis, ſed quæ uictus ratione peragitur. Ex medicamentis, maxime unctiones probant & cataplaſmata.

Quòd Indorum ſapientes omnes conſtantiã exercẽt, tum eam quæ in laboribus, tum quæ in tollerantia conſiſtit, adeò ut totum diem in eodem geſtu immoti perſeuerent. Quòd qui ſunt in Taxilis Indi, defunctos abſq́ ſepultura proijciunt. Quòd ſapientes Indorum, cum ſe morbo adfectos ſenſerint, turpe id eſſe autumantes, igni ſeſe è uita tollunt.

Quòd Porus quidam Indorum rex, ad D. Cæſarem dona miſerit, hominem à puero brachia ab humeris exectum, item uiperas ingentes, ac ſerpentem cubitorũ decem, item teſtudinem fluuiatilem trium cubitorum, & perdicem uulture maiorem. Quòd ab Indo fluuio occaſum uerſus Aria ſit, ad auſtrũ uerò Arachoſia & Gedroſia. hæc quatuor habet latera, è quibus auſtrale latus mare rubrum efficit: orientale, Indus fluuius: occidentale, ſinus Perſicus: ſeptentrionale, montes Tauri qui Bagoi dicuntur & Parſynti. Longitudo maris, tredecim millium eſt ſtadiorum.

Quòd in mari Rubro cete naſcuntur cubitorum ſeptuaginta duorum. Epigramma quod in ſepulchro Cyri regis uiſitur,

ἐνθάδ' ἐγὼ κεῖμαι κῦρος βασιλεὺς βασιλήων.

Ille ego regum rex, hoc claudor marmore, Cyrus. Super Darij ſepulchrò ad hunc modũ: Optimus amicus amicis fui, eques & ſagittator optimus, uenatores ſuperaui, omnia facere potui. Quòd Suſis, uigente æſtate, urbs ipſa tantum habeat aëris meridianum calorem, ut lacertæ & ſepentes urbis uias tranſire non poſsint, ſed in medio interceptæ concremãtur. Aqua frigida aëri expoſita, illico calefit. Aiũt inſuper hordeũ in ſole ſparſum, ita frigi quemadmodum in furno miliũ, quapropter ad duo cubita terrã tectis imponunt. Domus ipſę propter onus anguſtæ fiunt & longę, cum longis trabib. careãt, & magnis domib. indigẽt propter æſtum. Palmaceæ aũt trabes peculiare quiddam patiunt. Nam cũ ſolidæ ſint, quando inueteraſcunt, non cedunt in inferiorẽ partẽ ſed in ſuperiorẽ pandun tur contra onus, unde melius tectum ſuſtinent. Quòd Perſæ nec ſtatuas nec aras erigunt: ſolem uenerãtur & lunam & uenerem & ignem & terram & uentos & aquam, ſi quis in ignẽ inſpirarit, aut mortuum quicquã aut cœnum immiſerit, morte plectitur: uentilantes, flammam excitãt. Aquæ autem, ad lacum aut fluuiũ aut fontem accedentes, foſſam effodiunt, in quam iugulant hoſtiam, cauentes ne aqua uicina contaminetur ſanguine. Quòd Perſæ in fluuium neq́ mingunt, neq́ inde lauantur nec abluuntur, nec mortuum inijciunt, nec alia quæ ſunt immunda. Quòd Perſæ præmia proponunt ijs qui plures filios ediderint. Quòd Per-

ſæ de maximis rebus conſultant ebrij, putantes ea conſilia eſſe firmiora quàm quæ in ſobrietate fiunt. Quòd Darius Longimanus, primus omnium tributa inſtituerit nam ante hunc quæ unaquęque regio producebat pendebantur, uelut frumentum, equi.

LIBRI DECIMISEXTI.

QVòd Syria uocatur à Babylone uſque ad ſinum Iſſicũ atque inde continenter uſque ad Pontum, id eſt uſque ad Leucoſyros & loca circa Amiſum: In quorum medio ambo Cappadoces ſunt qui intra quique extra Taurum ſunt. Cæterum Taurus uſque ad Amanũ montem porrigitur. Quòd Ninus urbs Aſſyriorum, longe fuerit Babylone maior in campo Aturię. Cæterum Aturia prope Arbela eſt, interiecto Lyco flumine. Quòd Babylon Meſopotamiæ, muri ambitum habet trecentorum & octuaginta quinque ſtadiorum: eius craſſitudinem, pedum triginta duorum: altitudinem uerò inter turres cubitorum quinquagenûm: turrium ipſarum ſexagenûm. Vnde et hoc è ſeptem ſpectaculis unum dicitur. Item horti penſiles. Quòd Babylon à Seleucia Meſopotamiæ ſtadijs trecentis diſtat. Eſt autem Babylon hoc tempore deſerta, Seleucia uerò nomine caret. Vnde illud Comici de ipſa dicere licet, quod de magna urbe dicit,

ἐρημία μεγάλη ἐστὶν, μεγάλη πόλις.

Magna ciuitas magna ſolitudo eſt. Quòd prope Arbela urbem Aſſyriæ facta eſt ingens illa ac poſtrema pugna Alexandri aduerſus Dariũ, iuxta uicum Gaugamela. Non longe abeſt Lycus fluuius & urbs Demetrias, item Naphthæ fons & ignes. Quòd Tigris à mari uſque ad Opida & Seleuciam aduerſo flumine nauigatur, Euphrates autem Babylonẽ uſque ſtad. tribus millibus. Quòd regio quæ circa Euphratem eſt hordeum fert ſupra trecentos modios. E palma uinum fit & acetum & mel & panis. Palmarum nucleis fabri ferrarij pro carbonibus utũtur. Iidem aqua macerati ouibus & bobus in pabulum dantur. Dicunt eſſe carmen quoddam Perſicum, in quo trecentæ ſexaginta palmarum utilitates narrantur. Quòd iuxta Babylonem multum naſcitur bitumen: cuius aliud liquidum eſt, quod naphtha dicitur: aliud aridum, iuxta Euphratẽ. Ex hac glebæ maximæ concreantur, ad ædificia idoneæ, quæ ex coctilibus lateribus fiunt. Porrò liquidum, quæ naphtha eſt admirabilem habet naturam. Nam igni admotum, ipſum corripit: etſi corpus eo illitum igni admoueris, deflagrat: extinguit autẽ luto & aceto et alumine & uiſco multo. Vnde Alexander experientiæ gratia in balneo puero cuidam naphtham inſperſit, ac lucernam admouit: deflagrãs autem puer ferè perijt, niſi circunſtantes aqua multa infuſa flammas euiciſſent. Quòd uarie id effertur, næphthas & naphtha & naphtha tum feminino genere tum maſculino. Quòd Adiabene Babyloniæ pars eſt & prouincia.

Quòd

Quòd Tigris fluuius, Thopitin lacũ perfluit iuxta latitudinẽ mediũ, atq; ad alterũ os uſq; euectus, ſub terrã magno cum ſtrepitu demergitur, ac per magnum ſpaciũ ſubter terra labens, iuxta Gordyæã urbem rurſus emergit. Quòd Tigris fluuius adeò eſt uelox, ut Thopitidi lacui, qui ſalſus eſt & piſcib. caret, non miſceatur. Quòd è Thapſaco Babylonẽ uſq; ſtadia ſint quater mille octingenta. Quòd à ponte in Cõmagena, urbs eſt Samoſata. Et eſt iſtud initium Meſopotamiæ ſtadiorũ bis mille uſq; ad Thapſacũ. Quòd Thapſacus Arabiæ urbs eſt, Nicephoriũ uerò Meſopotamię, & diſtãt hæ urbes inter ſe ſtadijs centũ. Quòd Meſopotamia naphthã fert & gangitẽ lapidẽ. Quòd inter Euphratẽ & Tigrin, alius etiam fluuius labitũ, Baſilæus nomine. Itẽ iuxta Athemuſiã urbem rurſus alius, Aboras dictus. Quòd Syriã terminat, à ſeptẽtrione quidẽ Cilicia & mõs Amanus. Latitudo eſt à mari ad Euphratẽ. Sunt aũt à ſinu Iſſicò uſq; ad pontẽ iuxta Cõmagenen, dictũ latus terminãtia ſtadia minus q̃ 400. ab ortu, Euphrate flumine & Arabibus Scenitis qui intra Euphratem ſunt: ab auſtro, Arabia felici & Ægypto: ab occaſu mari Ægyptio & Syriaco uſq; ad Iſſum. Partes eius ſunt, à monte Amano, Commagene, Seleucis, caua Phœnice, Iudæa, & reliquæ prouinciæ. Quòd Cõmagena urbem inſignẽ habet Samoſata. Seleucis uerò Tetrapolis dicitũ. Habet enĩ inter cæteras urbes permultas, quatuor inſignes, Seleuciã Pieriam à Nicatore conditore, Antiochiam ſuper Daphne, à patre ipſius, Laodiceam ab eius matre, Apamiam ab uxore. Has omnes Seleucus Nicator condidit.

Quòd Orontes fluuius è Meſopotamia erumpens, deinde ſub terram occultatus, circa Apamenen emergit rurſus, atq; hoc pacto in mare quod iuxta Seleuciam eſt egreditur. Quo loco uicinus mõs eſt Pieria uocitatus: deinde ad auſtrum Caſius mons iuxta urbem Laodicæam, quo loco Dolabella è Caſſio obſeſſus, oppetijt. Quòd Apamia urbs, Cherroneſus uocatur, comprehẽditurq; Oronte fluuio, & lacu magno qui huic eſt uicinus, ac paludibus. Prius Pella uocabatur, à Macedonibus qui illic habitarunt: poſtea Nicator Seleucus inſtauratam eam de uxoris nomine uocauit. Hoc ipſo in loco Nicator quingentos elephantes aluit, item equi alebantur & regis equæ numero ſupra triginta millia. Ex Apamia fuit Poſidonius, philoſophorum ſui temporis eruditiſsimus. Quòd in Arado inſula fons eſt dulcis aquæ, ſub marinis fluctibus exoriens, è quo aquant̃ ſcapha in aquam demiſſa, plumbea, ore lato, in anguſtum fundum coacta. Quòd Tripolis è tribus urbibus coacta eſt, Tyro, Sidone & Arado. Tripoli continens eſt Deifacies, in quam Libanus mons finit.

Quòd cauam Syriam montes Libanus & Antilibanus efficiunt, initium habentes ille quidem è Tripoli, hic uerò è Tyro, paralleli inter ſe locati. Finiunt autem prope montes Arabicos qui ſuper Damaſcenam ſunt. Latitudo regionis ſtadiorum eſt ducentorum, longitudo dupla.

Eſt autem regio hæc beatiſsima fluminibus irrigua, tum alijs, tum etiam Iordane flumine. Quòd Poſidonius tradit in caua Syria draconem uolantem uiſum fuiſſe, mortuum, lõgitudine ferè unius iugeri, craſſitudine tanta ut equites utrinq; aſtantes ſe intueri mutuo non poſſent. Hiatus oris tãtus erat, ut hominem equo inſidentem acciperet. Ex uiarum ſquama quælibet clypeo maior. Quòd regio tota à Seleucide ad Ægyptum uſq; & Arabiam, caua Syria uocatur, propriè uerò ea quæ Libano & Antilibano terminatur. At ab urbe Orthoſia Peluſium uſq; regio maritima, Phœnicæ dicitur, anguſta exiſtẽs. Quæ uerò ſupra hanc eſt mediterranea regio, inter Gazam & Antilibanum uſque ad Arabas, Iudæa uocatur.

Quòd Tyrus, cum prius fuerit inſula, aggeſta terra per obſidionem, peninſula eſt effecta. Purpura quæ illic fit, pulcherrima habetur. Quòd Sidonij multarum atque optimarum artium magiſtri perhibentur, philòſophiæ & arithmeticæ & computationũ & aſtronomiæ periti. Itẽ mercaturæ et nauigationis nocturnæ, quemadmodũ Ægyptij geometrię inuentores perhibentur. Quòd Sidon à Tyro uerſus boream diſtat ſtadijs ducentis. Quòd poſt Tyrum Ptolemais urbs ſit, de qua mirus caſus traditur. Nam quo tempore prælium cõmittebatur, cum in hoc litore inſignis fuga habitatorum fieret, pelagi affluxus inundationi ſimilis fugientes obruit, ac pauliſper cõmorata aqua, rurſus abſceſſit, relictis per caua loca mortuis hominib. & piſcib. Quòd quę de Andromeda tradũtur, circa Ioppẽ accidiſſe aiũt. Cęterũ Hieroſolyma Ioppe pro nauiũ ſtationẽ utuntur. Quòd à Caſſio Peluſiũ uſq; Ægypti urbẽ ſtadia ſunt trecenta. Quòd Gaza urbs à mari diſtat ſtadijs ſeptẽ, à Gaza urbe ad urbem Aela, quod ſignum eſt ſinus Arabici maxime orientale, per heremũ ſtadia ſunt mille ducenta & ſexaginta. Et uſq; ad occiduum receſſum ſinus Arabici (Herouũ oppidum uocãt) à Peluſio uia deſerta eſt, & ſerpentib. plena.

Quòd poſt Gazã, Rhaphia & Rhinocorura ſunt urbes, quę inde appellationẽ habent. Quòd Ægyptij homines maleficos captos, naſi mutilatione plectentes, eò habitatũ mittebant, qui poſtmodũ hac nota cognoſcibiles in Ægyptũ redire non audebant. Quòd Pompeij magni corpus in Caſſio monte iacet circa Serbonida lacum, iuxta urbem Peluſium.

Quòd ab Orthoſia urbe Phœniciæ Peluſium uſq;, ſtadiorum ſunt tria millia ſexcenta quinquaginta, in ſinum ſe inferenti: hoc iter ad occaſum hybernum tendit. Ab eadem Orthoſia ad Orontem fluuium ſtadia ſunt mille centum & triginta, uerſus ortum æſtiuum. Ab Oronte fluuio ad cõfinia Syriæ & Ciliciæ, ſtadia ſunt quingenta uiginti, uerſus ortum æſtiuũ.

Quòd Moſes apud Iudæos celebris, ex ſacerdotib. Ægyptijs unus fuerit, qui cum eorũ ſuperſtitionẽ ferret moleſte, in Palæſtinã commigrauit, ac permultos ex Ægypto unà abduxit Cæterũ Strabo Moſen laudat tanquam religioſe & iuſte talia molientem. Quòd poſt Moſen ſequentibus

tibus temporibus ſuperſtitio inter Iudæos inualuerit, uelut circunciſio & carnium eſus interdictus. Quòd Hieroſolyma urbs interiora habet aquis plena, foris ſicca eſt. Foſſa urbis non eſt foſſilis, ſed in lapidem exciſa, profundo ſaxo. Lapis exciſus ſtructuræ urbis materiam præbuit.

Quòd Serbonis lacus profundus eſt, ambitum habens ſtadiorũ mille. Is ſecus maritimam oram extenditur, longitudine paulò pluriũ quàm ducentorum ſtadiorũ, aqua grauiſſima ut natatione opus non ſit, uerum qui tenus umbilico in eum procedit mox attollitur. Plenus eſt bitumine, quod è medio fundo temporibus inordinatis cum bullis quaſi feruẽtis aquę efflatur. In ſummo autem incuruatus montis ſpeciem præbet, fauillę multum emittit, fumoſus & aſpectu ater, æri & argento & nitidis ac terſis omnibus rubiginem inducit, uſque ad aurum. Vnde cum uaſa ſitum contrahunt, iam accolæ intelligunt bituminis eruptionem incipere, ac ſeſe arundineis ratibus ad id inquirendum accingunt. Bitumen eſt terrę gleba quæ à calore liquefacta afflatur atq; diffunditur, rurſumq; in glaciem fortiſſimam ab aqua frigida immutatur, unde ſectione & inciſione opus eſt. Id poſtea ob aquæ craſsitiem in ſummo fluitans, inciditur & aufertur.

Quòd Hebręorũ urbs Sodoma, urbium duodecim fuerit metropolis, & cum terra ſubtus ignibus plena eſſet, ex terræmotibus & igneis exhalationibus, euerſæ fuerunt & exuſtæ omnes. Et emerſit lacus qui nũc Serbonis dicitur Sulphure & bitumine plenus. Quòd Ægyptij ad mortuorum conditurã, bitumine utuntur. Quòd ex Armozo Carmaniæ promontorio, Arabiæ promontorium conſpicitur quod eſt Macis proximum, id initium ſinus Perſici. Nam ab eo loco ad ortum & occaſum primo; inde ad ſeptentrionem ſinus Perſicus in latum porrigitur uſq; ad Teredonẽ urbem & Euphratis fluuij oſtia. Quòd mare Perſicũ, magnũ eſt, adeo ut Ponto Euxino magnitudine multo minus non ſit. Quòd in parte ſinus Perſici maxime auſtrali et occidua urbs eſt Gerra in locis ſalſis, ubi domus ex ſalibus cõſtructæ ſunt, quas cum ſalis ſquamæ propter ſolis ardorem ſeparatæ cõtinue cadunt, crebro aquis aſpergunt atq; eo pacto continuant parietes. Quòd in ſinu Perſico inſulę ſint Tyrus & Aradus, à quib. Tyrij & Aradij Phœniciæ, coloni ſunt profecti. Quòd per totam Rubri maris oram maritimam arbores in profundo naſcũtur, lauro & oleæ perſimiles, quæ in refluxibus ex toto deteguntur, in affluxibus nonnunquam ex toto obruuntur, id fit, quamuis ulterior terra arboribus careat, adeò ut admirandum ſit. Quòd in mari Rubro cetus eiectus fuerit cubitorum quinquaginta. Quòd in paludibus, quas Euphrates effuſſus efficit uitis naſcitur, terra in arundineis cratibus impoſita quanta ſtirpem recipiat, ut ſæpe etiam ab aqua deferatur, quã rurſus in priſtinam ſedem contis propellunt. Quòd in Arabia felice lex eſt, ne filius à patre regnum ſuſcipiat, ſed qui primus è nobili genere poſt conſtitutum

tutum regem puer naſcitur, is ex lege aſſumitur, & ad regni ſucceſſionem regaliter educatur. Quòd mare rubrum profunditatem non habet. nam duas orgyas non excedit, unde herbida eſt ſuperficies, dum plantæ ſeſe exerunt. Item arbores extra ſuperficiem apparent. habet cantum mari timorum inſignem multitudinem. Quòd Aſtaboras fluuius parte quidem maxima Nilo miſcetur, exigua portio in ſinum Arabicum egreditur. Quòd regio Arabiæ maritima, cuius magnam partem Troglodytæ tenent, olìueta, palmeta & laureta habeat. Quòd elephantes Arabici, quoties flumina caloribus areſiunt, dentibus & proboſcide puteos effodiunt. Quòd Strabo Trogodytas abſque litera l enuntiat.

Quòd Poſidonius affirmat per Erembos apud Homerum, Arabas intelligendos eſſe, tanquam ueteres ob diſcrimen hoc nomen uitiarent, ut pro Arabibus Erembos appellarent. Nam hæ nationes tres inter ſe finitimæ, eandem ferè appellationem ſortiuntur. Ad eundem modum per Arimos Syros eſſe audiendos idem affirmat. Nam Arimæi ſunt qui in ea habitant, & fortaſſe Græci eos Arimæos uel Arimos uocabant. Nominum enim mutationes permultæ ſunt. Nam & Dariacem Darium uocabant, Pharzen autem Paraſitum.

LIBRI DECIMISEPTIMI.

QVòd minor Cataractes ſupra Syenen & Elephantinam urbs ſit, quo loco Ægyptiorum & Æthiopum eſt terminus. Quòd Æthiopes inſalubrem uitam agunt, ob nimiam aëris intemperiem, quapropter pauperes etiam ſunt. Ægyptij uerò beatam uitam ducunt. Quòd Ægyptij in tres partes ſeipſos diuiſerunt. Nam alij ſacerdotes ſunt in rebus diuinis occupati: alij agricolæ, quæ ad pacem ſpectant, exercentes: milites, belli negotia curant. Quòd Nilus ſemper ab auſtro ad meridiem fluit, uſque ad magnum Delta. Inde in multas partes diuiditur, ad mare uſq;. Dextra quidem uſque ad Peluſium: ſiniſtra uerò, Canobum uſque. Fit autem Ægyptus inferior inſula triquetra, quod Delta uocatur. Locus qui ad uerticem eſt eodem nomine uocatur. Item uicus eodem loco poſitus. Inſula ea tota foſſis nauigatur, tanta facilitate ut nonnulli teſtaceas ſcaphas habeant.

Quòd ipſius Delta ambitus inſulæ formam præbet, ſtadiorū habens tria millia. Quòd in Nili incrementis tota inſula undis obruitur, ſolis urbibus & uicis ſeſe exerentibus, eo quod in collibus aut natura, aut arte factis locum habent. Hoc fit dies quadraginta. Deinde paulatim decreſcit, quemadmodum creuerat, diebus uiginti. In diebus ſexaginta campus omnino denudatur. Quòd ſupra Delta longitudo eſt ſtadiorum quatuor millium uerſus auſtrum uſque ad Syenen: ubi Nilus per unum alueum rectà labitur ſicubi inſula non occurrat. Quòd ab imbribus Æthiopicis Nilus creſcit. Quòd Cambyſes Aegypto occupata

uſq; ad

uſq; ad Meroën progreſſus eſt & nomen urbi & inſulæ impoſuit, Meroæ͂n ſororem ibi mortuam hoc honore adficiens. Quòd Antiqui à Syene tantum uſque ad mare Ægyptum uocabant, id eſt quantam partẽ Nilus fluuius irrigat. Quòd à Peluſio uſq; ad Canobicum os, quę baſis eſt ipſius Delta, ſtad. ſunt mille trecẽta, à Canobo autem uſq; ad Pharum, centum quinquaginta. Quòd urbs Alexandria in Mareotide eſt, cuius pars ſeptentrionalis mari, auſtralis uerò Maria lacu comprehenditur. Hic lacus è Nili foſſis & ab incrementis repletur. Quòd Alexandri Ctiſtæ alueolum aureum in Alexandria, Ptolemæus rapuit cognomento Coccas, qui idem Pariſactus fuit dictus, è Syria profectus. Is cito excidit imperio, quòd nihil non auderet: Alueolus deinde uitreus eſſe cœpit.

Quòd Ptolemæus octauus cognomento Auletes, choraulam exercuit, adeò in ea glorians ut non contaretur certamina in Regia celebrare. Hunc Alexandrini eiecerũt. Vnde Romam profectus Pompeio ſupplex fuit, atque reditum eſt aſſecutus, nec multo pòſt morbo eſt aſſumptus. Succeſſit ei Dionyſius filius. At Cleopatra Auletæ filia in Syriam fugit. Interea Pompeius Magnus à Pharſalo fugiens, in Caſium montem ac Peluſium uenit, ibíque à regis familiaribus dolo obtruncatus eſt. Cæſar cum aduentaſſet Dionyſium interemit & Cleopatram ab exilio reuocatam Ægypti reginam conſtituit. Poſt pugnam in Philippis Antonius in Ægyptum profectus, Cleopatram duxit, atque unà bellum Actiacum geſſit, fugitq; cum ea. Superueniente deinde Auguſto ambo ſunt euerſi, & Ægyptus ſub Romanorum imperium eſt redacta. Quòd primus Cæſar circa Pharſalum urbem Pompeium deuicit, Secundus autem iuxta Philippos uicit Caſſium & Brutum.

Quòd ſeptem Nili oſtia hæc ſint, Heracleoticum, Bolbitinum, Sebenniticum, Phatniticum, Mendeſium, Taniticum, Peluſiacum. Quòd inter Peluſium urbem & receſſum ſinus qui iuxta Heroum urbem eſt, deſertum ſit ſtadiorum mille, totum ſiccum, animalibus noxijs ac ſerpentibus plenum. Quòd in Momemphide ſacra uacca alitur, quemadmodum in Memphide Apis, atque in Heliopole Mneuis Bos.

Quòd circa initium ipſius Delta Bubaſtus urbs eſt & Memphis et Heliopolis & initium foſſę quæ in mare ſinus Arabici tendit, quod iuxta oppidum Heroum iacet. Latitudinem habet hæc cubitorum centum, profunditatem uerò, quanta nauigio ſatis ſit decem millia ferenti.

Quòd quæ olim Thebæ Ægyptiæ, nunc magna Dioſpolis ſit uocata.

Quòd magnus ille Plato cum Eudoxo diſcipulo in Ægyptum profectus eſt, in qua annos treis ſunt uerſati, in geometria & aſtronomia, atque omnino in philoſophiæ cognitione ſeſe exercẽtes, circa Thebas quæ nũc Dioſpolis uocatur. Quòd Apis idem eſt cum Oſiride, ac pro deo habetur. Quòd Memphis ſecundum ab Alexandria locum habet.

Ab hac

Ab hac ſtadijs quadraginta, regio quædam montana abeſt, in qua multę ſunt pyramides, regum ſępulchra, ac tres inſignes, è quibus duæ inter ſeptem orbis ſpectacula cenſentur. Altitudinem habent ſtadij unius, figurã autem quadratam. Quòd ex multis ſignis exiſtimarunt antiqui Ægyptum inferiorem totam uſq; ad Serbonidem lacum, & Mœridē, & regionem Ammoniacã pelagus extitiſſe, fortaſſe etiã ſinui Arabico continuũ, aut non ita, ſed non procul abiunctum. Quòd admirandus ille labyrinthus in ſuperiore Ægypto eſt, itaq; in ipſo labyrintho pyramis, ſepulchrũ Maindi regis qui labyrinthum ædificauit. Nam Maindes hunc cōdidit.

Quòd κατήρασιν uſurpat rerum ſcriptor, pro eo quod eſt abſorpſit, cōtra quam ἐξήρασιν, id eſt ex imo extulit. Quòd in Arſinoë urbe quę prius Crocodilorum urbs uocabatur, manſuetus crocodilus colebatur. In Herculis urbe colitur Ichneumon, qui crocodilo & aſpidi inimicus eſt. Nam eorum oua uocat Ichneumon, atque aſpides interimit, dum luto incruſtatus in flumen protrahit, crocodilum uerò dum ore hiante dormit, furtim ingreſſus, arroſis uiſceribus interficit. Quòd in Cynopoli Anubis colitur, & canibus honos & ſacer quiſpiam cibus ſtatutus eſt.

Quòd in Oxyryncho urbe & præfectura eodem nomine Oxyrynchus colitur in ſacro ſepto. Sed & cæteri Ægyptij omnes Oxyrynchum piſcem colũt. Nam quædam animalia ſunt quæ Ægyptij uniuerſi colũt, quemadmodum ex terreſtribus tria, bouem, canem, felem, ex uolatilibus accipitrem atq; ibim, ex aquatilibus lepidotum piſcem & oxyrynchum. Sunt alia quæ quiſq; ſeorſum colit, ut Saitæ & Thebani, ouem, latum uerò, qui piſcis quidam in Nilo eſt, Latopolitani, lupum, Lycopolitani, cynocephalũ, Hermopolitani, cepũ Babylonij, qui ſunt iuxta Memphim, (Cepus faciem habet Satyro ſimilem, cętera inter canem atq; urſum. naſcitur in Æthiopia) aquilã Thebani, leonem Leōtopolitani, caprum & hircum Mendeſij, murem Araneum Athribitæ. Item alij aliud. Quòd Ptolemais urbs eſt maxima omnium quæ ſunt in Thebaide, & Memphi non minor. Supra hanc eſt Abydus, in qua Memnonis eſt regia mirabiliter conſtructa. Quòd antiqui & diuinationem & oracula plurimum uenerabantur, nunc earum rerum maxima negligentia eſt. Nam Romanis Sibyllæ reſponſa ſatisfaciunt, & Hetruſca diuinatio per auguria, per exta & Iouis ſigna. Quapropter Ammonis oraculum quaſi ex toto defecit, prius in honore maximo habebatur, ad quod etiam Alexander profectus eſt, reſponſum petiturus. Quo loco non uerbis ſicut in Delphis & Branchidis, ſed magna ex parte nutu & ſignis reddebantur oracula, quēadmodum & Homerus ait,

ἢ καὶ κυανέῃσιν ἐπ' ὀφρύσι νεῦσε κρονίων.

Annuit & uultu pater illi clara ſereno. propheta ſcilicet Iouem effingente. Aiunt tamen uerbis ad regem à propheta dictum fuiſſe, quod Iouis filius

eſſet.

eſſet. Quòd in Abydo urbe Oſirim colunt. In Oſiridis aũt templo nõ li cet nec cantori, nec tibicini Deo pſallere, quemadmodum Dijs alijs mos eſt. Quòd in Tentyra urbe ſupra quàm apud cæteros Ægyptios cro codilus dedecoratur, & ex omnib. beluis inimiciſſimus habetur, atq; ab ipſis interimitur. Quòd quemadmodum Pſylli apud Cyrenaicam re gionem naturalem quandam uim habent contra ſerpentes, ut nihil mali à uenenatis beſtijs patiantur, ſic & Tentyritę contra crocodilos, ut nihil ab eis patiantur, ſed & unà cum illis aquã tranant intrepide. Quòd longi tudo Thebarum quę centum portas habẽt, nunc Dioſpolis uocitata, ſta diorum erat olim octuaginta, nunc in modum uici habitantur.

Quòd Aſtronomia à Thebanis Ægypti diligentiſſime fuit exercitata. Author eis fuit tantæ diligentiæ Mercurius Triſmegiſtus. Quòd uir gines ſacræ apud Græcos Pallades dicuntur. Quòd in Elephantina urbe fons eſt eaſdem affectiones cum Nilo ſuſtinens, atq; unà incrementa ſuſcipiẽs, è quo ſigno maiorem aut minorẽ fertilitatem præſagiunt. Nam ſi Nilus multũ increſcat, copioſa fit annona: ſin parum augeatur, exigua. Sunt itaq; in puteo notæ quibus annonæ copia aut tenuitas deprehendi tur. Quòd in Syene urbe, in ſolſtitio per meridiem, putei nullam um bram habeaut, & Gnomones eodem modo. Quòd ſupra Elephanti nam urbem minor Cataractes ſit. Quòd Strabonis tempore Canda ce quædam, uirilis mulier, Æthiopiſſa, qui ſupra Ægyptum ſunt Æthio pib. imperarit. Hæc altero oculo capta fuit. ipſius regia erat Napata, urbs magna. Quòd Candace multis myriadib. Æthiopũ contra Petronium Romanũ Ægypti prætorẽ bellum geſſerit. Imperauit locis in quib. Cam byſis exercitus ingruente auſtro harena obrutus fuit. Quòd Æthiopum pecudes & capræ & boues ac canes, exiguo corpore ſint forte ex hac occa ſione initium acceperint de Pygmæis fabulæ. Nam quę de ijs dicunt uera non ſunt. Quòd Æthiopes, reges colunt ut Deos, qui plerunq; tempo ris domi ſedent. Regni caput eſt Meroë ciuitas eodem nomine quo & inſu la. Huius iuſulæ longitudo ſtad. eſt trium millium, latitudo mille. Vrbes habet frequentes & montes & nemora, atq; omnis generis metalla. Am bitur illic Nilus uerſus Libyam magnis harenę cumulis: uerſus Arabiam uerò continuis præcipitijs: ab auſtro ſurſum uerſus, fluminum concurſu Aſtabora, Aſtapode & Aſtaſoba, à ſeptentrione eſt Nili decurſus.

Quòd Æthiopes etiam mulieres armant, quarum pleræque oris labiũ æneo circulo traiectum habent. Sunt aũt pellati. nam oues apud eos capri nam lanam habent, lanam non portant. Nonnulli nudi incedunt, breui bus pellibus incincti. Quòd Aethiopes Deum putant alterum immor talem, alterum mortalem. Immortalem quidem eum qui rerum omnium cauſa ſit. Mortalis uerò apud eos incertus eſt, & nomine caret. Sed frequẽ tius eos à quibus beneficium acceperunt, & reges pro dijs habent. Et re

ges quidem, cõmunes omnium, cæteros uerò priuatos, eorum quibus benefecerunt Deos eſſe arbitrantur. Ex ijs qui ad torridam habitant nõnulli ſunt qui Deos non colunt, quos etiam Soli dicunt infenſos eſſe, & deteſtari cum eum exoriri uident, propterea quòd eos urat & oppugnet. Meroitę ultra alium quendam Barbarum Deum, Herculem, Pana & Iſim colunt. Regem conſtituunt eum qui uel forma uel alendorum pecorum uirtute uel robore uel opibus excellat. Quòd Æthiopum mos eſt, ubi rex aliqua parte corporis orbatur, ut familiares idem quoquo modo patiantur, & cum eo moriantur, idcirco maxima regi cuſtodia adhibetur.

Quòd in Nilo flumine piſcium genera etiam alia habeantur. Cæterum maxime noti ſunt oxyrynchus & lepidotus, & latus, & alabes, & coracinus, & porcus, & phagorius, quem etiam phagrum uocant. Item ſilurus & citharus & aloſa & mugil. Ex teſtaceis dilychnus, phyſa, bos. Itẽ cochliæ ingentes quæ uocem ululatui ſimilem edunt. Animalia quoq; habent, ichneumonem & Ægyptiam aſpidem. Ea duplex eſt, altera palmaris quę citius interficit: altera orgyæ longitudine. Ex auibus eſt ibis & accipiter Ægyptius, qui mitis eſt præter alios qui ſunt alibi, quemadmodum & felis. Bubo quoq; aliuſmodi ibi eſt. Nam apud nos aquilæ magnitudinem habet, in Ægypto uerò magnitudinem habet graculi. Quòd ibis auis eſt mitiſſima, magnitudine & figura ciconiæ perſimilis, tota. Nullum triuium non ea plenum eſt. Vtiliter quidem. nam omnem ſerpentem omnesq; macelli immundicias colligit. Inutiliter uerò, quia immunda eſt & omnia comedit, nec facile à mundorum inquinatione arceri poteſt. E mari in Nilum aſcendunt mugil, aloſa, & delphinus. Cætera ob crocodilorum timorem non aſcendunt. Ac delphinus quidem, quia crocodilo potentior eſt: mugil, quia ob naturalem quandam cõuenientiam à porcis ſecus terram ducitur. Crocodili autem à porcis abſtinent. nam cum rotundi ſint & ſpinas ad caput habeant, periculum beluis afferunt. Quòd iuxta Strabonis ſententiã, Libyæ figura trigona ſit, rectum habens angulum: cuius alterum latus, rectum angulum continẽs Nilus fluuius efficit: alterũ uerò ora maritima nobis aduerſa à Peluſio uſq; ad Gades: latus uerò recto angulo ſubtenſum, regio tota eſt quæ ſecus oceanũ iacet, à Gadibus uſque ad Nili fontes. Cæterum Ptolemæus hæc tanquam falſa reprehendit. Quòd montem Mauritaniæ, quem græci uocant Atlantem, Barbari Dyrin appellant. Quòd ſeptentrionale maxime & occiduũ Africæ promontorium, Cotes appellatur. Id Gadibus opponitur.

Quòd utraq; Mauritania fertiliſſima eſt, ac magna cum beatitudine incolitur. eius flumina crocodilos ferũt. In quodam fluuio hirudines naſcũtur ſeptenûm cubitorum, gulam perforatã habentes, per quam reſpirant. Et uites illic naſcuntur, quarum craſſitudinem uix duo homines complecti queant, racemos habentes cubitales. Quòd in Africa & India

calamus

calamus naſcatur, cuius genu quodlibet octonos modios capiat. Item her bæ aliæ miræ magnitudinis. Quòd Mauritani maximam curam hã bent ornatus comæ, & barbæ, & unguium, & cæterorum eiuſmodi.

Quòd Afri ſerpentum & piſcium pellibus pro indumentis & ſtragu- lis utuntur. Quòd in Africa quemadmodum in Æthiopia, æſtate mul tum pluit, hyeme ſiccitas uiget. Quòd Lotophagi Africæ, potu non indigent. nam lotus ijs & cibi & potus uicem præbet. Quòd in me- diterranea regione Africæ inueniuntur oſtrea & cheramides & id genus alia, quemadmodum iuxta Ammonem. Quòd in nonnullis Africæ locis bis meſſem faciunt. Culmus eſt longitudine quinûm cubitorũ, craſ- ſitudine digiti parui, fructus affert, modios ducentenos & quadragenos. Vere non ſerunt, ſed terræ colligatis paliuris uerſæ atq; ſcarificatæ ſemina ſatisfaciunt quæ è ſpicis in meſſe ceciderũt. Operarij propter ſerpentum multitudinem ocreas gerũt, dormituri uerò lecti pedes allio illinunt ſcor- pionũ gratia, & paliuris circũligant. Quòd in ora Mauritaniæ mariti- ma urbs fuerit Iola nomine, quam Iuba Ptolemęi pater muniens Cæſareã uocauit. hæc portum habet. Quòd Carthaginenſes magnam poten- tiam habuerint. Nam cum aduerſus Romanos bellũ ſuſcepiſſent, urbeſq; habuerunt in Africa trecentas: in urbe hominum millia ſeptingenta. Cęte rum obſeſſi & in deditionẽ coacti armaturarum dederunt 200. millia, bel licorum inſtrumentorum tria millia tanquam nõ amplius bellaturi. Inde cum rurſum bellum gerere decreuiſſent, armorũ officinas conſtituerunt, unde ſingulis diebus 100. & 40. clypei confecti in armamentarium refere bantur, & gladij 300. & lanceæ quingentæ, tela catapultica, mille. Ad fu- nes pro catapultis faciundos ancillæ capillitium prębebant. Quòd an te Syrtim minorem Meninx eſt inſula, hanc aiunt Lotophagorum Home ri regionem eſſe. nam illic lotus abundat. Quòd urbs quæ olim Bar- ce, nunc Ptolemais ſit dicta. Quòd ſilphium, ſuccum Cyrenaicũ fert.

Quòd è Cyrene fuerint ſapientes uiri, Ariſtippus Socraticus, & huius filia Arete. Item Ariſtippus hac matre editus cognomento μητροδίδακτος, & Callimachus, et Eratoſthenes, & Carneades Academicus, et Apollonius. Quòd Cyrenaica regio tota, Cretę in- ſulæ iuxta longitudinem æqualiter prætenditur.

EPITOMARVM IN STRABONEM FINIS.

RVDOLFVS AGRIcola iunior Rhetus, Caſpari Vrſino Syleſio, inſigni Poëtæ. S. D.

DEdico ego tibi mi Caſpar, laborem minimū, quo in ſcribendis literis, ego & Vadianus uti ſolemus, niſi enim quod ad me attinet, extemporarium dicerem, quod ad amicos perferendum literis includo, plane mihi ipſi non iniuria uideri poſſem iniurioſus, qui aliud ꝙ res habeat aſſererem. Idem & Vadianum ſolere per hos proximos menſes, quib. contubernio ſuo mihi datur perfrui quottidie experior. At quur (ais) non grandia nobis dicas potius? paruo enim ea æſtimari noſti, quæ facile ad manum ſunt. Qui ſcis, Caſpar, an maiora apud me ſuperſint debita tibi? id quod & ingenium tuum & eruditio, omnium bonorum ſtudiorum acceſsione in te parta meretur. Quanquam, ut quod ſentio dicam ne hęc quidem à te contemni uolo, eſto, ſubito fortaſſis labore parta ſint. Cauſa eſt quòd ingenia paulo acutiora & peritiora tenui ſæpe labore ea quæ ab minus eruditis magno ſudore uix excogitari poſſent, ędere ſolēt, digna doctorum & tui ſimillium lectione. An de me loquar quæris? Non equidem ſed de Vadiano noſtro, cuius tibi eruditio & humanitas perinde ac mihi nota eſt. Poſtremo quia & me & Vadianum pari amoris officio complecteris, perſpectum erat mihi te utriuſq; Idilliis hoc eſt ſubciſiuis horis conſcriptis animi laxamētis, oblectatum iri. Valebis, legeſq; iſta aliis non ut Anagnoſtes ſed ut Cenſor. Viennæ.

RVDOLFVS AGRIcola iunior Rhetus, Iachimo Vadiano. S. D.

SAluus ſis mi Vadiane, literas tuas cordatas, elegantiſſimáſque ad decimum Calendas Septembr. accepi, quibus pro ſingulari tua in me beneuolentia, mutuóque inter nos amore, meam tibi ualetudinem gratiſſimam eſſe ſcribis, ingratus profecto, & iuſta quidem ratione dici poſſem, & Timoni Athenienſi non uſquequaꝙ abſimilis, ſi in amicitia noſtra officioſus non ſim, tibiq; uiro integerrimo doctiſſimoq; gratas gratias non agerem, qui quum ſis acerrimo iudicio, ſingulariq; prudentia (faceſſat adulatio) inſigniter pręditus, homines tamen longe te quocunq; reſpectu inferiores genuina quadā gratia tibi rèconcilias, et diem noui amici nunquam perdis. Quorum in numero me primum eſſe ingenue fateor, quem incredibili eruditione, uirtutibusq; tuis dignum feceris, quum literis ultro citroq; datis, amicitiæ auſpicia (quam nullum unquam æuum labefacturum ſit) auſpicatiſſima captare cœpimus. Nō me fugit quàm ſis perſpicaciſsimo ingenio, qua facūdia, dignus profecto es,

cui

cui in omnibus complaceant omnes, ſi quod exoptas, aliqui ex omnibus exequi ualeant. Scio enim quantum heroico ſtilo inſurgas, & eloquentiſſimis certes, & unicas, quia & pugnare & ſuperare potes. Vtinam ea mihi diuina quadam uirgula facultas daretur tecum uiuendi, tecum emori uellem, quid enim per Deum immortalem homini literarũ ſtudioſo aut magis expetitum aut antiquius cõtingere poſſet? quàm hoc familiariter amico uti & cõmorari, qui in omni diſciplinarum genere excellenter doctus, & de literis optime meritus ſit. Vnde illud eueniat, ut doctiſsimis quibúſque, qui ſe tuæ familiaritatis commertio oblectarint non poſſis nõ eſſe amabilis, ſed ne hac laudum proſopopeia amiciſſimum amicum (quoniã nihil à te magis alienum eſſe ſtudes) laceſſam potius quàm demerear. Peto abs te mi Vadiane, ſi modo exemplarium apud uos copia ſit, ut inſtitutiones Rhetoricas Fabiȷ Quintiliani typis Aldinis effigiatas quàm citiſsime habeam. Soleo enim interdum etiam à doctiſſimorum ſcriptorum lectione me abdicare, qui uel incuria Calcographorum uel temporum iniuria deprauati tenebras (ut dicitˀ) Cimerias & inextricabiles errores præſeferunt. Quam uellem, ut noſtra hæc ætas plures Aldos ſortita eſſet, qui ad ueterum ſcripta diligentius imprimenda, elimatiusq́ in publicum ſtudioſorum uſum danda incitarentur, forſitan latinę linguæ iactura magna ex parte reparari poſſet. Et ut unde digreſſus ſum reuertar. Videtur mihi Quintilianus, ſcriptor iſte grauiſſimus nõ ea ſolũ quæ in erudiendo Rhetore fidi traditoris ſint, ſed & quę ad uniuerſam latinitatis elegantiam, ſententiarumq́ grauitatem multum conferunt, præcepiſſe. Et profecto cui Quintiliani lectio placet (id q̃d ipſe de Cicerone libro 10. ſcribit) is ſe profeciſſe intelligat. Cæterum, optime Vadiane, dum Cracouiæ ſtudio philoſophiæ addictus, literas à te (ut par erat) habere non potui, ignoſces, ſi uicinus, utpote in Vngaria ex arce Reuerend. Card. Strig. & Patriarchę Cõſtantinopolitani te literis meis illiteratis aliquando prouocem, omnemq́ animi mei ſententiam tibi enucleatius declarem, neq́ enim in principalib. iſtis curis, occupationibusq́ eam bonis literis impartiri operã poſſum, quæ animo meo ſatisfacere uideretur. Quum tu autem doctiſſimus ſis, & inter principes literarum quotidie uerſeris, tantaq́ diligentia & omnium admiratione primæ claſſis ſcriptores in Muſæo Viennenſium interpreteris, ut quædam etiam in eis loca obſcuriſſima paucis uel nullis ante hac bene uiſa perſpectaq́ luce clarius aperire, omnium qui te audiũt ore dicaris. Rogo te plurimum ut Aulico Strigonieñſi & pluribus occupato negocȷȷs pro tua in me humanitate in re literaria ſuccurras. Quum enim (ut ſoleo) aliquãdo Plinium in naturali hiſtoria reuoluerẽ, ſcriptorem rerum naturę conſultiſſimum, incidi caſu in locum quendam nõ, ut mihi uidebatur, paruæ difficultatis, quem ſicco (ut in prouerbio eſt) pede quoſdam præteriȷſſe ſatis compertum habeo. Verba Plinȷȷ ſunt cap. 2. lib. 7. ubi de diuer

ſitate figuræ gentiũ loquitur, ſuper hos dicẽs, extrema in parte montium Spithamei Pygmęi narrantur: ternas ſpithamas longitudine, hoc eſt ternos dodrantes non excedentes. Vbi quum ſpithamam per dodrantem interpretetur, uelle uidetur dodrantem & ſpithamam idem eſſe, uerum quur ſpithama dodrantis nomen habeat aut unde appellationis origo ueniat non potui in promptu habere, occupatus præſertim, & rebus preſſus illiberalibus. Cogor enim ſæpe inuita (quòd aiunt) minerua id agere, quod non plane meæ profeſſionis, ab inſtitutis tamen me ſtudijs arcet. Iſtud me nunquam latuit dodrantem nouem uncias eſſe, id eſt aſſem quadrante dempto, ex eo tamen quur dodrans palmus uel ſpithama dici mereretur, non habui, peto te mi Vadiane uelis me reddere certiorem, ſi aliquid apud te ſit ſuper ea re explorati. Præterea illud Perſianum ex ſatyra prima: Sic coſtam longo ſubduximus Apennino, me torquere ac emacerare nõ deſinit, quotquot enim interpretes aut legi aut audiui (quod eorum pace dictum uelim) nemo fecit mihi hactenus ſatis, tanta ſiquidem inter eos diuerſitas eſt, ut ipſorum in exponendo diſcordia locum obſcurum demonſtret. Et quoniam te hyeme ſuperiori Perſij Satyras diligenter admodum interpretatum fuiſſe accepi, multa etiam aliter quam plerique ſoleant, enodaſſe, uellem ſcire an ne hoc Perſianum ulcus, uel ſplenio uel malagmate curaſſes, ſi quid eſt apud te, quo me liberari ſcrupulo putaris, fac habeam. Poſtremo (ut tibi hæſitantem animum in uniuerſum detegam) de Antipodibus magna mihi quæſtio eſt, quumque ſim Dauus non Oedipus, ut ille ait, uellem te Oedipi partes uendicare, & me Dauum tuum hoc eſt obſequioſiſſimum amicum in hac re non undiquaque firmatum, liberare dubij anguſtia, ut ego quoque alijs deinceps non Dauus ſed Oedipus eſſe queam. Lactantius Firmianus, cuius lectione ob miram quandam ſententiarum acrimoniam, elegantemq́ue uerborum ſtructuram, multum me oblectare ſoleo, Antipodes eſſe negat cap. uigeſimoquarto libro tertio. Idem Auguſtinus libro decimoſexto capite nono ſcriptum reliquit. Plinius, Pomponius, Strabo, Macrobius, alijq́ue complures nõ negant, quanquam diuerſimode de ipſis loqui uideantur. Cum his iam enumeratis ſcriptorib. ſentit inter Neotericos Laurentius Coruinus pręceptor meus amãtiſsimus, cui ob ſingularem eruditionem et humanitatẽ eam fidem habeo indubitatã, quã olim Catoni antiquitas, mihi tamen à doctoribus noſtris id eſt eccleſiæ principib. deſciſcere difficile eſt, difficillimũ autem Plinio & pręnominatis alijs fidem non habere. Et interim mihi moleſtiſſimum eſt hærere in uado, nec ſcire utram partem ſequar tute. Tu ſi non potes mihi adeò feſtinanti ſatisfacere, ut uelles copioſe & ad unguem, fac ſaltem habeam, quo me tuear, eleuemq́ue, donec Viennam uenturus ore tuo erudiar. Non me præterit qua diligẽtia Pomponij Melę libros de ſitu orbis ęſtate proxima ſtudioſis profeſſus fueris.

Si mihi

Si mihi intereſſe licuiſſet, fortaſſis non dubitarem. Verum quoniam dubito, abſentiam meam quę neceſſaria cauſa retenta eſt, quo minus damnoſa uideatur, literarum tuarum præſentia ſolare. Vale Athletice Iſtrogani Pannoniæ inferioris, ex arce Reuerendiſsimi Cardinalis Strigonienſis octauo Calend. Septembris, Anno ſalutiferi partus. M. D. XIIII.
Faceres mihi rem admodum gratam ſi de Lacus Acromi & Veneti uocabulis, cauſisq́ eorum, quod prioribus literis meis ex te petieram, fierem tuo ſtudio certior, neſcio an illæ perlatæ ſint, noui equidem quanta ſit tabellariorū fides, Si ad te peruenerunt ſinito etiam his ipſis te prouocari ut uel hac parte uoti ſim cōpos. De Carmine Lucani libro ſexto, quod iamdudum tibi breui epiſtola indicabam, foſitan oblitus es, aut idem ſentis quòd ego, idipſum ſcilicet emunctum eſſe & caſtigatum, interpretibus Sulpitio & Leoniceno non aliud affirmantibus, ſed ut quæſtionem de eo inſtituerim arguta fecit interrogatio Pannonis cuiuſdam, uiri, ut intelligebam non indocti & inter Aulicos domini mei Cardinalis æſtimationis non poſtremæ qui eo animo de iſto poëtæ loco me ſciſcitari uiſus eſt, ut non dubitarit corruptum eſſe, quæ tua ſit de eo ſententia fac ſciam. Vale iterum.

IOACHIMVS VADIANVS RVDOLPHO AGRIcolæ iuniori, Rheto. S. D.

GRatæ admodum iſtæ gratiæ fuerunt, quas egiſti mihi proximis literis tuis Rudolphe, quòd paulo diligentius & ut amicum decebat, enixe de tua ualetudine certior eſſe cupiebam. Ego poſtquam rumore quodam, ad me perlatum erat, te cum Cracouiam egreſſus Iſtroganum ueniſſes, in grauem morbum incidiſſe, uix dixero quantum animo conſternatus fuerim, nam & dolui impenſe, & pro tua incolumitate Dijs immortalibus uota nuncupaui, eademq́ lectis proxime literis tuis, perſolui, quòd leuiuſcula febri perculſum, ex integro cōualuiſſe intelligebam. Quæris quæ cauſa ſit? Non ea quidem, quaſi mihi de facie notus, paulo ampliorem mecum per mutuam uitæ conſuetudinem, familiaritatem contraxeris, quo bono, utpote primo amicitiæ glutino, ambo hactenus priuati fuimus, partim locorum interuallo, partim conditionum noſtrarum ratione, ut puto cogente. Sed ob id magis, quòd tuæ mihi literę eruditionis et humanitatis teſtes indicesq́ extitere, quandiu iſtud gratæ notitiæ inter nos oblectamentū durauit, in quibus præter elegantiam quam tibi propemodum peculiarem eſſe animaduerto, prætérque omnia humanitatis & amoris officia, perſpicacis animi tui indefeſſa, in rerum ſcitu dignarum perquiſitione, ſollicitudo cognoſcitur, qua ſoles quaſi ignorantiæ impatiens, adeò indies magis prouocari, ut ex his quærere & ſciſcitari non ducas erubeſcendum, quibus doctrina,

tollerantiáq; ſtudiorum, ſi non ſuperior certe nō impar es. In quorum numero me cum primis ſtatuo, tenuis eruditionis & nulli cōſilij hominem, qui tamen compluria quæri abs te perhumaniter fero, cum quòd eo fine non facis, quo de meæ ignorantiæ caligine diligenti ſcrutinio factus certior, ut mediocrem, aut fortaſſis in literarum iudicio proletarium, abijcias & aſperneris. Tum etiam quòd ingenua ſemper confeſsone, et citra uercundiæ ruborem, una dubitare & hęrere me, dicere ſoleo ſi quando interrogatus rei minus quàm deceat ſatisfacere potero, nec communē inueſtigandi laborem quo ſimul & doctior & exercitatior euadam, ſubterfugere, quin & gratificari quærentibus quod oſcitanti mihi plerumq; alacritatis & diligentiæ ſtimulos inijciant, Id quod tu quoq; perinde facis, cui utinam aliquando officio & ſedulitate reſpondere uidear. Vellem tamen ut quoties aliqd ex me eſſes petiturus, id & ſimpliciter ageres, & breuibus. Volo equidem tibi eſſe perſuaſum, amicitiæ apud me pluris eſſe momenta quam ſuauia iſta tua delinimēta uerborum, quibus tu mihi neſcio quid philauciæ conaris ingerere, adeò enim me cōmendas, adeo extollis ut niſi tuū in me amorē, quo in huiuſce ampullas corriperis cognoſcerē, ex illiberali quadam blanditiarum oſtentatione, hæc tua Encomia proficiſci ſuſpicarer. Cæterum, ut petenti tibi pro mea uirili fiat ſatis, ſcito me tibi ea reſponſurum cōditione, ut proximis literis ex te, quid de ſententia mea iudices & quid rerum ſit apud uos nouarū paucis intelligam. Quod de Quintiliano ſcribis, perquàm probo, cum ſcriptorem adeo probari tibi quem nemo hactenus (Ciceronem ſemper excipio) in tradendi exquiſitiſſima diligentia, uerborumq; luculēta quadam proprietate uicit. Bibliopolę noſtri, qui Venetias codicum emendorū gratia petiere, ſignificāt mihi, inſtitutiones ſuas, caſtigatiſſimas imprimi ab Aldo Manutio Romano, cui hodie in edendis bonis ſcriptoribus palma datur, quàmprimum ad nos exemplaria perferentur, faciā quòd optas. De Plinij loco quod quæris paucis accipe, Pes Rom. authore Vitr. cap. I. lib. de Architectura tertij, 16. digitis cōſtat, cui ſi ſemipedē, hoc eſt digitos octo addideris, cubitū facis, id eſt, ſeſquipedē, quod idē eſt. Palmus aūt Græcis, duplex eſt, maior duodecim digitorū, de quo in eo quęris loco, Plin. intelligit, illi nomināt Spithamē, minor qui Paleſtes dicitur, digitorū tantū quatuor. De quo in hæc uerba Vitruuius, cubitum intellexerunt ex ſex palmis conſtare, digitisq; uigintiquatuor, &c. diuiſis enim uigintiquatuor per ſex, conſurgunt quatuor, ut noſti. Idem paulo infra ait: Palmus autē habet quatuor digitos, Maior igitur palmus dodrans nominatur Plinio non ſcorſum quidem, cum iſtud nomen ſine reſpectu dici nequeat, ſed per reſpectum ad pedem qui author. Vitru. ex palmo creuit. Dodrans autem cum in pondere, tum in menſura, totum dicitur propoſitum, dempto quadrāte, ut duodenarij numeri nouenarius dodrans eſt, eo quòd quarta pars, id

eſt, tria

eſt, tria deſint, hæc autem numerorũ collatio ſecundũ Mathematicorum traditionem, proportionem facit, quam ſeſquitertiam uocãt, nouem itaque unciæ in reſpectu ad aſſem qui uncijs duodecim conſtat dodrantem faciunt, quæ ad aſſem ſe in proportione ſeſquitertia habẽt. Duodecim enim nouem continent in ſe, & tertiã nouenarij partem, unde recte ſeſquitertia dicitur. Simili modo palmus, quòd 12. digitos, id eſt tres pedis quadrantes cõtinet, ad pedis menſurã collatus ſimili proportione dodrãs eſt, ita enim ſeſe habet iſtorum numerorũ facta collatio, Ne aũt quiſpiã apud Plin. palmũ minorem acciperet, dixit expreſſius, ternas Spithamas, id eſt ternos dodrantes nõ excedere. Quid Spithama ſit, perpulchre indicans, per hoc quod dodrantẽ appellauit, quacunque ergo longitudine propoſita (ut illa exactius capias) ſi eam in ſedecim partes æquales abſumpſeris, 12. partes in reſpectu totius dodrans erunt, aut ſi in duodecim portiones diſtinxeris, nouẽ, dodrantem conſtituent, Simile eſt & in alijs numeris, qui quaternario diuiſi in æquas partes ſecernuntur, ut 18. dodrans ſunt reſpectu 24. Item 30. ad 40. collata, &c. Summe in manus mi Rudolphe, bacillum quempiam, eiusque totam longitudinem ita coerce, ut ad numerum uiginti quatuor digitorũ, tranſuerſo pollice metiendo excurrat, & proportione cubitum agnoſces, in extremo eius digito, in fine decimiſexti digiti pedem ſignabis, in duodecimo autẽ Spithamã, cernesque oculis tuis, cur Dodrans ad pedis proportionem, & quomodo Palmum faciat? & intelliges clarius, in eodem libro locum Plin. alium, Capite enim decimoſexto, de Gabbara ſcribens: Claudij principis temporibus ex Arabia aduectum, lõgitudinis fuiſſe nouem pedum & totidem unciarum, ait, ubi per unciam duodecimam partem totius longitudinis quæ pedi reſpondet, intellexiſſe uidetur. Quando enim, gratia exempli 16. digitorum longitudinem in partes æquales 12. diſcerno, quælibet harum uncia, id eſt pars duodecima reſpectu propoſitæ longitudinis erit, quanquã audierim, qui per unciam digitum ibidem intelligendum eſſe putarint, quod ſi ita eſſet, nõ unciam ſed digitum Plin. ſcripſiſſet, In uncia aũt digitus intelligitur et tertia eius pars, id quod numeris citius deprehenſum, menſura & longitudine propoſita facilius intelligitur. Verum de hoc nil temere aſſero, cũ hoc modo nouem uncias etiã Dodrantem appellare potuerit, id eſt, 12. digitos proportione ad palmum. In utroque aũt hæc uocabula demonſtrationis locum habent, ſicut communia ſunt Plinio quantitati & continuæ & numeris diſcretæ. Pygmæi ergo, ut ad inſtitutũ reuertamur, quos Auguſtinus cap. octauo libro 16. Ciuitatis Dei: Græcis à Cubito nomẽ obtinuiſſe ait, Spithamæi, id eſt, palmares ob miram eorum breuitatem, tres dodrantes non excedunt. Horum illuſtres ſcriptores perſæpe meminerunt, quadam tamen ſitus diuerſitate. Nam cum eos inter Indiæ gentes Plinius recenſeat, Pomponius libro tertio in ea ponit Arabiæ parte, quæ ultra ſinum

Arabicum in Æthiopiã uergit, Strabo libro decimoſeptimo, in ijſdem locis fuiſſe creditos quidẽ, ſed confictos exiſtimat, hinc occaſione fictionis ducta, φ in interiori Æthiopia, qua extima eius terræ inhabitari uideãtur, omnia fere animalia exigua prouenire compertum ſit, Contra uerò Philoſtratus, qui libro tertio ait, Pygmæos ſub terra degentes ſupra Gangem poſita loca incolere & uiuere non uanũ eſſe, cui cum Ariſtotele in eo quòd ſpecus habitari ab eis ait, conueuit. Albertus lib. de animalibus 21. eſſe & uiuere eos quidem, humanæ tamen rationis exactum uſum habere negat, eamq́ ob rem cap. 3. lib. primi eos homines ſylueſtres nominat, aliqd noſtræ naturæ habentes in quadã deliberatione, & cap. 4. ſecundi tract. primi lib. Simiam & Pygmæum hominis ſimilitudinem habere inquit. Solinus in Thraciæ deſcriptione ad Caramam urbem iuxta Hæmum & Strimonem Pygmæos creditos fuiſſe & à gruibus pulſos, ait. Noſti quàm eleganter de ipſis Iuuenalis & Gellius ſcribãt. Volui hæc ardore officij, coronidis loco his quæ tantum quæſijſti ſubiungere, ut meam in rebus ad te pertinentibus ſedulitatem. perinde atq́ in proprijs, promptam intelligeres. Miror unde meorum tibi ſtudiorum ratio pateat? aut qua tandem fama me Perſium interpretatũ fuiſſe acceperis? qui tam feſtinãter & quaſi aliud agẽs, ſtudioſis nõnullis eius interpretationẽ ex me poſtulantibus, tam paruum Satyrarum opus tranſcurrerim. Cuius tamẽ Satyrę primæ, loco eodem, quem tu mihi nominas, me aliquando non parum tortum memini, liberatum autem anguſtia felici quodam euẽtu. Et Deo quodam (ut aiunt) ſubito apparẽte. Cum enim anno ab hinc quarto, ego & Petreius meus Aperbacchus emunctiſſimi ingenij homo, Bibliothecã fratrum Prædicatorum Viennæ bonorum librorum innumera multitudine confertam, eſſemus ingreſſi, dum Poëtas oculatius diſpicio, incido in Perſij codiculum perquàm uetuſtum cumq́ loci qui me premebat maxime memor eſſem, cœpi reuoluere Satyrã primam carmenq́ illud reperio in hæc uerba. Sic os tam longo ſubduximus Apennino, quo uiſo perinde quaſi Babylonas ceperim exultans. Petreium aduoco, qui unà mecum ſincero iudicio tam caſtigatam lectionem non potuit non probare: Nam & uerſus hac ratione mollior, leniorq́ efficitur, qui alioqui ob. c. literam ingeminatam aſperior erat. Sic coſtam longo: quemadmodum multi legunt, Et interrupti montis pars ſaxoſa, oſsis nomine ſignatius quàm coſtæ dici uideretur, quanquã & Apennini pars, coſtę nomine non inepte dicatur, propterea quod ipſe in modum ſpinæ totam Italiam medius dorſo ſuo dirimat: Quòd ſi quis (Si coſtam) legit ſenſus carminis, quaſi ad ſequentia pertinens ſuſpenditur, quod eſſe nequit: Doctiſsimos autem Perſij interpretes, quo minus, tali cenſuræ iudiciũ adhibuerint, eo ipſo interceptos exiſtimo, quòd corruptæ lectionis dictio ad ſenſum fecit, cõformiter cum hoc uocabulo, os: cum coſta ſit os. Hoc ergo modo præterierunt, quod alioqui

qui diligentius introſpicienti nõ obſcurum eſſe debebat. Verſum autem illum depromptum exiſtimo ex aliquo de Hãnibalis per Alpes tranſitu, Poëmate, in quo Pœnus quiſpiã hiſtoriæ enarrator introductus, finemq́ loquendi facturus, ſic concludat. Sic os tam longo ſubduximus Apennino, id eſt, Et hoc quidem modo Alpium præcipitijs inacceſſis alioqui, flãmarum impetu emolliti, iuga confregimus, uiamq́ confecimus, &c. quomodo factum eſſe indicat Liuius Decadis tertiæ libro primo: Præterea non placet, omnino uideri eos à Perſio per eius uerſus exemplum reprehẽdi, qui regione quinta ſpondæo pro Dactilo utantur, quod ipſum maxime aliquãdo decet, ut in illo Maronis: Cornua uelatarum obuertimus antennarum. Sed hoc potius à Satyro notatũ fuiſſe, quod hęc ſibi temere nimis metaphora uſurpata uiſa eſt, ut os pro rupe ſaxóue dixerit, cũ ſcribere potuiſſet, Sic iuga tam longi confregimus Apẽnini: uel ſimiliter, Siue; quod eſt uerius quod Apenninũ nominauerit, cum re uera Hannibal non Apenninum, ſed alpiũ infregerit igni & aceto iuga tam alta, ut authore Liuio, nono primũ die difficili itinere ad ea peruenerit, à quarũ orientali latere Apenninus incipit: Si dubitas, lege Plin. cap. quinto tertij libri, quum de Alpibus populisq́ inalpinis locutus, tandẽ in hæc uerba habet: Apenninus mons Italiæ ampliſſimus, perpetuis iugis ab Alpibus tendens ad Siculum fretum, &c. Tametſi nec multi periculi nec rurſus magnæ frugis ſit, utrum defenderis, niſi quòd hoc mihi ueriſimilius uideť. Nam & Ouidius dixit. Magna parẽs terra eſt, lapides in corpore terræ, Oſſa reor dici. &c. Hoc auſim aſſerere, uocabulum Apenninus: carmen nec planũ nec politum conſtituere, niſi aut prima aut penultima hexametri regione locetur. Hinc & Lucanus libro ſecundo: Vmbroſis mediam qua collibus Apenninus, & Slius libro quarto: Piniferum cœlo miſcens caput Apenninus: ut alios omittam, quod ſi hoc in tam claris ſcriptoribus commode factum uidemus, cur ut indecẽter uſurpatum Perſius culpet? Tu uide Rudolphe, & iudica, ego ad te, quid uideatur iudicio meo ſcribo, qui locum iſtum Perſianum ita curaſſe uideor ut, nec ſplenio nec malagmate amplius fouendus ſit, ſed cicatrice etiam expuncta plane conualuerit. De Antipodibus quod ſcribis, nõ eſt tam difficile, quàm uideri poteſt, diuerſos ſcriptores legenti, quorũ ſæpe diuerſa, ſæpe diſſona traditione cõtingere ſolet, ut legentis animus dum quid ſequendum ſit, diligentius inueſtigat, adeò diſtrahatur, ut quo tendendum, aut quæ demũ anſa comprehendenda ſit, penitus ignoret. Primũ omnium Antipodas eſſe indubium eſt, mathematicis demonſtrationibus Coſmographorumq́ perluſtrationibus, id ipſum euidentiſſime indicantibus, ſcripſi de ea re compluſcula in annotationibus meis in Pomponiũ Melam, quas, cum extremam ipſis manũ impoſuero, edam, Interim aũt, ne uel ab Auguſtino abhorreas negãte, uel Lactantio fidem præbeas ſomnianti, qui ſint Antipodes & quomodo

ſint pau-

ſint paucis extricabo. Scire te arbitror Mathematicæ peritos uniuerſum circuli ambitum, partibus trecentis ſexaginta quos ipſi gradus appellāt, metiri & abſoluere ſolere, ex his uerò nonaginta tribuere quadranti, centum & octoginta hemicyclo, ut eſt notum. Quum ergo tota terræ habitatæ moles, contemplanti tibi in animum uenit, quum ſit rotunda, ut non Mathematicis ſolum, uerum etiam phiſicis placet, eam ipſam ſic concipito ut, quaſi ceſpes in ampliſſimo Oceano parte ſui emineat, & una rotunditate ſeſe, aquámque ſimul, in qua partim latet, partim eminet, abſoluat. Id quod nos tibi paulo poſt uberius oſtendemus, Tum quatuor mundi cõmunes cardinales, id eſt ortum, occaſum, meridiem, & ſeptentrionem ex Ptolemęi maxime traditione, quem nemo eius rei non fatetur principem, conſiderare te eſt opus: Deinceps uerò, quantum latitudinis habitatæ terræ portio habeat, quantumq; longitudinis in animo cõſtituere, quo facto, conſtabit tibi, terræ ſolidæ in longitudinem excurſum multo eſſe maiorem, quàm in latitudinē. Longitudinis autem dimenſio à meridiano proximo Gadibus ſiue columnis Herculis & fortunatis inſul. ultra quem priſcis nil erat cognitum ſumitur, gradibus paulatim per æquinoctialem diſcurrentibus. Latitudinis autē ratio de Polo in Polum ſe extendit ſi hemiſphæriū metimur, ut in hoc loco accipio: aut à maximo parallelo qui æquinoctialis eſt, ita ut æqua diſtinctio longitudinis à meridiano expreſſo in meridianum excedat. latitudinis autem à parallelo in parallelum, id quod in communibus tabularum proiectionibus perfacile eſt uidere. Quia igitur ex Ptolemæi deſcriptione, ut interim recentiorum diligentia expanſæ terræ ſpacium omittam, compertum eſt ad centeſimum & octuageſimum gradum, id eſt hæmiſphærium longitudinem habitatę & continentis terræ pertingere, & in extimis oris frequentem eſſe mortalium habitationem, negare tibi nemo poterit, quin tanta interueniētis ſpacij diſtantia, ſiti, Antipodes ſint, ſi modo ex deſcriptione Antipodū punctos diametri per centrum terræ ductæ, & ad ſoliditatem habitatæ terræ terminatę attingant. Qui igitur in extima India ultra ſinum Magnum Catagaram habitant, cui decem graduum ultra æquinoctialem in Auſtrum latitudo eſt, hi ducto ex eodem gradu diametro, quæ centrum terræ tranſeat, Antipodas habent, id eſt, pedes ſibi ex directo contrauertentes uerticesq; à Diametro traiectos, in ſinu Heſperio, quorum latitudo decem graduum citra æquinoctialem in Boream tenditur: ad occidentalem interioris Africę partem. Vide Ptolomęi cõmunem ſitus terrę tabulam & quod aſſero deprehendes. Secundum latitudinē autem, cum nec iuniorum nec uetuſtiorum quiſpiam ſub mundi uerticibus habitationem compererit Antipodes eſſe nequeunt in uno ſcilicet hemiſphærio, cuius æqua dimenſio ab æquinoctiali accepta in utrunq; polum 90. graduum diſtantia extendatur: quemadmodum hic de ea intelligo, conſtat enim continentem

terram

terram ut dixi, intra polos in longitudinem ad hemiſphærium extendi & ultra, ab æquinoctiali uerò ad polos minime. Dum uerò hæc conſideramus opus eſt animum, quaſi in aëra ſuſpenſum, ut omnia colluſtrantem, & metientem erigere. Dato ergo quòd terra ſecundum latitudinem in Arctos ad gradus 71. uel circiter excurrat (nolo enim in hoc tibi ad amuſſim obligatus eſſe, tanta præſertim feſtinantia ſcribēs) & iterum in Auſtrum ad gradus 50. nondum tamen Antipodas habebis, cum nondum habeas hemiſphæriū quod punctis diametri per centrum terræ excurrentis ut dixi, terminetur. Cauſam autem terræ anguſtiæ, ſecundum latera eſſe puto abundam aquæ circa uertices mundi generationem, quæ utrinq; terræ apparenti incumbit, magnoq; fluctuum impetu quo minus lata ſit, coërcet, hinc & illorum laterū iniquitas prouenit, cum eoum & occiduum multo directiori excurſu æquentur. Sed uideri tibi poſſet ex his quæ hactenus ſcripſi, Antipodas ſecundum latitudinem quoq; ſignari poſſe. Nam ſi à punctis diametri Antipodas ſecundum longitudinem conſtituentis, circumferentiam duxero, hæc ipſa per polos diſcurret & hemiſphærium complectetur, hoc autem ſi marginibus longitudinis eminet, ſecundum latitudinem idem eminere neceſſe eſt, niſi quis dixerit aquas à Polis in eminentis terræ portionem aſcendere, & latera occupare, quòd contra naturā motus aquæ eſſet. Data igitur ſub polis terra, datur & Antipodum ſecundum latitudinem diſtantia. Videri poſſet hoc Rudolphe, his qui terram ex aqua tanquam collem aliquem ex plano lacu, iuſta parte ſui prominere exiſtimāt: Aut ut pomum natans ut priſci quidam putarūt. Id quod admodum craſſę Mineruę eſt imaginari, cum res ipſa multo aliter ſeſe habeat. Terra enim, ut multiplicia demonſtrationum experimenta docent, & Georgius Peurbachius Germanus Mathematicę ſcientiſſimus, in ſuis ſuper Sphæram Ioānis de ſacro Buſto collectaneis ſcriptum reliquit, unà cum circumfluis undis globum abſoluit, ut imaginari & colligere animo ſit opus, terrā quam naturæ artifex, animalibus quę ſine aëris cōmunione uiuere nequibāt aquis uacuā & diſcoopertā reliquit, ut tenuem ex lacu aut palude ceſpitem eminere, unaq; cum undis inflecti, inq; globi ſpeciem q̄ diu durat inclinari. Cui ſententiæ Strabo lib. 3. à principio aſſentiť in hæc uerba. Subiectum ergo ſit rotundam unà cum mari terrā eſſe, unamq; & eandem cum ęquoribus ſuperficiem habere, &c. Et Plin. cap. ſexageſimo ſeptimo libri ſecundi non refragatur, quanquam perquàm attente penſitanda intelligendaq; ſint, quæ ſequenti cap. in hæc uerba habet. Eſt igitur in toto ſuo globo tellus medio ambitu præcincta circumfluo mari, nec argumentis hoc inueſtigandum, ſed iam experimentis cognitum. Nanque error eſſet ingens ſi quis telluris dimidium ex aqua undiq; prominere diceret Plinium exiſtimaret, qui per medium ambitum excurſum eius in 180. gradus ad minus ſecundum longitudinem intelligit, quòd Ptolemæus

quocꝙ indicat uerisſimum eſſe. Ex quo illud emanat, Non idem eſſe centrum magnitudinis terræ, & centrum grauitatis. Cum autem ut dixi antea, undarũ grandior eſſet à polis impetus, propterea quòd ob aëris in his locis uehementem ex frigore ingroſſationem perpetua eſſet & abũdans aquæ generatio ut Albertus quocꝙ noſter indicat, non potuit tantum ſpacium ſecundum latitudinem relinquere terræ, quantum longitudinis habet, nec ſequitur, circumferentiam ab Antipodum ueſtigijs ductam circumcirca terram contingere debere, ſi uno in loco attingit, ex cauſis iam dictis. Latitudinis autem & longitudinis menſura, certo & immutabili limite in terræ forma præſcribi non poteſt, propterea quòd Oceani rapina (ut Plin. ait) in incerto eſt, terras dans & adimens, uiciſsitudine illa rerum naturæ ſempiternis legibus inſtituta, quod ipſum oſtendit Pomp. libro primo in Africæ deſcriptione, & Ariſtot. libro Metheororum ſecundo, capite ſexto in hæc uerba: Non ſemper eadem loca terræ aquoſa ſunt aut arida ſed permutantur ſecundum fluuiorum generationes & defectus, & non ſemper hoc quidem mare hoc autem terra perſeuerat, ſed ſit mare ubi eſt arida, ubi autem nunc mare iterum hic terra, &c. Ex recentiorum autem inquiſitione, ſi Americam à Veſpucio repertam, & eam Eoæ terræ partem, quæ terræ à Ptolemæo cognitæ adiecta eſt, ad longitudinis habitatæ rationem referimus, longe ultra hemiſphærium habitari terram conſtat. Imo non uſque adeò immenſum pelagus intereſſe inter extimum ab America occidens, & oriens poſtremum, quin fere toto globi ambitu terra habitationis frequẽtia culta ſit, quod ex Geographicæ deſcriptionis globulo perpulchre dinoſci poteſt. Nec mirari debemus, quod aut plana obambulantibus nobis aut exaſperata montibus pleraque uidentur, cum tam ingentis aquæ terræcꝙ mutua compagine globum conſtituentium extrema ſuperficies ſiue circumferẽtia, ſenſibiliter decliuis eſſe nequeat, uiſu præſertim noſtro tam exiguam eius partem apprehendente, quocuncꝙ ſe conuerterit. Nec putemus montium, qui nobis adeò uidentur ſublimes eſſe, utpote illud uaſtum pondus ſimul non contuentibus, iniquitatem, terræ rotunditati obeſſe, quaſi uerò omnia quæ ad rotundi huius corporis rationem pertinent, hoc modo defendi nequeant. Si enim totam terram ſimul conſpiceres quoad liceret Rudolphe, quemadmodum Scipionem in ſomnijs conſpexiſſe Cicero fingit, Montes tibi turbercula quædam leuia, per terræ planitiem ſerpentia uiderentur, eo fere modo, quo agrum quempiam eructati à fodientibus talpis hårenarnm cumuli exaſperant. Quòd ſi planam in primis terram imaginaris, & deinde ab illo rerum creatore, cuius omnia opera rationem habent, montes ſuperimpoſitos planiciei conſideras, intelliges facile, quomodo ſe terræ rotunditas ſtudioſis cognoſcendam exhibeat. Ridiculum uerò eſt, contendere, terram undicꝙ tam eſſe æquabiliter politam, ut ad unguem reſpondeat uel

deat uel

ſpondeat uel ad tornum ſeu geometræ mēſuram, ut inquit ubi ſupra Strabo, cum ad ſenſum correſpondeat, & hoc modo craſſiorem. Hoc tenendum eſt potius, hanc rotunditatem quam ex terra naturæ leges in prima elementorum ex Chao ſegregatione poſtularunt, eam eſſe quæ montium tumorem, adeò leniter tolleret, ut nihil magis. Verum ut ad Antipodes reuertamur, ponam tibi Axiomata quædam & præſcripta ueritatis experimenta, ut omnia tibi plus eſſe queant in aperto, quæ me aliquando ſumma cum animi oblectatione, didiciſſe ingenue fateor, ex Georgio Collimitio, Medico ac Mathematico, præceptore mihi cum honoris præfatione nominando, non in his modo quæ ad terræ ſcrutinium pertinent, ſed & in alijs multis ſcitu digniſsimis, quibus neſcio an alius quiſpiam me adeò facile, adeoq́ꝫ conſummata traditionis ratione imbuere potuerit: In q̃ ego tria eſſe frequenter dicere ſoleo, quæ non uulgare ſit paſsim conſpicere, in his etiam qui & ſibi & alijs placent, Summam fidem & integritatem, Eruditionem ſingularem & tamen minime inſolentem nec oſtentoſam, Humanitatem ſummam, Quorum coagulum id ſecutum eſt, ut & ueneretur indies uehementius, ab his qui uerorum ſtudiorum rationem ſectantur, & neminem excludat ipſe, eorum qui non fucum oſtentant, ſed momenta diligunt rerum, ſinceri & amicitia digni, in quorum album poſtquam me retulit, non deſij eum præceptoris nomine dignari. Ipſe autem (quod ſua eſt humanitas) & comphiloſophum me ſuum, & quod nimis eſt confratrem quandoque dicere aſſolet, quem tu cum Viennam ueneris, & noſces, & diligentia tua, atque eruditione perſpecta, dubio procul amicum & familiarem obtinebis. Hic mihi aliquando quærenti retulit, ut memoria teneo, de Antipodum ſitu fere in hãc ſententiam, ut aſſerere uideretur, primo. Vnum parallelum tantum eſſe ſub cuius poſitione, Antipodes darētur oppoſitis ueſtigijs. Equinoctialem ſcilicet, à cuius quolibet interſecante meridiano diameter ducta per centrum, in eundem meridianũ & parallelum contrario hemiſphærij puncto tranſcēderet: Secundo, Nullum parallelum ab æquatore recedentem hoc poſſe propterea quòd per nullum diameter quæ centrũ traijciat, traduci poteſt. Ex hoc autem iſtud euidens ſequi aiebat, quòd nullorum Antipodum poteſt eſſe conformis, hoc eſt, in eandem partem inclinans latitudo, cauſa eius eſt quòd Diameter ex certo puncto paralleli Septentrionalis per centrum ducta, neceſſario in parallelum incidit, habentem latitudinem Auſtralem, ęqua & proportionata cum oppoſito diſtantia. Sicut Antipodes paralleli quindecimi gradus latit. Borealis his eſſe poſſunt, qui parallelo quindecim graduũ latitudinis Auſtralis ſubditi ſunt, quemadmodum hi, qui extimam Indiam ultra Gangem ad grad. 180. longitudinis habitant, illis qui ultra ſinũ Heſperium Ptolemæo in extremam Æthiopiam uergunt, ad ſumptæ longitudinis initiũ: Tertio, Omni puncto in terra dato ei correſpōdere pun-

ctum Antipodum, qui ſi in terram excurrat habitatã Antipodes habere, Si in mare, ut plurimũ cõtingat, habere poſſe, propterea quòd inter huiuſmodi puncta hemiſphærij diſtãtia eſt. Quod ſi ibi nauis, ut poſſibile erat, ageretur, eius gubernatores reuera in tali diſtantia, corũ qui in terra loco contrapoſito agerẽt Antipodes eſſent, quod mihi ſcitu admodum dignũ uidebatur. Quinto, idem mihi oſtendebat. Quod latitudine proprie accepta, quę ad menſurã parallelorũ per polos trãſcurrat. Omnes iſti qui Antipodes ſecundũ longitudinem ſint, etiam ſecundũ latitudinem eſſe, eò ꝙ diameter oppoſitos eos conſtituens, & longitudinis in ipſis & latitudinis regulã præſcribat. Quod ita eſſe mõſtrari poteſt, nec his quæ ſupra retuli cõtrauenit, illic em̃ id tibi oſtendere uolui, ꝙ nullo interueniente mari per unius hemiſphęrij longitudinẽ in ſolida terra Antipodes darent, ſecundũ latitudinem aũt ab æquinoctiali in polos ſuſceptã dari non poſſint. In uniuerſum igit̃ dici poteſt in hæc uerba: datis terræ accolis quorũ ueſtigia diameter per centrũ traiecta contingat, Antipodes eſſe, nullo habito aut ad longitudinẽ aut latitudinẽ reſpectu. Nam hoc modo haberi eos certũ eſt. Quod tibi diligẽter eſt perpendendũ. Præterea contra uulgatã opinionem ſcriptorum Antipodibus omnia contrario modo euenire exiſtimantium, notiſsimum eſt ſub æquinoctiali, prętcrquam ꝙ contrarijs uicibus diem & noctem habent ut ubiq̧, omnia paria eſſe, hoc eſt eandẽ noctis & diei quantitatẽ habere, ſimul ęſtatem, ſimul ſuo modo hyemẽ, & id genus alia. Cauſa in promptu eſt, quod ſub hoc circulo locatis una eſt perpetua diei noctiſq̧ æqualitas, cumq̧ eandẽ habeãt ad ſolem, ubicũq̧ ſit, locationem, ſequitur ꝙ & tempora anni ſimul habeant. Et alias exiſtimo te intelligere quòd ſub omni parallelo ſitis periœcis omnia ſimul accidunt excepta diei noctiſq̧ ſucceſſione, ita ut ſimul hyemẽ, ſimulq̧ æſtatem habeãt. de Periœcis tamen, qui polis uiciniores diem noctemq̧ ſimul habere poſſunt ſcribam diligentius in Pręnotamentis meis in Pomponium. Quibus autem unus eſt meridianus his eodem momento & unum meridiẽ & medium noctis eſſe neceſſe eſt. Quibus autem parallelus unus hi eandem habent noctiſq̧ dieiq̧ quantitatem, ſimulq̧ ſingula anni tempora. De Antipodib. uerò ab æquinoctiali uergentib. ſic habeto, ut quãto plus ab æquatore receſſerint, tãto magis inęqualia eſſe omnia, fieriq̧ ordine cõtrario ipſis quęcũq̧ fiunt exiſtimes, poteſt enim hoc demõſtrari. Poſtremo, omnibus qui ſunt Antipodes, unus eſt horizon & meridianus unus. Intelligo autem per meridianum circulum qui per Zenith noſtrum perq̧ polos tranſcurrens totam ſphærã amplectitur, cauſam autẽ, ex his q̃ paulo ante retulimus cognoſcis. Cum ergo ſol nobis oritur ipſis occidit, & e regione, neq̧ hoc aut admirabile uideri debet, aut captu difficile, cum ipſis ortus occaſuſq̧ in reſpectu ad habitudinem partium mundi, eodem modo quo nobis eueniant, niſi quòd occidentia nobis ſydera ipſis aſcen-

dunt

duntaduenituntq́ ſicut & ipſis cadentia in noſtrũ hemiſphęrium leuant. Negare uerò hæc & ut friuola contẽnere, animi eſt degeneris, eaq́ q̃ in naturę rerum maieſtate cognitu ſunt pulcherrima accipere & intellligere nõ potentis. Sed dicere poſſes, te his meis lectis adhuc in unó hærere, quòd ex antiquorum ſententia non uideatur commodum dicere, ſub æquatore eſſe habitationem ob ingentem & intollerabilem uitali temperamento calorem: cuius tamen oppoſitum ego aſſeram, Reſpondeo tibi, ſi modo dubitas, priſcos quotquot ſunt qui ſub æquatore habitationem eſſe negãt, opinione potius, quàm aut experiẽtia, aut phiſica ratione aliquá ductos, lapſos eſſe, & ſibimetipſis etiam neſcijs aliquando contrauenifſe. Lege Pomponium qui libro primo Zonam mediam ob æſtum inhabitabilem ait, tertio uerò libro Taprobanen habitari ſcribit. Plin. quoque cap. ſeptuageſimo ſecundi, Cœlum ait tres mortalibus terræ partes abſtuliſſe, ſeptentrionem & Auſtrinam frigore, mediam autem qua ſolis orbita eſt exuſtam flammis & ob id inhabitabilem. Et tamen idem quemadmodũ & Pomp. Taprobanen frequentiſſimã hominibus eſſe cap. 22. libri ſexti aſſeruit: id q̃d & Solinus ſimia eius, multis uerbis confirmat. Addit Plin. capite ſecundo libri ſeptimi ex Artemidori ſententia, In Taprobana inſula longiſsimam uitam ſine ullo corporis languore traduci, Multum illi alijq́ idem ſentientes à ſe diſſenſere Rudolphe, cum ſit compertiſſimum, Taprobanem ita æquinoctiali ſubditam, ut latitudine fere trium graduũ eundem tranſcendat, in Auſtrum porrecta. Quod princeps Coſmographiæ Ptolemęus, & lib. 7. & tabula Aſiæ ultima oſtẽdit, nec dubitari quidem de hoc debet, cum in latitudinis deſcriptione errari nõ poſsit adeo eius obſeruatio Canoncis demonſtrationibus ſuffulta, conſtat. Vtinam tam facilis longitudinis obſeruatio eſſe poſſet, quã latitudinis eſt. In multis enim uiri docti non hærerent. Videntur ergo mihi plerique ex uetuſtis ſcriptoribus, quod ad ſitum terræ attinebat, prout ad cœli circulos referatur, plura pro ingenijs diſſerentium quàm pro ueritatis fide expreſſa tradidiſſe. Quid plura? Albertus Magnus princeps philoſophus, & Auicenna noſter, non affirmant ſolum, ſed & firmiſsimis rationibus oſtendunt, ſub æquinoctiali, eo etiam tempore quo ſol per ſubhabitantium uertices graditur, temperatiorem habitationem eſſe, quàm ſub parallelis tropicis, cum ipſis Sol innititur, et conſtat tamen ſub utroq; tropico frequentẽ eſſe mortalium ſedem. Lege Auicennam (ut ſim breuis) cap. octauo doctrinæ ſecundæ, fen ſecunda primi Canonis, Albertum autem cap. ſexto lib. de natura locorum, quem Collimitius noſter nuper in lucem dedit. Eam ob rem attente perpendendum eſt, an non nimis temere Ioan. Picus, uir alioqui eruditiſsimus & cœleſtis ingenij diſputator, qui inter nongentas propoſitiones quas adoleſcens Romæ publice inſcripſit, hanc quoque defendere uoluerit, quòd ſub æquinoctiali non poſſet eſſe naturalis uiuentibus

habitatio, cum oppoſitum tanti tamque æſtimati ſcriptores aſſerant. Mirum eſt profecto ipſum quoque Macrobium dicere fuiſſe auſum, Commentario ſomnij ſecundo, propter Zonam exuſtam Antœcis noſtris ad nos tranſitum eſſe non poſſe, cum tamen ex receptis authoribus qui longe ante ſua tempora ſcripſerant hoc intelligere debuiſſet, noſtros peregrinationibus uarijs ad intimos uſq; Æthiopas intraſſe, Imo & totam Africam circumnauigaſſe, ut Hãnonem Carthaginenſem author. Plin. Quin & Eudoxus quidam cum Lathurum Alexandriæ regem profugeret Arabico ſinu egreſſus per hoc pelagus Gades uſq; peruectus eſt, quod ex Cor. Nepotis Authoritate, Plin ſcripſit cap. ſexageſimonono ſecundi, et libro tertio Pomponius. Multo uerò ante Nepotem, Cœlius Antipater ſcriptũ reliquit, uidiſſe ſe qui nauigaſſet ex Hiſpania in Æthiopiam commercij gratia, quã nauigationẽ hodie Portugaliæ Reges ſumma gloria, ſummaq; fortuna inſtaurarunt. In extimis autem Africæ Antœcos eſſe noſtri climatis, quis dubitat? Quod ſi noſtri ad illos uenere, quid oberat quo minus & illi ad nos uenire potuerint, quemadmodum noſtris temporibus fieri uidemus? In ſumma, ut de hac tua quæſtione finem faciam, tam tibi eſſe certum debet Antipodas eſſe, quàm ſunt cogniti, digitiqúe unguesqúe tui. Inq; ea re his fidem dabis qui terræ ſitu atque excurſu cognoſcendo laborarunt recentius. Eſt enim (ut Ptolemæus capite quinto libri primi Coſmographiæ ſcribit) in ſitus terræ traditione recentioribus hiſtorijs ſemper credendum magis, quàm ullis ex ueteribus, eò quòd pro rerum mutatione, aut incognita prioribus, aut ulteriori experientia deprehenſa his patefacere datum eſt. Bene (ais) mihi narras. At de Auguſtino & Lactantio quid? aut quam in partem eorum accipienda ſententia eſt? refutabis ne eos Vadiane an probabis? ſi in his perſtas quæ diſſeruiſti hactenus probare certe non poteris. Si probas, nulla illa erunt, quæ eſſe tibi maxime uiſa ſunt. Tua res iam agitur Vadiane, uide quid agas. Ego mi Rudolphe (ut te fluctuantem ex hac tandem Charybdi liberem) ut Auguſtini de Antipodibus ſententiam probo, ita Lactantij ſomnia nequaquam aut tueri, aut aſſerere poſſum. Ille equidem cur negaret cauſam habuit. Hic quid negaret neſciuit. Quòd ut intelligas, iterũ mihi quaſi in noua cauſa ordiendum eſt. Quòd ſi nimium turgeſcere literæ illæ noſtræ uidebũtur, tibi qui me prouocare non deſinis, culpam impingito. Si ſcire & intelligere hæc adeò deſideras, patere uel ex Epiſtola fieri libellum epiſtolarẽ. Nam me tibi ſatisfaciendi quaſi uno in ſtadio & uno curriculo cupido quędam corripuit. Sed ad rem. Auguſtinus non à ueritate, ſed à prępoſtera & uero nequaquam conſentanea, ſcriptorum de Antipodib. traditione abhorruit, quamquia illuſtris alioqui & multarum rerum ſcientiſsimus ſcriptor Macrobius in Comenta. Somnij ſecũdo quaſi derepertа ueritate ſibijpſi applaudens, ſequitur & affirmat, uidendum tibi eſt ne

eius

eius lectione ſeducaris, quanquã enim Antipodas ponat, in ratione tamẽ & ut ita dicam modo ponendi, toto (quod aiũt) oberrat cœlo, neq; hôc in illo adeò moleſte ferendum eſt, cum uulgarem opinionem ſecutum cum antiquioribus citra ueri deprehenſionem periclitari eum contigerit. Voluerunt autem illi, terræ molem in duo hemiſphæria interceptam, ingenti Pelago & innauigabili diſcerni ita ut unius aliquid ad alterum nihil perueniret, inq; altero nos eſſe, In altero à nobis longè ſecluſo Antipodas noſtros & Periœcos. Et quemadmodum hoc noſtrum, torrida Zona interueniente, in duas habitabiles diſtingueretur, extremis ob frigora relictis, ita ſimili modo apud illos omnia ſe habere, dixerunt. Quod ex Cicerone ductum, Macrobius euidentiſſime indicat. Quo dato & conceſſo ſequi neceſſe erat, ut duabus ampliſſimo mari diſtantibus terris duplex eſſet hominum in ijſdem, qui ſe nunquam contigerint r popagatio. Quod perpendẽs Auguſtinus cum libro ciuitatis dei decimoſexto, capite octauo omnes homines terram inhabitantes, quacunq; forma eos natura effigiauerit, ex illo protoplaſto uno, hoc eſt Adam originem ducere affirmaſſet, ſequenti capite nono falſam illam & friuolam de Antipodum ſitu opinionem quæ ſibi unice obijci poterat, neceſſario nõ minus quàm uere reiecit & confutauit. Si enim iſti eſſent eo modo quo illi eos eſſe crediderunt, cum ad eos nemo unquam noſtri hemiſphærij attigerit, ex Adam originẽ habere nequaquam potuiſſent. Eam ob rem perquam prouide, & erudite admodum ſcripſiſſe Auguſtinum nemo negare debet, cum eo modo ne nos quidem Antipodas eſſe permittamus. Tantus enim error non modo ueritati hiſtoriæ naturæ, uerum etiam religioni noſtræ, & ſacrarum literarum authoritati refragatur, quẽ illi nulla prorſus hiſtorica cognitione firmantes, friuola quadam coniectura aſſumpſere. Quòd ſi quis, tam inſigni eccleſiæ noſtræ Antiſtiti tamq; omnium bonarum doctrinarum auido & ſtudioſo, terram eſſe continuam monſtraſſet, nec ullo interceptam, ut iſti fabulãtur, Oceano, in qua hominum eſſet habiatio, 180. gradibus diducta & ſibi diametro centrũ traijciente oppoſita, hinc etiam atque illinc nullo mari traiecto commertij mutui conſuetudine coiri ſine difficultate poſſe, Non hercle Auguſtinus, Mathematicæ alioqui ſtudioſus, Antipodas negaſſet, ſed demonſtrationibus è certiſſima ſcientiarum profluentib. dediſſet fidem, antiquorũ logis anilib. reiectis, quos uir tantus fide haudquaquã dignos eſſe nouerat. Cum enim hodie continuæ terræ longitudo ultra ducenteſimũ & octuageſimũ gradũ excurrat, ubi illud ingẽs tandẽ mare erit? quod iſta duo hemiſphæria diſcriminet? cũ terra noſtra utrinq; adeò ultra hemiſphærij amplitudinem pandatur. Imo ut ſupra retuli, parũ abſit America præſertim adnumerata, quin totus ille globus circumcirca prominente terra ſit habitabilis. Quo fit, ut his minus credam qui ſub polis terram eſſe & extare dixerunt, cum is lo-

cus iam aquæ utpote elemento ſpacioſiori deberi uideatur, & natura forſaſſe, poſtquam terræ portione nudata multis animalium opus omnino eſſe uidit, Aquam coërcens intraq; ſuos excurſus cohibens, ei ea globi parte locum deputauit ampliorem, quæ ob aëris incommoditatem, & grauiſsima anni tempora mortalibus minime idonea uidebatur, quam ſub polis eſſe certo ſcitur. Quòd autem ad Antipodum latera iter ſit, geographiæ Tyrunculi ſciunt, Egredere ab extrema Hiſpania, per Pyrenæum perq; Gallias, Germaniamq; & Sarmatiam uſq; ad Tanaim quo ſuperato tende in ortum per Scythiam citra Imaum, litusq; ſtringe ſeptentrionale Caſpij. Tum per Sacarum regionem traiectis Tauri iugis in Indiam inclina eam, quæ eſt ultra Gangem, cumq; ſinum magnum longis itineribus apprehenderis ſecundum eum in meridiem tende donec ad Catagaram perueneris, et toto ferè iſto latere, Ptol. monſtrante, Antipodas habes, nõ eorum quidem qui ſunt in Hiſpania, ſed qui in occidua Africa iuxta ſinũ Heſperium adhabitant, ad quos quantum eſt in terræ nuditate, nullo penitus mari traiecto ex India extrema perueniri poteſt, Americam autem inhabitantes longe citerioribus locis ſuos habent Antipodas, quæ omnia inſtrumentis ad eam rem pertinentibus uidere facillimum eſt. Macrobius Ciceroni quaſi gratias agens, ſuæq; doctrinæ perfectioni adſcribẽs. Nos inquit, cum alijs non patitur errare qui terram ſemel Oceano cingi credidere. Apertiſsimum errorem profeſſus, quem Cicero ſolum indicauit, Cæterum hoc me eodem in loco Ciceronis uehementius angit quod dixit. Vides habitari in terra, &c. Cum uidere Antipodas ſimul nemo poſsit, hoc præſertim admiſſo errore, quo priſci ſeducti ſunt. Cum autem iſthic Scipioni maior Africanus omnia ſenſibili demonſtratione proponat, non poteſt dici, uides, id eſt intelligis, cum etiam paulo poſt dicat. Cernis autem eandem terram, &c. Præterea eſto intermedio Antipodum ſpacio, hoc eſt ad gradum nonaginta oculus proſpiciens eleuetur, non poterit tamen Antipodas extimos ſimul uidere. Cum ex traditionibus perſpectiuæ ſphærici corporis tam magni præſertim, dimidium præciſe, minor oculus uidere nequeat, Id quod eſt demõſtratum. Quid ergo? Forſitan circumductus Scipio hos ita ſe habere non ſimul, ſed uiciſſatim uidit. At hæc ut Grammatica ludicra ſino. De Lactantio mallem utique tacere, quàm moleſtus eſſe tibi, qui eius authoris adeò es ſtudioſus. Verũ quia deſideras, & tuendæ me ueritatis ardor prouocat, dicendum eſt quicquam craſsiore (quod aiunt) Muſa, non inceſſendi quidem ſtudio, in quo nemo non culpandus foret, ſed ſatis faciendi tibi, qui inter reliquarum doctrinarum ſtudia, ea ſectaris cum primis quæ literarũ ſtudioſis adeo ſunt neceſſaria ut nihil magis. Vt itaque dicam, quod ſentio, uidetur mihi Lactantius eloquentiæ ſuæ uiribus plus æquo quandoque confiſus, paulo audacius aut contempſiſſe pleraque, aut multo aliter quàm ueritas haberet con-

ret cōcepiſſe animo, inq́ꝫ his magnam ſibi inuidiam eò comparaſſe, quòd ita ſuperbe, ita ſecure diſſerit quaſi ipſe extra omnem ingenij aleam poſitus errare & labi non potuerit, omnium autem errata non uidere ſolum ſed etiam olfacere, Hic capite uigeſimoquarto libri tertij, quod tuis mihi literis indicas, adeò in Antipodum oppugnatione ineptit, ut dubitem an, cum illa ſcripſit ſatis ſibi conſtiterit: non enim ea ſolum quæ eruditis exploratiſſima ſunt neſcire uidetur, ſed probare etiam & aſſerere illa quæ, ſi Antipodes non eſſent, quod ipſe contendit, falſa tamē & abſurda eſſe, omnes qui ſunt animi compotes intelligerent. Age totum illud caput excutiamus ut an ita ſit ſicut dico facilius accipias. Ait primū, in titulo (De Antipodibus quos ideo eſſe finxerunt, quia opinati ſunt mundum eſſe rotundum) ecce, mundum non rotudum eſſe pro uero & euidentia aſſumit, exq́ꝫ hoc Antipodes ponentium opinionem refutare conatur. Cuius tamen oppoſitum, de mundi rotunditate adeò euidens eſt, non tam phiſicis quàm noſtræ religionis Doctoribus id aſſerentibns, ut piaculum committere merito uideri poſſem, ſi rationib. hoc loco adductis, probare uellē quod nemo neſcit. Audi obſecro, quid à capitis initio dicat (Aut eſt quiſquam tam ineptus, qui credat eſſe homines quorum ueſtigia ſint ſuperiora capite?) Erras ô diſerte Lactanti, & ea quidē in re, quam iuuentutis anni tibi indidiſſe debuerant. Quis enim uel primis Phyſicæ rundimentis inbutus neſcit, omne id quod ſua grauitate centro innititur, quacunque parte circumferentiæ locatum ſit, deorſum uerſus niti? quod autem à centro euolet aut ſe expandat, ſurſum tendere? Cum igitur pedibus in terram uerſis centro innitantur, caput uerò proferant, ut nos, iu cœlum, caput habent ueſtigijs ſuperius. Nec ſub nobis eſt, niſi quod ad uſque centrum demittitur, quod cum prętergraderis, omnis linea ducta in quamcunq́ꝫ partem ſurſum tendit. Nec niſi impropria locutione cœlum infra nos eſſe dicere ſolemus. Vnde hoc Maronis libro Georg. primo ex communi ratione loquendi depromptum eſt, cum de Auſtrino uertice loquens inquit, At illum ſub pedibus Styx atra uidet, manéſque profundi. Cum reuera, ut Ariſtotel. quoque aſſerit libro de cœlo & mundo ſecundo: uertex meridianus ſit ex natura rei ſurſum, quod Poëta doctiſsimus, tametſi non ignorarit, maluit tamen (ut ſæpe ſolet) ex communi perſuaſione ducto ſermone uti, quanquam auſtrinum polum per reſpectū loquentes preſſum decliuemq́ꝫ dicere ſoleamus. At ſub pedib. eſſe nemo niſi improprie dixerit, Pręterea ſi concedimus Antipodas eſſe ſub nobis non ſtatim id ſequitur, ut credibile ſit, eos caput deorſum uerſus ueſtigijs inferius habere quod falſiſsimum uериſſimū putat Lactan. Cui hoc friuolo deſipere non ſatis erat, Addidit hoc amplius Antipodibus datis ſequi, ut tota terræ pars apud ipſos pēderet cum noſtra iaceat. Item arbores deorſum creſcere, pluuias uero, & niues & grandines ſurſum uerſus cadere in terram.

Quin & maria, & urbes agroſq; & mõtes penſiles illic eſſe. Indigna ſunt hæc pudenda errata opere tuo ô Lactanti, utinam quod neſciebas præteriſſes irreprehenſum, nec laceſſendi cupidine inflammatus ignorantiam tuam, euanido linguę fuco, adeò detexiſſes. Auguſtinus te lõge omnium rerum peritior, terram rotundam eſſe negare noluit, nec tibi aliud affirmãti fidem dare, uidit enim quæ diceres & quibus innitereris. Omne graue Lactanti (quod prima philoſophiæ ueſtibula exhibent) à quacunq; cœli parte in centrum tendet deorſum tendit: & è contrario quod à centro recedit, ſurſum. Tibi uerò uidebatur, quod ab Antipodũ periferia in centrũ caderet, ſurſum cadere, quod non eſt. Ac id ipſum quidem ex communi hominum locutione didiciſſe debueras, non niſi rem grauem cadere affirmante, aut ut grauitatis rationem habet deſcendere, id eſt, ad centrum tendere, nam ſua ſpõte ſurſum cadere nihil dicitur ſicut nec leue quidem niſi impulſum impetu, deorſum tendere, ergo quicquid cadit deorſum cadit. Sed quid in re aperta laboro? Qua fiducia cœlum non undique deuexum dixeris tu uideto, mihi conſtat id Aſtronomis, quibus ea in re ſumma fides eſt nihil eſſe certius, qui cum Ariſtotile, & uolui cœlum & moueri regulari ambitu aſſerunt quod tu quoque contemnis, cum & Æthereos orbes ſphæricos eſſe neges. Nec ſequitur, quod putas. Si terra rotunda eſt, neceſſe eſt ut in omnes cœli partes eandem faciem gerat, id eſt montes erigat, campos tendat, maria conſternat, cum maiorem partem terræ ſub aqua eſſe recte cognoſcentibus indubium ſit. Præterea quis credat, quod tu ſuppoſita terræ rotunditate ſequi autumas? Nullam partem terræ eſſe, quæ tum ab homonibus cæteriſq; animalibus non incoleretur. Nam eſto tellus circumquaque (quod tamen euenire non poteſt) ab aquis libera nudaretur, non tamen ſequeretur, eam ab omni parte habitabilem eſſe, ex multis cauſis quas prætereo. Poſtremo non ſine quadam odioſa petulantia, hoc Philoſophorum reſponſum irrides & cõtemnis aſſerentium, grauia centro inniti, leuia ſurſum tendere, & profecto quemadmodũ neſcire te ſcribis quid de his dicas ita illi ſi tua legẽt quid de te dicant tot erroribus inuoluto ſe neſcire fatebuntur, utpote cõtra quem plurima dici poſſent. Tandem quòd ais, te multis argumentis probare poſſe, cœlum terra non eſſe inferius. Nemo credit hoc Lactanti, quòd cœlum terra ſit inferius, mirum eſt cur formides id ab aliquo obtineri poſſe, cum hoc conceſſis etiam Antipodibus nequaquam ſequatur, nimis in re conceſſa ſollicitus es, & ne cœlum cadat times maxime ſi deorſum inclinetur. Argumentis tuis non eſt opus, probare enim id cuius oppoſitum eſt impoſſibile, nõ prudentis eſt, aut eruditi, ſed uerboſi & ſibiipſi per ſuauem labiorum tinnitũ blandienti, id quod tu hic de Antipodib. calamo peregiſſe uideris. Hactenus de Lactantio & eo quidem modo, quo quiſpiam ipſi aduerſarius obiicere poſſet, quem quanti in hac Antipodum ſententia putem

faciendum,

faciendum, ex his intelligis quæ hactenus retuli. Tu quod tibi uiſum fuerit ſequitor, nolui te per hæc mea cogi, ſed monere uolui. Andreas Stiborius Canonicus Viennenſis Theologiæ & Mathematicæ peritiſſimus & Encyclopediæ magiſter, ſatis tanti alioqui ſcriptoris, tantam temeritatē demirari nō potuit cum ego ei caput hoc, quod antea quidem legerat ſed tum attentiſſime perſpiciebat, Iudicij gratia faciendi propoſuiſſem. Nec abſtinuit quidem quin aſſereret, magnam Lactantio, apud doctiores & fidei & doctrinæ æſtimationem imminui quòd adeò hallucinatus eſſet, non ob hoc quidem quod neſcierit, Neſcire enim humanum eſſe aiebat, ſed propterea magis, quòd adeò conſtanter ignorata partim defenderit, partim reiecerit. Namque ubi quis errori ſe addicit, dummodo in eo perſtet ſibiq; obſit ſoli tollerabile eſt id quidem, ubi autem per inſolentiam & pertinacem faſtum, & uerò improperare, & tueri falſum cœperit, is nō odium modo commune, uerum etiam publicam refutationem commeretur. Mihi uerò uidetur hoc ex Hieronymi ſententia commode in Lactantium uſurpari poſſe, quod Picus in una ad Hermolaum Barbarum epiſtola contra eundem uſurpauit, in hæc uerba. Si fuiſſes ô Firmiane tam frequens in ſacris literis, quàm in fictis litibus fuiſti & hoc nō dixiſſes & noſtra non minus fortaſſe confirmaſſes quàm deſtruxeras aliena. Sed de his ſatis. Quod de Lacus noſtri uocabulis nominibusq; quęris perlibenter reſpondeo, uerum ſi poſſum paucis, Nam permulta in Tertium Pomponij congeſſi de hoc lacu qui Acromus nominat̃, Et in patrię illuſtratę ſylua ſecunda ad finem, quam quia ferè adoleſcens ſcripſi, non eram editurus, Sed datam aliquando de edendo fidem adeò expoſtulat Hermannus Miles uir clariſsimus, mihiq; & conterraneus & affinis, ut, quod aliquando pollicitus ſum iam negare ſine ſummo dedecore nequeam. Pomponius libro tertij: Rhenus, inquit, ab Alpibus decidens propè à cap. duos Lacus efficit. Venetum & Acromũ, &c. quorum alterum eum eſſe conſtat, cui Hydropurgũ patria tua iuncta eſt, mea uerò id eſt oppidũ S. Galli, paſſ. plus minus ſex millib. ad occaſum diſtat. His hodie ab uicinis urbibus protrita uocabula ſunt, ſuperior enim, ut ſcis, lacus Conſtantienſis, à Conſtantia urbium quę ad eius ſunt ambitũ clariſsima. Inferior lacus Cellæ, à Cella oppido rei frumentarię mercibus, ad modũ famigerato nomen habet. Sicut & Larius hodie Cumanus dicit̃ à Como. & Lemãnus Genuenſis à Genua, ut Cæſar, ſiue Gebēna ut ferè alij. Albertus tamē noſter neſcio quomodo lapſus, Lemannũ hunc noſtrũ eſſe putauit, per quem Rhenus fluit, cũ Lemannũ ad Allobroges eſſe exq; Alpibus profluentē Rhodanũ tranſmittere, omnes ſcribãt. Luc. lib. 1. Deſeruere, inquit, cauo tētoria fixa Lemanno, hæc aũt in Gallijs tum habuiſſe Cæſarem planum eſt. Raphaël Volaterranus Acromum lacum Bodinæ, uocabulo non ſanē feliciter excogitato nominat. Cum enim hoc ex lingua indigena ducatur,

uocandus potius eſt aut Podmicus aut Podamicus, cum & maiorib. noſtris Vernacula lingua dictus fuerit. Der Podmer ſee, q̃d ab antiqua famili nobiliũ de Podmen, olim admodũ opulenta deductũ eſt. Niſi, Quis Bodicum dicere malit hoc eſt fundo carentẽ. ita enim profundos amnes lacusq́; Ligures & Lombardi, quos ad lacũ noſtrum uerſatos aliquando fuiſſe multa ſuæ linguæ illic monimenta docent. Sed hoc puto minus etymo nominis accedere, licet & Padũ Plinius cap. 16. lib. tertij à Liguribus Bodicũ nominatũ ſcribat, quod ſuorũ lingua fundo carentẽ ſignificet, & Acromus multis locis adeò altus exiſtat, ut demiſſo perpẽdiculo fundus deprehendi uix queat. Hoc magis mihi quæſtione dignũ eſſe uidetur cur uetuſtis alter Acromus alter Venetus dictus ſit? Quod & tu potiſs. ſcire cupis literis tuis, nõ illis dico proxime ad me datis quanquam & in harum poſtrema pagina monebar, ſed priorib. perquam (ut ſemper) elegantibus & ſcitis quib. non iniuria dubitaſſe uideris Acromus ne apud Pomponiũ, an Acronius, legi oporteat? Ego etſi Acromus diu probarim penitiori tamen uocabuli ſcrutinio facto, in eam ſententiam pedibus eo, ut Acronius legi debere defendã, hac uoce indicante Lacum noſtrũ minus uehemẽtia frigoris quòd noſtræ hyemes afferre ſolent, offendi premiue, aut ulla glacie in uniuerſum obduci, quod alioqui amnib. lacubusq́; ad ſeptẽtrionem uergentib. peculiare eſt. Græci nãq; ſcriptores mundi ſitũ & terrarum partitionẽ ſcrutati eum Oceanũ qui in extimo Septentrione, ob immenſum eius cœli gelu, perpetua glacie obductus uidebatur, Cromũ, id eſt, Saturniũ & frigidũ, tardumq́; appellarunt. Authoribus inter alios Ptolemęo et Plinio. Hic enim cap. 13. lib. nat. hiſt. 4. Septentrionalẽ Oceanum, ab Hecatæo Amaſchiũ nominatũ fuiſſe ait, quòd hoc nomine, Scythæ eius oræ, ſua lingua congelatũ ſignificarẽt. Philemon à Cymbris Morimaruſan, hoc eſt mortuũ mare dictũ, ſcriptũ reliquit, Ille enim Oceanus (q̃d alijs in locis minus cõtingit) ad multa paſſuũ millia rigeſcere & obturari glacie ſolet, ultra quẽ tamen in penitiori Arctoo latere Croniũ poſuere uocabulo à Saturno qui græce Cronos dicitur deriuato, in cuius honorem inſtituta quoq; feſta ta Cronia, id eſt, Saturnalia, nominãt. Ob eandẽ cauſam Dionyſio pigrum mortuumq́; mare dictũ eſſe credi debet: utpote ſempiterna glacie rigidũ, Methaphraſtis Rhemnio & Priſciano id aperte indicantibus. Illius de Oceano Arctico ſcribentis uerſus ſunt hi:

Dicitur ille piger, nec non Saturnius idem,
Mortuus aſt alijs, minimo quòd lumine Solis
Perfruitur, tarde radios nam ſuſcipit ortos:
Nubibus & craſsis premitur, nimbisq́; grauatur.

Saturnius idẽ dicitur, inquit: Mortuus eſt alijs, &c. Vtroq; ex Stellæ natura ducto, nã & tardiſſimi motus eſt & naturæ frigidę, uitæq́; humanæ incolumitati maxime noxius, qua ex re extimũ inter uagas ſtellas in cœlo locum

cum habere eum, ita artifice cœlorum prouidente, ueriſimile eſt. Rufi autem in eandem ſententiam hij uerſus ſunt.

Nomine Saturni late iacet æquoris unda,
Hic denſata ſali ſtant marmora, pigraq́ Ponti
Se natura tenet. &c.

Quia igitur lacus noſter undiq; uinetis arbuſtisq́ ſeptus, et uerno fere ſemper uultu conſpicuus, adeò raro glacie ſummis etiam Brumę frigorib. ingruentibus contegitur, ut rigeſcere eum portenti loco accolæ habeant, Acroniū, id eſt, ſine frigore, & Brumali moleſtia, dictū putarim, imo conſtāter aſſeruerim: à particula priuatiua exiſtente, ſicut Atheon, dixere Priſci Diagorā, q́ an dij eſſent (teſte Cicer.) dubitarit. Venetum uerò alterum à colore marino qui & cæruleus eſt, nominatum eſſe ſatis conſtat, Et licet utriuſq; uocabuli ratio, utriq; lacui congruat, Malo tamen intelligi à Pomponio, ſuperiorē lacum, Acroniō, Inferiorem aūt, Venetum Acronio proximum, quem & Cellæ lacum uocari diximus. Quanquā Pomp. Venetū dicat & Acronium, quaſi Venetus introeunti Rheno uicinior ſit, nihil tamen ex hac locata uocularum ſerie probari poteſt, natura ipſa præſertim hoc quod uolui diſcrimen faciente. In Acronio, e regione Conſtantię paulo ad Septentrionem Inſula eſt, cū Cœnobio uetuſto & opulēto S. Marci ord. Diui Benedicti q̃ Corpus diui Marci eſſe & ſeruari hiſtorica fide perhibent. Memoria teneo Ioannem Stabium Mathematicū uirum doctiſsimum & hiſtoriarū ueterum atq; recentiorum ad unguem eruditum, cum de hoc cœnobio inter nos facta eſſet mentio, retuliſſe mihi ueriſimile eſſe; Venetos qui ſe Marcum habere putant, nominis conformitate ſeductos, quòd apud nos ad Venetum lacum eius corpus ſitum ſit: cumque legerint in Veneto Marci corpus eſſe, in ſuo putarint. Quanquam in illa contentione reliquiarū plus laudis eſſe quam periculi conſtet, De his lacubus in Sylua noſtra ſecunda, iuxta finem ſic orſi ſumus:

Acronij mihi Muſa lacus, Venetiq́ modeſtas
Donabis laudes, Patrios nam blandus uterq;,
Circuitu quanquam ſpacioſo, amplectitur agros:
Summouet hic longo cedentia litora fluctu
Vnda patens, geminæ geminum cui nomen, utriq;
Phama ingens, & priſcus honos, namq; inclita paſſim
Oppida conſurgunt, & cinctæ mœnibus urbes,
Quarum una eſt memori Conſtantia nomine, cuius
Mœnia præteriens, deducta cominus unda
Rhenus iter gelidam curuat celeratq; ſub arcton.
Qui poſtquam elapſus Rhœteis alpibus, ortu,
Vitiferam tranſit ſinuato flumine uallem,
Albentesq; undis campos, immergitur altis

Fluctibus,

Fluctibus, & longum proprijs ſibi uendicat undis
Non diuulſus iter: Tandem ſuperante fatiſcit
Agmine ab Eoa uenientis parte procellæ,
Qua lacus immenſo tractu diffunditur, amnes
Vndiq; collapſos rapiens. Quem docta uetuſtas
Acronium dixit, rigido quòd ab aëre nullam
Accipiat glaciem, Scythico nec frigore preſſus,
Vernanti Brumæ miteſcat tempore fluctu.
Cæruleo Veneti nomen duxere colore.
Nanq; ubi Parrhaſio Boreas propellit ab axe
Sudificus, nubes, ſplendensq; intermicat æther,
Æmula cœleſti ductim iacet unda colori,
Et tremulis uarium depingit motibus æquor.
Hic ubi contractis iterum ſe includere ripis
Incipit, & ſalicum rurſus proſerpere in umbra,
Rhenus Nympharum pater inclytus, & decus oræ
Arctoæ, &c.

Reliqua leges cum edentur. Omnino mecũ faciunt, qui hunc lacum Brigantinũ à Solino nominatũ defendũt, cum ille cap. triceſimoſecundo, ubi de Gallia, inquit in hæc uerba: Si Thracia ſit petenda, excipit ager Rheticus opimus & ferax Brigãtino lacu nobilis, &c. Strabo enim ultra Rhenum in meridiẽ ab eius fontibus, & in ortum Rhetos eſſe lib. quarto ſcribit, poſt quos trãs Licum intra Iſtrum & Alpes Vindelici, & quos ibidẽ Solinus nominat Norici, uſq; ad Pannonas in ortum excurrunt. Brigantinum autem à Briganto dictum oppido perquam uetuſto indubium eſt, quod ab Acronij capite ſitũ, frequenti hodie hominũ habitatione eſt percelebre, Et quoniam ultra Rhodanũ in ortũ ſolis Heluetij ad uſq; Rhenũ circumcirca excurrunt, quod Florus quoq; lib. tertio indicat, quicquid ultra Rhenum & Acronium eſt, ad Rheticum pertinebit quos illis uicinos eſſe conſtat. Non me latet Ptolemæum non longe à lacu Verbano qui iuxta Larium eſt ad radices Alpium, Brigantios poſuiſſe, de quibus tamen hic intelligi nil poteſt, cùm quòd Italiæ confinia ad Galliam attingentia prius memorauit Solinus: tum etiam quòd ex Gallia, inferiori præſertim & ad Rhenum tendente, hac parte proximus in Thraciæ latus gradus eſt. Habes de Lacubus Veneto & Acronio. Intellige paucis (ut faciam epiſtolæ finem) de Lucano, Non ſane temere fecit, nec caſu ſed inquirendi gratia an hæc tibi forẽt in promptu, ille de quo mihi ſcribis Panno cùm de hoc Lucan. lib. 6. Carmine quæſiuit: Quæ tetigit Philace, Pteleosq;, & Dorion ira Flebile Pïeridum, ubi de memoratis Teſſaliæ urbibus mentio fit. Erratum enim eſt à Poëta doctiſs. alioqui & omniũ rerum perito, quod ego antequã literas tuas legi nunquã animaduerti, quando-

quidem

quidem & ſenſus perplanus, & interpretũ conſenſus, nõ aliud mihi offerebant. Verum cum de Dorio lego Plinium inter Theſſaliæ loca libri 4. cap. 9. Incido caſu in Hermolaũ Plinianæ eruditionis Theſaurũ & (quod omniũ maxime mirabar) hallucinatũ eſſe Lucanũ lego quòd is Theſſaliæ oppido id tribuerit, quod in Achaia contigiſſet, ubi Dorion eſſet, iraſcentibus Thamyrę Muſis memoratũ, illud aũt in Theſſalia non Dorion ſed Dotion dici. Verũ eſt illud Horatij: Quandoq; bonus dormitat Homerus, Verum opere in longo fas eſt obrepere ſomnũ. Cæterum ita eſſe ex Homero & Statio capit. 5. quarti de hiſtoria naturæ Plin. Hermolaus probat. Ago ego tibi hoc loco gratias Rudolphe, ꝙ occaſione ſtudij tui, factus ſum te prouocãte eruditior. Non enim facile quis alius mihi de tanti ſcriptoris errore tam leui, quicquã perſuaſiſſet, & tanto rerũ & Græcarum & Latinarũ cenſori fides debebatur, in tuto equidẽ ille gradũ ſiſtere mihi uidetur qui in rerum obſcurarũ iudicio ab Hermolao non deſciſcit.

Habes quod petieras; at neſcio, an ea diligentia conquiſita ut uotis tuis abunde poſsint ſatisfacere, ipſe neruos cõtendi quodq; potui intra id tempus quod mihi ad ſcribendũ dabatur feci. Nec elegãtia aut iſte ſuauis structuræ lepos, quo ferè doctiorũ literæ condiuntur expectandus eſt, aut deſiderandus tibi, in his præſertim, in quibus res tractatæ plus loci dignitatisq; ſortiuntur quã ulla nitoris gratia debeat occupare. Si quid eſt, quod aut temeritati aut pertinaciæ accedere putaueris, id fide careat. Sin autem placuerint ſingula, eatenus placeant, ut me Dauũ non Oedipum, ut uolebas, exiſtimes, quaſi porro alia quęrenti tibi, æqua feſtinatione ſatisfacere poſſem, aut de quibuſuis rebus proponenti, quod Carneades ſolebat, extẽplo reſpondere, quis enim hoc poſſet, niſi doctiſsimus & expertiſſimus aliquis? Mihi certe ipſi multa reſtant in his dubia ſcriptoribus, è quibus illa deprõpta ſunt quæ te mouerũt. In ſumma gratiſſimũ mihi erit, ſi proximis tuis ad me literis, id egiſſe me affirmabis, ꝗd officij ratio poſtulare uiſa fuerit. Nulla mihi alioqui cura ſtruitur in quamcunq; partem hæc noſtra ſedulitas caſura ſit. Vale bene. & Stephanũ Taurinum Iuriſconſultũ uirum optimũ & doctiſs. ſi adhuc Iſtrograni apud Cardinalẽ degit, meo nomine impenſe ſaluta: utq; aliquid ad me literarũ det, hortare. ex eo enim tẽpore, quo Roma reuerſus Viennę apud me Collimitiumq;, & tum cõuiuij noſtri Simpoſiarcham Iacobũ Spiegel Iuriſconſultũ & Secretariũ Cæſareum, unà, ſe amica iucũditate oblectauit, quid agat aut qua fortuna ſua ſtet conditio, nec fama, nec literis intelligere potui, id quod mihi non parum in hominis præſertim tam amici deſiderio moleſtiæ affert. Si iſthic non eſt, mihi ſignifica. Vale iterum.

BASILEAE PER HENRICHVM PETRI, MENSE MARTIO, ANNO M. D. LVII.

